INVENTA LEVETVR
FRANCISCUS
Anno 1744
EXALTABO
PRÆPOSITUS
CANT
REGG.
IN POLL
Innsworth sc. Mon.

INVENTA LEVETVR
FRANCISCUS
Anno 1744
EXALTABO
PR. APOSITUS
CANT
REGG.
IN POL
SUSCEPISTI ME
Innsworth Sc. Mon.

2°7. Can. 9
203-2

9.

S. 1.

12.

Theol.

Hist. eccles.

Ling.

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

How many Clerks this year convicted of murders by Juries, were delivered by their Ordinaries upon their partial or false purgations, and restored both to their Goods and Lands, to the Kings and Kingdoms prejudice, and such malefactors encouragement, these Records among others will inform us. *An.* 21 E. I.

CUm *Richardus de Cotum* Clericus coram Justic. Regis ultimo Itinerantibus in Com. *Lanc.* de morte *Willielmi le Paumer* rectatus, & postmodum venerabili patri *R. Coventr.* & *Lichf.* Episcopo loci Diocesano, **juxta privilegium Clericale,** prout moris est, **liberatus, innocentiam suam super crimine prædicto coram eodem Episcopo legitime purgaverit,** sicut idem Episcopus per literas suas patentes Regi significavit, *&c.* Mandatum est Vic. *Lanc.* quod eidem *Richardo* terras & tenementa, bona & catalla sua ea occasione per ipsum Vic. in manum Regis capta, nisi fugam fecerit occasione transgressionis prædictæ, sine dilatione restituat **de gratia Regis speciali.** Teste Rege apud *Wintoniam* 17 die *Augusti.* Clauf. 21 E. I. m. 4. Pro Richardo de Cotum Clerico de bonis liberandis.

The like Writ *verbatim* had *Robertus de Burnhull* Clericus, coram Justiciariis Regis ultimo Itinerantibus in Com. *Lancastr.* de morte *Henrici le Feure* de *Cherleye* rectatus, &c. Teste ut supra. Ibid. Pro Roberto de Burnhull Clerico de bonis restituendis.

The like had *Johannes de Wirkshal* Clericus, nuper coram Justiciariis Regis ultimo Itinerantibus in Com. *Cumbr.* de morte *Willielmi* fil. *Bernardi* de *Derham* rectatus, & postmodum venerabili patri *J. Karliolensi* Episcopo loci Diocesano, **juxta privilegium Clericale,** prout moris est, **liberatus, qui innocentiam suam super crimine prædicto coram eodem Episcopo legitime purgaverit,** &c. Teste Rege apud *Cantuariam* 6 die *Julii.* Ibid. m. 5. Pro J. de Wirkshal Clerico de eodem.

Consimiles literæ de verbo ad verbum diriguntur prædicto Vicecomiti pro *Willielmo* dicto *Bullingg* de *Cokermue* Clerico, coram præfatis Justic. in prædicto Comitatu Itinerantibus, de morte *Matthæi de Dunanby* rectato, de terris & tenement. bonis & catallis suis sibi restituendis, *&c.* Teste ut supra. Ibid. Pro Wil. Bullingg de Cokermue Clerico, de eodem.

The like had *Richardus le Fraunceys* Clericus, nuper coram Justiciariis nostris ultimo Itinerantibus in Com. *Westmerl.* de receptamento *Roberti de Appleby* felonis pro morte *Nicholai de Hastingg,* & *Willielmus de Hartecla,* de auxilio & assensu prædictæ feloniæ rectatus, & postmodum venerabili patri *J. Karliolensi* Episcopo loci Diocesano, **juxta privilegium Clericale,** prout moris est, **liberatus,** &c. Teste ut supra. Ibid. Pro Richardo de Fraunceys Clerico, de eodem.

What mischiefs this pretended Priviledge of making Churches and Monasteries Sanctuaries for Thieves and other malefactors, brought upon the Inhabitants of those places, obliged to watch, keep them, and liable to fines if they escaped, by the Bishops or Churchmens assistance, negligence or command, this Record amongst some others will inform us.

QUia Cives Regis *Karlioli* Regi per suam petitionem supplicarunt, quod Rex illas **sexdecim libras** quæ de Villata de *Karliolo* exiguntur, per summonitionem Scaccarii Regis **pro evasionibus duorum latronum;** videlicet, unius ab Ecclesia Cathedrali prædictæ Civitatis, & alterius ab Ecclesia Fratrum Minorum ejusdem Civitatis, de quibus quidem evasionibus Villata prædicta coram Justiciariis Regis ultimo Itinerantibus in Com. *Cumbr.* **onerata fuit,** vellet eis caritatis intuitu pardonare: Rex eisdem Civibus in hac parte gratiam facere volens specialem, pardonavit eis prædictas **sexdecim libras;** dum tamen Cives illi coram Thesaurar. & Baronibus Regis de Scaccario prædicto recognoscant, **se de cætero tenert ad custodiam hujusmodi latronum ad Ecclesiam infra prædictam Civitatem fugientium.** Et ideo mandatum est eisdem Thesaurar. & Baronibus, quod si iidem Cives coram eis recognoscant se teneri ad hujusmodi custodiam, tunc ipsos Cives de prædictis **sexdecim libris** quietos esse faciant. Teste Rege apud *Westm.* primo die *Julii.* Clauf. 21 E. I. m. 6. Pro Civibus Karlioli.

Per ipsum Regem, per petitionem de Consilio.

What Knights Fees the Bishops of *Lincoln* and *Sarum* held of the King, and what fines they paid him for them (as well as Temporal Lords) in his expedition into *Wales,* these Records will inform us.

An. 21 *E.* 1.

Clauſ. 21 E. 1. m. 7. Pro Epiſcopo Lincoln'

REX Theſ. & Baronibus ſuis de Scaccario ſalutem. Quia venerabilis pater *Oliverus Lincoln.* Epiſcopus liberavit in Garderoba noſtra apud *Rothelan.* die Dominica in feſto Sancti *Luca* Evangeliſtæ anno regni noſtri decimo, venerabili patri *Willielmo de Luda* nunc *Elyen.* Epiſcopo, tunc Cuſtodi ejuſdem Garderobæ, ſeries viginti libras, per quas finem fecit nobiſcum pro ſervicio quinque feodorum Militum quod nobis recognovit pro exercitu noſtro Walliæ anno prædicto, ſicut conſtat nobis per inſpectionem literarum noſtrarum patencium quas idem Epiſcopus Lincoln. inde habet; Vobis mandamus, quod prædictum Epiſcopum *Lincoln.* de prædictis ſexies viginti libris quietum eſſe fac. Teſte Rege apud *Weſtm.* 16 die *Junii.*

Ibid. m. 9. Pro Executoribus teſtamenti Roberti nuper Epiſcopi Sarum.

CUM Rex per literas ſuas patentes quietaverit bonæ memoriæ *Robertum* nuper Epiſcopum *Sarum* de Centum marcis quas liberavit in Garderoba noſtra Magiſtro *Thomæ Bek* tunc Cuſtodi ejuſdem Garderobæ, nunc *Menevenſi* Epiſcopo, die Mercurii in feſto tranſlationis Sancti *Thomæ* Martyris, anno regni Regis quinto, pro medietate ſervicii ſui quinque feodorum Militum quod Regi recognovit pro exercitu Regis *Walliæ*, anno ſupradicto, prout in dictis literis plenius continetur. Mandatum eſt Theſ. & Baronibus de Scaccario, quod executores Teſtamenti prædicti Epiſcopi *Sarum* de prædictis Centum marcis quietus eſſe faciant. Teſte Rege apud Sanctum *Albanum*, 15. die *April.*

The Prior of *Lenton* of the foundation of the Kings Progenitors, under the government of the Abbot of *Cluny*, waſting the goods thereof, and binding it in great debts through their contentions, and bribes in the Court of *Rome*, to the great prejudice of the Houſe, ſcandal of their Order, neglect of their almes and Divine ſervice, and prejudice of the King; he thereupon ſent this memorable Letter to the Abbot of *Cluny* to enforce the Priors to diſcharge theſe debts themſelves, and prevent the like abuſe for the future in all their Houſes in *England*, as he therein preſcribed; or elſe he threatned to reform them himſelf by his own Regal power, in his default.

Clauſ. 21 E. 1. m. 9. dorſo. De Prioratu de Lenton:

REX *dilecto ſibi in Chriſto Abbati* Cluniacen. *ſalutem. In quantum Domus veſtra pauperima de* Lenton. *veſtri Ordinis, quæ de progenitorum noſtrorum Regum* Angliæ *elemoſinas eſt fundata*, jam deteriorata exiſtat per defectum Regiminis mutacionem eciam et contencionem Priorum qui regimen Domus illius hactenus habuerunt, *vobis per ſcripturam exponere longum eſſet: Et inter cætera vos credimus non latere*, qualiter Frater Petrus nuper Prior Domus ejuſdem, poſtquam depoſitus erat per prædeceſſorem veſtrum Abbatem Cluniacenſem, et quidam Frater Reginaldus de Jor. ex præſentacione ipſius prædeceſſoris veſtri per Nos fuit admiſſus in Priorem Domus prædictæ, una cum Priore de Creſpeye Domum ipſam de Lenton. abſque conſenſu et aſſenſu Conventus Domus illius dum in Curia erant Romana, pro mille libris Nigrorum Turonenſium obligarunt. *Cum igitur Domus illa de* Lenton. ad ſolucionem illius pecuniæ, et aliorum debitorum quibus dictus Frater Reginaldus Domum illam ſuo tempore onerabit, abſque incurſione perpetuæ egeſtatis, diminucione elemoſinarum prædictarum, et diſperſione Monachorum, *qui pro animabus prædictorum progenitorum noſtrorum & fidelium omnium defunctorum inibi celebraturi morantur, non ſufficeret faciendam*, quod non ſolum in noſtri præjudicium, immo potius in totius veſtri Ordinis dedecus manifeſtum ſi fieret verteretur; Vos requirimus et rogamus, *quatinus cum omnes Domus veſtri Ordinis ſint una & ſub veſtro Regimine exiſtant*, ac prædicti frater Petrus, et præfatus Prior de Creſpeyo qui Domum prædictam de Lenton. taliter obligarunt, jam ſint Priores alibi per vos facti Domorum veſtri ordinis diciorum quam ſit Domus illa de Lenton. ut accepimus pro conſtanti, velitis Priores illos ad ſolucionem dictarum mille librarum compellere, modis quibus convenit faciend. *Et quia pro communi utilitate totius Ordinis veſtri*, quod in ordinacione ſeu conſtitucione Priorum veſtrorum qui erunt de cætero in ſingulis Domibus veſtri Ordinis infra Regnum noſtrum, in quibus ut audivimus jam conſimilis morbus latet, per vos ſic perpetuo ſtatuatur, Quod bona Domorum prædictarum per incuriam Priorum hujuſmodi commorancium taliter impoſterum nullatenus diſſipentur, ſet quod recedentibus vel decedentibus

tibus

tibus hujuſmodi Præſidentibus, Domus illæ in adeo bono ſtatu ad minus, vel meliori remaneant, quo ipſarum cuſtodiam primitus receperunt; Sciturí, quod niſi per vos in præmiſſis ex nunc remedium congruum apponatur, Nos omittere non valemus quin ad hoc, prout nobis incumbit, manum Regiam extendamus. *Quid autem ſuper hiis duxeritis faciendum nobis litteratorie reſcribatis. Teſte Rege apud* Kirkeby 8. *die* Marcii. *An.* 21 *E.* 1.

Upon a Certificate made to the King under the reſpective hands and ſeals of the Prior and Covent of *Bath*, and Dean and Chapter of *Wells*, of the death of *Robert Burnell* the Kings Chancellor, Biſhop of *Bath* and *Wells*; they by the Kings licenſe elected * *William de Marchia* Treaſurer of the Kings Exchequer at *Weſtminſter*, to whom the King gave his Royal aſſenr.

* See Mat. Weſtm. p. 386 Godwins Catalogue, p. 300.

Rex electioni nuper factæ in Eccleſia Conventuali Bathon. *de diſcreto viro Magiſtro* Willelmo de Marchia, *Canonico* Wellenſi, *in Epiſcopum* Bathon. & Wellen. Regium aſſenſum adhibuit et fabozem; *Et mandatum eſt Cuſtodi Spiritual. Epiſcopatus* Cantuar. *ſede vacante, ut id quod ſuum eſt in hac parte exequatur. Teſte Rege apud* Gerwedon. *primo die* Marcii. Pat. 21 E. 1. m. 21, 23. De aſſenſu adhibito electioni.

The Abbot of *Weſtminſter*, a great lover of Veniſon, procured the like Writ *verbatim* this year as in former years, to the Conſtable of *Windſor* Caſtle for 16. Bucks to be brought to *Weſtminſter*, and delivered to him before the High Altar, of which carnal ſacrifice to his * *belly*, (then become his *God*) he was more mindfull, then of Gods Spiritual Service there. * Phil. 3. 19.

Mandatum eſt Galfrido de Pychford *Conſtabulario Caſtri Regis* Wyndeſ. *quod in pradicta Foreſta* ſexdecim Damos capi, & *uſque* Weſtm. *deferri, & Meynas predictas* ante magnum Altare fieri, & *Damos illos præfato Abbati, niſi eos prius in toto vel in parte habuerit, habere faciat; videlicet* Octo Damos *de anno prox. præterito,* et alios octo Damos *de anno præſenti, juxta tenorem Cartæ & Confirmationis Reg. predictarum, & prout eos percipere & habere conſueverunt hucuſque. Et cuſtum quod ad hoc poſuerit, cum Rex illud ſciverit, ſibi in compoto ſuo faciat allocari. Teſte Rege apud* Cantuar. 25 *die* Julii. Clauſ. 21 E. 1. m. 5. intus. Pro Abbate Weſtm. de Damis in Foreſta de Wyndeſor.

Per ipſum Regem.

The Juſtice of *Northwales*, to the prejudice of the Kings right and prerogative, neglecting to ſeiſe the Temporalties of the Biſhoprick of St. *Aſaph* into the Kings hands, within the Land of the Earl of *Lincoln* and others; the King thereupon iſſued this memorable Writ to him, forthwith to ſeiſe them, and anſwer all the iſſues thereof, till they ſhould be reſtored to his Succeſſor; to prevent the prejudice which elſe would occur to his Crown and Dignity by this his neglect.

Rex, &c. *multum miramur nec immerito movetur, de eo quod* Robertus de Staundon *Juſtic. ſuus* Northwall. *poſt mortem bone memoriæ* Aniani *nuper Epiſcopi de Sancto* Aſſaph. *temporalia Epiſcopatus ejuſdem tam infra terram* Henrici de Laſcy *Com.* Lincoln. *de* Dynbegh, quam alibi infra Ballibam ſuam exiſtencia, in manum Regis non cepit, maxime cum ex hoc Coronæ et Regiæ dignitati futuris temporibus præjudicium manifeſtum per hujuſmodi negligenciam et incuriam de facili poterit imminere: Rex igitur hujuſmodi præjudicium et periculum vitare volens; *prædicto Juſtic. mandavit firmiter injungens*, quod ſtatim viſis literis ſuis, omnia temporalia Epiſcopatus prædicti tam *infra terram prædicti Com. quam alibi infra Ballibam ſuam exiſtencia, ſine dilacione capiat in manum Regis; *Ita quod de exitibus inde provenientibus à die mortis prædicti Epiſcopi, uſque ad diem ad quem breve Regis venerit & liberatum fuerit,* de prædictis temporalibus Electo loci prædicti liberandis ad Scaccarium Regis plenarie reſpondere poſſit: *Et hoc ſicut grave dampnum vitare voluerit; nullo modo omittat. Teſte Rege apud* Weſtm. 8. *die* Maii. Fines 21 E. 1. m. 16. De Temporalibus Epiſcopatus de S. Aſſaph. capiendis in manum Regis. *See here, p. 556, 557.

He likewiſe iſſued this Writ in behalf of the Executors of the deceaſed Biſhop, by vertue of his Letters Patents granted to him to make his Teſtament, and diſpoſe his goods.

An. 21 *E.* I.

Fines 21 E. 1. m. 23. Pro Executoribus Teſtamenti A. nuper Aſſaven. Epiſcopi. See Pat. 22 E 1. m. 6. Pro Aniano Epiſcopo de S. Aſſaph.

CUM *Rex per literas ſuas patentes conceſſiſſet bonæ memoriæ* A. *nuper* Aſſavenſi *Epiſcopo defuncto, quod ipſe cum ſibi liberet liberè poſſet ſuum condere Teſtamentum, & quod executores Teſtamenti ejuſdem Epiſcopi, teſtamentum hujuſmodi debitæ executioni valerent demandare, prout in literis noſtris prædictis pleniùs continetur; mandat* Reginaldo de Gray *Juſtic.* Ceſtriæ, quod Executores Teſtamenti ejuſdem Epiſcopi de bonis et catallis quæ fuerunt ipſius Epiſcopi in Balliva ſua die quo obiit, liberam adminiſtrationem habere permittat, juxta tenorem literarum prædictarum. *Accepto tamen ſufficienti ſecuritate ab executoribus teſtamenti illius, de debitis, ſi quæ idem Epiſcopus Regi debuit, Regi reddendis. Teſte Rege apud* Derleye 23. *die* Februarii.

Eodem modo mandatum eſt Roberto de Staundon *Juſtic. Regis* Northwalliæ. *Teſte ut ſupra.*

The Priory of the Vale of St. *Mary* of *Bethkelerd* in *Northwales* becomming void, and the King refuſing to grant a licenſe for a new election, becauſe the vacancy was not certified in due form by Letters Patents under the ſeal of the Covent; the King afterwards, the Houſe being very poor, authorized his Juſtice of *Northwales*, (after a certificate and licenſe to elect made in due form) to give his Royal aſſent thereto, and to receive the Priors fealty.

Pat. 21 E. 1. m. 3. Pro Suppriore & Conventu Vallis b. Mariæ de Bethkelerd. de lic. eligendi, & temporalibus reſtituendis.

REX dilecto & fideli ſuo *Roberto de Staundon* Juſtic. ſuo *Northwall.* ſalutem. Accedens ad nos dilectus nobis in Chriſto Frater *Hugo* Canonicus Prioratus Vallis beatæ *Mariæ* de *Bethkelerd*, nobis ex parte Supprioris & Conventus ejuſdem Prioratus ſupplicavit, quod cum Eccleſia ſua prædicta per ceſſionem fratris *Philippi* nuper Prioris ejuſdem loci, paſtoris ſit ſolacio deſtituta, alium ſibi eligendi in Priorem et paſtorem eis licentiam concedere dignaremur. Nos pro eo quod præfatus Canonicus literas patentes ſigillo Capituli Prioratus illius ſignatas, et bacationem dictæ Domus teſtificantes nobis non detulit, ut moris eſt, petitioni ſuæ nullatenus annuentes, ſet paupertati ejuſdem Domus compacientes, & eis gratiam facere volentes ſpecialem, vobis dedimus poteſtatem, quod cum præfatus *Hugo* ſeu alius Canonicus dictæ Domus ad vos acceſſerit, ex parte prædictorum Supprioris & Conventus, cum litteris patentibus ſigillo Capituli ſui ſignatis, juxta formam tranſcripti quod vobis mittimus ſub pede ſigilli noſtri conceptis, hujuſmodi licentiam petiturus, eiſdem Suppriori et Conventui licentiam illam noſtro nomine concedatis: Ita quod cum Electus ille in forma debita vobis poſtmodum fuerit præſentatus, electioni de ipſo factæ aſſenſum Regium vice noſtra præbeatis; Significantes loci Dioceſano, quod id quod ſuum eſt in hac parte exequatur; Volumus eciam & vobis tenore præſencium damus poteſtatem, quod ſi contingat electionem hujuſmodi per loci Dioceſanum canonice confirmari, tunc accepta ab ipſo Electo fidelitate in caſu iſto nobis debita in hac parte reſtituatis temporalia, &c. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* primo die *Novembris.*

David Martyn being elected and confirmed Biſhop of St. *Davids* this year, the King iſſued this Writ to reſtore his Temporalties.

Pat. 21 E. 1. m. 4. De Temporalibus Epiſcopatus Menevenſis reſtituendis. * Godwins Catal. p 420.

REX *Radulpho de Broghton* ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto Prior Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* & ejuſdem loci Conventus, Cuſtodes Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Cantuar.* ſede vacante, electionem nuper celebratam in Eccleſia *Menevenſi* de diſcreto viro Magiſtro * *David Martyn* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum loci illius, cui prius Regium aſſenſum adhibuimus et favorem, confirmaverint, ſicut per literas patentes eorundem Prioris & Conventus nobis inde directas nobis conſtat, nos confirmacionem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ejuſdem Electi, &c. Teſte Rege apud *Wodeſtock* 11. die *Octob.*

Et mandatum eſt Militibus, &c. Teſte ut ſupra.

The King to prevent the incroachments upon the rights of his Crown and prerogative in *Gaſcoigne* by Biſhops, or any other Eccleſiaſtical perſons or Courts, eſpecially by Proviſions and Collations to Churches, authorized by this Patent his Agents

Agents there, to conſtitute Proctors to appeal for him in ſuch caſes.

An. 21 *E.* 1

REX Univerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem. Noveritis, quod dilectis & fidelibus Clericis noſtris Magiſtro *Raymundo de Ferreria*, Decano Eccleſiæ Sancti *Severini Burdeg. Sterio de Engoliſma* Conſtabulario *Burdeg.* & *Johan. de Candeure* Theſaurario *Agen.* & cuilibet ipſorum in ſolidum, concedimus poteſtatem, & ſpeciale mandatum, faciendi & conſtituendi pro nobis procuratorem ſeu procuratores, quocienſcunque hoc viderint faciendum, ad prȝovocandum et appellandum a Prælatis Capitulis et Judicibus Eccleſiaſticis ultramarinis, ad Apoſtolicam ſedem, quandocumque nos per ipſos in aliquibus factis aut juribus Eccleſiaſticis gravari continget, vel veriſimiliter prȝæſumetur de futuro grabamine eoȝundem. Et ſperialiter contra prȝoviſiones aut collaciones quaſcumque per ipſos aut ipſoȝum nomine in noſtrum prȝæjudicium factas vel faciendas. Cum poteſtate jurandi prout negociorum & cauſarum qualitas hoc requirat, necnon ad proſequendum prȝovocationes et appellationes prȝædictas in Cur. dictæ ſedis, et coȝam quibuſcumque Auditoȝibus et Judicibus ab eadem Cur. deputandis. Ita quod quilibet dictorum Procuratorum in abſencia dictorum Decani, Conſtabularii & Theſaurarii poſſint ſubſtituere alium vel alios loco ſui. Et quod tam dicti procuratores qui ſubſtituti ab eis poſſint per ipſos Decanum, Conſtabularium & Theſaurarium vel ipſorum alterum, quocienſcunque alterum eorum placuerit, revocari. Ratum habituri & firmum, quicquid per dictos procuratores & quemlibet ipſorum, & ſubſtitutos ab eis factum fuerit in præmiſſis. Promittentes ſub ypoth. bonorum noſtrorum Ducatus noſtri *Aquitan.* rem ratam haberi & judicatum ſolvi. Et hæc omnibus quorum intereſt, per præſentes literas intimamus. Dat. apud *Weſtm.* 22. die *Maii.* Et duplicatur.

Rot Vaſcon. An 21 E 1. m. 7.

What licenſes to elect Biſhops and Abbots in *Ireland* the King granted this year, and upon what certificates he gave his Royal aſſent thereto, theſe Records will inform us.

RObertus *de Derby* Clericus *Coverenſis* nuncians Regi mortem *Petri* nuper Epiſcopi *Coverenſis*, habet literas Regis de licencia eligendi. T. R. apud *Novum Caſtrum* ſuper *Tynam*, 28 die *Decemb.*

Pat. 21 E. 1. m. 23. De licencia eligendi

REX electioni nuper factæ in Eccleſia Cathedr. *Coverenſi* de diſcreto viro Magiſtro *Johanne* Rectore Eccleſiæ beatæ *Mariæ de Corriton* in Epiſcopum *Coveren.* Regium aſſenſum adhibuit et faboȝem; Et hoc ſignificatum eſt Domino *N.* Archiepiſcopo *Ardmach. Hiberniæ* Primati. Teſte Rege apud *Hudeſak* 16 die *Febr.* Per Breve de Privato Sigillo.

Pat. 21 E. 1. m. 22. Hibern. De aſſenſu adhibito electioni.

REX dilecto & fideli ſuo *Willielmo de Veſcy* Juſticiario ſuo *Hibern.* ſalutem. Cum nos electioni nuper factæ in Eccleſia Cathedrali *Coverenſi*, de diſcreto viro Magiſtro *Johanne* Rectore Eccleſiæ beatæ *Mariæ de Corriton* in Epiſcopum prædictæ Eccleſiæ *Coveren.* Regium aſſenſum adhibuimus et faboȝem, & velimus ad requiſ. dilectæ nobis *Margaretæ* Comitiſſæ *Ulton.* eidem Electo gratiam facere uberiorem in hac parte; Vobis mandamus, quod ſi contingat electionem, &c. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ibid. m. 22. Hibern. Pro Electo Coverenſi de Temporalibus reſtituendis.

FRater Thomas *de Autro Barre* Canonicus Eccleſiæ de *Autro Barre* juxta *Cork*, nuncians Regi depoſitionem fratris *Gilberti Obrogy* nuper Abbatis ejuſdem loci, habet literas Regis de licencia eligendi. T. R. apud *Weſtm.* 21 die *Aprilis.*

Pat. 21 E. 1. m. 19. Hibern. De licentia eligendi.

REX dilecto ſuo *Willielmo de Veſcy* Juſtic. ſuo *Hibern.* ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus de *Autro Barre* juxta *Cork*, nobis per literas ſuas patentes ſignificaverint, quod Eccleſia ſua prædicta eſt Abbatis & paſtoris ſolacio deſtituta, ſupplicantes nobis, prout moris eſt, quod licenciam ſibi alium eligendi in Abbatem et Paſtoȝem eiſdem concedere dignaremur; ac nos licet prædictæ literæ aliquantulum defective exiſtant, prȝo eo, quod non faciunt mentionem qualiter

Ibid. Hibern. Pro Electo de Autro Barre juxta Cork, de temporalibus reſtituendis.

An. 21 *E.* 1. **qualiter prædicta domus vacat**; nichilominus eisdem Priori & Conventui caritatis intuitu, **gratiam in hac parte facere volentes, licentiam illam eis duximus concedendam**; Mandantes ipsis, quod talem, &c. Nos autem eorundem Prioris & Conventus laboribus & expensis in hac parte parcere volentes, &c. **Acceptis tamen prius literis patentibus**, &c. Ne, &c. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 23 die *Aprilis.*

Per ipsum Regem.

Pat. 21 E. 1. m 20. Hibern. De licentia eligendi.

FRater *Willielmus de Camleston* Canonicus Domus Sancti *Johannis* de *Duno*, nuncians Regi depositionem Fratris *Willielmi Ruffi* nuper Abbatis ejusdem loci, **habet literas de licentia eligendi.** Teste Rege apud *Saham* 6 die *Aprilis.*

Ibidem. Pro electo domus S. Johannis de Duno, de Temporalibus restituendis.

REX dilectis & fidelibus suis *Willielmo de Vesey* Justic. suo *Hibern.* Magistro *Thomæ Cantok.* Cancellario suo, & *Willielmo de Estden.* Thesaurario suo ibidem, salutem. Cum dilecti nobis in Christo Prior & Canonici Domus Sancti *Johannis* de *Duno* nobis per literas suas patentes significaverint, quod Ecclesia sua prædicta **per depositionem Fratris** *Willielmi Ruffi* nuper Abbatis ejusdem loci, pastoris est solatio destituta, supplicantes nobis prout moris est, **quod licentiam sibi alium eligendi in Abbatem et Pastorem eisdem concedere dignaremur**; ac nos precibus eorundem Prioris & Canonicorum in hac parte favorabiliter inclinati, **licentiam illam eis duximus concedendam**; Mandantes ipsis, quod talem, &c. Nos eorundem Prioris & Canonicorum laboribus & expensis in hac parte parcere volentes ista vice, concessimus eis **de gratia nostra speciali, et vobis dedimus potestatem**, &c. **Acceptis tamen prius literis**, &c. Ne, &c. In cujus, &c. Teste ut supra.

* Flores Hist. P. 393, 397.

Anno 1294. (as * *Mat. Westminster* relates) Johannes de Samford *Archiepiscopus* Dublinensis, *qui Regi in omnibus favebat, gravi ægritudine correptus, obiit in redeundo à Rege* Arragoniæ, *cui pro negotiis Regis* Angliæ *missus fuerat: Et* Bogo de Clare, *germanus Comitis* Gloverniæ, **multarum rector Ecclesiarum, vel potius incubator**, (a true character of Pluralists) *subita nece interemptus est, quia parum boni fecerat in aperto.*

* Mat. Parker] Antiqu. Eccles. Brit. p. 208, 209. Ex Stephano Brokinton, Fox Acts & Monuments, vol. 1. p. 456, 458. Godwins Catalogue of Bps. p. 79, 80. Mat. Westm. Anno 1293. p. 391. Walsingham Hist. Angl. p. 36. Ypodigma p. 98. Chron. Will. Thorne col. 1964. Chronologia August. col. 2273.

† Mat. Parker Antiqu. Eccles. Brit. p. 207.

After the decease of *John Peckham* Archbishop of *Canterbury*, *Anno* 1293. (promoted by the Popes Provision) * **cum eligendi potestas Monachis** Cantuariensibus **a Rege data esset**, *ex omnium votis & applausu* Robertus Winchelse *Archidiaconus* Essexiæ *Archiepiscopus electus est, summæ doctrinæ, prudentiæ & æquitatis fama ubique notus atque conspicuus. Cumque* Romam *ad* Cœlestinum *Papam* **confirmandus atque sacrandus venisset**, (by the Kings special license) *Papam totamque* Romanam *Curiam in tantam prudentiæ doctrinæque suæ admirationem & stuporem traduxit, ut non cognovisse se in quocunque dicerent, tantam morum animique mansuetudinem, cum literis & prudentia conjunctam.* **Itaque eum in Cardinalium gregem cooptare** Romæque **fetum retinere decreverint.** *Sed expositis multis causis necessariis, cur à* Cantuariensi *Ecclesia abesse non poterat, ægrè tandem obtinuit, ut sacratus in* Angliam *rediret.* What a professed devoted servant he afterwards evidenced himself to the Pope and Church of *Rome*, but a vexatious opposite Rebel to his Soveraign Lord King *Edward*, (by whose special favour he was elected and confirmed Archbishop) will appear in its due Chronological series. I shall here only insert *Matthew Parkers* memorable passage in relation thereunto in the beginning of his Life, principally occasioned by the frequent fierce contests in that age between Popes, Popish Prelates and Kings, for Soveraign authority and Jurisdiction. † **Sed omnis tum inter Pontifices atque Reges de Imperio magis atque dominatu, quam de Ecclesia ex divini verbi præscripto gerenda fuit contentio. In qua cum acres dimicationes non armorum, sed diratum et execrationum essent concitatæ, Præsules insciti verbi ipsi cæci, ac cæcorum duces Papis adhærebant, et abjecta obedientia Regibus non parebant, quibus divino humanoque jure essent subjecti. Hanc illi contumaciam, constantiam, et Ecclesiæ libertatem tunc appellabant. Quique in ea pertinacia vitas aut fortunas amisissent, Martyres ac Confessores appellabant. Quæ nisi multis tunc anteactis ducta annis in hominum animis inveterabilset fallacia, ac multos, præsertim Præsules, a fide atque cultu, quem Regibus tribuere debebant, ad Papam abduxisset, satis bene et cum laude ab Archiepiscopis et Episcopis**

Note.

Epiſcopis geſtos Magiſtratus exiſtimare convenit, ſi quis eorum acta perpenderit. Sed quia ab illa ſede Romana, vel dolis infatuati, vel ſceleribus et contagione inquinati fuerunt, et ab obſervantia Regibus debita receſſerunt, ſibi et rebus geſtis non modo laudem detraxerunt, ſed in vita moleſtias ac jacturas, et poſt mortem infamiam atque ignominiam pepererunt. *Ex horum numero fuit* Robertus Winchelſee Cantuarienſis *Archipræſul, cujus acta, ſi quo animo in patriam & rempublicam geſta ſicut exiſtimari debeant, recta judicanda ſunt*; ſin Romanam conſuetudinem pravitatemque ſpectes, ſcelerata atque impia: *Qui nonnunquam, vir bonus & amator Patriæ*, nonnunquam fraudis, proditionis, ſuperbiæ et rapinæ plenus parte a ſcriptoribus perhibetur. * Mr. *John Fox* alſo writing of this Archbiſhops promotion, and the various conteſts between him and his predeceſſor, and King *Edward* the 1. ſubjoynes this memorable obſervation. As this King was troubled in his time with both the Archbiſhops John Peckham and Robert Winchelſey, ſo it hapned to all other Kings for the moſt part, from the time of Lanfrancus, (*that is from Pope* Hildebrand) that every King in his time had ſome buſineſſe with that See; Kings of England being commonly troubled with the Archbiſhops of Canterbury; As William Rufus and Henry the 1. were troubled with Anſelmus; Henry the 2. with Thomas Becket; King Richard and all England with William Biſhop of Ely, the Popes Legate; King John with Stephen Langton; King Henry the 3. with Edmund Archbiſhop, called St. Edmund; this King Edward the 1. with John Peckham and Robert Winchelſey aforeſaid; and ſo other Kings after him with ſome Prelate or other. Whereby we give to underſtand, how and about what time the Church of Rome, which before time was ſubject to Kings and Princes, began firſt to take head above, and againſt Kings and Rulers, and ſo hath (by theſe his Inſtruments) kept it ever ſince.

An. 21 *E.* 1.

* Acts & Monuments, vol. 1. p. 458.

This Archbiſhop *Robert Winchelſey* was no ſooner conſecrated at *Rome*, but he procured a Bull from Pope *Cœleſtine* the 5. by his Papal Proviſion to conferre the Biſhoprick of *Landaff* (which had been * *void for 9. years ſpace*, and thereby devolved to the Pope by lapſe, as he pretended) on any perſon he ſhould think meet for that imployment: Whereupon without the Kings previous authority, he conferred it by way of Proviſion upon *John de Monmuth*, as appears by this Letter and Certificate of his to the King and his Chancellor, which I lately found in a bundle of Privy Seals, Certificates and Letters (long buried in rubbiſh in the White Tower) *Anno* 21 *E.* 1.

* See Godwin Catalogue, p. 427.

Bundela Brev. & Epiſt in Turre Lond. An. 21 E. 1.

Magnifico Principi Domino Edwardo *Dei gratia illuſtri Regi* Angliæ, *Domino* Hiberniæ, *& Duci* Aquitaniæ, R. *permiſſione divina* Cantuarienſis *Archiepiſcopus, totius* Angliæ *Primas, ſalutem in eo per quem Reges regnant & Principes dominantur.* Cum nuper eſſemus apud ſedem Apoſtolicam perſonaliter conſtituti, et ejuſdem ſedis auctoritate confirmati, ac etiam conſecrati et palleati; *Sanctiſſimus Pater noſter* Cœleſtinus Papa quintus, audito et intellecto, quod Cathedralis Eccleſia Landaven. metropolitico nobis jure ſubjecta diuturno tempore permanſit Paſtoris regimine deſtituta: Ita quod ejus proviſio, ſecundum generalis ſtatuta Concilii ad dictam ſedem extitit legitime devoluta, (A clear miſtake, that Decree *never binding the King, exempted from lapſe* by his Royal Prerogative, as I have * elſewhere proved) volens eandem Eccleſiam, quæ ex hujuſmodi vacatione diutina gravia ſuſtinuit in ſpiritualibus et temporalibus detrimenta, a diſpendiis a prolixiore vacatione imminentibus præſervare, ordinationem ipſius Eccleſiæ Landaven. hac vice nobis duxerat committendam: Concedendo nobis poteſtatem præficiendi eidem Eccleſiæ perſonam idoneam, quæ tanto congruat oneri et honori, in Epiſcopum et Paſtorem. *Tenorem autem mandati Apoſtolici in hac parte de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendum. Cœleſtinus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *R.* Archiepiſcopo *Cantuar.* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Militanti Eccleſiæ (diſponente Domino) licet immeriti præſidentes, circa curam omnium Eccleſiarum ſolertia redimur indeceſſa ſolliciti, ut juxta paſtoralis officii debitum commiſſi nobis gregis Dominici curam utiliter gerere (divina cooperante clementia) ſtudeamus; & quanquam aſſiduè circa ſingularum commoda vigilemus; tamen ergà illas, quæ deplorant viduitatis incommoda

* See Tom. 2. p. 481, 482, 563. & Here An. 13 E. 1. p. 331, 332.

An. 21 *E.* I. moda propensiori cura & majori propulsamur instantia, ut eis præficiamus viros secundum cor nostrum, idoneos in pastores. Sanè ad audientiam Apostolatus nostri pervenit, quod Cathedralis Ecclesia *Landaven.* metropolitico tibi jure subjecta, **per septennium jam permansit, et adhuc permanet Pastoris regimine destituta; propter quod ejus provisio ad sedem Apostolicam est, secundum generalis statuta Concilii, legitime devoluta**; (which never abrogated nor restrained the Kings Prerogative, *quod nullum tempus occurrit Regi.*) **Nos igitur volentes eandem Ecclesiam, quæ gravia ex hujusmodi vacatione diutina sustinuisse dicitur in spiritualibus et temporalibus detrimenta, per nostræ providentiæ studium a dispendiis sibi ex prolixiori vacatione imminentibus præservare, ac cupientes illum eidem Ecclesiæ præesse Pontificem per quem ut utrisque (Deo auctore) valeat salubriter gubernari; gerentes quoque de tuæ circumspectionis industria fiduciam in Domino pleniorem, fraternitati tuæ ordinationem ipsius Ecclesiæ hac vice tenore præsentium duximus committendam. Concedentes tibi præficiendi eidem Ecclesiæ personam idoneam, quæ tanto congruat oneri et honori in Episcopum et Pastorem, ac faciendi eidem personæ a Capitulo ipsius Ecclesiæ et Clero et populo Civitatis et Dioc.** Landaven. **aliisque suis subditis humiliter obedire: Necnon et contradictores super hoc (si qui fuerint) vel rebelles, per censuram Ecclesiasticam, Appellatione postposita compescendi, plenam et liberam authoritate Apostolica potestatem.** Dat. *Aquile* 6 Non. *Octobr.* Pontificatus nostri anno primo. **Nos igitur cupientes debito devotionis obsequio mandatis Apostolicis obedire, et ea executioni debitæ mancipare,** *ad Magistrum* Johannem de Monemuta *Canonicum* Lincoln. *Doctorem in Theologia, multiplicibus virtutum præmiis insignitum, in spiritualibus & temporalibus circumspectum, nostræ considerationis aciem convertentes, de ipso, licet tunc absente,* **eidem Ecclesiæ** Landaven. **de liberatione prævia diligenti,** *ut præmittitur, diutius per mortem bonæ memoriæ Magistri* Willielmi de Brennes *ultimo Episcopi in eadem, vacanti,* **authoritate Apostolica providimus, et ipsum in eadem Ecclesia** Landaven. **præfeci in Episcopum et Pastorem.** *Sperantes quod eadem* Landavensis *Ecclesia per ipsius* Johannis *industriæ & circumspectionis studium præservabitur à noxiis & adversis, & spiritualibus & temporalibus proficiet incrementis.* **Cumque postmodum nostra provisio et ordinatio suprædicta præfato Magistro** Johanni **fuisset notificata loco et tempore opportunis, nolens divinæ resistere voluntati, quin potius jugo Domini satagens subjicere collum suum, provisioni et ordinationi dictæ Ecclesiæ de se factæ, pure et expresse consensit coram nobis personaliter constitutus.** *Cum itaque sicut novit Majestatis vestræ Celsitudo,* **sit virtutis opus Ecclesias et personas Ecclesiasticas, præsertim Pontificali præditas dignitate, benignis prosequi gratia et favore: Serenitatem Regiam rogamus attente, quatenus eidem Magistro** Johanni, **quem pro electo et confirmato hinc convenit, Regiam Majestatem Regalia seu Temporalia ejusdem Ecclesiæ** Landaven. **quæ per vos vacationis ejus tempore teneri dicuntur, liberare dignemini, ac ipsum et Ecclesiam prædictam sibi commissam sic vobis placeat habere in suis opportunitatibus commendatos, ut vestræ Celsitudinis fultus auxilio, in curæ pastoralis officio sibi commisso possit (Deo propitio) ulterius prosperari; et vobis exinde a Deo perhennis vitæ præmium pervenire.** *Dat. apud* Croyndon 3 *Non.* Martii, *Anno Domini* 1294. *Consecrationis nostræ primo.*

Dorso. Johanni de Langeton *Cancellar. suo. Per Regem.*

† Flores Hist. p. 397, 398.

† *Matthew Westminster* informs us, That *Anno gratiæ* 1295. Robertus *Metropolitanus* Cantuariensis *jam de Curia* Romana *regressus*, (before his instalment at *Canterbury*, to evidence his Papal spirit, and advance the Jurisdiction of his Court of Arches) *in Octavis Apostolorum* Petri & Pauli, *convocatis quibusdam Suffraganeis suis in Ecclesia Sancti* Pauli London, **super Ecclesiæ libertatibus et consuetudinibus tractatum tenuit specialem;** *& tanquam verus opilio, repagula & mœnia circa parietinarium, seu maceriarium injurias, ædificare satagens*, **Constitutiones quasdam** *à sanctis Patribus approbatas*, **sed per mercinariorum incuriam a bi propria baccillantes, in medium legitime revocabit. Necnon et aliis Ordinationibus prioribus annectens propter gregis tuitionem, decrevit inviolabiliter observari;** (without the Kings authority or privity.) These Ordinances of his (being 47. in number) you may read at large in Sir * *Henry Spelmans* Councils; wherein he

*Tom. 2. p. 413, to 427.

prescribes

preſcribes ſeveral *forms of Oathes* not only to the *Judges, Advocates, Clerks, Regiſters, Proctors* in his Courts of *Arches* and *Audience*, but likewiſe to others convented before them; particularly, † Quod dictæ Curiæ Præſidem contemptores quoſcunque conbictos jurare faciat, ſub certa pœna, quod dictam Curiam ſcienter non offendant: Together with ſeveral new *Excommunications*, forms of *Appeals*, and *Fées* to his *Officers*; againſt the Subjects Liberties, Lawes, Cuſtomes of the Realm, and Kings prerogative Royal: After which, *Die Sancti* Leodegarii *Dominus Archiepiſcopus* Cantuarienſis *ibidem intronizatus fuit*; & *Magiſter* Johannes de Monemue ab eo eodem die non altero conſecratus eſt in Epiſcopum Landavenſem. Which * *Thomas Walſingham* thus enlargeth; Robertus de Winchelſe *Doctor ſacræ Theologiæ à* Papa Celeſtino confirmatus, et in Archiepiſcopum Cantuarienſem in Curia Romana conſecratus, Angliam *veniens*, Johan. de Monemutha *Doctori Theologiæ*, Epiſcopatum Londinenſem (it ſhould be *Landavenſem*) auctoritate Papali contulit, qui jam vacuerat multis annis; beginning the exerciſe of his Archiepiſcopal authority with this unparalleld Papal and Archiepiſcopal Uſurpation on the Kings Crown, Dignity, and Royal prerogative, in obedience to his Soveraign Lord the Pope; for which and other his ſubſequent undutifull actions to his Soveraigne, he demerited this ſhort, but true character of Mr. *William Lambard* in his *Perambulation of Kent*, p. 93. *Robertus de Winchelſey*, a notable Traytor to the King, and true Servant to the Pope.

An. 21 *E.* 1.

† Spelman. ib. p. 421.

* Hiſt. Angl. p. 26.

I cannot finde that the King was forwards to reſtore the Temporalties of the Archbiſhoprick of *Canterbury* to this Archbiſhop, or of *Landaf* to *John de Monemuth*, thus intruded into it by the Popes and Archbiſhops authority againſt his prerogative, but detained them near 2. years after in his hands as vacant, receiving the profits, and preſenting to the benefices belonging to them, as appears by the *Patent Rolls* Annis 21 & 22 E. 1. they having no Writs of Reſtitution of the Temporalties till the 23. year of his Regn, Anno 1296.

Upon the death of *Robert Burnell* Biſhop of *Bath* and *Wells* the Kings Chancellor, *William de Marchia* (then Treaſurer of *England*, as * *Godwin* informs us) was elected to ſucceed him in that Biſhoprick; the manner of whoſe election I finde thus related in a Letter ſent to *John Langeton* then Chancellor of *England*, which I met with in the *White Tower Chappel*.

* Catalogue of Biſhops, p. 300

Bundela Brevium, &c. in Turre London. Anno 21 E. 1.

VEnerandæ diſcretionis viro & amico ſuo (ſi placet) fideliſſimo, Domino *J.* de *Langeton*, illuſtris Regis *Angliæ* Cancellario, ſuus in omnibus *W.* de *Weremeniſſ.* ſeipſum ad præcepta paratum. Qualiter & quomodo Magiſter *W. de Marchia* apud *Bathoniam* nuperrimè in Epiſcopum ejuſdem loci canonicè electus extiterat, vobis nuncio ſub hiis verbis. Prior *Bathon.* & ejus Conventus ad electionem per viam Scrutinii voluerunt libentiſſimè proceſſiſſe, eò quòd omnes Monachi ſuum Priorem eligiſſe putabant in Epiſcopum & Paſtorem. Ad hujuſmodi electionem per illam viam Canonici *Wellenſis* Eccleſiæ ſuum aſſenſum præbere penitus recuſarunt. Propter quod Monachi & Canonici *Wellenſes* per viam compromiſſionis unanimiter concordarunt, & ſuas literas patentes, prout poſtulat ordo juris, fieri & conſignari procurarunt. Die tertia quinque Monachi *Bathon.* & quinque Canonici, videlicet Præcentor, Cancellarius & Archidiaconus *Wellen.* ac Decanus *Eborum*, & *Malculmus de Harlegh*, per viam Compromiſſionis electi, in Capitulo, invocata Sancti Spiritus gratia, ad eligendum Pontificem concorditer acceſſerunt. Et cæteri Canonici & Monachi de Capitulo (prout juſtum extitit) receſſerunt. Statim Monachi, videlicet quinque ad hoc electi in prædicta forma, nominaverunt ſuum Priorem, ſemel, ſecundò, tertiò, & quartò: Et prædicti quinque Canonici ſuum aſſenſum illis in nominatione illa dare noluerunt. Præfati quinque Monachi loquebantur ad invicem, & ſciebant, quod ubi major pars, ibi electio, &c. Et quod Decanus *Ebor.* & Dominus *Malculmus* venerunt apud *Bathoniam* pro promotione prædicti Magiſtri *W. de Marchia*, ſtatim eundem Magiſtrum *W.* nominarunt. Et ex quo iſti quinque Monachi, & iſti duo Canonici, videlicet Decanus *Eborum*, & Dominus *Malculmus de Harlegh* in perſonam præfati *W. de Marchia* conſenſerunt, ponendum eſſe ſtramen pro tribus Canonicis ſupradictis. Et facta nominatione de prædicti Magiſtri *W.* perſona per iſtos ſeptem ſupradictos, ſtatim inceperunt laudare Deum per Pſalmum conſuetum. Et poſt celebrationem iſtius Pſalmi, Prior *Bathon.* & Decanus

An. 21 *E.* 1. canus *Wellen.* coram omni populo in Ecclesia commoranti pronunciavit, modum electionis de persona Magistri *Willielmi* supradicti. Et statim surrexit quidam Rusticus in Ecclesia illa, & dixit ista verba; **Cristescorz and seinte Marie, habbe bi halle that hine chose Bissop of Bathe.** Auditus Compotorum de Episcopatu *Bathon.* Dominus *W. de Hamelton* citra Quadragesimam ad Cancellar. accedere non permittit. Bene valeat, &c.

a Mat. West. An. 1295. p. 398.

The very same year he was made Bishop (as[a] *Matthew Westminster* relates) *Dominus Episcopus* Bathon. & Wellen. *Magister* Guliemus de Marche, *villicus Domini Regis, videlicet* **Thesaurarius de Scaccario** (as incompatible with his Episcopal office, as with [b] St. *Matthews* Apostleship, *whom Christ called from the receit of Custom to be an Apostle and Evangelist*) *diffamatus est apud patrem familias, non quasi dissipasset bona illius, sed subortis variis querelis*, **amotus est a billicatione sua,** *& alius Clericus, Domino Regi familiarissimus*, Walterus de Langetona *nomine, in ejus officio subrogatur.* Soon after the same year, [c] Rogerius Coventrensis & Lichefeldensis *Episcopus jam grandævus satisfaciens naturæ, à mundi hujus voragine est eductus. Cui successit* Walterus de Langetona *Regis familiaris, in transmarinis partibus per Regem Cardinali nuncius assignatus, à quo fuerat consecratus*, **privilegio Cantuariensis Ecclesiæ in omnibus statu suo salvo.**

b Mat. 9. 9. Mar. 2. 14. Lu. 5. 27, 28. See the Collect on St. Matthews day.

c Mat. Westm. p. 403.

This year *John de Langeton* succeeding *Robert Burnell* Bishop of *Bath* and *Wells* in the Chancellors office of *England*, the Chancellor and Regent Masters of the University of *Cambridge* sent this Letter to him, imploring his favour to protect their invaded Liberties, as his predecessor did.

Bundela Brevium & Literarum, Anno 21 E. 1. in Turre Lond.

Domino suo reverendo, Domino J. de Langeton, *&c. sui humiles & devoti,* Gilbertus de Segrave *Universitatis* Cantebr. *Cancellarius, ac Magistrorum ibidem regentium cœtus unanimis, quicquid sciunt & poterunt obsequii vel honoris. Ex divina dispositione nobis feliciter est prospectum, quod bonæ memoriæ Dominum* R. *quondam Domini Regis Cancellarium, Universitatis nostræ protectorem, tantum Patrem sequitur talis proles. Pater enim vivit nobis in filio, quem prout evidentiâ facti multipliciter didicimus, ut pater quondam fuerat in nostris agendis, suum filium propitium sensimus adjutorem: de quo vestræ Dominationis Celsitudini regratiamur totis viribus, si ad plenum non possimus ut vellemus. Quia verò contentionis filii* **Universitatem vestram subbertere, ac multiplicatis injuriis, contra nostra Privilegia perpetratis, quantum in eis est gregem Christi dispergere non formidant;** *ad Benignitatis vestræ greminm, tanquam pueri innocentes, multiformiter afflicti ac indebitè pragravati, confugimus & concurrimus, humiliter implorantes, quatenus hiis quæ per dilectos nobis in Christo Magistros* Johannem de Huntingfeld & Willielmum de Chelmston *vestræ sumus Excellentiæ relaturi, fidem plenariam adhibentes,* **salubre remedium quod Universitati vestræ noveritis opportunum, nobis dignemini misericorditer elargire.** *Tantum si placet facientes in præmissis,* **ut Universitas vestra sub alarum vestrarum tegmine latitando, quiete vivere, et ad honorem Christi et Ecclesiæ studendo proficere valeat in futurum.** *Valeat, &c.*

The Church of *Axmynstre*, formerly made a Prebendary and appropriated to the Church of *Yorke*, being alienated and disappropriated from it during the vacancy in the reign of King *Henry* the 3. King *Edward* recovering it by Judgement from the Abbot of *Newenham*, restored and appropriated it this year for ever as a Præbendary to the Church of *Yorke*, as formerly, by this Patent.

Pat. 21 E. 1. m. 7 intus. Pro Ecclesia Beati Petri de Ebor.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum nos nuper in Curia nostra coram nobis apud *Cantuar.* advocationem Ecclesiæ de *Axemynstre* cum pertin. per considerationem ejusdem Curiæ nostræ versus Abbatem de *Newenham* Ordinis *Cistercienšis* recuperaverimus ut Jus nostrum, ac postmodum intellexerimus, quod sede Archiepiscopi *Eborum* per mortem *Sewalli* dudum loci ejusdem Archiepiscopi vacante, & in manu Celebris memoriæ Domini *H.* quondam Regis *Angliæ* patris nostri existente, fuerat dicta Ecclesia de *Warthull* & de *Grendale*, in dicta *Eboracen.* Ecclesia ex concessione progenitorum nostrorum quondam Regum *Angliæ* **Præbendalis,** & eodem vacationis tempore ab eadem *Eboracensi* Ecclesia **contra justitiam, et in Juris Regii læsionem, et dictæ** *Eboracensis* **Ecclesiæ dispen-**

dium

dium elongata: Nos facta eorundem progenitorum noſtrorum quatenus conſona fuerint equitati, illæſa conſervare volentes, advocationem ipſius Eccleſiæ, et ipſam Eccleſiam quantum in nobis eſt, cum Juribus et ſuis pertinent. quibuſcunque præfatæ Eccleſiæ *Eborum* reddimus pro nobis et hæredibus noſtris eidem Eccleſiæ *Eborum*, et Præbendariis de *Warthull* et *Grendale* nunc exiſtentibus, & eorum ſucceſſoribus in dicta Eccleſia *Ebor.* in ſtatu quo ante vacationem prædictam fuerat in propriοs uſus poſſidendam, abſque calumnia, contradictione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum imperpetuum. Nolentes quod Præbendarii locorum eorundem ſuper poſſeſſione prædictæ Eccleſiæ quantum in nobis eſt, moleſtentur in aliquo de cætero, ſeu graventur. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Cantuar.* 18 die *Julii*. Et duplicatur. *An.* 21 *E.* 1.

This year *John* Archbiſhop of *Yorke* granted this Licenſe for the Kings Juſtices Itinerant at *Yorke* to hold Aſſiſes in the time of *Septuageſima* and *Sexageſima*, againſt the Conſtitutions of the Church, encroaching on the Kings prerogative, and therefore * *abrogated* by the Stat. of *Weſtm.* 1. 3 E. 1. cap. 51. without ſuch licenſe.

* See here, p. 155, 156. & Cooks 2 Inſtit. p. 264, 265.

JOhannes *permiſſione divina* Ebor. *Archiepiſcopus*, Angliæ *Primas*, *dilectis ſibi* Hugoni de Creſſingham *& ſociis ſuis Juſticiariis Domini Regis apud* Eboracum *itinerantibus*, *ſalutem & gratiam ſalvatoriam. Licet pro communi ſalute fidelium* pro-bidæ Eccleſiaſticæ diſpoſitionis judicio (without any warrant from, and againſt the Scripture) ordinatum fuerit et ſtatutum, quod certis anni temporibus contemplativæ devotioni deditis, ſecularis poteſtas neminem poſſet compellere ad jurandum; *amore tamen juſtitiæ, quam maturari æquum credimus atque pium*, ex quadam conniventia toleramus, *quod* Aſſiſas *quaſcunque* Mortis Anteceſſoris, & Novæ diſſeiſinæ, *quas coram vobis ventilari contigerit, hoc inſtanti* Septuageſimæ & Sexageſimæ *tempore capiatis, & quod juſtum fuerit faciatis*, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus. *Benè valete.* Data *apud* Wilton. *idibus* Februarii *Anno gratiæ* 1293. *& Pontificatus noſtri nono.*

Placita de Juratis & Aſſiſis apud Ebor. a die S. Trin. in 15 dies, 21 E. 1. rot. 53. Spelmanni Concilia, Tom. 2. p. 413.

The King borrowing 10000*l.* of the moneyes collected for the *Holy Land* in *England* for his own neceſſary affairs, and cauſing ſundry foreign Merchants and his Brother *Edmund*, to enter into ſeveral Recognizances to the Collectors and Church of *Rome*, for repayment thereof, as if borowed by them for their private uſes, the King for their ſecurity and indempnity, declared the money to be borrowed and imployed only for his own uſe, engaging to diſcharge and ſave them harmleſs againſt the Collectors and Church of *Rome*, by this Patent.

REX *omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos recipi fecerimus per Chariſſimum fratrem noſtrum* Edmundum *Comitem* Leyc. *à venerabilibus Patribus* J. Wyntonien. & O. Lincoln. *Epiſcopis*, Collectoribus Decimæ in ſubſidium Terræ Sanctæ conceſſæ per ſedem Apoſtolicam deputatis, decem millia Librarum Sterlingorum de pecunia ejuſdem Decimæ, pro quibuſdam arduis negotiis noſtris in Vaſconia et alibi ex injunctione et præcepto ſpeciali expediendis. Et pro dictorum Collectorum ſecuritate Mercatores de Societate Pullicum et Rembertinorum de Florentia, ſe in dictis decem Millibus librarum ad noſtram inſtantiam et rogatum eiſdem Collectoribus obligantes, eandem pecuniæ Summam ſe ex cauſa mutui a prædictis Collectoribus recepiſſe et habuiſſe recognoverunt: præfatuſque *Edmundus* frater noſter nichilominus prædictam pecuniæ Summam ſibi mutuatum fuiſſe recognoverit, et ad ſe perveniſſe, et in utilitatem ſuam converſum fuiſſe cognoverit, et eandem reddere promiſerit, *prout in ſcriptis obligatoriis fratris noſtri & Mercatorum prædictorum ſuper hujuſmodi recognitionibus diviſim & ſeperatim confectis, præmiſſa plenius continentur, quamquam ſecundum rei veritatem* dicta pecuniæ ſumma ſit in noſtri utilitatem converſa, et mutuum hujuſmodi et obligationes tam fratris noſtri quam Mercatorum prædictorum, pro nobis et noſtris agendis, et de mandato noſtro, ut præmittitur, ſint inita et contracta. *Nos indempnitati Mercatorum prædictorum volentes in hac parte proſpicere, ut tenemur*, Mercatores eoſdem erga præfatos Collectores, necnon et Romanam Eccleſiam, ac quoſcunque alios ſuper obligationibus hujuſmodi et prædicta ſumma pecuniæ, quietos facere et indempnes

Pat. 21 E. 1. m. 18. Cedul.

indempnes p̃omittimus fideliter conſervare. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 6 die *Maii*, Anno Domini 1293. & regni noſtri 21. To ſuch ſhifts was the King then put to borrow theſe monies from the Popes Agents, though granted to him for the Holy Lands relief.

An. 22 E. 1.

In the Bundels of Writs in the *White Tower*, Anno 22 E. 1. I finde no leſs then 8. Writs brought at the ſuits of the parties, or at the Kings ſuit, for holding Plea of, or proſecuting Suits in Court Chriſtian, **de Catallis et Debitis quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, contra P̃ohibitionem noſtram:** I ſhall render you only this breviate of them. * *Rex Vic.* Somerſet. *& Epiſcopo* Bathon. & Wellen. for Hilary de Domoer, *verſus* Thomam de Conde, & Willielmum Burnwell *Archidiaconum* Taunton; 26 & 28 *die* Januarii. *Vic.* Oxon. for Willielmus de Erdington, *verſus Magiſtrum* Johannem Walrand, & *Magiſtrum* Simonem de Dunketon; 17 *die* Maii. *Vic.* Warwic. *pro Domino Rege verſus* Johannem *Priorem de* Kirkeby, *&c.* **in læſionem coronæ et dignitatis noſtræ, et contra P̃ohibitionem noſtram;** 17 *die* Maii. *Vic.* Bucks. for Alicia *uxor* Willielmi Cryps, *verſus Magiſtrum* Richardum de Sancta Fryderoyda; 6 *die* Maii. *Vic.* Bedford. for Henricus de Marſhal, *verſus Magiſtrum* Benedictum *perſonam Eccleſiæ de* Wardon; 26 *die* Aprilis. *Vic.* Devon. by Richardus de la Weye, *verſus Magiſtrum* Philippum de Exon. *Archidiaconum de* Barneſtaple, & *Magiſtrum* Johannem de Cuwyk, *quare tenuerunt*; & Stephanum *perſonam Eccleſiæ de* Cokington, *quare ſecutus eſt*, &c. 8 *die* Maii. *Vic.* Huntingdon. by Willielmus Pryde, *verſus* Nicholaum de Huntingdon, *quare tenuit, &c.* 13 *die* Febr. Beſides one Writ *Vic.* Oxon. brought by Rogerus de Codesford. *verſus Magiſtrum* Rogerum de Monti Vallibus, **quare tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de laico feodo ipſius** Rogeri de Codesford. *in* Oxon. **contra P̃ohibitionem noſtram.** *Teſte meipſo apud* Cantuar. 25 *die* Aprilis, *Anno regni noſtri viceſimo ſecundo.* To which I ſhall ſubjoyn two more Writs at large, for holding Plea of *Treſpaſſes* and *Advowſons*, evidencing the vexatiouſneſs and daring contempts of Eccleſiaſtical Courts, againſt the Kings Prohibitions in that age, and the Kings, Judges reſentments of, and proceedings againſt them for the ſame.

* Bundela Brevium An. 22 E. 1. in Turre London.

Ibidem.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, &c. *Vicecomitibus* London. *ſalutem. Monſtravit nobis* Willielmus Faure & Alic. *uxor ejus, quod cum Magiſter* Simon de Wymundham, Willielmus le Somenir, & Matthæus le Someter, *in Curia noſtra coram Juſticiariis noſtris apud* Weſtm. *à die* Paſchæ *in* 15. *dies, anno regni noſtri* 22. **attachiati ſunt** *ad reſpondend. eiſdem* Willielmo Faure & Aliciæ *de placito*, **quare cum placita de Tranſgreſſionibus contra pacem noſtram factis in regno noſtro, ad Nos et coronam et dignitatem noſtram, et non ad alium pertineant in eodem regno;** *ac iidem Magiſter* Simon, Willielmus le Somenir, & Matthæus, **ſecuti ſunt placitum in Curia Chriſtianitatis ſuper hujuſmodi Tranſgreſſionibus, in læſionem coronæ et dignitatis noſtræ, et contra P̃ohibitionem noſtram, eiſdem** S. W. & M. **directam, ne prædictum placitum ulterius in Curia Chriſtianitatis ſequerentur.** *Iidem Magiſter* Simon, Willielmus & Matthæus, **nichilominus prædict. placitum in præfata Curia Chriſtianitatis ſecuti fuerunt, quouſque idem** Willielmus & Alicia **ad ſectam ipſorum Magiſtri** S. W. & M. **ſententia Excommunicationis in ipſos fulminata ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſi fuerunt; et poſtmodum breve noſtrum de capiendo ipſos** Willielmum & Aliciam **tanquam claves Eccleſiæ contemnentes, malicioſe impetraverunt, ut ſic eos impediant quo minus placitum prædictum in præfata Curia noſtra coram præfatis Juſticiariis noſtris apud** Weſtm, **inde motum proſequi poſſint, ſecundum legem et conſuetudinem regni noſtri, in ipſorum** Willielmi & Aliciæ **dampnum non modicum, et noſtri contemptum manifeſtum.** *Et ideo vobis præcipimus, quod capta ſecuritate à præfatis* Willielmo & Alicia *de clameo ſuo proſ.* **attachiatis præfatos Magiſtrum** Simonem, Willielmum & Matthæum **per corpora ſua;** *ita quod eos habeatis coram Juſticiariis noſtris apud* Weſtm. *in Octabis Sanctæ* Trinitatis, **ad reſpondend. tam Nobis, quam prædictis** Willielmo & Aliciæ **de prædictis tranſgreſſione et contemptu.** *Et interim* **de capiendo eoſdem** Willielmum & Aliciam **prætertu alicujus brevis noſtri de Cancellaria noſtra occaſione prædicta omnino ſuperſedeatis.** *Et habeatis ibi hoc breve. Teſte* J. de Metingham *apud* Weſtm. 7 *die* Maii, *anno regni noſtri viceſimo ſecundo.* Which was accordingly executed, as appears by the Retorn endorſed thereon.

Nota.

The

The like Writ iſſued *Vicecomitibus* London. *pro* Wilhelmo de Sancto Georgio, *verſus Magiſtrum* Henricum de Maſſinghton, *quare*, &c. **tenuit placitum** *de hujuſmodi* **Tranſgreſſionibus,** *&* *quare tenuit placitum* **in eadem Curia Chriſtianitatis de Advocatione Capellæ de** Tadham, **contra Prohibitionem noſtram, in læſionem coronæ et dignitatis noſtræ,** &c. *Idem Magiſter* Henricus *pendentibus inter eos in præfata Curia noſtra prædictis placitis*, prædicta placita nichilominus ulterius tenuit in præfata Curia Chriſtianitatis, quouſque ſententia in ipſum Willielmum ea occaſione ad ſectam ejuſdem Magiſtri Henrici publicata et promulgata, ipſum excommunicari fecit: Et poſtea breve noſtrum de ipſo Willielmo ſic excommunicato, tanquam claves Eccleſiæ contemnente, capiendo, jam vobis porrexit, *ut dicitur*, in coronæ et dignitatis noſtræ læſionem, Curiæ noſtræ prædictæ contemptum manifeſtum, &c. as in the preceding Writ. *Teſte* J. de Metingham *apud* Weſtm. 12 *die* Dec. *Anno regni noſtri* 22. *An.* 22 *E.* 1.

King *Edward* the 1. in this 22. year of his reign, by reaſon of his expenſive Wars, wanting money and means to provide for and relieve his old decayed *Servants* and *Soldiers*, by vertue of his Prerogative Royal, began by his Writs to demand [a] *Corodies* for them, from Abbots, Priors, and Religious Houſes of his foundation, which held not by *Frankalmoigne*, (as his Father [b] King *Henry* the 3. did before him for the *converted Jews*) and likewiſe Penſions for his *Chaplains* from Biſhops, eſpecially upon his advancing of any New Abbot, Prior, Archbiſhop, Biſhop, and reſtitution of their Temporalties to them; witneſſe theſe 4. *Corodies* granted at once this year.

[c] Henricus Lombard **habet literas Regis deprecatorias directas Abbati et Conventui de** Abbotesbur. **quod ipſi eum admittant in Domo ſua in victu neceſſariis quoad vixerit exhibendum.** *Teſte Rege apud* Rokesford. 24 *die* Februarii; **per breve de privato ſigillo. Conſimiles literas habet** Johannes Caſtiloun **directas Priori et Conventui Eccleſiæ Chriſti in** Nova Foreſta. *Teſte ut ſupra*; **per breve de privato ſigillo. Conſimiles literas habet** Thomas de Lenton **directas Abbati et Conventui** Ceſtriæ. *Teſte ut ſupra*; **per breve de privato ſigillo. Conſimiles literas habet** Rogerus Frere **directas Abbati et Conventui de** Croxton. *Teſte ut ſupra*; **per breve de privato ſigillo.** The form whereof you may read in the *Regiſter* and *Fitzherbert*.

a See Regiſter of Writs, p. 233. Fitzherbert & Brooks Abridgements Tit. Corodi, Fitz. Natura Brev. f. 230, 231, 232. Articuli Cleri c 11. Cooks 2 Inſt. p. 630. L. 5 E. 4. f. 120.
b See Tom. 2. p. 835, to 841.
c Clauſ. 22 E. 1. d. 11. Pro famulis Regis.

After which, ſuch Writs for *Corodies* for the Kings and Queens Servants, Soldiers, and Penſions to the Kings Clerks till promoted to Benefices, very frequently occurr both in the Bundles of Privy Seals and Clauſe Rolls in the Tower, during this Kings reign and his ſucceſſors; Abbots, Biſhops Lands and Revenues being originally granted them by our Kings their Founders, not to ſpend them on their own luxury, pomp, kinred, allies, but to be beſtowed in *almes, hoſpitality, and charity to poor diſtreſſed people*; therefore more eſpecially on ſuch decayed meritorious Servants or Soldiers as the King by his Writs ſhould recommend to them, to be relieved and harbored during life; *being a priviledge due unto him of meer common right*, **of which no preſcription or cuſtome could deprive him**; no wayes extinguiſhed or reſtrained by *Magna Charta* c. 1. 3 E. 1. c. 1. or *Articuli Cleri* c. 11. as our Judges and [d] *Law-books* have ſince frequently reſolved.

d Long. 5 E. 4. f. 120, 121, 122, &c. Fitz. Nat. Brev. f. 230, to 233. & Abridgement Tit Corodie; and the Law-books in Aſhes Tables, Corodie 4.

The ſame year, (*Anno* 1293. as *Matth. Weſtminſter*, or 1294. as *Walſingham* computes) there fell out a new unexpected quarrel between the *Engliſh* and *French*, upon this occaſion; The [a] *Normans* murdering and pillaging the *Engliſh*, and hanging ſome of them upon the maſts of their ſhips, with dogs, in contempt, highly exaſperated thoſe of the *Cinqueports* and other *Engliſh* Mariners, who of their own accord united their ſhips together, to revenge themſelves upon the *French*, for this indignity, and other depredations on the *Engliſh* Merchants; [a] *Per idem tempus Mercatores* Angliæ *variis in mari laceſſiti periculis, ſuper mercium ſuarum amiſſione, Regi* Angliæ *conqueruntur*; *Qui Comitem* Lincolniæ Henricum de Lacy *ad Regem* Franciæ *tranſmiſit, ſuppliciter petens*, ut de aſſenſu ipſius per Reges & eorum conſilia, contra hujuſmodi maritima diſpendia provideretur. *Interim verò dum Comes reſponſum expectat, claſſes ducentarum navium* Normannicarum *& amplius, quæ coadunata, ut* Anglos *virtuoſos invaderet, & invadendo fortius propulſaret, in* Waſconiam *profecta fuerat, quicquid de parte adverſa obvium habuit, præda & morti facilè deſtinando. Dum onuſta vino reverteretur gloribunda*, quaſi ſibi ſoli maris ceſſiſſet libertas, a ſeraginta navibus Anglicanis *capitur in portu* S. Matthæi, *in minori* Brytannia, *& in* Angliam *adducitur feria*

a Tho. Walſingham Hiſt. Angliæ, p. 23. Ypodigm. Neuſtr. p. 77. 78. Mat. Weſt. An. 1293. pag. 386. to 391. Henr. de Knyghton de Event. Angl. l. 3. cap. 6. col. 2495, to 2498. See Fabian, Caxton, Holinſhed, Grafton, Speed, Daniel, Baker in K. Edw. 1.

An. 22 E. 1. *feria sexta ante vigiliam Pentecostes, submersis aut cæsis hominibus omnibus qui erant in navibus, absque delictu conditionis, solis illis exceptis qui in scaphis vix sibi saluti fuerant fugiendo. Perdiderunt quippe* Gallici *quindecim millia hominum in hoc conflictu,* Anglici *eorum cadavera in mari projecerunt, nec unum solum superstitem dimiserunt; & eorum vasa, vina & alia necessaria continentia, reduxerunt ad propria cum contentis, inter se naves & spolia dividentes. De quibus Rex* Anglix *nihil recipere voluit, quasi eorum non consentiens voluntati, pro eo quod absque ejus præcepto talia perpetrarunt.* [b] *In illo enim tempore non erat Rex, neque lex nautis posita, sed quod quisque rapere vel auferre valebat, hoc suum esse dicebat.* Gernemuthensis *inexpugnabilis manus lustrantes confinia* Normanniorum, *nulli parcentes conditioni, sexui, ætati, rogo patriam illuminantes, manus prædis & discrimini laxaverunt.* Francigenæ *igitur territi & turbati, adiverunt Regem suum, auxilium postulantes, Rumor facti diffusus per* Galliam, *Regem, consiliumque suum non tam admiratione quàm indignatione vehementi commovit. Mittuntur igitur nuncii inter Reges pro pace faciendâ, Ambassiatores ex parte Regis* Francorum *ordinati, à Rege* Angliæ *petierunt, ut absque mora naves cum mercibus per homines suos captos, & in regno suo receptos, restitueret; si vellet sua negotia pro terra* Wasconiæ *in Curia Regis* Franciæ *favorabiliter expediri. Super mandato Rex deliberans, habito consilio,* Richardum Londinensem *Episcopum, adjunctis eidem aliis viris prudentibus, ad Regem* Francorum *& suum consilium cum hujusmodi misit responso, viz.* Cum Rex Angliæ curiam habeat nulli subjectam, *si qui se læsos senserint per homines regni sui, veniant ad Curiam suam, & declaratis sibi illatis injuriis, Rex eis celerem fieri justitiam ordinabit; quod ut securius possint facere quibuscunque conqueri volentibus, Rex de eundo & redeundo per terram suam salvum dabit conductum. Quod si sic Regi* Francorum *non placeat, eligentur hinc inde arbitri, qui pensatis damnis utriusque partis, provideant, quomodo querelantibus satis fiat, & Rex* Anglorum *dicto eorum & laudo sub certa obligatione se submittet, dum tamen Rex* Francorum *se submittat & obliget pari modo. Si verò aliquid occurrat tam arduum, quod per arbitros discindi nequeat, definiendum Regibus reservetur. Et Rex* Angliæ *habito conducto ad Regem* Franciæ *accedentem, ad aliquam villam maritimam veniet, & de assensu mutuo finis negotio imponatur: Quod si nec istud Rex* Francorum *acceptaverit,* in summum Pontificem, cujus est inter Reges et Regna pacem fovere, transferatur de assensu mutuo negotium (not as to a soveraign Judge, but private voluntary Arbitrator chosen by them:) *vel quia tunc Sedes* S. Petri *vacabat,* ad Cardinales omnes vel aliquos, ut litis et discordiæ submota materia, pax inter eos et eorum populos resultaret ut solebat. Spernit hæc omnia consilium *Francia,* nec injuriis instanter flagitantibus dignatum est aliquid respondere.

[b] Mat. Westm. p. 396. & 287. Walsingham pag. 23.

The King, during the Treaties with the *French* King for peace, by his Ecclesiastical Soveraignty issued these Writs to his Bishops, to pour forth *devout prayers to God* for a blessing on his conference with the King of *France*, that it might tend to the praise of Gods holy name, the peace, prosperity and honour of his Realm, and the common good and profit of Christianity; worthy our imitation upon occasions of this nature.

Clauf. 22. E. 1. m. 11. dorso. Pro Rege de precibus. See my signal Loyalty and Devotion, &c. part. 2. pag 41, 42.

REX Archiepiscopo *Eboracensi*, &c. salutem. Cum inter magnificum Principem, Dominum Regem *Franciæ* illustrem, Consanguineum nostrum, & nos aliqua sint exorta, propter quæ ad partes intendimus transmarinas personaliter nos conferre, cum Domino Rege super hiis habituri colloquium & tractatum. Credentes firmiter & sperantes, quod felicioꝛ votis nostris effectus adveniret, si devotoꝛum intercessionibus adjuvemur; Paternitatem vestram affectuose requirimus et rogamus, quatinus apud Deum pꝛeces devotas suppliciter effundatis, et a vestris subditis illud fieri injungatis, ut in hujusmodi negocio pꝛosequendo, tractando, ac etiam oꝛdinando, sic Deus et Dominus regat et dirigat actus vestros, quod cooperante unigenito Dei filio Jesu Chꝛisto, laboꝛ noster in hac parte ita possit fructuosus haberi, quod cedat ad laudem sui nominis, ac statum quietum et pꝛosperum Regni nostri pariter et honoꝛem, necnon et ad tocius Chꝛistianitatis commodum et pꝛofectum. Teste Rege, apud Sanctum Albanum, xiv. die Februarii.

Consimiles literæ diriguntur *A. Dunelmensi* Episcopo, *J.* Episcopo *Karl. O. Linc.* Episcopo, *W. Elyen.* Episcopo, *R. Norwic.* Episcopo, *J. Wynton.* Episcopo, *G. Cicestr.* Episcopo, *J. Roffen.* Episcopo, *Th. Exon.* Episcopo, *A. Sarum* Episcopo, *R. London.* Episcopo, *W. Bath. & Well.* Episcopo, *R. Coventr. & Lich.* Episcopo, *G. Wygorn.* Episcopo, — *Assaven.* Episcopo, *Th. Heref.* Episcopo, — *Bangor* Episcopo.

Con-

Consimiles literæ diriguntur Custodi spiritualitatis Archiepiscopatus *Cant.* sede vacante, mutatis tamen mutandis, *viz.* ubi paternitatem, *&c.* ibi devotionem, *&c.* *An.* 22 *E.* I.
Consimiles literæ Custodi Episcopatus *Landaven.* sede vacante diriguntur.
Consimiles literæ diriguntur *M. Meneven.* Electo.

The *French* King and his Counsel rejecting all overtures of Peace with King *Edward* after sundry Treaties and prayers, instead thereof, * *Misit denique Rex* Francorum *ad civitatem* Agenum, *quas ad Ducatum* Aquitaniæ *spectare dignoscitur, ibique nominatim citari fecit Regem* Angliæ, *ut die certa* Parisiis *compareret, de injuriis & rebellionibus in terra facta* Wasconiæ *responsurus.* Which † *Mat. Westminster* thus relates; *Circa festum Sancti* Andreæ *Apostoli Rex* Francorum Philippus *direxit Regi* Angliæ *literas citatorias, ut personaliter* Parisiis *ad Parliamentum suum accederet, responsur. quæstionibus & legitimis causis, quas idem Rex & sui Pares proposituri erant adversus eum, in hæc verba.*

* Walsingham Hist. p. 23, 24.

† Flores Hist. An. 1293. pag. 389, 390, 391.

Philippus *Dei gratia* Francorum *Rex*, Edwardo *eadem gratia Regi* Angliæ, *consanguineo suo, tenenti Ducatum* Aquitaniæ, *salutem. Cum notorium sit & manifestum per rei evidentiam, adeò quod nulla potest tergiversatione celari, quod homines de* Baiona, *coadunatis sibi quampluribus aliis, qui de regno vestro* Angliæ, *assumptis navibus & armis, ac hominibus armatis in magna multitudine, ibidem palam ac publicè collectis, vobis non insciis, vel saltem probabiliter ignorare non valentibus, exierunt, animo nephando homines ac subditos nostros de* Normannia, *& de quibusdam aliis partibus regni nostri, tàm in terra quàm in mari, in locis etiam nostræ jurisdictioni subjectis, nequiter invaserunt, innumeros ex iis inhumaniter occidendo, stragemque horribilem eis faciendo, multos ex eis capiendo, & adhuc captos detinendo, ac eosdem navibus & mercibus, quasi inæstimabilibus, ex diu ante concepta nequitia depræd ando, confractis quamplurimis ex dictis navibus, & submersis, spretis & contemptis prohibitionibus & mandatis nostris factis & propositis solenniter & publicè, ac palam editis* Burdegali & Baionæ, *& in multis aliis locis, ne aliquis prædictis, vel aliis quibuscunque specialiter, per terram vel mare vehentibus merces suas, præsumerent forisfacere, seu aliàs offendere quoquo modo. Naves etiam superstites, & omnes merces ad regnum vestrum* Angliæ *transvehendo, quas in vestra jurisdictione acceptastis, & adhuc receptatis scienter, & per nuncios nostros super eorundem existentium & apparentium restitutione requisitis sufficienter, restitutionem facere non curastis, sed potius contempsistis, licet vobis ex parte nostra fuerit oblatum; quod si qua existentia, vel apparentia per homines regni nostri capta detinerentur de bonis subjectorum vestrorum, de his restitutionem vobis fieri faceremus. Cumque notorium sit & manifestum similiter, quod quamplures dictorum hominum de* Baionia, *adjunctis sibi nonnullis malefactoribus aliis, villam nostram de* Rupella *proditionaliter invaserunt, insultus quamplures in eam facientes & habitatores ipsius, quosdam etiam occidentes ex eis, & alios multipliciter damnificantes; eosdem nos, cum excessus & facinora prædicta non possumus conniventibus oculis pertransire, vobis, vel locum vestrum in* Vasconia & Baiona *tenentibus, quod certum numerum dictorum hominum de* Baione, *per vos, vel prædictos locum vestrum tenentes, in prisona nostra* Petragorum *mitteretis infra terminum jam elapsum, pro faciendo quod ratio persuaderet, & justitia postularet, præcepimus. Alia quædam mandata super prædictis, per patentes literas nostras sufficienter fecimus injungi; quibus injunctionibus & mandatis parere, contumaciter & contemptibiliter est neglectum. Cumque ex ratis & legitimis causis seisiri mandaverimus civitatem* Burdegalim *terram* Agendici, *& totam aliam terram, quam infra Senescalliæ nostræ* Petragori *metas, in* Petragoriano, Caturinio, Lemovico, *gentes vestræ nomine vestro tenebant, & locum vestrum tenentes in prædictis locis, gentibus nostris dicti mandati nostri sine armis executioni demandantibus, inobedientes fuerunt contumaciter, & rebelles, & adhuc in rebellione persistunt, mandatis nostris & gentibus nostris non parentes. Sed quod gravius est ferendum, civitates, castra, villas, & loca dictæ terræ, contra nos munierunt, inforciant, tota die volentes, quasi modo hostili, justificationi nostræ feodi resistere, nec quædam custella, nec fortalicias, quæ ab eis ex certis & legitimis causis per gentes nostras requiri fecimus, reddere voluerunt, sive ea reddere noluerunt, sive ea reddere contemptibiliter recusarunt; & gentes terræ illius ad resistendum nobis & nostris, in viis & itineribus concitaverunt, concitant & invitant,* contra nos gentes ipsas juramentis propriis astringentes, *& in assisis literas ex parte vestra proposuerunt publicè, & dixerunt,* quod nobis nec gentibus nostris in ullo pareatur. *Imò si gentes nostra justificando, sicut ad nos pertinet, aliquid seisiant, capiant,*

An. 22 E. 1. piant, *vel explectent, vel seisire vellent, capere vel explectare quod fierent, vel fiant gentibus nostris violenter recussa, quæ jam in multis locis intemporabiliter insligendo, gentes nostras cum armis turpiter expellendo, verberando, & de terra illa violenter ejiciendo, & alios violenter pertractando, in prædictis & pluribus aliis* seditionem publicam contra nos, et jus regium nostrum facientes, in præjudicium superioritatis nostræ, et læsionem Regiæ Majestatis; *quæ tàm diu & tàm nefariè perpetrata sunt, & adhuc toto die perpetrantur, quod horum ignorantiam vos habere veresimiliter non potestis. Cumque publica referente fama ad nos pervenit, quod post appellationes multas, & à multis locum vestrum tenentibus ad Curiam nostram, interposita occasione appellationum,* in magnum et grave præjudicium superioritatis et jurisdictionis nostræ contemptum, *appellatos ipsos à jurisdictione nostra, propter easdem appellationes exemptos, irrationabiliter & crudeliter, nulla humanitate servata,* sed spreta reverentia nobis debita, *tractaverunt capiendo, & districtis carceribus mancipando; videlicet* Grimbaldum de Tysano, Bernardum de Raunchano, Andræam de Bayfac, Bonafusium de Coceti, *dictum* Ros; *& quamplures alios bonis suis omnibus spoliando, & de suis domiciliis, locis & hæreditatibus expellendo, dictum* Garciam *& quamplures alios suspendendo,* Arnoldum de Bordis, Bernardum Pelliternum, *& quendam vocatum* Formage, *& in gulis eorum furcas imponendo, & apertè post omnes chordis ligando, ne loqui possent, seu appellare, aut appellationes suas renovare; inhibendo sub pœna suspendii quibusdam notariis, requisitis ab ipsis appellantibus, ut supradictis appellationibus publica conficerent instrumenta, ne hujusmodi instrumenta facerent; videlicet Magistro* Martino Mercerio *& pluribus aliis; alioque incarcerando, eos detinendo, pro eo quod dicebant, quod à Seneschallo vestro* Vasconiæ, *& de tota terra* Agen. *ad nos licitùm erat appellare; videlicet* Reymundum de Lacussano *advocatum de* Agen. *& quamplures alios diversorum tormentorum generibus cruciando. Hinc est* quod vobis præcipimus, et mandamus sub pœnis quas potuistis incurrere et potestis, quatenus vicesima die instantis Natalis Domini, quam vobis peremptorie Parisiis assignamus, compareatis coram nobis, sicut debebatis et debetis, et sicut tantorum facinorum et excessuum qualitas exigit et requirit, super dictis omnibus, quorum cognitio ad nos pertinet, et prædicta tangentibus, et quæ possunt sequi ex eis et omnibus aliis, quæ contra vos proponenda duxerimus, responsuri, jure parituri, et quod justum fuerit audituri, et etiam recepturi. *Significantes vobis tenore præsentium, quod sive dictis die & loco compareatis, sive non,* nos nihilominus procedemus prout debemus, vestra non obstante absentia. *Datur.* Parisiis, *&c.*

* Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 6. col. 2497. & c. 7. col. 2500, 2501. Walsingham Hist. Angl. p. 25. Mat. Westm. p. 392.

* *Istud mandatum quia* Rex Angliæ *minimè est prosecutus, ad diem præfixum non comparendo,* Rex Francorum *in propria persona pro tribunali sedens, sententiam protulit judicans in defectu:* **morque universali Parium arbitrio, ab omnibus terris in regno** Francorum **præhabitis, exterris abjudicatur et exhæredatur.** *Deinde præcepit Rex Constabulario* Franciæ, *ut in manu armata proficiscens, Ducatum* Aquitaniæ *Regis* Francorum *nomine occuparet, caperetque vel expelleret quoscunque per Regem* Angliæ *illius custodiæ deputatos.* Hereupon the King of *France* invading *Aquitain,* refusing all terms of Peace, or receding from them; *Rex* Angliæ *convocato* Londoniis *Parliamento, cui* Johannes *Rex* Scotorum *interfuit,* **de consilio Prælatorum et Procerum consensum,** *terram sub dolo ablatam recuperandam gladio decernit.* The Parliament giving him a large Subsidie towards this War, the King by their advice renounced his homage to the King of *France*; and sending the Archbishop of *Dublin,* the Bishop of *Durham* with others Embassadors to the Kings of *Germany* and *Arragon* with large presents and gifts, he entred into a firm league with them against the *French, ancillante, imo principante summa C. M. lib. de sterlingis.*

a Flores Hist. pars 2. Anno 1294. p. 392. Polychronicon l. 7. c. 39. H. de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 2. col. 2471. Walsingham Hist. Angl. An. 1296. p. 29.

The King notwithstanding this Subsidie wanting monies, searched all the Monasteries and Churches throughout *England,* where any monies were deposited by Religious persons or others, and forcibly carried it away to supply his occasions, by the advice of his Treasurer *William de Marchia* Bishop of *Bath* and *Wells,* thus related by [a] *Mat. Westminster. Illo quoque tempore, videlicet Dominica secunda mensis* Julii, **factum est scrutinium execrabile, et sacrilegium horrendum in Ecclesia Dei, per universum regnum** Angliæ, **quale non fuit, nec fuisse creditur multis temporibus retroactis.** *Fecit Rex omnia regni Monasteria perscrutari, & pecuniam inventam* Londoniis *apportari.* **Quod quidem scrutinium,** *ut credimus,* **non emanavit a conscientia Domini Regis; sed author potius hujus facti fuit Magister** Gulielmus de Marchia, *tunc temporis Domini Regis Thesaurarius,* **qui in hoc facto non** Bathonienfis **Episcopus**

copus dici debuit, sed tyrannus, non defendens Ecclesiam sed offendens. *Ille siquidem facit cujus authoritate fit.* Et quia sic Templum Domini violavit, caveat sibi ab anathemate Sancti Pauli, *dicentis*; * Si quis Templum Domini violaverit, disperdet illum Deus; (meant only of the † sacred Temples of Christians bodies, defiled by fornication or adultery, of which sin unmarried Priests and Monks were then most guilty; not of Monasteries or Churches, as this Monk with others mistake, and misapply it.) [a] *Henry de Knyghton* stories; Edwardus *quorundam fretus consilio, omnem pecuniam & omne depositum in Ecclesiis Cathedralibus, Domibus Religiosis, & universis gazofilaciis Clericorum & Laicorum Fratrum Prædicatorum & Minorum, cæterorumque ordinum omnium, quinto scilicet die* Julii *hora tercia, per ministros suos præordinatos quasi ex improviso cepit, & in erarium suum* Londoniæ *reponere fecit, multamq; pecuniam consecutus est, quam nunquam postea restituit. Illis tamen qui ei tenebantur in debito vel communiter cum Clero vel populo auxilium promittebant ei, hujusmodi pecuniam acceptam in solutionem alterius jussit allocari, seu restitui.* [b] *Polydor Virgil* thus more particularly relates the story: *Erat per hæc bella continua jam vacuatum erarium regium, quod malum* Gulielmus Marchianus *quæstor unus, omnium alieno detrimento sanandum statuit. Is enim noverat* cum in Cœnobiis, tum in Templis pecunias esse depositas, quas si juberet tolli, non utique scelus, sed operæ pretium facturus ducebat, si pecunia promeretur foras ad usum populi, perinde quasi omnia essent communia, quo sic pecuniam militi suppeditaret, præsentemque curaret (inopiam.) Itaque præfecti militum, quibus ille sacrilegii patrandi negotium dederat, dispositis passim per regnum militibus, uno tempore quicquid pecuniarum in locis sacris reconditum fuerat, omnibus vestigiis indagatum ad Edwardum asserunt, gemente passim populo (or rather Clero) quod Princeps non putaret manum abstinendam a pecuniis, quibus sacræ ædes reficiendæ essent. *Rex autem pecuniæ egens rem dissimulavit.* [c] *Francis Godwin* in his Catalogue of Bishops stories, *That he had seen amongst the Records of our Church of* Wells, *the Copies of divers Letters unto the Pope and Cardinals, from the King, from the Nobility, and divers of the Clergy of this Realm, commending* William de Marchia *so farre forth for his holinesse, testified (as they write) by many miracles, as they intreated very earnestly for his canonization. I marvel much at it, for* Matthew *of* Westminster *and* Polydor Virgil *complain much of him,* as the author of an hainous Sacrilege, in causing the King to spoyle all the Churches and Monasteries of England, of such plate and monies as lay hoorded up in them, for the payment of his Souldiers. *It was* Edward the 1. *a Prince that wanted neither wit to devise, nor courage to execute such an exploit,* and to lay the fault upon another at last. *Yet likely enough it is, that such a fault stamped on him (how undeservedly soever)* might barre him out of the Popes Kalendar, *who otherwise was not wont to be overdainty in affording that kinde of honour,* where Fees might be readily paid in for it.

The King not sufficiently supplyed with monies by this prey, or forced Loan, [a] *In vigilia S.* Matthæi *Apostoli, condunatis Clero & populo apud* Westm. postulat Rex a tota Ecclesia, per totum regnum Angliæ locata, medietatem omnium bonorum, tam temporalium quam spiritualium. Quo audito, et in sæculis inaudito, Pontifices et Prælati conturbati sunt et conterriti, et præ angustia spiritus gementes, Regemque offendere, et ei contradicere non audentes, sed votis regiis annuentes, et prædictam medietatem omnium bonorum suorum, uno anno provenientium, concesserunt. *Quam quidem medietatem,* si prius prudentius et melius cogitassent. sede Apostolica inconsulta, Regi concedere non præsumerent ullo modo; (writes *Mat. Westminster.*) *Indictis igitur hujus solutionis certis terminis & præfixis, ad propria sunt reversi. Nec mora, soluta prima portione juxta taxationem Decimæ prætaxatæ, præcepit secularium militum bona taxari, & sibi decimari. Mercatoribus & Civibus commorantibus in civitatibus muratis, & villulis nundinariis,* senarium denarium ex omnibus quæ possiderant, ejus necessitatibus indixit persolvendum. *Dicitur etiam, quod Magister* Gulielmus de Monteforti, *Decanus Ecclesiæ Sancti* Pauli London. *sanus & incolumis ad Curiam veniens, ut Regis animum mitigaret, aut saltem* tale jugum importabilis servitutis, sicut bonus Ecclesiæ filius levigaret, & *approprians ante Regem, ut sermonem conceptum, pro quo venerat, exponeret, repentè labiis obmutescens, viribus corporis destitutus, coram Rege corruens spiritum exhalavit. Hoc verò Rege conniventibus oculis prætereunte, & in petitione sua instantius perdurante, adhuc absconditum erat quantum persolveret quisquis Regi, hinc diversis diversa fabulantes,*

Ffff

Ann. 22 E. 1.

* 1 Cor. 3. 16, 17.

† 1 Cor. 6. 13, to 20

a De Event. Angl. l. 3 c. 7. col 2500, 2501.

b Angl. Hist. l. 17. p. 332.

c Page 300.

d Mat. Westm. An. 1294. p. 393, 394. Mat. Parker Antiqu. Eccles. Brit. p. 209.

An. 22 E. 1. *lantes, ac in dies mutuo* **sic ubam acerbam masticantibus:** *Congregatis tandem in refectorio Monachorum* Westm. *surgens unus Miles,* Johannes de Havering *dictus, in medio eorum dicebat*; Viri venerabiles, postulatio Regis hæc est; *scilicet,* **Ecclesiasticorum vestrorum proventuum medietas annualis. Cui si contradixerit quis, assurgat in medio cetu, ut agnita persona ejus, ascribatur tanquam regiæ pacis reus.** *Quibus auditis,* **conturbati singuli Prælati cupitis protinus paruerunt.** [c] *Henry de Knyghton* thus relates the proceedings in this affair. *Eodem anno circa festum Ascentionis Domini, Rex omnes lanas terræ* Angliæ, **tam Clericorum quam Laicorum seisivit, et sic seisitas servavit quousque Mercatores data marima pecuniæ summa, eas quasi de novo redimerent.** *Eodem etiam anno,* **vocavit Rex per literas suas Archiepiscopos, Episcopos, Decanos Ecclesiarum Cathedralium, et Archidiaconos in propriis personis, Clerumque unius cujusque Diocesis per duos Procuratores, ut in festo Sancti** Matthæi **Apostoli coram eo comparerent** Londoniæ. *Quibus existentibus ait Rex*; Domini carissimi, jam satis constat, ut audistis, de famosa ista guerra quæ inter Regem *Francorum* & inter nos initium sumpsit, non nostra culpa ut novit Deus, set absque ullo dolo vel fraude casualiter sumpsit initium, & usque præsens sumptuosissimè continuatur. Verum ne ex injusto bello redargui possemus vel reprehendi, optulimus ei primò pacem, & pacis formam uterque nostrum amplexatus est; Quam cum ex parte nostra, ut convenit, servare parati essemus, ipse eam renuit & contempsit, & quantò magis pacem quærimus, tantò magis ab ea eramus seperati: Videntes autem nos finaliter sic illudi, hanc guerram incepimus, & si necesse fuerit pro justitia nostra consequenda usque ad mortem continuandam. Verum quia terræ nostræ *Anglicanæ* non sum nisi quasi unus malus custos, & non ipsa terra nostra, **set tota Anglicana Ecclesia jam in arto ponitur et movetur injuste,** nec continuare possumus quod incepimus nisi de eadem terra nostra nobis auxilium tribuatur, **iccirco orationes vestras in præsenti expetimus, et vestrum auxilium implorantes.** Et justè debetis Domini carissimi & præcipuè ista oratione impartiri auxilium, quoniam videtis Comites, & Barones & Milites nostros, quod non solum bona, sed verum etiam corpora sua pro nobis exponunt & pro terra nostra, non ad sanguinis effusionem, imò frequentius ad mortem. **Et vos igitur qui corpora vestra exponere non potestis, justum est et rationi consonum ut de bonis vestris subveniatis.** *Adjecitque subsequentia, ut placeret illis,* **scivit enim eos esse motos pro immunitate Ecclesiæ violatæ**; *& ait:* Quia recenter duo facta sunt in quibus admiramini; placare vobis volumus, & in hac parte respondere: **Præcepimus, quod omnes lanæ vestræ arrestarentur, et hoc non sine causa fecimus, quia nostræ voluntatis fuit, ut de bonis terræ ipsæ terra conservaretur illæsa.** *Aliud est*: Datum fuit nobis intelligi, quod moneta terræ nostræ corrupta fuit & falsata, unde præcepimus, quod statutum monetæ in suo robore teneretur, nichil mali suspicantes; set in facto contigit sicut & accidit inter Apostolos *Jesu Christi*: Inter enim 12. erat unus malus qui *Christum* tradidit; similiter & in hoc facto fines mandati nostri* quidam egressi sunt & deceperunt nos; unde parati sumus emendas facere pro libito vestræ voluntatis. *Cumque loquendi finem faceret, respondit* Oliverus Lincolnienſis *Episcopus*; Domine, istud negotium consilium requirit; detur nobis dies ad consulendum cum fratribus nostris, & ex consilio respondendum. *Datusque est dies tertius. Interim verò consulentes, diversi diversa censerunt. Vacabat enim* Cantuarienſis *Ecclesia, & membra sine capite dispersa sunt.* Eboracensis *verò* Johannis Romanus, *Regis timore perterritus,* **ex quod Regi in magna summa tenebatur,** (upon his † premised censure and Judgement in Parliament, for excommunicating the Bishop of *Durham, &c.*) *quasi dissimulando destituit.* Dunelmensis Antonius de Bek *nondum reversus fuerat de* Alemannia. *In unum tandem concordabant omnes,* **ut offerrent Regi duas Decimas in uno anno solvendas.** *Quod audiens* **Rex, indignatus est, et per suos satellites comminatus est, se * extra protectionem suam Clerum velle ponere, nisi medietatem omnium bonorum concederent, et votis ejus annuerent in hac parte; statimque quasi stipula corda eorum dissipata sunt. Quidam enim Regi placere volentes festinanter, alii vero timore perterriti subsequentia concesserunt. Et quia immunitas Ecclesiæ,** *ut dictum est,* **læsa fuit et violata,** [f] **petiit a Rege quosdam Articulos, Rege jubente.** *Fussit enim Rex postquam votis ipsius parueruut, ut & ipsi ab eo peterent remedia quæ vellent*: **et petierunt inprimis, ut statutum de manumortus, quod in præjudicium sanctæ matris Ecclesiæ fuit æditum, deleretur.** *Cui quidem articulo Rex,*

Quod

[c] De Event. Angl. l. 3. c. 7. col. 2501, 2502. See Polydor Virgil. Angl. Hist. l. 17. p. 332.

* Intimating that this was the act of the Bishop of Bath and Wells his Treasurer, who exceeded his commands.

† Here p. 564, 566.

* The cause why he granted them, and they received the ensuing Protections.

[f] See Polydor Virgil. Angl. Hist. l. 17. p. 332.

Quod idem Statutum de consilio Magnatum suorum fuerat editum et ordinatum, et absque eorum consilium non erat revocandum. *Caeteris autem articulis quod proposuerant* (not specified in our Histories) *respondit de facili*; ita quod frustrati et delusi reversi sunt ad propria, obligati tamen ad medietatem concessam. *Eodem etiam anno habuit Rex à Communitate regni decimum denarium, & à civitatibus sextum denarium.* * *Polydor Virgil*, relates the story almost in the same words with *Knyghton*, concluding it with this observation. *Dum* Edouardus ita et Sacerdotum opibus suas exiget, Walli *deficiunt*, Anglos *passim persequuntur, locaque aliquot capiant, multis interfectis sine ullo discrimine sexus aut aetatis. Misit Rex* Edmundum *fratrem cum non mediocri Militum numero, qui ut in* Walliam *pervenit, praelio temerè cum hostibus commisso, profligatus est*, nimirum pecunia sacrilegio quaesita exitio fuit exercitui, qua in primis illos conductus fuerat. So *Polydor*; who might have made the Popes sacrilegious exactions of moneys for the *Holy Land*, and Wars of *Sicily*, the sole or principal cause of the Christians overthrowes in the *Holy land*, and of the Popes forces in *Sicily* and *Apulia*.

An. 22 *E.* 1.

* Hist. Angl. l. 17. p. 332.

The King after this Grant of the Clergy appointed Collectors in every Diocesse to collect these Dismes at the several times of payment, by these Patents.

Pat. 22 E. 1. m. 8. Pro Rege de medietate Ecclesiarum colligen.

REX *dilecto sibi in Christo Priori* Roffensi *salutem. Cum Praelati & totus Clerus de regno nostro* medietatem beneficiorum et bonorum suorum, de quibus Decima ultima in Subsidium Terrae concessa, fuit data nobis in Subsidium nostrum de anno praesenti, juxta taxacionem ultimo inde factam liberaliter concesserint et gratanter, *beneficiis Ecclesiasticis* personarum plura beneficia Ecclesiastica non habencium *per eandem taxacionem, valorem decem Marcarum annuarum non excedentibus, duntaxat exceptis; Ita quod prima tercia pars ejusdem medietatis in festo* Omnium Sanctorum *prox. futuro; & secunda tercia pars ejusdem medietatis in* Quindena Paschae *proximo sequenti; & ultima tercia pars ejusdem medietatis in* Quindena Nativitatis *Sancti* Johannis Baptistae *prox. sequenti nobis persolvatur: Nos de vestra fidelitate & diligentia confidentes*, assignavimus vos ad dictam medietatem secundum taxacionem illam in Episcopatu Roff. colligendam et adunandam, et in tuto loco reponendam et salvo custodiendam, *donec aliud à nobis inde habueritis in mandatis; Et ideo vobis mandamus rogantes, quatinus eandem medietatem in forma praedicta colligatis, adunatis, & eam in tuto loco reponatis, & custodiatis; Ita quod eam promptam & paratam habeatis juxta aequales portiones dictis terminis nobis solvendam & liberandam, cum super hoc à nobis fueritis requisiti. Et hoc sicut nostrum & vestrum honorem diligitis nullatenus omittatis.* Concesserunt enim nobis dicti Praelati, quod Clerum suarum Diocesium auctoritate sua, quam vobis per literas suas patentes praestabunt, ad solutionem dictae medietatis, ut praemittitur, faciendam compellere valeatis. *In cujus, &c. T. R. apud* Westm. 30 *die* Sept.

Consimiles literae diriguntur per singulos Episcopatus personis subscriptis.

Nomina Collectorum in Episcopatibus subscriptis; *Heref.* Decano & Cap. *Heref. Landaven.* Abbati de *Margan. Assaven.* Abbati de *Aberconewey*, *Bangoren.* Episcopo & Cap. *Bangor. Meneven* Priori *Lanton* prime, Priori de *Kaermerdyn*; *Linc.* Abbati de *Oseneye*, Priori Sanctae *Katerinae* extra *Linc. Norwyc.* Priori de Sancto Edmundo, Priori de *Wymundeham*; *Elyen.* Priori *Elyen*, Priori de *Bernewell*; *Coventr.* & *Litchf.* Abbati de *Burton* super *Trentam*, Priori de *Kenylworth*; *Dunolm.* Priori *Dunolm. Karl.* Priori de *Whetenhale*; *Ciceſtr.* Dec. & Cap. *Ciceſtr. Wygorn.* Abbati de *Glouc. Eborum.* Priori de *Thurgarton*, Abbati de *Seleby*, Abbati beatae *Mariae* de *Eborum*, Abbati de *Furnays. London.* Priori Sanctae *Trinitatis London*, Abbati Sancti *Johannis Coleceſtr. Exon.* Decano *Exon.* Collectori Capituli *Exon.* Abbati de *Tavyſtok* Collectori in Com. *Cornub.* Priori Sancti *Nicholai Exon. Bath.* & *Wellen.* Abbati *Glaſton. Cantuar.* Abbati de *Faverſham*; *Sarum.* Abbati *Radyng.* Abbati de *Shireburn*; *Wynton.* Abbati de *Certeſeye*, Abbati de *Hyda Wynton.*

In recompence of which Grant, the King granted these ensning protections to them both by Sea and Land, for their persons, servants, lands, rents, possessions goods and chattels.

An. 22 *E.* I.

Ibid. Forma protectionis pro Prælatis & Clero.

REX Capitan. *Marinariorum & eisdem Marinariis, Vic. & omnibus Ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Cum Prælati & totus Clerus de regno nostro* medietatem beneficiorum et bonorum suorum de quibus Decima ultimo in subsidium Terræ Sanctæ concessa fuit data, nobis in subsidium nostrum de anno præsenti juxta taxationem ultimo inde factam liberaliter concesserint et gratanter, Nos eorundem Prælatorum et Cleri quieti et tranquillitati ex hac causa libencius prohidere volentes; suscepimus in protectionem et defensionem nostram specialem præfatos Prælatos, et singulos de Clero prædicto, homines, terras, res, redditus, et omnes possessiones eorundem. Et *ideo vobis mandamus, quod ipsos Prælatos & singulos de Clero prædicto, homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones ipsorum in ballivis vestris* manuteneatis, protegatis, et defendatis, *non inferentes eis vel inferri permittentes injuriam, molestiam, dampnum aut gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilacione faciatis emendari. In cujus, &c. per prædictum annum duraturas.* Nolumus autem set firmiter inhibemus, ne de bladis, seu aliis bonis et catallis prædictorum Prælatorum et Cleri, vel alicujus ex ipsis ubicumque consistant, ad opus nostrum aut aliorum quorumcumque, sine licencia et voluntate eorundem Prælatorum et Cleri, vel alicujus ex ipsis cujus bona fuerint, aliquid interim capiatis seu capi faciatis, quominus de eisdem bladis, bonis, et catallis suis libere disponere et ordinare, ac commodum suum facere poterunt, prout sibi melius viderint expedire. *Teste Rege apud* Westm. 27 *die* Sept.

After this general, he granted this special protection in the same form to the Abbots, Abbesses, Priors and Prioresses of the *Cistercians, Augustines, Benedictines,* and Order of *Cluny* in *England*, thus entred on record.

Ibidem.

REX Capitan. *Marinariorum, &c.* ut supra; *Cum dilectus nobis in Christo Abbas de* Miravall. *Ordinis* Cistercien. *sicut ceteri Abbates ejusdem Ordinis de regno nostro medietatem beneficiorum, &c. Nos, &c. ut supra de verbo ad verbum usque in finem. Teste ut supra.*

Consimiles literas de verbo ad verbum habent subscripti qui sunt de eodem ordine.

Pro Cisterciensibus.

Abbas de *Regali loco* juxta *Oxoniam*, Abbas de *Stratteford*, Abbas de *Sibeton*, Abbas de *Boxle*, Abbas loci Sancti *Edwardi* de *Letteleye*, Abbas de *Holmcoltram* & *Caldre* in *Coupland*, Abbas de *bello loco Regis*, Abbas de *Buldewas*, Abbas de *Valle Dei*, Abbas de *Basingwerk*, Abbas de *Bella Landa* & *Strata Florida*, Abbas de *Dore*, Abbas de *Revesby*, Abbas de *Stanlowe*, Abbas de *Rughford*, Abbas de *Fontibus*, Abbas de *Cumba*, Abbas de *Gerndon*, Abbas de *Flexle*, Abbas de *Cotherstale*, Abbas de *Kirkestall* dup. Abbas de *Parco Lude*, Abbas de *Salleye*, Abbas de *Rivall.* Abbas de *Wouburn.* Abbas de *Jorevall*, Abbas de *Waverle*, Abbas de *Stonle*, Abbas de *Forde*, Abbas de *Dunkeswell*, Abbas de *Hayles*, Abbas de *Valle Regali*, Abbas de *Melsa*, Abbas de *Cumbermere*, Abbas de *Tame*, Abbas de *Tileteye*, Abbas de *Kingeswode*, Abbas de *Hayles*, Abbas de *Saltreya*, Abbas de *Rupe*, Prioriſſa de *Appelton*, Abbas de *Eitlesden*, Abbas de *Bynedone*, Abbas de *Newenham*, Prioriſſa de *Cotum* Monialium, Abbas de *Wardon*, Prioriſſa de *Swyne*, Abbas de *Ponte Roberti*, Abbas de la *Quarrere*, Abbas de *Swyneſheved.* Abbas de *Regali loco*, Abbas de *Curavall.* Abbas *Rievall*, Abbas de *Boclond*, Abbas de *Bukfast*, Prioriſſa de *Lekeburn*, Abbas de *Medideneham*, Abbatiſſa de *Morham*, Abbas de *Sabreia*, Abbas de *Crokesden*, Abbas de *Gerwedon*, Abbas de *Graciis.*

Ibidem.

REX Capitan. *Marinariorum, &c.* ut supra. *Cum dilectus nobis in Christo Abbas de* Neuhus *ordinis* Præmonstraten. *sicut cateri Religiosi ejusdem ordinis* de regno nostro medietatem, &c. ut supra usque in finem. *Teste ut supra.*

Consimiles literas de verbo ad verbum habent Abbates subscripti, qui sunt de eodem ordine.

Pro Præmonstratensibus.

Abbas de *Barlinges*, Ab. de *Lavendene*, Ab. de *Torre*, Ab. de *Croxton* & *Nenbo*, Ab. de *Alnewyk*, Ab. de *Bogeham*, Ab. de *Pello Capite*, Ab. de *Dureford*, Ab. de *Teychfeld*, Ab. de *Wellebeck*, Ab. Sanctæ *Radegundis* juxta *Doveriam* & de *Langedone*;

done; Item idem Ab. Sanctæ *Radegundis* habet aliam ſeperatam, Abbates de *Thupholm* & *Haghencby*, Ab. de *Weſtdereham*, Ab. de *Wenlyng*. Ab. de *Langeleye*, Ab. de *Leyſton*, Ab. de *Langedene*; Prior de *Tonebrigg*. Prior de *Kenyleworth*, Prior de *Novo loco* juxta *Gildeford*, Prior Chriſti Eccleſiæ de *Thwynham*, Ab. de ſancta *Agatha*, Ab. de *Coverham*, Frater *Nicholaus Salies*, Abbatis de *Bello portu* ordinis *Premonſtraten*. Procurator generalis, Frater *Willielmus Sampſon* Abbatis de *Blanca Landa* ordinis ejuſdem Procurator in *Anglia* generalis, Ab. de *Cokerſond*. *An.* 22 *E.* I.

REX *Capitan. Marinariorum & eiſdem marinariis, &c. Cum dilectus nobis in Chriſto Prior de* Wartre *ordinis Sancti* Auguſtini, *ſicut & cæteri Religioſi ejuſdem ordinis, &c.* ut ſupra uſque in finem. *Teſte ut ſupra.* Pro Canonicis de ordine Sancti Auguſtini.

Prior de *Cokefford*, Prior de *Muchelham*, Ab. de *Leſenes*, Prior de *Bridelington*, Prior de *Merketon*, Prior de *Belkeford*, Prior ſanctæ *Trinitatis London*, Prior de *Wabrun*, Prior de *Giſeburn*, Ab. de *Hertiland*, Magiſter Domus ſancti *Marcii* de *Bylleſwik* juxta *Briſtoll*, Prior de *Taunton*, Prior de *Barnceſtr.* Prior Eccleſiæ Sancti *Gregorii Canterb.* Prior de *Flicham*, Prioriſſa de *Garinges*, Ab. de *Cyrenceſt.* Ab. de Sancta *Oſitha*, Ab. de *Leyceſtr.* Prior Eccleſiæ ſanctæ *Mar. de Suthwerk*, Prior de *Wirkeſup*, Prior de *Stodleye*, Prior de *Warmeſleye*, Ab. de *Hughemon*, Prior de *Wyrmegeye*, Ab. de *Rouceſtr.* Prior ſancti *Mechaelis* de *Bromwore*, Prior ſancti *Thomæ Mart.* juxta *Staff.* Ab. de *Crek*, Ab. de *Greſeleye*, Prior Eccleſiæ Chriſti de *Thwynham*, Prior de *Caldewelle*, Prior de ſancto *Oſwaldo*, Prior ſancti *Petri* de *Gippewico*, Prior de *Novoburgo*; Frater *Walterus Bryket*, Prioris de *Bello loco* in *Norm.* ordinis ſancti *Auguſtini* Procurator in *Angl.* generalis, Magiſter *Ricardus* de *Werpele*, Dom. Cuſtos domorum Scolarium de *Merton*, Prior ſanctæ *Fredeſwide Exon.* Prior de *Bernewelle*, Prior de *Buttele*, Prior ſancti *Leonardi* de *Briſete*, Prior de *Hagh*, Abbas de *Keyneſham*, Prior de la *Launde*, Prior de *Repindon.* Prior de *Wroxton*, Prior de *Dunſtaple*, Prior de *Kirkeham*, Prior de *Dunmowe*, Abbas de *Nuttele*, Prior de *Newenham*, Prior ſancti *Bartholomæi* de *Smithfeld. London.*

REX *Capitan. Marinariorum & eiſdem Marinariis, &c. Cum dilectus nobis in Chriſto Abbas de* Hyda *extra* Winton. *ordinis Sancti* Benedicti, *ſicut cæteri, &c. ejuſdem ordinis, &c.* ut ſupra de verbo ad verbum uſque in finem. *T. ut ſupra.* Pro Monachis de ordine Sancti Benedicti.

Conſimiles literas habent ſubſcripti de verbo ad verbum qui ſunt de eodem ordine.

a Mat. Westm. Anno 1294. Th. Walsing. Hist. Angl. pag. 25, 26. Chronica Willielmi Thorn. c. 2002, 2003. Vincentii continuator, l. 31. Christianus Massæus in Chronico Colmar. l. 5. Platina, Volaterranus, Hermannus Schedel, Onuphrius, Crispinus, Balæus, Opmerus, Fasciculus Temporum, Laert. Cherubinus in Cœlestino 5. & Bonifacio 8. Aventinus Annal. Boiorum, l. 7. Erfordensis, Centur. Magdeburg. 13. col. 1013, 1014. Albertus Crantzius Metropol. l. 8. c. 44. Abbas Urspergensis, Paraleipomen. pag. 242, 243. Philip Mornay Histor. Papatus pag. 420, 421.

b An. 1294. pag. 393.

c Mat. Westm. ibid. Antiqu. Eccleſiæ Brit. and Godwin the life of Winchelsey.

d De Eventibus Angliæ, lib. 3 cap. 2. col. 2468.

e Th. Walsing. Hist. Angl. pag. 25, 26. Platina, Stella, Onuphrius, Balæus, Volaterranus, Opmerus, and others in Cœlestino 5.

Churches ruine, and his own deſtruction. *Intellexit iſta Rex* Carolus, *vocavit ad ſe Pontificem, & quam maximè potuit obſecrabae,* ne dignitatem cælitus datam abjiceret. *At ille*; Faciam *(inquit)* quod Deus voluerit. Hereupon *Benedictus Cajetanus* his grand Counſellor aſpiring after the Papacy; *omnibus modis ipſum hortatus eſt, ut ſe Pontificatu abdicaret,* ne Eccleſia ob ipſius inſcitiam periclitaret, non ſine propriæ ſalutis diſpendio, *& tandem aſtu rem perfecit, ut exiſtimaretur divinitus ſeſe admoneri, ut locum alteri cuipiam magis idoneo concederet.* *Cajetanus *quendam ſubornaverat qui facto foramine ſuo cubiculo, per canalem multis noctibus ipſum adhortaretur ac ſi eſſet angelus quiſpiam*; Cœleſtine, Cœleſtine, cede; negotium enim ſupra vires eſt; *Itemque*, Si Cœleſtinus vult fieri ſalvus, Pontificium munus omninò deponat. *Homo ſimplex, et tantorum ſcelerum ignarus, ſe cœlitus per Angelum admoneri credidit, itaque poſtquam ſediſſet menſibus* 5. *diebus* 7. *Pontificatu ſe abdicavit. Prius tamen omnium Cardinalium conſenſu conſtitutionem fecit,* Licere Pontifici abdicare ſe Magiſtratu. *Quam quidem Conſtitutionem* Bonifacius 8. *ejus ſucceſſor poſtea revocavit*, as ſome, or *confirmavit* as others ſtory. [h] *W. Thorn*, a Monk of *Canterbury* ſtories, *Volens* Benedictus, *qui poſtea* Bonefacius *ad Pontificatum aſpirare, Dominum* Cœleſtinum *tunc Papam cum quibuſdam Cardinalibus ſuis fautoribus, eum quaſi cotidie decipiebat: & quia vir ſimplex fuit,* inter fratres ſuos Cardinales quaſi in oppробrium factus eſt, pluresque literæ albæ ſigillo ſuo ipſo inconſcio ſigillatæ ſine ſcriptura inventæ fuerunt, ad enervationem ſtatus ſuæ conceptæ et fabricatæ. *Unde idem Papa majus periculum declinando, conſiderans ipſum eſſe inſufficientem ad onus illud*, tum ratione inſcitiæ, tum quia ſener et impotens corpore, et quia in illo ſtatu ſine periculo ſui ſtare non poſſit, die Sanctæ Luciæ Virginis reſignavit Papatui, oneri et honori. *Et cum* [i] Maria, optimam partem eligens, *in medio fratrum ſe objiciens, biretum & pallium exuens, abrenunciando honori & oneri, favori & diſcrimini,* propter mundanarum rerum curas, recuſabat diutius præſulatum regere Romanorum, aſſerens ſeipſum minus idoneum in tanto opere proſequendo. *Profectò*, Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. *Veruntamen adjuravit eos in nomine Sanctæ ac individuæ Trinitatis*, ut ſine omni diſſentionis intercapedine, eligerent virum induſtrium & utilem, qui ad honorem Dei & proprium ſalutem, hoc onus ſuſciperet gubernandum. *Requiſituſque à fratribus de aſſenſu, & de judicio alicujus dignæ perſonæ, quoniam virum juſtum & ſanctum ipſum habuerunt; nominavit quendam nomine* Benedictum, *virum ſolertiſſimum præ cæteris, in Curia* Romana *ſæpius converſatum. Erat enim iſte* Benedictus Gaietanus, *primò Procurator, deinde Advocatus, poſtea Notarius, conſequenter Diaconus Cardinalis tituli Sancti* Nicholai *in Carcere* Tulliano. *Tunc fratres, viſo quod rectè judicaſſet, exaltatum* Benedictum *in feſto Sancti* Hillarii, *in ſeniorum Cathedra locaverunt, nomine* Benedicti *de bono mutato in melius*, Bonefacius *eſt vocatus.* How unſuitable, yea contradictory his actions were to both his good names, he immediately diſcovered; which occaſioned this Diſtich to be made of, and applied to him;

[k] *Audi, tace, lege*, benè dic, benè fac, Benedicte,
Aut hæc perverte, male dic, male fac, Maledicte.

No ſooner was he crowned Pope, but *ſtatim* Cœleſtinum *anteceſſorem ſuum redeuntem ad eremum, ſagaciſſimis canibus diu quæſitum, ex itinere & latebris quibus ſe abdiderat, retraxit, arctiſſimoq; carcere in* Fumonis *arce includit, ne populus, ſe contempto, & qui ad ſeditiones intenti eſſent, hunc aliquando Ducem ſequerentur, & de* Romanæ *Eccleſiæ ſalute poſtmodum actum eſſet. Quam ob cauſam* Stella *ipſum vocat,* Ingratiſſimum hominum. [l] *Quis* Bonifacium *iſtum*, teterrimum monſtrum, ac hominum cunctorum impuriſſimum non appellet? *cum ſimplicem virum ſuis artibus deluſum, è Pontificatu non ſolum dejiceret, ſed & illum tanquam facinoroſum aliquem perpetuo carceri mancipatum, ante tempus præ animi dolore, mori coegerit? Unde* [m] Cœleſtinus, *eo quod eum* ad cedendum Papatui ſubdole induxiſſet, et arctiſſimæ cuſtodiæ tradidit uſque ad mortem, *de eo prophetavit in hunc modum, ut fertur*; Aſcendiſti ut Vulpes; regnabis ut Leo; morieris ut Canis: Et ita ſane contigit. Bonefacius *ſtatim poſt ſuam creationem Epiſcopum* Oſtien. *ſuper quibuſdam in præſentia Cardinalium arguens duriſſimè, pallii uſu privavit, & nihilominus ab eodem ante reſtitutionem pallii coronatur*; as *Thomas Walſingham* obſerves, *Opera ejus verè ſunt papalia,*

An. 22 *E.* 1.

* Platina, Balæus, Onuphrius, Crantzius, Creſpin, Morney, & others, See [a.]

h Chronica, col. 2003.

i Mat. Weſtm. p. 394.

k Cent. Magd. 13. col. 1014. & others forecited.

l Balæus de Romano Pontif. Actis, l. 6. p. 354.

m Walſingh. Hiſt. Angl. p. 26. Stella, & Cent. Magd. 13 col. 1018.

* Hiſtor. Angl. p. 26.

An. 22 E. 1. n Cent. Magd. 13. col. 1014.

papalia, ut multis seculis vix quispiam illa sede fuerit eo dignior. Duo enim quisque est sceleratioꝛ, eo magis ad eam occupandam idoneus; as [n] *Johannes Wigandus*, *Andreas Corvinus*, and *Thomas Holthiter* affirm; by comparing these two Popes manners and actions: the first being the humblest, honestest man then living, and so altogether unfit: the other, the most crafty, ambitious, proud, wicked of all mortals; therefore most fit and worthy to succeed St. *Peter* in the Papal Chair at *Rome*; of whom more in due place.

An. 23 E. 1.

Anno 23 E. 1. Among several Bundels of Writs in the White Tower Chappel, I finde no fewer then 10. Attachments and Suits upon Prohibitions, at the Kings and parties prosecutions, against Ecclesiastical persons and others, for holding, prosecuting Pleas of Chattels, Debts, Trespasses, Advowsons and Lay-fees, belonging to the King and his Courts, to the hurt of his Crown, Dignity, and contempt of his Royal Authority: On most of which there are dilatory Retorns made and endorsed.

Bundelæ Brevium Regis, Anno 23 E. 1. in Turre London.

EDwardus, *&c. Vic.* Ebor. *salutem. Si* Ricardus de Eston *fecerit, &c. pone, &c. Magistrum* Robertum de Lacy, *quod sit coram Justiciariis nostris apud* Westm. *à die* Paschæ *in unum mensem, ostensurus,* **quare tenuit placitum in Curia Christianitatis de Catallis et Debitis, quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio, contra Prohibitionem nostram,** *&c. Pone etiam per vadium & salvos plegios* Reynerum de Knolle, *quod tunc sit ibi ostensurus,* **quare secutus est idem placitum in eadem Curia, contra Prohibitionem nostram,** *&c. Teste meipso apud* Aberconewey 25 *die* Marcii, *Anno regni nostri* 23.

EDwardus, *&c. Vic.* London. *&c. quod venire faciatis coram Justic. nostris, &c.* 12. *liberos & legales homines de parochia Sanctæ* Mariæ *de* Aldermanbury, *&c. qui nec* Adam Payn *qui sequitur pro nobis, nec* Simonem de la Leylond, *&* Hermannum le Summiner, *aliqua affinitate attingunt; recognit. super Sacramentum suum, si predict. Magistr.* Simon *pendente placito in Curia nostra coram Justic. nostris apud* Westm. *&c.* **tenuit placitum in Curia Christianitatis de una marca, quæ non est de Testamento vel Matrimonio,** *quam predictus* Hermannus *à predicto* Ada **exigebat, contra Prohibitionem nostram, ulterius tenuit idem placitum in eadem Curia Christianitatis,** *&c. Teste* J. de Metingham *apud* Westm. 12 *die* Februarii, *Anno regni nostri* 23. To which there is a Pannel annexed.

EDwardus, *&c. Vic.* Devon. *&c. quod non omittas propter libertatem Civitatis* Exon. *quin pone, &c.* Rogerum Russel *de* Exon. *quod sit coram Justiciariis nostris, &c. ad respondend.* Vincentio de Oxton *de placito,* **quare secutus est placitum in Curia Christianitatis de Catallis et Debitis, quæ non sunt de,** *&c.* **contra Prohibitionem nostram,** *&c. Teste* J. de Metingham *apud* Westm. 12 *die* Novemb. *Anno regni nostri* 23.

EDwardus, *&c. Vic.* Oxon. *&c. Præcipimus tibi, quod non omittas propter libertatem Villæ* Oxon. *quin pone per vadium & salvos plegios Magistrum* Johannem de Jovere *de* Hybern, Johannem Sewy *de* Oxon. *seniorem,* Johannem *fil. ejus, &* Aliciam *quæ fuit uxor* Johannis Lynn, *quod sint coram Justic. nostris apud* Westm. *à die S.* Trinitatis *in* 15. *dies,* **ad respondend. tam Nobis, quam** Nicholao le Sonner *de* Oxon. *de placito,* **quare pendente placito in Curia nostra coram Justic. nostris apud Westm. de eo quod prædict. Magistr.** Johannis **tenuit placitum in Curia Christianitatis de Catallis et Debitis,** quæ **non sunt de Testamento vel Matrimonio, contra Prohibitionem nostram:** *Et de placito,* **quare prædict.** J. Sewy, J. *&* A. **secuti sunt placitum illud in Curia Christianitatis contra Prohibitionem nostram,** *&c.* **Idem Magister** Johannes **nichilominus placitum illud in eadem Curia Christianitatis tenuit, et prædicti** J. Sewy, J. *&* Alic. **prædict. placitum in eadem Curia Christianitatis secuti sunt, quousque sententia in ipsum** Nicholaum le Sonner **promulgata per totum Episcopatum** Lincoln. **ipsum excommunicari fecerunt; et postea breve nostrum de ipso** Nicholao **sic excommunicato tanquam claves Ecclesiæ contemnente capiendo, jam tibi porrexerunt,** *ut dicitur, per quod quidem breve nostrum ipsum* Nicholaum le Sonner **cepisti, et in prisona nostra** Oxon. **detines quo minus**

minus placitum illud in Curia noſtra coram Juſticiariis noſtris apud Weſtm. **ſequi poſſet, in coronæ et dignitatis noſtræ læſionem manifeſtam, Curiæ noſtræ contemptum, prædicti** Nicholai le Sonner **diſpendium non modicum et gravamen,** *ut dicitur. Et ipſum* Nicholaum le Sonner *pacem noſtram inde habere permittas, quouſque prædict. placitum inde inter eos in præfata Curia noſtra coram Juſtic. noſtris apud* Weſtm. *motum plenariè terminetur: Et inde tu ipſe mand. Juſtic. noſtris apud* Weſtm. *à die Sancti* Hilarii *in* 15. *dies, quod præceperis Ballivis prædictæ libertatis quod præceptum noſtrum prius inde tibi directum exequirentur, qui nichil inde fecerunt. Et habeas ibi nomina pleg. & hoc breve. Teſte* J. de Metingham *apud* Weſtm. 7 *die* Febr. *Anno regni noſtri* 23. *An.* 23 *E.* 1.

I finde the like Writ almoſt *verbatim*, concerning the ſame parties and caſe, dated 7 *die* Febr. *Anno regni noſtri* 23. On both which the Sheriff retorned, *Magiſter* Johannes de Jovere *non eſt inventus in Balliva mea, nec aliquid habet in eadem per quod poteſt attachiari.*

EDwardus, *&c. Vic.* Roteland, *&c. Si* Thomas Alewynne, *&c. Pone, &c. Magiſtr.* Thomam de Keverlee *quod ſit, &c.* **quare tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis, &c.** *Pone eciam* Johannem de Riſeberghe *Perſonam Eccleſiæ de* Tynewell, *&c.* **quare ſecutus eſt idem placitum, &c. contra Prohibitionem noſtram.** *T. meipſo apud* Lammays, 3. *die* Maii, *An. r. n.* 23. Ibidem,

EDwardus, *&c. Vic.* Stafford, *&c. Pone, &c.* Johannem Lukyn, *&c. oſtenſurus,* **quare cum placita de catallis et debitis in regno noſtro quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, ad Nos et Coronam noſtram et dignitatem et non ad alium pertineant in regno noſtro, &c. ſecutus eſt placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis** Thomæ de Stubbelegh *Capellani*, **quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, in læſionem Coronæ et dignitatis noſtræ, et contra prohibitionem noſtram, &c.** *T. meipſo apud* Lammays, 4. *die* Maii, *An. r. n.* 23.

EDwardus, *&c. Vic.* Ebor. *&c. Si* Willielmus Walkord, *&c. Pone, &c. Magiſtr.* Stephanum *Decanum Chriſtianitatis* Ebor. *&c.* **quare tenuit placitum de catallis et debitis quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, contra Prohibitionem noſtram.** *Pone eciam, &c.* Willielmum de Sadiſter, *&c.* **quare ſecutus eſt idem placitum in eadem Curia, &c.** *T. meipſo apud* Lammays, 5. *die* Maii, *An. r. n.* 23.

EDwardus, *&c. Vic.* Lincoln. *&c. Si* Rogerus *fil.* Guidonis *fecerit, &c. Pone, &c. Magiſtr.* Henricum de Naſſington *quod ſit, &c. quare* **tenuit Placitum de catallis et debitis quæ non ſunt, &c. contra Prohibitionem noſtram; Pone eciam,** &c. Willielmum de Hundelby *quod, &c.* **quare ſecutus eſt idem placitum, &c.** *Teſte meipſo apud* Aberconewey, 26. *die* Febr. *An. r. n.* 23.

EDwardus, *&c. Vic.* Hereford. *&c. Pone, &c.* Richardum *Epiſcopum* Hereford. *quod ſit coram Juſtic. noſtris apud* Weſtm. *&c. quod ibi habeat Magiſtrum* Richardum *Archidiaconum* Hereford. *Clericum ſuum, ad reſpond. Priori de* Bathon. *de placito* **quare tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de Advocatione duarum partium Capellæ de** Tokynton **contra Prohibitionem noſtram**, *ut dicitur; Et ad oſtendendum, quare non habuit prædict. Magiſtr.* Richardum *Clericum ſuum coram Juſticiariis noſtris apud* Weſtm. *a die Sancti* Hillarii *in* 15. *dies, ſicut ei mandatum fuit, &c. Teſte* J. de Metingham *apud* Weſtm. 3. *die* Febr. *Anno regni noſtri* 23. Brevia Regis in Turre London, Anno 23 E. 1.

EDwardus, *&c. Vic.* Derby, *&c. Si* Johannes de Caumpernin, *&c. Pone, &c. Magiſtr.* Willielmum de Sweperſton *quod ſit, &c. oſtenſurus,* **quare cum placita de Tranſgreſſionibus** *contra pacem noſtram factis in regno noſtro,* **ad Nos, &c. et non ad alium pertineant in eodem regno noſtro,** *Idem* W. *tenuit* **placitum in Curia Chriſtianitatis de hujuſmodi Tranſgreſſionibus, in Coronæ et dignitatis noſtræ læſionem, et contra prohibitionem noſtram, &c.** *T. meipſo apud* Lammays, 18. *die* April. *An. r. n.* 23. Ibidem.

Pope

An. 23 *E.* 1. Pope *Boniface* the 8. was no sooner setled in his Pontifical throne (as *before related) but in the very first year of his Papacy, he sent his *Italian* Merchants and Usurers into *England*, to return all monies from thence to the *Roman* Court, which he, his Legates, or other Agents should extort from thence or *Ireland*, by whom he sent this Bull to the King to grant them his safe conduct, favour and assistance upon all occasions, the original whereof I found in the *White Tower Chappel*.

* Page 623.

BONIFACIUS *Episcopus, Servus servorum* Dei, *Charissimo in Christo filio* Edwardo *Regi* Angliæ *illustri salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum dilectos filios* Johannem Aldobrandinum, Nicholaum Cecealeonem, Giacum. & Villanum Lurcheti *de Societate* Clarennum *de* Pistorio, **Cameræ nostræ Mercatores, pro quibusdam** Romanæ **Ecclesiæ negotiis ad partes** Angliæ **transmittamus; *Magnificentiam Regiam rogandam duximus attentius & hortandum*, quatenus ipsos pro nostra et Apostolicæ sedis reverentia benigne recipiens, et honeste pertractans, *eis & eorum cuilibet in terris quibus exerces dominium, de Securo conductu facias provideri. Et nichilominus in agendis ipserum cum ab eis vel eorum aliquo fueris requisitus*, assistas eisdem favoribus Regiis et præsidiis opportunis. Ita quod ex hoc Excellentiæ Regiæ devotionis promptitudinem dignius commendationum titulis attollamus.** *Datum* Anagniæ 8 *Idus* Julii, *Pontificatus vestri anno primo.*

Immediately after, he sent two *Cardinal Legats à latere*, first to the King of *France*, and from him to the King of *England*, then engaged in Wars against each other, under a specious pretext of mediating a Truce, and making a firm peace between them; but in verity to usurp a Papal Jurisdiction over them and their Realms, and prey upon them both, as the sequel evidenced. These Legates being not specially sent for by King *Edward*, according to the * *antient priviledge of the Realm*; thereupon, before they presumed to set foot in *England*, they sent a special Messenger and Letters to the King, to acquaint him with the effect of their mission, and crave his Royal license, safe conduct and protection for themselves, their followers and goods, the form whereof they sent inclosed in a Cedule to the King: who although he seemed very well pleased with the end of their Legation and comming to him to settle peace, yet he refused to grant them any safe conduct to come into *England*, till they first informed him, what safe conduct the King of *France* had granted them under his Seal; as these Records assure us.

* See Tom. 1. p. 402, 403, 454, 455.

Clauss. 23 E. 1. m. 10. dorso. De adventu Cardinalis in Angliam.

Venerabili in Christo Patri Domino Albanensi *Episcopo*, Edwardus *eadem gratia, &c. salutem & sinceram in Domino* **Charitatem.** *Intelleximus per literas vestras quas dilectus Clericus noster Magister* Arnoldus Lupi *de* Tilb. *ex parte vestra nobis misit, qualiter vos ad partes nostras veniend. pro negociis quæ inter Regem* Franciæ *& Nos agitantur, hiis diebus estis personaliter deputati. Paternitati vestræ de eo quod id feciſtis ita celeriter nobis scire grates, non modicas referentes: scireque vos volumus*, **quod de hoc efficimur valde læti, præsenciaque vestra ad nos erit grata admodum et accepta. Adventum enim alicujus amici nostri de Curia adventu vestro habere nequibimus chariorem.** *Teste Rege apud* Lammays *in* Anglesey. 28 *die* Aprilis.

Ibid. m. 9. dorso. De adventu Cardinalium in Angliam.

Venerabilibus Patribus in Christo Domino B. Albanen. & S. Penestren. *Dei gratia Episcopis, Sacrosanctæ* Romanæ *Ecclesiæ* **Cardinalibus**, *amicis suis karissimis*; Edwardus *eadem gratia, &c. salutem, & sinceræ dilectionis affectum. Quandam Cedulam continentem* **formam cujusdam literæ de Conductu quam per nos faciendam nobis exhibuit** *dilectus Clericus noster* Johannes de Berewyk *vidimus, ac etiam intelleximus diligenter.* **Sane, licet fuerimus et adhuc simus parati et prompti vestris beneplacitis nostrum animum inclinare;** *Paternitatem vestram scire volumus*, **quod cum de prælocutis sufferentia vel respectu, ac insuper de tenore litteræ conductus quam a Rege** Franciæ **habueritis Sigillo ipsius Regis signatæ plene nobis constiterit, consimilem litteram fieri faciemus.** *Dat. &c.*

Hereupon they sent another Letter to the King for a safe Conduct, to which he returned this Answer.

Ve-

An. 23 E. 1.

Clauſ. ibid. m. 7. dorſo. De Litera Conductu faciendâ.

Venerabilibus in Chriſto Patribus, *Dominis* B. & S. *Dei gratia* Albanen. & Peneſtr. *Epiſcopis*, *ſacroſanctæ* Romanæ *Eccleſiæ Cardinalibus*, *amicis ſuis Kariſſimis*; Edwardus *eadem gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ, & *Dux* Aquitaniæ *ſalutem*, & *ſinceræ dilectionis affectum*. *De eo quod ad nos venire proponitis in nuncium Sanctiſſimi Patris in Chriſto Domini Summi Pontificis*, ut notis per veſtras literas nunciaſtis; *Scire vos volumus*, quod adventus veſter et ſingulorum qui ex parte ſua ad nos venient placens erit; literas autem veſtras de Salvo conducto pro vobis, familia, bonis, et Nunciis veſtris, ac aliis qui neceſſarii vobis fuerint, quas vobis fieri petiviſtis; (Ita quod ſub protectione noſtra et tutela per terram et per mare ſecure tranſire poſſitis,) vobis in forma petita mittimus per veſtros nuncios præſentium portitores. *Dat. apud* Thleghython 7. die *Junii*.

Soon after, as [a] *Matthew Weſtminſter* and [b] *Thomas Walſingham* inform us; *Biduo poſt feſtum Apoſtolorum* Petri & Pauli *miſſi ſunt* duo Cardinales a latere Domini Papæ, Albinenſis, & Prænestinus, *primò ad Regem* Franciæ, *deinde ad Regem* Angliæ, ut Regna Franciæ et Angliæ inter ſe inteſtinis odiis adhuc tumeſcentia; pacificando ſedarent. *Quos in regno* Angliæ *applicatos*, accepit plebs debito cum honore, *Circa feſtum* Pentecoſtes *venientes* Londonias, *ibidem* et mandato Regis (*adhuc in* Wallia *exiſtentis*) *ejus præſtolebantur adventum*; *qui fuit citra feſtum Sancti* Petri ad vincula. *Accita* per Regem apud Weſtmonaſterium, Primatum et Optimatum ſuorum caterva, *in Nonis* Auguſti. *Quibus congregatis*, *primò coram Rege*, conſedentibus hinc inde, *Cardinalibus & Epiſcopis*, *Dominus* Edmundus *frater Regis*, & *Magiſter* Johannes de Lacy *motivæ cauſæ exordium exitialis guerræ*, *& commotionem*, *incivilitatis contemptum nautis* Angliæ *inconcuſſum*, *vivâ voce promiſerunt*. *Item*, *qualiter Rex* Angliæ *de* * *prædebito* Francorum *homagio exoneravit ſeipſum*. *Super his autem*, *Cardinales coram Rege nuncium ſuum proſequentes*, & *pacem ſuadentes*, petentibus Cardinalibus formam pacis, *fuit reſponſum à Rege*, hoc minime fieri poſſe Rege *Teutonicorum* beneplacito inconſulto, propter fœdus inter eos initum et juramento firmatum, againſt the *French*.) *Rurſum petierunt ſperandæ pacis treugas*, nec eas obtinuerunt. *Tertio*, *ut tempore medio*, *manus nautarum procelloſa ſileret*. Neque ſuper hoc effectum aliquod ſunt conſecuti: *Quoniam ipſis pro pace laborantibus*, *ecce intempeſtæ noctis ſilentio*, *Piratica gens* Francorum Dovoriæ *dans aſſultum*, *quandam domum religioſorum*, *partem magnam Oppidi*, & *quamplures domos litori vicinas* * *facibus ſuccenderunt*. *Inter alia flagitia*, *quendam Monachum nomine* Thomam *perimerunt*. *Decapitatis his qui aſcenderant*, *præ timore contrabellantis populi in hortis ſe abſconderunt & in antris*, *paucis è multis exceptis ſuas naves clandeſtinè ingreſſis*. *Qui terga verſantes*, *in patria ſua adeptos ſe fuiſſe claves Caſtri* Dovoriæ, *falſiloqui ventilarunt*. *Tandem Cardinales rogaverunt Regem*, *ut Regis* Romanorum *conſenſum petendo inducias impetraret*. *Rege autem* ob reverentiam Curiæ Romanæ, petitioni eorum annuente, *circa nativitatem Virginis glorioſæ* Cardinales imperfecto negotio, pro quo venerunt, ad Galliam remearunt, præexhauſta pecunia multa nimis, et a viris religioſis, duplam pecuniam extorſerunt. (The main deſign they aimed at.) *His ergo divulgatis in regno* Francorum, *mox indurati corde*, *quorum pedes proni fuerunt ad effundendum ſanguinem plebem convocant*, *claſſem parant*, & *ut regnum* Angliæ *arriperent conſiliati ſunt*: *ſed opere ſunt fruſtrati*.

a Anno 1295. p. 397 398.
b Hiſtor. Angl. p. 28.
* Here, p. 602.
* Walſingham Hiſt. Angliæ, p. 38.

Nota.

* *Henry de Knyghton* thus more fully records their Negotiation, together with the Popes elegant Epiſtle to the King, which they brought with them, earneſtly perſwading him to a peace and Truce with the *French*, and the Kings and his *Counſils* anſwers to it and the Cardinals *propoſals*.

* Henr. de Knyghton, de Event. Angl. l. 3. c. 7. col. 2504, 2505, 2506.

Eodem anno circa feſtum Pentecoſtes *venerunt in* Angliam *duo Cardinales*, *miſſi à latere* Papæ ad Regem Angliæ, *cum Epiſtolis Papalibus in hæc verba conceptis*.

Bonefacius Servus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio *Edwardo* Regi *Angliæ* ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Movet animam, mentemque ſollicitat, fili chariſſime, ſincera & affectuoſa dilectio, quam ab olim dum cura nobis officii minoris incumberet ad perſonam Regiam tuumque regnum inclitum geſſimus, & continuatis benivolis ſtudiis gerere non ceſſamus, ut Celſitudinem Regiam, cujus exaltationem & gloriam ſummis deſideriis affectamus, à Deo inducamus ſollicitè, per quem in conſpectu Regis altiſſimi, per *quem Reges regnant*, & *Principes dominantur*, de bono ſemper in melius reddaris acceptior, occurras gratior, carior habearis, ac

An. 23 *E.* I. in regno mundi, carior nominisque titulis copiosum proveniat incrementum. Sanè ab ipsis nostræ promotionis auspiciis, ad generalem statum fidelium mentis aciem extendentes, & considerantes gravem, immo gravissimam & ideò contrariam votis nostris, inter te & charissimum filium nostrum *Philippum* Regem *Franciæ* illustrem proxima tibi consanguinitate conjunctum, procurante pacis æmulo incentore malorum, discordiam suscitatam, firma et stabili dispositione decrevimus, ut super hujusmodi negotio cordi nostro potissimo, solemnes nuncios ad præsentiam Regiam et literas mitteremus. Sed propter nostrum de Civitate *Neapolitana* discessum, ubi tunc *Romana* curia præsidebat, nostrumque accessum ad urbem quem viarum periculosa discrimina non modicum retardarunt, ac etiam ad nostra inibi celebrata consecrationis solempnia impediti, nequivimus citius nuntios prædictos & literas destinare. Revera fili nequaquam sumus immemores, quin potius tenaci memoria retinemus, *quod nos hactenus dum essemus in minori officio constituti, sinceris affectibus dilexisti, plenis favoribus prosecutus.* Idemque dum solerter attendimus quantis et quam grandibus prædicta discordia noscitur onusta dispendiis, quot et quanta pericula secum trahit, quam damnosa fidelibus redditur, quam graviter turbat et impedit negotium Terræ Sanctæ, quantumque præterea Deo displicere dinoscitur, anxiamur ut pater, sauciamur ut mater, in animo turbamur amarius ut amator, nec possumus quietis refoveri dulcedine, donec prælibatum negotium optatum et celerem exitum juxta cordis nostri desiderium sortiatur. Cumque venerabiles fratres nostros *Beraldum Albinensem*, & *Simonem Prenestinum* Episcopos, sedis Apostolicæ Nuncios, exhibitores præsentium, viros utique profundi consilii, literarum scientia præditos, ac diversarum virtutum titulis insignitos, necnon pacis angelos, licet eorum inviti careamus præsentia, destinamus; Excellentiam Regiam rogamus, hortamur, & obsecramus in *Domino Jesu Christo*, quatinus ad dictam et Apostolicæ sedis reverentiam memoratos Episcopos, magnas utique columpnas Ecclesiæ, tuique honoris et famæ servidos amatores, tanquam filius benedictionis et gratiæ respiciens, honesteque prosequens, et honorificentia condigna pertractans, attente audias, diligenter intelligas, et efficaciter studeas adimplere, quæ ipsi et eorum quilibet coram te super eodem negotio duxerint proponenda. Sic te in hiis debote ac prompte habiturus ut speramus et cupimus, ut difficultatis et repulsæ cujuslibet mora profugata, Regiæ debotionis sinceritas erinde clarius illucescat, tuæque famæ præconium, quamvis amplum et diffusum in sæculo, propensius augeatur, ac sedis Apostolicæ gratiam quæ circa filios debotos exuberat, habundantius merearis. *Dat.* Laterani 10 *Kal.* Martii, *Pontificatus nostri anno primo.*

Cumque in adventu Cardinalium nondum reversus esset Rex à Wallia *post guerram quam ibi finierat*, præcepit Rex, ut honorifice tractarentur, Londoniisq; moram facerent usque ad vincula *Sancti* Petri, ipsius Regis adventum præstolantes. *Ad quem diem ipse Rex, pacificata* Wallia, et omnes Magnates tam Cleri quam populi specialiter ad hoc vocati comparentes, ipsos Cardinales honorifice cum gaudio susciperunt. *Cumque facto silentio uterque Cardinalis pacis sermonem faceret, & multa vicissim de bono pacis introducerent, in fine tandem concludentes, ipsum Regem pacis zelatorem & catholicum rogaverunt*; ut tanquam Princeps piissimus & pacis filius dignaretur animum ad pacis bonum inclinare. *Responsum est eis ex parte Regis.* Quod deliberato consilio ad interrogata & rogata responderet die tertia. *Erat enim thema unius Cardinalis*; Da pacem Domine in diebus nostris. *Alterius verò*; Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. *Adveniente die tertio, & congregato Concilio, frater* Willielmus de Hotham *prædicavit in Latino sicut Cardinales fecerant, assumpto themate hoc*, Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. *Reducens in parte sic*, Quod Rex noster tanquam veræ obedientiæ filius, pacis zelator, paratus erat audire Apostolica mandata, tanquam etiam cælitus emissa. *Finitoque sermone brevi, statimque ex præcepto Regis recitabatur in* * Gallico *totus processus suprascriptus, quomodo inter Reges ipsos guerra orta est, & usque ad eundem diem continuata; ut ipsi qui mediatores pacis existerent & promotores videre possent & dinoscerent, quis Regum justitiam haberet in causa, vel injustè causam confoveret. In fine vero totius longæ recitationis suprascriptæ, surrexit* Antonius de Bek *Episcopus* Dunelmensis, *& ex parte Regis respondit sic in Gallico.* Vos Domini Cardinales rogastis & requisistis Dominum nostrum

* The relation of the cause of the warr, with the proposals & demands of the Cardinals, with the Kings & Councils answers to them in several Articles, are at large recorded in French in a Parchment Roll I found in the Tower, which being much torn and decayed, I thought fit to omit.

ſtrum Regem pro plena pace concedenda, vel bonis ſaltem treugis diutius ample- *An.* 23 E. I.
ctandis; & licent unuſquiſque Chriſtianus & Fide catholicus pacem velle debebit, & eam amplecti ratione bonorum quæ ex ea ſequuntur, & propter ejus contraria & immenſa mala quæ ex guerra proveniunt, & ex ſeditione naſcuntur, tamen fidelitatem & promiſſa tenere debent homines univerſi; *unde ipſe Dominus Rex vobis reſpondet ſic*; Quod talis confœderatio inter Regem *Alemanniæ* & ipſum jam nunc inita eſt, & per Sacramentum confirmata, quod neuter eorum abſque altero cum Rege *Franciæ* pacem faceret, vel treugas concedat quoquo modo: cujus rei cauſa ipſo non requiſito vel diſſentiente, nec pacem facere poteſt, nec treugas concedere vult. *Quo ceſſante loqui, confeſtim Cardinales ipſum Regem rogaverunt*, ut ex clementia Regia annuere dignaretur, nuncios ſuper hoc Regi *Alemanniæ* deſtinare; *Et datus eſt dies craſtinus ad reſpondendum. Craſtino autem die convenirent iterum univerſi, idem* Dunelmenſis *Epiſcopus in* Gallico *ſic ait*; Domini chariſſimi requiſiſtis heſterna die Dominum noſtrum Regem de duobus, *ſcilicet*, quod ex gratia ſua mera dignaretur nuncios mittere ad Regem *Alemanniæ*, ut ejus animum alliciat ad pacem annuendam & plenè confirmandam; *De alio, ſcilicet*, quod treugas concederet uſque ad certum tempus, infra quod de plena pace tractare poſſet, vel ipſas ſaltem treugas ulterius prorogare. *Ad primum articulum reſpondet vobis Dominus noſter Rex ſic*, Quod ratione et reverentia Romanæ Eccleſiæ, quæ totius orbis caput eſt, et magiſtra, et occaſione perſonarum veſtrarum, qui illius Eccleſiæ eſtis membra, habitaque conſideratione veſtri laboris et longi itineris, liberaliter concedit vobis Rex nuncios ſuos ſuper hoc ibidem deſtinare. *Ad aliud ſic*; Satis vobis conſtat & omni populo, quod exercitus Regis *Franciæ* & gens ſua tota jam parati exiſtant ut ſibi & ſuis inferant mala quæ poſſunt, ſicut hucuſque fecerunt in terra & in mari; unde Regi non eſſet ſecurum ſuis præcipere ne ſe defenderent, niſi ex parte altera eſſet inhibitum, ne ulterius perſequerentur. *Propter quod vobis reſpondet*, Quamcitò conſtiterit ei Regem *Franciæ* ex parte ſua inhibuiſſe vel inhibere velle, ſtatim & ipſe ſuis hoc illud idem præcipiendo mandabit, ſed ante non. *Factoque tali reſponſo*, et accepta licentia, reverſi ſunt Cardinales in Franciam; unde prius venerant, ſet non vacui, † immo burſas vacuantes. Ex unoquoque Cathedrali Capitulo vel Collegiato per totam Angliam nomine procurationis et expenſarum ſex marcos argenti habuerunt; et hoc ex conceſſione papali, præter alia multa, ut aſſolet cupiditati Romanorum Cardinalium, ſicut penſare ſcitis multiplicius. Et ubi religioſorum pauperum, vel ſanctarum monialium propter exilitatem non ſufficerent per ſe, adjungebantur eis circumjacentes Eccleſiæ parochiales ad ſolutionem peragendam, ita quod papale privilegium non emaneret vacuum, nec deficeret obolus in ſumma. Such was their infamous rapine and extortion. † *Nota.*

Hereupon the Dean of *Pauls*, and Biſhop of *Londons* Official exacting Procurations from the Dean and Prebends of St. *Martins le Grand* in *London*, for theſe two Legates ſent into *England* to the King by the Pope about the Peace with *France*, endeavouring to compell them to pay the ſame by Eccleſiaſtical cenſures, againſt their priviledges, and the Kings prerogative, (being his Free Chappel, exempt from all Epiſcopal Juriſdiction and Procurations) the King thereupon iſſued this Prohibition to them to inhibit their proceedings, as derogatory to his Crown and Royal Dignity.

Clauſ. 23 E. I. m. 7. intus. Pro Decano & Capitulo liberæ Capellæ S. Martini Mag. London.

REX *dilectis ſibi Magiſtro* Radulpho de Bandak *Decano Eccleſiæ Sancti* Pauli London. *&* Johanni de Sancto Claro *Officiali Epiſcopi* London. *ſalutem.* Cum libera Capella noſtra *Sancti* Martini *Magni* London. ſicut et cæteræ liberæ Capellæ noſtræ ab omni juriſdictione ordinaria, necnon et ab omnibus exactionibus, contributionibus, et procurationibus quibuſcunque, ſint exemptæ, liberæ penitus et immunes, vos (*ſicut accepimus*) a dilectis nobis in Chriſto Decano et Capitulo prædictæ Capellæ noſtræ procurationes, ad opus venerabilium Patrum B. Albanenſis, & S. Peneſtr. Epiſcoporum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ad nos nuper a Sede Apoſtolica tranſmiſſorum, exigitis, et ipſos, ad procurationem eandem ſolvendam graviter compellitis, in noſtri et ipſius liberæ Capellæ noſtræ præjudicium manifeſtum. *Nos igitur attendentes* per hoc, nobis et noſtræ Regiæ dignitati poſſe de facili derogari, niſi citius in hac parte apponamus

An. 23 *E.* I. ponamus remedium oppoꝛtunum; Wobis mandamus firmiter inhibentes, ne a pꝛæfatis Decano et Capitulo hujuſmodi pꝛocurationes vel alias exactiones, in noſtri et dictæ Capellæ noſtræ pꝛæjudicium aliqualiter exigere pꝛæſumatis, per quod opoꝛteat nos manum ad hoc apponere gꝛavioꝛem. *Teſte Rege apud* Weſtm. 25 *die* Auguſti. By which it is apparent, That the Kings Free Chappels were exempt from all Procurations, even to the Popes own Nuncioes and Legates *à latere* ſent by him into *England*, which priviledge the King was very vigilant to maintain.

Theſe avaritious Cardinals to fill their purſes yet fuller, not contented with procurations from the Clergy of *England*, ſent their Agent and Chaplain into *Ireland*, with the Kings Letters of Safeconduct and aſſiſtance, to collect Procurations from the *Iriſh* Clergy, (though they went not thither) as this Record atteſts.

Pat. 23 E. 1. m. 2. Pro Albanenſi & Peneſtrenſi Cardinalibus de procuracionibus.

REX *dilectis & fidelibus ſuis Juſtic. ſuo* Hibern. *Cancellar. Theſ. de Scaccario ſuo* Dubl. *Juſtic. Vicecomitibus & omnibus Ballivis & Miniſtris ſuis de terra* Hibern. *ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Cum venerabilis pater* Beraldus Albanenſis, & Simon Peneſtrinus *Epiſcopi*, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, *Magiſtrum* Johannem de Bonichy de Senis Capellanum eoꝛundem, ad pꝛtes Hibern. pꝛo pꝛocurationibus eoꝛundem Cardinalium jam tranſmittant; *Wobis mandamus*, quod pꝛæfato Magiſtro Johanni cum ad pꝛtes illas benerit ex pꝛte Cardinalium eoꝛundem, occaſione pꝛædicta, conſilium et auxilium impendatis in hac pꝛte, quociens ab ipſo Capellano ex pꝛte dictoꝛum Cardinalium fueritis requiſiti. *In cujus rei teſtimonium, &c. duraturas quamdiu nobis placuerit. Teſte Rege apud* Weſtm. 26. *die* Aug.

How importunate the Cardinals (to colour their rapines) were with the King to procure a Truce and Ceſſation of arms, appears by 3. Writs I found in a Bundle in the *White Tower* Chappel, An. 23 E. 1. then ingroſſed & filed; one of them directed to the Kings Lieutenant, and other Officers in *Gaſcoigne* and foraign parts; the other general to all men; the third, to the Wardens of the Ports, and all other his Officers and Miniſters to whom they ſhould come; wherein he declared, that by theſe two Cardinals importunate zeal, to ſettle a firm Peace between him and the King of *France* and their Subjects, (toward which a preſent truce, and ceſſation of all acts of hoſtility between them both by Sea and Land would much conduce) he had condeſcended out of honour to the Cardinals, and reverence and obedience to his Mother the Church of *Rome*, to ſuch a Truce and Ceſſation of all acts of hoſtility between them, till the Feaſt of *All Saints* next, and obliged himſelf, his goods and chattels to the Cardinals to perform it; ſo as the *French* King would oblige himſelf in like manner for himſelf and his Subjects; which he (it ſeems) refuſing, theſe Writs were thereupon cut and cancelled with a penknife, but not taken off the file: which I ſhall here preſent you withall, to declare King *Edwards* readineſſe to peace, and avoid wars with the *French* King.

Brevia Regis, de privato ſigil. An. 23. & 24. E. 1. Iſtæ literæ cultello ſcinduntur.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*; dilectis & fidelibus ſuis, *Johanni de Britannia* nepoti ſuo Capitaneo, & *Johanni de Sancto Johanne* Seneſcallis ſuis in Ducatu *Britanniæ*, & omnibus aliis miniſtris & fidelibus ſuis in eodem Ducatu ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Venientes ad præſenciam noſtram venerabiles Patres, Domini *B. Albanenſis*, & *S. Peneſtrinus* Epiſcopi ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinales, pro ſedanda diſſenſione ſeu guerra inter illuſtrem Principem *Franc.* Regem & nos exorta, per ſanctiſſimum Patrem Dominum *Bonefacium* divina pꝛovidentia ſummum Pontificem deſtinati, ex pꝛte ipſius ſummi Pꝛæſulis et ſua apud nos, tanquam pacis et concoꝛdiæ fideles et ferviꝺi zelatoꝛes, inſtanter et ſollicite inſtiterunt, ut reforꝛmacioni pacis noſtrum vellemus animum inclinare. Et quia ut dixerunt, treugarum initio pacis hujuſmodi poſſet eſſe plurimum inſtructiva, ſupplicaverunt, ut ſuper treugis ineundis noſtrum pꝛæſtare vellemus aſſenſum; Inſtancia nichilominus magna petentes, ut conſentire vellemus, quod donec plenus tractatus cum hiis quos res tangit, ſuper dictis treugis ineundis poſſet haberi, tam per terram quam per mare hinc inde inter gentes pꝛæfati *Franciæ* Regis et noſtras, ac inter ipſius Regis *Franciæ* et noſtros omnino a quibuſcumque

buſcumque pꝛoceſſibus bellicis et invaſionibus hoſtilibus ceſſaretur. Nos autem devote parere *Romanæ* Eccleſiæ matri noſtræ, necnon et dictos Cardinales honoꝛare volentes, ob ipſius *Romanæ* Eccleſiæ reverenciam et Cardinalium ipſoꝛum honoꝛem eoꝛum peticionibus quantum poſſumus annuentes, in ipſoꝛum Cardinalium pꝛæſencia aſſenſimus, et conſenſimus, ſi dictus Rex *Franciæ* velit idem concedere, & concedat quod uſque ad inſtans feſtum Omnium Sanctorum tam per terram quàm per mare, inter pꝛæfati *Franciæ* Regis gentes & noſtras, & inter ſuos & noſtros valitores quoſcumque, à quibuſcumque bellicis actibus & hoſtilibus aggreſſionibus hinc inde ceſſetur omnino. **Pꝛomittentes eiſdem Cardinalibus, et nos ac bona noſtra obligantes, quod ita faciemus per gentes noſtras inviolabiliter obſervari.** Quare vobis omnibus & ſingulis diſtrictè pꝛæcipimus & mandamus, quòd à die receptionis pꝛæſentium & litterarum Cardinalium pꝛædictorum uſque ad dictum feſtum incluſivè, tam per terram quàm per mare à quibuſcumque bellicis actibus & hoſtilibus aggreſſionibus, inſultibus & offenſis quibuſlibet contra ipſum Regem *Franciæ*, vel gentes ſuas, & valitores ſuos aliqualiter faciendis ceſſetis omnino, & gentes noſtras veſtro commiſſas regimini, necnon & quoſcumque valitores noſtros, omni fraude & quacumque ſimulacione deductis ceſſare penitus faciatis, ſicut dampnum noſtrum volueritis evitare. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Dat apud *Weſtm.* xiv. die *Aug.* anno Regni noſtri viceſimo tercio.

An. 23 E. 1.

REX univerſis pꝛæſentes literas inſpecturis, ſalutem. Venientes ad noſtram pꝛæſenciam venerabiles Patres, Domini *B. Albanenſis*, & S. *Peneſtrinus* Epiſcopi ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinales, pro ſedanda diſſenſione, (*&c.* verbatim *as in the former.*) A quibuſcumque bellicis actibus & hoſtilibus invaſionibus hinc inde ceſſetur omnino; **eiſdem Cardinalibus auctoꝛitate pꝛæſentium committentes, quod ſi dictus Rex *Franciæ* velit idem facere et effectu complere pꝛoſequente, iidem Cardinales vice et auctoꝛitate noſtra gentes noſtras ubicumque tam per terram quam per mare in *Anglia* et *Vaſconia*, et in poteſtate noſtra aliti conſtitutas, omnino ceſſare faciant a pꝛæmiſſis; Ac mandantes nichilominus omnibus gentibus in terris noſtris pꝛædictis, ut in pꝛæmiſſis pꝛædictis Cardinalibus ſicut nobis pareant et intendant. Pꝛomittimus eiſdem, et nos ac bona noſtra auctoꝛitate pꝛæſentium obligamus, ſi dictus Rex *Franciæ* idem et eodem modo fecerit, quod ſi poſtquam pꝛælatis Cardinalibus gentibus noſtris mandatum fuerit, et mandatum hujuſmodi pervenerit ad eaſdem, ut ab hoſtilibus aggreſſionibus abſtinerent, ut ſuperius eſt expreſſum, aliqua dampna per mare ſive per terram gentibus dicti Regis *Franciæ* vel valitoribus ſuis, per gentes ſeu valitores noſtros in perſonis vel rebus dari ſeu inferri contigerit, nos de dampnis hujuſmodi plenam emendam fieri faciemus.** In cujus, *&c.* Dat. apud *Weſtm.* xiv. die *Aug.* Anno regni Regis xxiij.

Ibidem. This Writ is likewiſe enrolled Pat. 2, 3. E. 1. m. 10. in the margin, whereof there is this note, Iſta litera non fuit reſtituta. De poteſtate commiſſa Cardinalibus tractandi de Treugis.

EDwardus Dei Gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Capitaneis marinariorum *Angliæ*, *Walliæ* & *Hiberniæ*; & Cuſtodibus Portuum, & aliis Ballivis, Miniſtris & fidelibus ſuis ad quos pꝛæſentes literæ pervenerint, ſalutem. Venientes ad pꝛæſenciam noſtram venerabiles Patres, Domini *B. Albanenſis* & *S. Peneſtrinus*, **Epiſcopi ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinales, pꝛo ſedanda diſſenſione**, &c. (*as before.*) Promittentes eiſdem Cardinalibus, & **nos ac bona noſtra obligantes**, quod ita faciemus per gentes noſtras inviolabiliter obſervari. Quare vobis omnibus & ſingulis diſtrictè pꝛæcipimus & mandamus, quatinus à die receptionis pꝛæſencium & literarum Cardinalium pꝛædictorum, uſque ad diem feſtum incluſivè, tam per terram quàm per mare, à quibuſcumque bellicis actibus, & hoſtilibus aggreſſionibus, inſultibus & offenſis quibuſlibet, contra ipſum Regem *Franciæ*, vel gentes ſuas & valitores ſuos aliqualiter faciendis ceſſetis omninò, & gentes noſtras veſtro commiſſas regimini; necnon & quoſcumque valitores noſtros, omni fraude & quacumque ſimulatione ſeductis, ceſſare penitus faciatis, ſicut dampnum noſtrum volueritis evitare. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo, apud *Weſtm.* xiv. die *Auguſt.* Anno Regni noſtri viceſimo tercio.

Ibidem. Hæ literæ cultello ſcinduntur.

I finde likewiſe this Letter of the Kings in the *Clauſe-Roll* of the ſame date, ſent to Pope *Boniface*, to the like effect.

Sanctiſſimo

An. 23 *E.* 1.

Claus. 23. B. 1. m. 7. dorso. De treugis ineundis inter Regem Franciæ & Regem Angliæ.

SAnctissimo Patri in Christo Domino, Domino *Bonefacio* Divina providentia sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, *Edwardus* ejusdem Gratia, Rex, *&c.* Devota pedum oscula beatorum. Venientes ad nostram præsentiam, Venerabiles Patres, Domini *B. Albanen.* & *S. Penestr.* Episcopi, sacrosanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinales; pro sedanda dissensione, seu guerra inter illustrem Principem, *Franciæ* Regem & nos exorta, per vestræ Sanctitatis sollicitudinem ad regna *Franciæ* & *Angliæ* destinati, ex parte vestra & sua apud nos, tanquam pacis & concordiæ Zelatores, instanter & sollicitè institerunt, ut reformationi pacis nostrum vellemus animum inclinare. Et quia ut dixerunt, treugarum initio pacis hujusmodi posset esse plurimum inductiva; supplicaverunt, ut super treugis ineundis nostrum præstare vellemus assensum; instantia nichilominus magna petentes, ut consentire vellemus, quod donec plenus tractatus cum hiis quos res tangit super dictis treugis ineundis posset haberi, tam per terram quàm per mare hinc inde inter gentes præfati *Franciæ* Regis & nostras, ac inter ipsius *Franc.* Regis quoscunque valitores & nostros omnino à quibuscunque processibus bellicis & invasionibus hostilibus cessaretur. Nos autem devote parere *Romanæ* Ecclesiæ matri nostræ, necnon et dictos Cardinales honorare, ob ipsius Ecclesiæ *Romanæ* et vestri reverentiam, et Cardinalium eorundem honorem, ipsorum petitionibus quantum possumus annuentes, in ipsorum Cardinalium præsentia concessimus, si præfatus Rex *Franciæ* idem velit concedere & concedat, ut juxta ipsorum petitionum Cardinalium usque ad festum *Omnium Sanctorum* proximò venturum, tam per terram quàm per mare, inter gentes prædicti Regis & nostras, ac inter ipsius Regis *Franciæ* quoscunque valitores & nostros, à quibuscunque bellicis actibus, & hostilibus invasionibus hinc inde cessetur omninò: eisdem Cardinalibus authoritate literarum nostrarum committentes; quod si dictus Rex *Franciæ* velit idem facere, & effectu compleat prosequente, iidem Cardinales vice & authoritate nostra, gentes nostras ubicunque tam per terram quàm per mare in *Anglia*, *Vasconia*, & in potestate nostra alibi constitutas, omninò cessare faciant à præmissis. Promittentes eisdem, et nos, ac bona nostra per nostras literas obligantes, si dictus Rex *Franciæ* idem & eodem modo fecerit; quod si postquam à præfatis Cardinalibus gentibus nostris mandatum fuerit, & mandatum hujusmodi pervenerit ad easdem, ut ab hostilibus aggressionibus abstineant, ut superius est expressum, aliqua damna per mare sive per terram gentibus dicti Regis *Franciæ*, vel valitoribus suis per gentes, seu valitores nostros in personis vel rebus dari vel inferri contigerit, nos de dampnis hujusmodi plenam emendam fieri faciemus, prout in nostris literis super hoc confectis plenius continetur. In quibus, sanctissime Pater & Domine, nostri honoris integritas magnam pati videtur reputatione plurium læsionem, quamquam nobis non videatur, quod ista vel alia quæ pro Sanctitatis vestræ suasionibus reverentia & honore fecimus, nobis ad malum vel dedecus debeant imputari. Conservet vos Altissimus. Dat. apud *Westm.* 14. die *Aug.* Anno Regni nostri 23.

He likewise issued and sent these further Letters to the Earl of *Lancaster*, his Lieutenant in *Aquitaine*, and to the King of *Romans* concerning this Truce, and requiring them to treat with the Cardinals concerning it.

Rot. Vascon. An. 23 usque 31 E. 1. m. 16. dorso.

REX kariſſimo fratri & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Lanc.* tenenti locum noſtrum in Ducatu noſtro *Aquit.* ſalutem. Veniens ad præſentiam noſtram venerabilis pater Dominus *B.* Epiſcopus *Albanenſis*, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, amicus noſter kariſſimus, pro ſedanda diſſenſione ſeu guerra inter illuſtrem Principem *Franc.* Regem, & nos dudum exorta, per Dominum Summum Pontificem deſtinatus, ex parte ipſius & ſua apud nos tanquam pacis & concordiæ zelator fervidus & fidelis ſollicitè inſtitit & inſtanter, ut reformacioni pacis noſtrum vellemus animum inclinare. Et quia, ut dixit, treugarum initio pacis hujuſmodi poſſet eſſe plurimum inductiva, rogavit, ut ſuper treugis ineundis noſtrum præſtare vellemus aſſenſum, cum ſollicitudinis intentæ ſtudio multiplicatis inſtantiis, nichilominus ſupplicando, ut donec plenus tractatus cum illis quos res tangit ſuper dictis treugis ineundis poſſet habere, tàm per terram quàm per mare hinc inde inter gentes præfati *Franc.* Regis & noſtras, ac inter ipſius *Franc.* Regis quoſcumque valitores & noſtros, omnino à quibuſcumque proceſſibus bellicis & invaſionibus hoſtilibus

hoſtilibus ceſſaretur ; exponens diſpendia, pericula & dampna quibus propter guerram prædictam mundus ſubjacet biis diebus, potiſſimè propter vos & alias gentes noſtras in *Vaſconia* exiſtentes, ac gentes Regis *Franc.* ex adverſo. **Sane licet ob prædictæ Romanæ Eccleſiæ reverentiam, et dicti Cardinalis honorem, ipſius petitionibus quantum poſſumus annuentes, propter præmiſſas cauſas et alias occupationes noſtras in ipſius Cardinalis præſentia conceſſerimus,** ſi præfatus Rex *Franc.* idem velit concedere & concedat, ut uſque ad feſtum Nativitatis Domini proximo venturum, tàm per terram quàm per mare inter gentes præfati Regis *Franc.* & noſtras, ac inter ipſius Regis *Franc.* quoſcumque valitores & noſtros, à quibuſcumque bellicis actibus & hoſtilibus invaſionibus hinc inde ceſſaretur omnino, ac eidem Cardinali & Epiſcopo *Peneſtr.* Collegæ ſuo commiſerimus, **ſi Rex *Franc.* velit idem facere et effectu compleat proſequente, ut idem Cardinales vice et auctoritate noſtra gentes noſtras ubicumque tam per terram quam per mare in *Anglia*, *Vaſconia*, et alibi in poteſtate noſtra conſtitutas, omnino ceſſare faciant a præmiſſis ;** ac etiam vobis ac omnibus gentibus & ſubditis noſtris mandaverimus, **ut prædictis Cardinalibus in præmiſſis pareatis et intendatis, prout in aliis noſtris patentibus literis dicto Epiſcopo *Albanenſi* traditis plenius continetur : Nolumus tamen ad tractatum ipſarum treugarum procedere irrequiſito conſilio Nobilium et aliorum fidelium noſtrorum prædicti Ducatus noſtri *Aquit.* qui nobis hactenus conſtanter et fideliter adhæſerunt.** Quare vobis mandamus, quatinus vocatis Comite *Lincoln.* *Amaneno de Lebreto*, & aliquibus aliis de regno *Angliæ* & terra *Vaſconiæ* Nobilibus vobiſcum in illis partibus conſtitutis, & aliquibus Civibus de *Baion.* & aliorum locorum parcium earundem habitatoribus, quos ad hoc videritis evocandos, habitiſque cum eis ſuper negotio hujuſmodi deliberatione plenaria conſilio & tractatu **cum dictis Cardinalibus, vel cum præfato Domino Epiſcopo *Albanenſi* ſolo, ſi alium ibidem venire non contingat, ac etiam cum dilectis et fidelibus noſtris Comite *Sabaudiæ* conſanguineo noſtro,** *Ottone de Grandiſſono*, & *Waltero de Langeton* Theſaurario noſtro, cum duobus ipſorum quibus ſuper hiis per literas noſtras commiſimus poteſtatem, ſi eos ad partes illas contigerit declinare, **tractetis, et in eodem negotio deliberato conſilio ordinetis, prout ipſius negotii qualitas exigit, et honori noſtro et commodo videbitis convenire :** Si verò ad partes illas non venerint certis de cauſis forſitan impediti, tunc aliquos de prædictis Nobilibus & Civibus, ſi pro eis ſufficiens haberi poſſit conductus, informatos plenius de tractatu quem inter vos ſuper hoc haberi contigerit, ad ipſorum præſentiam, die & loco de quibus vobis conſtare facient, tranſmittatis ad tractandum cum eis ſuper præmiſſis, **juxta quod de conſilio eorum veſtro et aliorum proceſſerit,** prout ſuperius eſt expreſſum. Et ſi per illos de *Vaſconia* conductus veniendi ad locum pro dicta treuga tractanda & ineunda deputandum haberi non poſſit, deliberationem ſuper negotio prædicto quam inter vos & alios, quos conſulendos duxeritis ordinatam, per literas patentes veſtro & eorundem conſulendorum ſigillis pendentibus ſigillatas, & poſtmodum ſub veſtro ſecreto ſigillo incluſas, prædictis Comiti *Sabaudiæ* & ſuis conſociis tranſmittatis. Dat. apud *Rokesburgh*, 14 die *Maii*.

An. 23 *E.* 1.

SEreniſſimo Principi Domino *A.* Dei gratia Regi *Romanorum* ſemper Auguſto, amico ſuo kariſſimo, *Edwardus* eadem gratia, *&c.* ſalutem optatis ſucceſſibus affluentem. Venerabilis pater ſpecialis amicus noſter Dominus *B. Albanenſis* Epiſcopus, noviter ad præſentiam noſtram accedens, apud nos devota precum inſtantia & ſupplicationibus intimis inſtitit, nobiſque ex parte Domini Summi Pontificis atque ſua inſtantiſſimè ſupplicavit, *ut reformationi treugarum & pacis noſtrum vellemus animum inclinare, cum ſollicitudinis attenta ſtudio nos rogando, ut ante omnia aliqualem ſufferentiam à bellicis actibus, donec plenus tractatus cum hiis quos res tangit ſuper præmiſſis poſſet haberi, ſibi concedere dignaremur*, **ob honorem ſedis Apoſtolicæ atque ſuum :** enarrans immenſa diſpendia, diverſaque pericula, ac irreparabilia dampna quibus propter guerram quæ inter vos, nos, & *Francorum* Regem nunc vertitur, mundus ſubjacet univerſus, potiſſimè hiis diebus propter gentes noſtras in *Vaſconia* exiſtentes, actus exercentes armorum, & gentes dicti Regis *Franc.* ex adverſo. Nos autem prædictum iminens periculum advertentes, & de conceſſa dicto Cardinali & Epiſcopo *Peneſtr.* Collegæ ſuo, in hujuſmodi negotio per Dominum Summum Pontificem deputato ſufferencia in aliquorum ex veſtris gentibus præſentia, ſicut

Rot. Vaſcon. An. 23 uſque 31 E. 1. m. 16. dorſo.

Serenitatem

An. 23 E. 1. Serenitatem vestram latere non credimus, recolentes, **ob reverentiam dictæ sedis Apostolicæ, cujus favor vobis et nobis in hujusmodi negotio posset esse (prout nostis) plurimum fructuosus, ejusdem Cardinalis precibus annuentes concessimus, ut præfati Cardinales prædictam sufferentiam nomine nostro possint facere et firmare, usque ad prox. futurum festum Nativitatis Dominicæ duraturam.** Dantes nichilominus dilectis & fidelibus nostris *A.* Comiti *Sabaudiæ* consanguineo nostro kariſſimo, *Ottoni de Grandissono* Militi, & *Waltero de Langeton* Thesaur. nostro, vel duobus eorum potestatem tractandi & firmandi, simul cum vestris nunciis ad hoc à vestra sublimitate mittendis, treugas inter vos & vestros & nostros valitores ex parte una, & dictum *Franc.* Regem cum suis valitoribus ex adversa, **sub forma et conditionibus quibus excellentia vestra voluerit assentire.** Ad prædictam siquidem sufferenciam concedendam ex eo facilius prædicti *Albanensis* Episcopi votis & precibus devotis existimamus annuendum, quod vos in quibusdam partibus regni vestri circa magna & ardua intelleximus occupatos: Nosque in partibus *Scotiæ* propter *Scottorum* rebellionem sumus armorum exercitio intendentes. Hinc est quod ad ejusdem Episcopi *Albanensis* affectuosas preces ab ipso super hoc nobis fusas, Celsitudinem vestram requirimus & rogamus, **quatinus ad diem et locum quos prædicti Cardinales magnificentiæ vestræ duxerint intimandos,** vestros nuncios destinetis cum quibus nostri conveniant, & unanimiter tractent & procedant in negotio supradicto. Super hiis autem Celsitudo vestra voluntatem suam & statum utinam semper ad vota prosperum, nobis non differat intimare. Dat. apud *Rokesburgh* in *Scotia*, 16 die *Maii*.

Rot. Vascon. An. 23 usque 31 E. 1. m. 16. intus.

UNiversis Christi fidelibus ad quos, &c. *Edwardus* Dei gratia, &c. salutem. Noverit universitas vestra, **quod nos ob reverentiam sedis Apostolicæ, et ad instantem requisitionem venerabilis patris Domini** *B. Albanensis* **Episcopi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, amici nostri,** damus & concedimus per præsentes dilectis & fidelibus nostris *A.* Comiti *Sabaudiæ* consanguineo nostro kariſſimo, *Ottoni de Grandissono*, & *Waltero de Langeton* Thesaur. nostro, seu duobus ipsorum absente tertio, plenam & liberam potestatem ac speciale mandatum tractandi nomine nostro de treugis inter Regem *Franc.* & valitores suos ex parte una, & Regem *Romanorum* & valitores suos, & nos & valitores nostros ex parte altera, super guerris, dissensionibus & discordiis quibuscumque inter Dominum Regem *Franc.* & valitores suos, & ipsum Regem *Romanorum*, & nos ac valitores nostros exortis, & etiam easdem treugas ineundi & firmandi, ac omnia alia & singula faciendi quæ ad præmissorum expeditionem fuerint oportuna. Ratum habituri & firmum quicquid per prædictos Comitem, *Ottonem* & Thesaur. seu duos ipsorum, sicut præmittitur, tractatum, ordinatum, initum, firmatum & factum fuerit in præmissis. Et ad hæc omnia fideliter observanda, obligamus nos & omnia bona nostra, præsentia & futura. In cujus, &c. Datum apud *Rokesburgh*, 12 die *Maii*. Ista litera triplicata fuit.

Consimilem potestatem habent prædicti Comes, *Otto* & *Walterus*, per alias literas patentes ejusdem tenoris, eo tantum mutato, quod in illis literis Rex *Franc.* & valitores sui postponebantur, & Rex *Romanorum* & Rex *Angl.* & valitores eorum præponebantur. Dat. ut supra. Et erant triplicatæ.

That this Pope and his two Cardinals had some other designes upon the King, Kingdom and Church of *England*, then to settle Peace, and gain Procurations, even to deprive the King of the Rights of his Crown, by inducing him to condescend to the Popes and Cardinals appropriating of Prebendaries and Churches in *England* to their Churches in *Rome*, and dispose of Benefices and Promotions belonging to his Presentation, Crown, dignity, (which although he, his Counsil, Judges, Parliament had * formerly opposed, yet was he now earnestly pressed by this Pope and his Cardinals to assent unto) will most clearly appear by the Kings Letters and Answers to them, implying his willingness to grant their requests, so as any expedient could be devised to save the disinherison and hurt of the Rights of his Crown, Royal dignity and Prerogative, which might ensue thereupon by his condescention.

* See here, p. 289, 416, to 419.

Sanctissimo

An. 23 E. 1.

Clauſ. 23 E. 1. m. 7. dorſo. De appropriatione duarum Præbendarum in Ebor. & Lincoln. Eccleſiis Eccleſiæ Sancti Petri de Urbe faciendæ.

Sanctiſſimo Patri in Chriſto & Domino, Domino Bonifacio *divina providentia Sacroſanctæ* Romanæ *ac Univerſalis Eccleſiæ* **Summo Pontifici**, Edwardus *Rex* Angliæ, &c. *Ea quæ venerabilis pater in Chriſto Dominus* B. *Dei gratia Epiſcopus* Albanen. **ſuper quodam negotio duarum Præbendarum in** Ebor. *&* Lincoln. **Eccleſiis conſiſtentium, quarum quidem Præbendarum appropriationem Eccleſiæ Sancti** Petri **de Urbe, et Hoſpitali Sancti Spiritus faciendam,** *venerabilis pater Dominus* M. *Sanctæ* Mariæ *in* Porticu *Diaconus Cardinalis* **proſequitur, et proſecutus eſt temporibus retroactis, er parte dominationis veſtræ latius nobis curavit exponere, intellexímus diligenter.** *Sanè Sanctiſſime Pater* **ob veſtram reverendam inſtantiam ad dicti Domini Cardinalis optentu, necnon et contemplatione** *prædicti Domini* M. *Cardinalis amici noſtri chariſſimi ab antiquo*, **prædictum negotium quantum cum Deo et abſque erhæredatione noſtra, et Coronæ regni noſtri læſione fieri poterit deſiderantes fœliciter expedíri, ſi aliqua via ſana et competens quæ nec in erhæredationem neque læſionem Coronæ regni noſtri, ſicut prædicitur, nec alias redundet in præjudicium noſtræ Regiæ dignitatis adinveníri valeat per quam idem negotium deduci poſſit commode ad effectum, illam erimus parati admittere, et veſtris ac præfati Domini Cardinalis condeſcendere in hac parte beneplacitis atque votis.** *Conſervet vos Altiſſimus*, &c. *Teſte Rege apud* Weſtm. 12 *die* Auguſti.

Ibidem.

Venerabili in Chriſto Patri Domino M. *Sanctæ* Mariæ *in* Porticu *Diacono Cardinali, amico ſuo chariſſimo*, Edwardus *Dei gratia*, &c. *ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Ea quæ venerabilis pater in Chriſto Dominus* B. *Dei gratia Epiſcopus* Albanen. **ſuper quodam negotio**, &c. (*ut ſupra*, to the Pope, *uſque ibi*) **faciendam proſequemini et proſecuti eſtis temporibus retroactis, er parte Domini Summi Pontificis latius nobis expoſuit, intellexímus diligenter.** *Sanè reverende Pater* **ob ipſius Domini Summi Pontificis reverendam inſtantiam, ac dicti Domini Cardinal. obtentu, necnon et veſtri conſideratione prædictum negotium quantum cum Deo, abſque erhæredatione noſtra,** &c. (*ut ſupra, uſque ibi*) **erimus parati admittere, et præfati Domini Summi Pontificis, et veſtris condeſcendere in hac parte beneplacitis atque votis.** *Dat. ut ſupra.*

The Prebendary of * *Naſſinton*, belonging to the Church of *Lincoln*, was one of thoſe mentioned in theſe Letters to be appropriated to a Church in *Rome*, concerning which (when firſt ſet on foot *Anno* 1288.) I found this memorable Letter by way of *caution*, then writ by one of the Kings Counſil to *Edmund* Earl of *Cornwall* the Kings Licutenant, and the reſt of his fellow Counſellors and Friends, ſtrenuouſly to oppoſe this Innovation, as a direct diſinheriting of the King and Kingdom, repugnant to the antient Rights and Cuſtoms thereof, admitted by Popes themſelves in all ages, which I ſhall here inſert.

* See here, p. 389, 416, 417, 418.

Bundela Brev. de Privato ſigillo An. 16 E. 1. in Turre London.

Sociis & amicis ſuis, ſalutem, & bonum amorem. **Dignitas Regia et Coronæ** Angliæ, **ac conſuetudo regni inſtant ſemper, ut obſervetur in eis quod eſt ab antiquo uſitatum, et a Summis Pontificibus conceſſum perpetuo, ac a tempore quo non exiſtat memoria (eo quod ſola** Anglia **utitur conſuetudine et non jure ſcripto) approbatum. Ne igitur in Præbenda de** Naſſinton **in Eccleſia** Lincoln. **quæ eſt de Corona et Patronatu Domini Regis, erhæredatio Regis et Regni interveniat manifeſta, expedit quod Nuncii Curiæ** Romanæ, **er hac cauſa venientes, effectum nequaquam ſortiantur in præmiſſis, contra Coronam et conſuetudinem prædictam; et mandetur Diocæſano per breve Domini Regis firmiter et expreſſe, ne prætextu literarum Domini Papæ ſeu quorumcunque Judicum Eccleſiaſticorum aliquid faciat, quod Regi aut Coronæ in Baronia ſua eſſe poterit præjudiciale ſeu damnoſum; ac aliis quorum intereſt in hac parte. Vos igitur qui legem, conſuetudinem, et ea quæ Coronam et officium contingunt, melius me noſtis, facietis quod honori Regio decet, et quod eſt hactenus in caſu conſimili conſuetum. Et iſta præmunitio pro ſtatu officii et veſtro procedit, Deus novit.** *Bene valeat*, &c. Which advice was * *accordingly executed.*

* Here p. 416.

An. 23 E. 1. Yet such was the insolency of this New Pope and his Legates, after several precedent Prohibitions, resolutions of the King, Counsil, Parliament, and Letters from the King to Pope *Nicholas* and his Cardinals against it, as now to revive and importunately prosecute this dangerous project afresh, in hope to accomplish it, under a pretext of friendship and setling Peace; which the King modestly declined by his Epistles to them.

These Cardinals likewise solicited the King to exempt some of the Cardinals Nephews who had Benefices in *England*, from paying the moity of their Goods towards the maintenance of his Wars, to which all the rest of the Clergy were liable, as this Letter of the King imports.

Clauſ. 23 E. 1. m. 7 dorſo. Pro Nepotibus Epiſcopi Tuſculan.

Venerabili in Christo Patri Domino J. *Dei gratia Episcopo* Tusculan. *amico suo charissimo*, Edwardus, &c. *salutem & sinceræ devotionis affectum. Ea quæ venerabilis pater in Christo Dominus* B. *Episcopus* Albanen. **super negotio Nepotum vestrorum, medietatem videlicet bonorum Ecclesiasticorum quæ in regno nostro Angliæ possident contingente, ex parte vestra plenius nobis exposuit, intelleximus diligenter.** *Sanè reverende Pater* **consideratione vestri ac ob dicti Cardinalis instantiam, sic de ipso negotio deliberato consilio disponere intendimus, et in ipso etiam taliter nos habere, quod rationabiliter se contentam debebit vestra paternitas reputare.** *Dat. ut supra.*

He likewise writ these Letters to the Earl of *Savoy*, and *Otho de Grandison*, to obey these Cardinals commands.

Ibidem. Pro B. Albanen. & S. Penestren. Cardinalibus.

REX dilecto consanguineo & fideli suo Amadio *Comiti* Sabaudiæ, *salutem cum dilectione sincera. Cum venerabiles patres Domini* B. Albanen. & S. Penestren. *Episcopi, Sacrosanctæ* Romanæ *Ecclesiæ Cardinales*, **quædam habeant negotia pertractare,** *ad quæ vestra præsentia fore poterit opportuna, volumus & rogamus, quatinus ad diem & locum quos iidem Cardinales vobis duxerint intimandos, modis omnibus accedatis,* **facturi quod vobis injunctum fuerit per eosdem.** *Et hoc nullatenus omittatis. Teste Rege apud* Westm. 14 *die* Augusti.

Ibidem.

REX dilecto & fideli suo Othoni de Grandissono, *salutem. Cum venerabiles patres Domini* B. Albanen. & S. Penestren. *Episcopi*, &c. *ut supra.* **Volumus et mandamus,** *quatinus ad diem & locum quos iidem Cardinales vobis duxerint intimandos, modis omnibus accedatis,* **facturi quod vobis injunctum fuerit per eosdem.** *Et hoc nullatenus omittatis. Teste ut supra.*

The Popes Legates under pretext of setling a Truce, having extorted great sums of money from the Clergy and Religious persons, to transport it securely beyond the Seas procured divers Foreign Merchants to passe over with them out of *England* into Foreign parts with monies, under colour of being Members of their Train and Attendants; to prevent which fraud and exportation of monies, the King issued this Writ to the Constable of *Dover* Castle and others.

Pat. 23 E. 1. m. 10. De Mercatoribus transfretare volentibus cum Cardinalibus.

REX dilectis & fidelibus suis Stephano de Peneceſtr. *Constabulario Castri sui* Dovor. Roberto de Besinges, & Johanni le Blund, *Civibus suis* London. *salutem. Quia datum est nobis intelligi*, **quod Mercatores extranei et alii homines diversi parant se ad transeundum in Comitiva Cardinalium ad partes transmarinas, sine licentia nostra, licet de ipsorum familia non existant,** *volentes hujusmodi cautelæ cautius obviari, assignavimus vos ad videndum & ordinandum,* **quod nullus Mercator extraneus seu alius quicumque in Comitiva ipsorum Cardinalium transeat ad partes transmarinas, seu alicua pecunia deferatur ibidem, nisi Mercatores et homines illi fuerint de familia Cardinalium prædictorum, et ipsos et pecuniam illam advocaverint juxta formam literarum nostrarum de Conductu eisdem Cardinalibus confectarum, quarum transcriptum vobis fecimus liberari.** *Et ideo vobis mandamus, quod præmissa ita discretè & circumspectè faciatis, quod circumspectio & discretio vestra in hac parte meritò debeant commendari. In cujus*, &c. *Teste Rege apud* Westm. 16 *die* Augusti.

Et

Et mandatum eſt per literam claauſam præfato Stephano, *quod ad præmiſſa facienda una cum præfatis* Roberto & Johanne *intendat. Teſte ut ſupra.* An. 23. E. 1

The King ſtill wanting moneyes, procured one of the Cardinals to obtain from the Pope a grant to himſelf and this Cardinal of the **Firſtfruits of all vacant Benefices** within the Province of *Canterbary* for 3. years ſpace, to be equally ſhared between them; as is evident by this his gratulatory Letter to the Cardinal for his aſſiſtance and favour in this, and other his affairs in the Court of *Rome*.

VEnerabili *in Chriſto Patri & amico ſuo Chariſſimo, Domino* J. *Dei Gratia Sanctæ* Mariæ *in via lata Diacono Cardinali*; Edwardus *eadem Gratia, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum; Super voluntate ſincera quam erga nos habetis & totis temporibus habuiſtis, & etiam ſuper diligentia ſollicita circa negotia noſtra ſingula ſemper hactenus adhibita,* **necnon ſuper impetratione per vos facta a Sum. Pontif. de primis fructibus Eccleſiarum vacantium in Provincia Cantuar. Nobis et Nobis datis ad triennium et conceſſis, Paternitati veſtræ referrimus magnas grates:** *pro certo tenentes,* **quod de Nobis in hoc Nobis talem ſocium inveniatis, Domino concedente, quod inde reputabitis et vos contentos; ſiquid autem pro vobis voluerit nos facturos, id nobis ſignificetis cum ſtoucia optinendi.** *Dat. apud* Aberconweye, 6. *die* Aprilis. Ibidem, m. 10.

He likewiſe ſent two other Letters to two Cardinals to promote his affairs in the Court of *Rome*.

VEnerabili *in Chriſto Patri Domino* M. *Dei gratia* Portuenſi, &c. *& ſancto* Ruffino *Epiſcopo, amico ſuo Chariſſimo,* Edwardus *eadem gratia, &c. ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Inſpectis literis veſtris per dilectum Clericum noſtrum Magiſtrum* Dalemund *nobis miſſis, detegentibus immenſum dolorem & compaſſionem quos vos ſuper turbatione & diſcordia inter Regem* Franciæ *& nos nuper motis, caritatis veſtræ viſceribus pio concepiſtis affectu, quantum ergà nos in præteritum concepiſtis affectionem perpendimus manifeſtè, ſuper quo gratias vobis referimus ſpeciales; pro certò tenentes, quod ad pacem & concordiam ſemper bonam voluntatem habuimus & habemus, & dulces exhortationes veſtræ cauſa ad bonam pacem, noſtro honore & Regni noſtri ſtatu ſalvo, erimus favorabilius inclinati. Quocirca Paternitati veſtræ chariſſimæ ſupplicamus, quatenus negotia noſtra habere* **degnemini recommendata, quantum cum Deo poteritis; eo quod hactenus magis ardua non habuimus, ſeu majora,** et magis in eiſdem vestro **egentes** auxilio, **quod ſemper nobis utile reperimus in agendis; ſuper quibus ſtatu et negotiis noſtris credere velitis** *caro Clerico noſtro Magiſtro* Bertrando *del* Got, *Domini Papæ* **Capellano,** & præfato Radulpho, *vel alteri eorundem. Dat. apud* Aberconeway 6 *die* Aprilis, *Anno gratiæ,* M. CC. *Nonog. quinto, Regni vero noſtri viceſimo tertio.* Cl. 23. E. 1. m. 10 Pro Rege, de Literis directis Cardinalibus.

VEnerabili &c. *& amico ſuo chariſſimo, Domino* Jacobo *Dei gratia Sanctæ* Mariæ *in via lata Diacono Card.* Edwardus *eadem gratia, &c. ſalutem. Paternitati veſtræ volumus eſſe notum, quod dilectus Clericus noſter, Magiſter* Radulphus Dalemaunt *nobis plenius intimavit, quod vos ſimiles literas quales nobis tranſmiſit, venerabilis pater Dominus* Albanenſis *Epiſcopus nobis per ipſum miſſetis, ſi eaſdem debitè expectaſſet; ſuper quo vobis ut illi per quem non ſtetit quo minus nobis hujuſmodi literas mandaſſetis, tantas grates referimus quantas vobis ſciremus, ſi ad nos per ipſum hujuſmodi veſtræ literæ perveniſſent; vos intimè requirentes,* quatinus ſuper ſtatu noſtro, et negotiorum noſtrorum charis Clericis noſtris, *Magiſtris* Bertrando *del* Got, *domini Papæ* Capellano, & *præſcripto* Radulpho *velitis credere, vel alteri eorundem. Dat. ut ſupra.* Ibidem.

King *Edward* to prevent all intelligence, and exportation of monies into *France*, to enrich his Enemies during his wars with the *French*, ſeiſed the Lands, Tenements, goods and chattels of all Religious Houſes in *England* belonging to *Frenchmen*, or to thoſe in *France*, eſpecially in the *Iſle of Wight*, and committed the cuſtody of them and of that *Iſland* with the Caſtle therein to *Richard de Affeton* by theſe two Commiſſions, which I found in the *White Tower* under the Great Seal, yet affixed to them.

An. 23 E. 1. In Turre London.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Omnibus Ballivis & fidelibus suis ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.* Quia nolumus quod Terræ et Tenementa, seu Bona et Catalla Religiosorum de terra et potestate Regis Franciæ quæ sunt in regno nostro, occasione guerræ inter nos et Regem Franciæ jam subortæ, distrahantur per aliquos seu bastentur; nec etiam volumus, quod exitus de terris illis et tenementis provenientes, seu etiam aliqua bona vel catalla eorum extra regnum nostrum ad inimicos nostros ditandos in partibus transmarinis, ducantur; *Assignavimus dilectum & fidelem nostrum* Ricardum de Affetone, ad capiendum in manu nostram omnes Prioratus et alias Domus prædictorum Religiosorum, cum omnibus terris, tenementis, et bonis et catallis suis in Insula de Wyght; et ad ea, una cum Priore vel alio Superiore singularum domorum, *salvo custodienda.* Ita quod de exitibus inde provenientibus nobis respondeant ad Scaccarium nostrum, durante guerra prædicta. *Salva eisdem Religiosis rationabili sustentatione sua de exitibus & bonis prædictis, sicut idem* Richardus *inde duxerit ordinandum. Et ideo vobis mandamus, quod præfato* Ricardo *in præmissis & omnibus quæ ad præmissa pertinent, intendentes sitis & respondentes; prout vobis scire faciet ex parte nostra. In cujus, &c. Teste venerabili patre* W. Bathon. & Wellen. *Episcopo, Thesaurario nostro apud* Westm. *secundo die* Augusti, *Anno regni nostri* 22.

Ibidem.

EDwardus, &c *Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, liberè tenentibus, & omnibus aliis de* Insula Vecta, *salutem. Sciatis, quod commissimus dilecto & fideli nostro* Ricardo de Affeton *Insulam prædictam cum Castro ibidem custodienda, una cum* Humfrido de Donesterre *Constabulario nostro Castri prædicti, quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus, quod præfato* Ricardo *in omnibus quæ ad custodiam illam pertinent, intendentes sitis & respondentes, consulentes & anxiliantes, prout idem* Ricardus *vobis scire faciet ex parte nostra; & quociens ab eodem super hoc fueritis requisiti;* Ita quod pro defectu vestro nobis vel regno nostro dampnum vel periculum aliquod non immineat vel contingat. *In cujus, &c. Teste (ut supra) 26. die* Novembris, *anno regni nostri vicessimo tertio.*

The King and his Counsil likewise made these ensuing Ordinances for removing all Priors aliens of *France*, with those related to them, 20 miles from the Sea side, and Navigable Rivers, and seising their persons, goods, livings, temporalties, to prevent intelligence during the wars; to which this passage of * *Matthew Westminster* relates; *Monachi alienigenæ à propriis excluduntur domiciliis, singulis per hebdomadum ad victum* 18. *denariis deputatis.*

* Flores Hist. An. 1295. p. 398.

Forma ordinata de Religiosis alienigenis.

Fines 23 E. 1 & Brevia Regis, An. 23 & 24 E. 1. in Turre London. Cedul. 2.

ORdene est par le Rey et son Conseil, qe les Religious estraunges du pouer le Rey de *Fraunce* e de ses aliez, ou qe seient de leur affinite, ou a eus par obedience, e quenque manere tenuz, qui sount a 13. liwes ou meins pres de la mer, ou ewe qe port navie ou vessel a la mer, qe il seyent remuez, e mis en leur mesons, ou en leur maners demeine, si len les trove, a 20. liwes loinz de la mer, ou de ewe que navie ou vessel porte a la mer, ou en autres mesons de meismes lordre, e de de meimes la launge qe autant seient loigteins de la mer, ou de ewe que porte navie ou vessel a la mer, sicome dit est. E en chescune meson ou tieux moygnes demorrunt, le chef gardein qui est assigne en le Counte mette un pro d' home, person ou vicaire, ou autre Clerk suffisaunt a la garde de chescune mesoun, é des moyngnes que y demorrunt, e cely gardein preingne ses resnables estouers du chef gardein des issues des mesons que sount en sa garde. E chescun gardein face sa garde en la forme qe siwt. Ce est asavoir, qe ceus gardeyns mettent *Engleys*, e nul autre, pur les moygnes servir Clers ne leyз en Eglise ne de hors, e tieux pur queus les gardeins voudrunt respoundre. E ceus qe issi servent seient sustenuz entre eaus de la commune que les moygnes pernent.

E que les gairdeins seient chargez de leur garde au peryl qe y apent.

E que il seyent en teles mesouns demorrunt sauntz Clerks garcon, e sauntz cheval, fors qe en la manere qe est desus dit.

E qe

E qe nul eſtraunge ne ꝑiue ſeculer, eit repeirer a parler a eus, mes qe en la ꝑeſence de gardein. *Au.* 23 *E.* 1.

E qe il ne enveient Lettres ne Meſſages, nene reſceyvent de nuly, ſil ne ſeit en la ꝑeſence de leur gardeins, e que il ſachent que y eſt contenu.

E eient ſuſtenance des biens de leur meſouns dount il ſount venuz, ceo eſt aſavoir, cheſcun de eus 18. deners la ſemeine par les meins des chiefs gardeins, iſſi qe il vivent ſolonc la Rywle del ordre.

E qe il ne aillent nule part hors du clos de la meſoun ou il demorront. E eient de lours meſons dont il ſont venuz veſture e changure ſolom ceo que il ſon purrent paſſer, ceſt aſavoir cheſcun de eaus dis ſouz par an par les meins des chefs gardeins.

E eſt ordenez, qe puis qe len ſauera le noumbre des moyngnes qui ſerront iſſi remuez, ſeient enuiez hors cuſtages e a munture de lour meſons, oue lour litz, e oue liures pur leur ſerviſe as lius ordenez. E lour ſient certeyn jour aſſigne de aler a luis qui ler ſerront ordenez ſolom ceo qe les lieus ſerront pres ou loignteins, outre que jour ſi nul ſeit troue alaunr ou wakeraunt par pais, en quel habut qe il ſeit troue, ſeit pris e areſte deſi qe le Roy eit dit ſa volente.

En cheſcun Counte ou en pluſors solom ce qe il avera meſons de tiens moygnes, ſeit aſſigne par le Treſorer un gardein ou pluſors, ſolom ceo qe la garde eſt graunde ou petite, e veignent al Eſcheker pur fere le ſerment, e recevour lur commiſſions.

E celi chef gardein face inventaire endentee, dont lune partie demorge vers le Treſorer e lautre vers le gardein, de tuttes maneres des biens qe ſerront trouez en la baillie qe il avera par tut.

Veſſele, come des autres biens moebles, en queus mains qe il ſeint devenuz ou tranſlatez puis le jour de ceſt ordenement: Enſi ne pur quant qe ſi troue ſent qe les moyngnes en les lieus demorraunt, eient aliene, ouſte, ou muſce oꝛ, argent, ou autre treſoꝛ puis la paſque ont un an, ou ſi dettes ſeient oꝛe dewes de queu tens qe le contract ſeit ſet, ſet auſſi enquis, ſeiſt e ꝑis en la meyn le Key, e ſaubement garde de ſi qe le Key eit autre choſe oꝛdene ou comande.

E de ceo qe len troueue, qe eſt a loigne e ne puet eſtre troue, le face le gardein aſaver a Treſorer, e qe le gardein qui ſerra aſſi aſſigne reſpoigne al Eſcheker pleinement de tuttes maners des iſſues de tuttes les terres, rentes, auſſi bien des Egliſes, penſions, e autres profitz dont les ditz meyngnes ſont ore aparmennes ſeiſiz de temporaute.

E pur mieuz ſaver la value des terres, rentes, egliſes, e de tuttes autres maneres des iſſues, le Treſorer face aſſigner lele gentz e certeins autres qe ceaus qe enſerront gardeins a eſtendre les, e taxer. E fet a ſavoir qe ſour la Counte des ditz gardeins al Eſcheqer, leur ſerront allowes les cuſtages des moyngnes de ſoutz ditz.

E enſement eſt ordene, qe les certeines liuereiſonns qe ſoleyent eſtre rendues de tieux meſons par eſcritz, ſeient leaument rendues, iſſi qe celuy qe ad pris liuereiſon de monygne pregne auſſi come moyngne prent par la ſemeine, e ſelom le plus e le meins a lour afferaunt.

Enſement, les penſiouns e les Robes qe ſount dewes par eſcrits, ſoient rendues ſelum ceo qe les eſcriz purportent a ceus qe en ount eſte ſeiſi.

E enſement eſt ordene, qe la ou tieux religious aliens ount commun ſeal de Chapitre, ou autre ſeal de autorite, ſeit le ſeal mis en la garde des moyngnes es biens ou il ſerront demorront, enſemblement oue les chartres, fins, e munements de leur meſouns deſouz le ſeal le chef gardein de lour meſuuns, oueſque les ſeaus de deus prodeſhomes e leaus demeiſme le viſne. De reliques, libreire, veſtementz, e de tuttes maneres de autres aournementz qe ſerrent trouez en tieux maneres de meſons remeinent en ſauve garde par aſſeurement de moyngnes de meiſme les meſons, e en meiſmes les meſons par teſmoignance e vewe de deus prodeſhomes de meiſme le viſne par Cirographe endentee entre les gardeins e les moignes, ſauve les veſtementz, e aournementz des Egliſes neceſſaires pur la ſerviſe de meiſmes les Egliſes. E en meſon de Religion ou il y ad Egliſe conventuele ou parochiele ſervie par moyngne, ſeit le ſerviſe ſuſtenu en cheſcun de tieux lieus par un ꝑeſtre Engleys, honeſt e ſuffiſaunt, la ou il ny ad nul moyngne Engleys.

E ſil y ait moigne ou moignes Engleis dumorgent en pees, e facent le ſerviſe e perignent

An. 23 E. 1. preignent pur leur sustenaunce cheſcun pur luy taunt aome un des autres aliens remuez, ſicome il eſt deſoutz dit. E la ou plus preſtres ſeculers ſoleint eſtre boſoyngnablement come par aumeſne eſtablie, ſeit lameſne ſuſtenue ſolom ceo qe ele fu auncienement ordene e eſtablie, e jeſque en ca uſee.

Des aumeſnes enſement ancienement ordenes e eſtablies, e jeſqe a ore uſees, come en puture ou veſtir de pouvres en le lieu meiſmes, ſolom ceo qe homme purra reſnablement leaument et certeinement par bon apriſe ſavoir, ſeient ſuſtennes al honur de Deiu.

Enſement eſt ordene de ſeculiers perſones des Egliſes qui ſont du pour Le Rey de *France*, ou de ce alliez e ſoient reſidentz en *Engleterre*, ſil ſcient pres de mer ou ewe menaunte navie ou veſſel a la mer, et treſze liewes ſicome deſus eſt dit, **Maunde ſeit as Eveskes des leus, qil les facent remuer e mettre en leus plus lunteignes, ou il purrunt demoꝛrer ſauns ſuſpecion,** e eient eus perſones la garde e les iſſues de leur benefices par les meins de lour procuratours qui ſeient Engleys, e a ceo par eaus aſſignez.

E ſi tieux perſones ne ſeint en *Engleterre* demoraunt, maunde ſeit a leur Eveskes, qil facent prendre bone garde des teles Egliſes, **e des iſſues pleinement e enterement reſpoignent al Eſchequer duraunt la guerre.** Iſſi totteſneys qe les dites Egliſes ſeient duement ſervies.

I pretermit the Writs, *de Terris alienigenarum laicorum capiendis in manum Regis*; and paſs to thoſe *de Secularibus perſonis alienigenis ab agris amovendis, & beneficiis non reſidencium cuſtodiend.*

Fines 23 E. 1. memb. 2. REX venerabili in Chriſto patri *R.* eadem gratia *Cantuar.* Archiepiſcopo, totius *Angliæ* Primati, ſalutem. Cum ob aliquas certas cauſas ſit per nos & nostrum Conſilium ordinatum, quod perſonæ ſeculares alienigenæ, ſive Canonici fuerint, ſeu Rectoꝛes Eccleſiarum, aut alias beneficiati in regno noſtro in quibuſcumque Eccleſiis Cathedꝛalibus ſeu Collegiatis, quocumque nomine cenſeantur, de poteſtate Regis *Franciæ*, & alibi adhærentium exiſtentes, vel qui ſint de affinitate & amicicia illorum, aut eis alio modo qualicumque aſtricti, ad treſdecim milliaria vel infra, prope mare, vel aquas navigium quodcumque ducentes ad mare morantes, per Dioceſanos ſuos transferantur ad loca remotioꝛa, in quibus abſque ſuſpicione aliqua poterunt commoꝛari. Et quod cæteræ hujuſmodi perſonæ morantes in prædicto regno vel treſdecim milliaria à mari, vel aquis navigium ut permittit ducentibus in locis in quibus ſic fuerint pacificè commorentur; ita viz. quod tam perſonæ illæ quam perſonæ prædictæ quas ſic transferri contigerit, ſuſtentacionem habeant de bonis beneficiorum ſuorum, ſcilicet quilibet eorum decem & octo denarios qualibet ſeptimana, & pro veſtitu & calciatura quadraginta ſolidos annuatim, per manus procuratorum ſuorum, qui *Anglici* fuerint ad hoc per Dioceſanos ſuos proprios deputandi. Et ſi hujuſmodi Canonici et Rectoꝛes ſeu beneficiati in regno noſtro non fuerint reſidentes, quod Dioceſani ſui bonam curam habeant de beneficiis et Eccleſiis ſuis pꝛædictis, et eiſdem honeſte faciant deſerviri, et de fructibus et pꝛoventibus tam illoꝛum non reſidencium, quam aliꝛum reſidentium; (ſalva dumtaꝛat eiſdem reſidentibus iuſte ſuſtentacione ſua in foꝛma parte pꝛædicta) plene et integre ad Scaccarium noſtrum reſpondeant, guerra noſtra durante, niſi aliud ſuper hoc duxerimus ordinandum. Paternitatem veſtram rogamus mandantes, ac vobis in fide et dilectione quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatinus omnia et ſingula ſupꝛaſcripta in Dioceſi veſtra quoad perſonas Eccleſiaſticas antedictas exequamini, et cum diligencia faciatis in ſuperius annotata. Et hoc ſicut nos & commodum Regni noſtri diligitis, nullatenus omittatis. Teſte Rege apud *Odymere*, 5 die *Novembris*.

Conſimiles literæ diriguntur *Ebor.* Archiepiſcopo, *Angl.* Primati, & Epiſcpis ſubſcriptis, videlicet;

A. Dunelm. *&c.* and all the other Biſhops in *England* and *Wales*, there named.

Pope *Cæleſtine* 5. the year before conferring, by his Papal Proviſion, the Church of *Monketon* on *James*, Nephew of *Francis* Cardinal of S. *Lucy* in *Rome*, afterwards confirmed by Pope *Boniface* 8. belonging to the Kings preſentation in right of his Crown, by the vacancy of the Archbiſhoprick of *Canterbury*, the Pope and Cardinals importuned

tuned the King to admit of this Papal proviſion to him; who thereupon adviſing with his Prelates, Counſellors, Nobles and great men aſſembled together at *Berwick* about it, after due examination of the buſineſs, upon conſideration of many preſidents and reaſons agreed and reſolved, that this Papal proviſion and uſurpation would evidently tend to the apparent prejudice, and enormous exheredation of him, his heirs and Crown, which he being obliged by his Oath to maintain inviolable in all things, could no wayes condeſcend to this their requeſt, deſiring them to excuſe him for not granting it, as appears by this memorable Letter of the Kings then ſent to ſeveral Cardinals underwritten, I found in the *White Tower*. *An.* 23 *E.* 1.

TAli Cardinali, *&c.* Litteras veſtras pro Magiſtro *Jacobo* Nepote venerabilis in Chriſto Patris, Domini *Franciſci Neapoleonis*, ſanctæ *Luciæ* in *ſilice* Diaconi Cardinalis ſpecialis amici noſtri, ſuper negotio collationis Eccleſiæ de *Monketon Cantuarienſis* Diocæſis, per felicis recordationis *Cœleſtinum* Papam quintum in *Romana* Curia ſibi factæ, ac confirmationis per ſanctiſſimum patrem Dominum *Bonifacium* ſummum Pontificem ſuper hoc ſubſequentis, nobis per latorem præſentium præſentatas affectione plena recepimus, & earum tenorem intelleximus diligenter. Sanè quia in ipſarum literarum receptione circa expeditionem guerræ noſtræ *Scotiæ* eramus plurimùm occupati, nec tunc etiam nobis aderat præſencia peritorum, reſponſum, (prout caſus illius qualitas exigebat) ſuper hoc dandum, uſque ad prædictæ guerræ ſedacionem & regreſſum noſtrum apud *Berewycum* ſuper *Twedam* opportuit nos differre; ubi cum Prælatis et quibuſdam aliis Conſiliariis noſtris, necnon Magnatibus et Proceribus Regni noſtri ibidem ſpecialiter congregatis, habito ſuper hoc conſilio et tractatu, examinatoque prædicto negocio plenius et diſcuſſo; fuit nobis per ipſos conſultum, et pluribus rationibus ac exemplis evidenter oſtenſum, quod in grave præjudicium et manifeſtum noſtri et hæredum noſtrorum exhæredationem ac enormem Coronæ noſtræ regiæ (cujus Jura illæſa in omnibus obſervare vinculo Juramenti aſtringimur) læſionem manifeſtius redundaret, ſi effectum hujuſmodi collacio ſortiretur. Porro ſcire vos volumus, quod ſi viam aliquam potuiſſemus accommodam inveniſſe, per quam abſque præjudicio Juris noſtri Regii, quo nos et anteceſſores noſtri Reges *Angliæ* ſemper hactenus uſi ſumus, et Coronæ noſtræ prædictæ læſione, et juramenti per nos præſtiti violacione, et quæ nos incurrere veſtræ fidelitatis integritas nobis, ut credimus, nullatenus ſuaderet, collacionem hujuſmodi poſſemus æquanimiter tolerare, veſtri conſideracione ac aliorum Cardinalium pro præfato *Jacobo* ſpecialiter intercedentium interventu, annuiſſemus in hoc favorabiliter votis veſtris; unde, cum ex racionibus et cauſis præmiſſis ad præſens fieri nequeat quod rogaſtis, Paternitatem veſtram attente requirimus et rogamus quatinus tam ſuper hoc quam ſuper dilacione reſponſionis hujuſmodi providentia veſtra nos habeat excuſatos. Intendimus autem veſtri & Cardinalium prædictorum intuitu prælibato Magiſtro *Jacobo* loco & tempore opportunis, ſi noſtræ memoriæ tunc occurrat, de alio competente beneficio providere, *&c.* Brevia Regis de Privato Sigillo, in Turre London. Anno 23 & 24 E. 1.

Dorſo. Domino *Franciſco Neapoleonis*, ſanctæ *Luciæ in ſilice* Diacono Cardinali, nepoti veſtro, dirigatur ei.
Domino *G. Sabinenſi* Epiſcopo.
Domino *M. Portuenſi*, & ſanctæ *Ruffinæ* Epiſcopo.
Domino *B. Albanenſi* Epiſcopo, ſub breviori forma.
Domino N. ſancti *Adriani* Diacono Cardinali.
Domino *B.* ſanctorum *Coſmæ* & *Damiani* Diacono Cardinali.

Nota.

The King, upon complaint of the Abbot of *Weſtminſter* againſt the Juſtices, for impoſing a fine upon him for the eſcape of Clerks convict, delivered to him to make their purgation, iſſued his Writ to the Treaſurer, to inform and certifie him the truth of the caſe, who made this Certificate to him.

EXcellentiſſimo Principi, Domino ſuo reverendo, *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, Domino *Hiberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*, ſuus Clericus *Bathonienſis* & *Wellenſis* Epiſcopus Theſaurarius ſuus, ſalutem & fidele ſemper ſervicium. Mandatum veſtrum recepi in hæc verba. Edwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ, Brevia Regis de Privato Sigillo, in Turre London.

An. 23 *E.* 1 berniæ, & *Dux* Aquitaniæ; *venerabili in Christo patri*, W. *eadem gratia* Bathonienſi & Wellenſi *Epiſcopo, Theſaurario ſuo, ſalutem. Dicitur quod cum dudum infra libertatem dilecti nobis in Christo Abbatis* Weſtmonaſterii *de* Weſtmonaſterio, Johannes de Eborum, Johannes Ballard, Rogerus de parva Frome, Robertus le Clerk, & Euſtachius de Royſton, *Clerici, quibuſdam criminibus irretiti, capti fuiſſent, & ſubſequenter gaolæ ejuſdem libertatis mancipati; ac poſtmodum perſonaliter conſtituti coram dilecto & fidele noſtro* Radulpho de Sandwico, & *ſociis ſuis Juſticiariis noſtris ad eandem gaolam deliberandam aſſignatis, requiſitiſque per Archidiaconum* Weſtmonaſterii, ut ei tanquam Ordinario loci dictos Clericos liberarent, ſecundum eccleſiaſticam libertatem, *iidem Juſticiarii eò quod literas patentes ſuper hoc de warranto dictus Archidiaconus non habebat*, præfatos Clericos ad priſtinam cuſtodiam ſimpliciter judicarunt. *Quibus agentibus aliquantulum in eadem, gaolam illam* temere contrangentes, ab eadem clanculo evaſerunt. *Deinde, ſicut accepimus, coram dilecto Clerico noſtro* Johanne de Berewyk, *& ſociis ſuis Juſticiariis noſtris ultimò itinerantibus in Com.* Midd. *in quo eadem libertas conſiſtit, extitit per quoſdam ipſius Abbatis æmulos præſentatum, quod id m* Radulphus, *& ſocii ſui memorati, dictos Clericos eidem Archidiacono, prout moris eſt, liberarunt, juxta libertatem Eccleſiaſticam conſervandos, ipſo Abbate contrarium aſſerente*; unde dictus Abbas ad quingentas libras, videlicet pro evaſione cujuſlibet ipſorum Clericorum ad centum libras, quæ ab eodem per ſummonicione Scaccarii noſtri exiguntur ad opus noſtrum, amerciatus fuerat, *ſicut fertur*: *Nos igitur certis de cauſis ſcire volentes veritatem totius negocii ſupradicti, mandavimus præfato* Radulpho *quod Recordum & proceſſum inde habitum, ſicut præmittitur, coram eo, ſub ſigillo ſuo, ſine dilatione vobis mittat. Cumque recordum & proceſſum hujuſmodi receperitis, tunc illis, unà cum recordo & proceſſu præſentacionis prædictæ inſpectis & diligenter examinatis, quatenus videritis opportunum certitudinem inquiratis ſolicitè præmiſſorum, & inquiſitam nobis per litteras veſtras nuncietis, ut ſuper hiis plenius noſtri vobis beneplacitum demandemus. Et interim eidem Abbati ab exactione prædicta pacem habere faciatis.* Dat. ſub privato ſigillo noſtro apud *Aberconewey*, 29. die *Marcii*, Anno Regni noſtri viceſimo tercio. Quocirca excellentiæ veſtræ ſignifico, quod inſpectis & examinatis recordo & proceſſu deliberationis gaolæ prædictæ michi miſſis per prædictum *Radulphum*, vos inde plenariè certiorar. non poſſum, ſine recordo & proceſſu præſentationis inde factæ coram Juſticiariis veſtris in Itinere ſuo prædicto, eo quod Rotuli ſui adhuc in cuſtodia eorundem exiſtunt, unde recordum & proceſſum deliberationis prædictæ vobis mitto ſub ſigillo meo, ut vos ulterius inde fieri jubeatis quòd veſtræ excellentiæ videbitur faciendum. Valeat excellentia veſtra per tempora diuturna.

The King ſending ſpecial Meſſengers to the Pope about his publick affairs in the Court of *Rome*, ſent theſe Letters of Credence to ſeveral Cardinals by name, together with other Letters to the Pope and them, deſiring their favours upon his account to expedite their affairs, and to grant them licenſes to receive and retain Pluralities of Benefices, notwithſtanding the manifold Conſtitutions againſt them, and thoſe newly promulged in our forecited *Engliſh Councils*.

Clauſ. 23 E. 1. m. 10. dorſo. VEnerabili in Chriſto Patri & Domino *M.* Sanctæ *Mariæ* in *Porticu* Diacono Cardinali, *Edwardus*, &c. ſalutem. Literas veſtras nobis per dilectum Clericum noſtrum Magiſtrum *Radulphum Dalemaunt* delatas, intelleximus, & quam bonæ voluntatis & affectus ſinceri erga nos exiſtatis, plene perpendimus per eaſdem, ſuper quo vobis quantum poſſumus gratiarum referimus actiones. Paternitatem veſtram corditer deprecantes, quatinus claris Clericis noſtris Magiſtris *Bertrando del Got* **Domini Papæ Capellano**, & præſcripto *Radulpho* **ſuper ſtatu noſtro, noſtrorum negotiorum** velitis fidem credulam adhibere. Dat. apud *Lammas* in *Angleſ.* 23 die *Aprilis*, Anno regni noſtri 23.

Conſimiles literæ diriguntur Cardinalibus ſubſcriptis;

Domino *Petro* Sancti *Euſtachii* Diacono Cardinali.
Domino *Petro* titulo Sancti *Marcii* Presbytero Cardinali.
Domino *Gerardo Sabinen.* Epiſcopo.
Domino *Beraldo* Epiſcopo *Albanenſi.*

Domino

Domino *Johanni* titulo Sancti *Vitalis* Presbytero Cardinali, & Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Vicecancellar. *An.* 23 *E.* 1.

Domino *Petro* Archiepiscopo *Montis Regal.*

Magistro *Matheo* de *Neapoli* Domini Papæ, &c. mutata *amicitia* pro *paternitate*, &c.

Memorandum, quod prædicti Magistri *Bertrandus del Got*, & *Radulphus Dalemaunt* à Rege apud *Aberconewey* **licentiati, versus Curiam Romanam diverterunt**, secum deferentes literas istas usque *Cestr.* ad Cancellar. **sigillandas**; quas sigillatas receperunt per manus Domini Magistri *Radulphi*, una cum uno pari literarum scriptarum in *Gallico*, & Regi *Siciliæ* per Regem *Angliæ* per eosdem transmissarum. Cujus literæ transcriptum irrotulatum est in Garderoba Regis, & non hic. His Letters to the Pope were these following.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *B.* divina providentia Sacrosanctæ *Romanæ* & Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, *Edwardus* ejusdem gratia, &c. devota pedum oscula beatorum. **De benignitatis Apostolicæ habundantia plenam fiduciam obtinentes**, eidem inter devotos nostros illos recommendando præferimus, **quos ex causa multiplici favore prosequimur pleniori.** Hinc est quod *Bonifacium de Saluciis* consanguineum nostrum charissimum latorem præsentium, **sub spe gratiæ Apostolicæ impetrandæ ad vestræ Sanctitatis præsentiam accedentem almæ paternitati vestræ plenis affectibus commendamus; intentis precibus supplicantes**, quatinus negotium prædictum ad exauditionis gratiam, si placet, taliter admittere dignemini **nostri intuitu et favore**, quod hanc nostram instantiam in hiis quæ justè depostulat sibi sentiat fructuosam. Dat. apud *Lammas* in *Anglesey*. 23 die *Aprilis*, Anno Domini 1295. regni vero nostri 23. Clauss. 23 E. 1. m. 1. dorso. Pro Bonifacio de Saluciis.

Per ipsum Regem.

VEnerabili in Christo Patri Domino *M.* Dei gratia Sanctæ *Mariæ* in *Porticu* Diacono Cardinali, *Edwardus* eadem gratia Rex *Anglia*, &c. salutem cum dilectione sincera. *Bonifacium de Saluciis* Clericum, consanguineum nostrum charissimum, ad Curiam *Romanam* accedentem, quem ex causa multiplici favore prosequimur speciali, Paternitati vestræ affectione plenissima commendamus, **ex corde rogantes**, quatinus eidem in hiis quæ in Curia prædicta de gratia Apostolica, sub mediationis nostræ fiducia imploranda duxerit & laudabiliter prosequenda, **favoris vestri præsidium impertiri dignemini** hujus intuitu precis nostræ, pro quo vobis uberius ad gratias alligemur. Dat. ut supra prox. Ibidem.

Consimiles literæ diriguntur *G. Sabinen. B. Albanen. M. Portuen.* & Sanctæ *Russinæ* Episcopis, Dominis *J.* Sanctæ *Mariæ* in via lata, *Petro* Sancti *Eustachii* Diacon. Cardinal. de verbo ad verbum, mutatis tamen mutandis. Dat. ut supra. Who all expected particular rewards (as well as Letters) for their favours, from the King and his Clerks.

DOmino Papæ, (*ut supra per Regem.*) Inter domesticos & familiares nostros nobis devotione deditos illos, **in adipiscendis honoribus et commodis præferimus, et non immerito prosequimur favore Regio pleniori, quos mores et virtutum merita recommendant**; quique nobis jure sanguinis sunt astricti. Hinc est quod carum consanguineum nostrum *P. de Sabaudia* Clericum, Sanctitati vestræ specialiter commendamus, affectuosis precibus supplicantes, **quatenus cum ejusdem promotio ardenter insideat votis nostris, cum ipso nostri considerationе gratiose dignemini dispensare, ut præter beneficia Ecclesiastica quæ obtinet in præsenti, alia beneficia si sibi canonice offerantur, recipere possit usque ad æstimationem Mille Librarum juxta taxationem** *Norwicen.* **et cum obtentis licite retinere.** Conservet, &c. Dat. apud *Lammas* in *Anglesey*. 23 die *Aprilis*, Anno regni nostri 23. Ibidem. Pro Petro de Sabaudia.

Per ipsum Regem.

Whence we may observe; 1. The insatiable covetousness of this Pluralist and Foreigner, to accumulate more Benefices to those he had before, to the value of 1000 *l.* a year; and his pains in travelling to *Rome* to purchase a Dispensation for

An. 23 *E.*1. that end, instead of feeding the souls before committed to his cure. 2ly. The Popes readineſs to diſpenſe with ſuch execrable Pluralities for money and favour, contrary to the manifold Canons, Conſtitutions, Decrees made againſt this inveterate miſchief.

Clauſ 23 E.1. m. 10. dorſo. VEnerabili in Chriſto Patri, &c. Domino *G.* Dei gratia *Sabinen.* Epiſcopo, *Edwardus* eadem gratia Rex *Anglia*, &c. ſalutem cum dilectione ſincera. Inter domeſticos, &c. (*ut ſupra, uſque aſtricti.*) Cum igitur Domino Summo Pontifici pro charo conſanguineo noſtro *P. de Sabaudia* Clerico, cujus promotionem ardenti deſiderio affectamus, noſtras dirigamus literas rogativas, ut cum eodem noſtri conſideratione, &c. (*ut ſupra, uſque retinere.*) Paternitatem veſtram affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus ad dictum negotium erga dictum Dominum Summum Pontificem fœliciter promovendum, **ſic efficaciter velitis interponere partes veſtras, quod proinde veſtris beneplacitis et honoribus, veſtrorumque commodis in his quæ Regiæ poteſtatis exiſtunt, gratanti animo futuris temporibus fortius aſtringamur.** Dat. apud *Lammas* in *Angleſ.* 23 die *Aprilis*, Anno regni noſtri 23.

Conſimiles literæ diriguntur de verbo ad verbum, mutatis tamen mutandis, Domino *B. Albanenſi* Epiſcopo, & *J.* Sanctæ *Mariæ* in via lata Diacono Cardinali. Teſte ut prox. ſupra.

The Popes and Cardinals Diſpenſations granted to theſe covetous ambitious Pluraliſts, upon the Kings Letters to them on their behalfs, was a principal cauſe of their encroachments upon the Kings Crown, Rights and Prerogative by their Proviſions, and promoting their Nephews, Kinred to many Deaneries, Prebendaries, Benefices, Penſions in *England*, almoſt to the ruine of our Church, Religion, and great prejudice of the Realm.

The King likewiſe ſent theſe Letters to the Pope and ſeveral Cardinals, on behalf of the Biſhop elect of *Leodium*, whoſe election (it ſeems) was queſtioned in the Court of *Rome*.

Clauſ. 23 E.1. m. 10. dorſo. Pro W. Præpoſito Lovanien. SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *B.* &c. (*ut ſupra.*) Regiam condecet Majeſtatem illos favore proſequi gratioſè quos literarum ſcientia, **et alia clara virtutum merita laudabiliter recommendant.** Hinc eſt quod pro venerabili viro *W.* Præpoſito *Lovanien.* **in Epiſcopum** *Leodien.* Electo, quem morum probitas & literalis ſcientiæ eminentiæ condecorant, Sanctitati veſtræ humiliter ſupplicamus, **quatinus eidem Electo in negotio electionis ejuſdem ſic vos noſtrorum interventu præcaminum exhibere dignemini gratioſos, favorabiles et benignos**, quod noſtræ ſibi ſentiat rogamina fructuoſa. Conſervet vos Altiſſimus, &c. Teſte Rege apud *Lammas* in *Angleſ.* 28 die *Aprilis.*

Ibidem. VEnerabili in Chriſto Patri Domino *M.* Dei gratia Sanctæ *Mariæ* in *Porticu* Diacono Cardinali, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Venerabilem virum *W.* Præpoſitum *Lovanien.* **in Epiſcopum** *Leodien.* Electum, quem literarum ſcientia & alia clara virtutum merita recommendant, Paternitati veſtræ pleno recommendamus affectu; inſtantius ſupplicantes, quatinus ſic ſibi noſtræ recommendationis hujuſmodi preces proſint quod eas ſentiat in effectu. Dat ut ſupra.

Conſimiles literæ de verbo ad verbum diriguntur Dominis *G. Sabinen.* Epiſcopo, *P. Albanen.* Epiſcopo, *M. Portuen.* & Sanctæ *Ruffinæ* Epiſcopo, Domino *J.* Sanctæ *Mariæ* in via lata Diacono Cardinali, Domino *P.* Sancti *Euſtachii* Diacono Cardinali, &c. ut ſupra. Dat. ut ſupra.

The King iſſued this Writ to all Collectors of the Subſidie granted him by the Clergy, not to levy it of any Clergyman whoſe Benefice exceeded not the value of Ten Marks, unleſs he had more Livings then one, according to their grant.

Clauſ. 23 E.1. m. 7. dorſo. De beneficiis decem Marc. non taxandis. REX Collectoribus ſubſidii nobis à Clero in Dioceſi *London.* conceſſi, ſalutem. Cum in conceſſione ſubſidii prædicti conceſſerimus Clero prædicto, **quod de Beneficiis quæ valorem decem Marcarum annuarum attingerent, et valorem illam**

illam non excederent, subsidium illud nullatenus lebaretur, nec nobis solveretur, dum tamen hujusmodi beneficia optinentes plura beneficia Ecclesiastica non haberent. Nos dictam concessionem nostram observari volentes; Vobis mandamus, quod ab illis qui hujusmodi beneficia valorem decem marcarum non excedentia, licet summam illam attingant, optinent in Diocœsi prædicta, dum tamen alibi non fuerint beneficiati, nihil ratione Subsidii prædicti exigatis, nec aliquid inde levaris contra formam concessionis prædictæ: Et hoc pro aliquo brevi de Scaccario vobis inde directo nullatenus omittatis. Teste Rege apud *Westmonasterium* 23. die *Augusti*. *An.* 23 *E.* 1.

Eodem modo mandatum est universis Collectoribus ejusdem Subsidii per *Angliam*, &c. constitutis, &c.

David Martyn, Bishop elect of St. *Davids*, being questioned before the Pope concerning his election, the King sent him this Royal Testimonial of his life, conversation, parentage, and loyalty of him and his ancestors, entreating his favour on his behalf.

SAnctissimo Patri in Christo *B.* Divina Providentia Sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, *Edwardus*, &c. devota pedum oscula beatorum. Ne personam vel statum dilecti nobis in Christo Magistri *David Martini Menevensis* Electi pro negotio Electionis suæ apud Sedem Apostolicam constituti penes dominationem vestram obtenebraverit alicujus siniſtra suggestio, ad serenationem vestræ Conscientiæ in hac parte vestræ cupimus innotescere Sanctitati, quod prædictus Electus, qui de nobili prosapia duxit originem, semper fuit ut veraciter datum est nobis intelligi, bonæ conversationis & vitæ, cujus progenitores hucusque progenitoribus nostris & nobis laudabiliter servierunt, & erga nos fideliter se gesserunt. Nos igitur præfatum Electum favore benivolo prosequentes, vestræ Clementiæ supplicamus instanter, quatenus eundem Electum in negotiis suis hujusmodi nostri contemplatione rogatus habere dignemini favorabiliter commendatum. Conservet vos Dominus ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ per tempora prospera & longæva. Dat. apud *Wistm.* 16 die *Augusti*. Cl. 23 E. 1. m. 7 dorso. Pro Electo Meneven.

The King likewise sent this Letter to Pope *Boniface*, on behalf of the Nunnes of St. *Clare* in *England*.

SAnctissimo in Christo patri, Domino *B.* Divina providencia sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici; *Edwardus* eadem gratia Rex *Angl.* devota pedum oscula beatorum. In Regno nostro novella succrescit Religio, videlicet ordo Sororum sanctæ *Claræ*, unde noster inducitur & excitatur affectus, ut ordinem ipsum in quo virtutum domino piæ vitæ studio conspicimus deservire, favore benevolo prosequamur. Hinc est quod Sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatinus divinæ pietatis intuitu, nostrorumque præcaminum interventu; sic in hiis quæ status prædictarum Sororum quietem & consolacionem respiciunt, necnon & Ordinis munimentum, vos eis in suis peticionibus exhibere dignemini gracioſos, favorabiles & benignos, quòd nostra sibi senciant rogamina fructuosa. Conservet vos Altissimus Ecclesiæ suæ sanctæ per tempora longiora. Dat. apud *Aberconewey*, 14 die *Marcii*, Anno Domini M. CC. nonogesimo quarto.

Per literam de privato Sigillo.

Cl. 23. E. 1. m. 10. dorso. De recommendatione pro sororibus ordinis sanctæ Claræ.

The Bishop of *Landaffe*, being promoted thereunto by the Archbishop of *Canterbury* by * vertue of the Popes provision, to which the King condescended at last, he received his Fealty, and thereupon issued these Writs to restore his Temporalties, which the Earl of *Glocester* detained from him notwithstanding the Kings Writs.

* See here, p. 575, 576, 577.

Pat. 23 E. 1. m. 15 De Temporalibus Episcopatus Landaven. restitutis.

REX dilecto Clerico suo *Malculmo de Harley*, Escaet. suo citra *Trentam* salutem. Cum venerabilis pater *R. Cant.* Archiepiscopus, tocius *Angliæ* Primas, Cathedrali Ecclesiæ *Landavensi* de venerabili viro Magistro *Johanne de Monemuth* provideri, et ipsum in ejusdem loci præfecerit Episcopum et pastorem, sicut per literas ejusdem Archiepiscopi patentes Regi constat. Ver hujusmodi provisionem et præfectionem

Au. 23 *E.* 1. fectionem acceptans, cepit fidelitatem ipsius Magistri *Johannis*, & temporalia Episcopatus prædict, prout moris est, restituit eidem. Et ideo mandatum est præfato *Malculmo*, quod eidem Magistro *Johanni* Temporalia Episcopatus prædicti liberet, sicut prædictum est. Teste Rege apud *Aberconewey* 4. die *April.*

Rex Militibus, &c. de Episcopatu *Landaven.* &c. In cujus rei, &c. Teste ut supra.

Clauſ 23 E. 1. m. 6. dorſo. & Pat 23 E. 1. m 15. De Temporalibus Episcopatus Landaven. restituend.

REX dilecto & fideli suo *Gilberto de Clare* Com. *Glouc.* & *Hertf.* salutem. Cum nuper versus vos exigeremus et vendicaremus Advocationem et Custodiam Episcopatus *Landavensis* cum pertinentiis, una cum Collationibus præbendarum et dignitatum Episcopatus prædicti tempore bacationis ejusdem; Ac vos postmodum id quod ad vos pertinuit de advocatione et custodia, & collationibus prædictis nobis reddideritis per vestras patentes Literas, ut jus nostrum. Nos qui postmodum vobis ac charissimæ filiæ nostræ *Johannæ* Consorti vestræ concessimus custodiam Episcopatus prædicti, necnon omnium terrarum & tenement. ad Episcopatum illum in dominio & feodo vestro existentium. Habendam vobis & eidem filiæ nostræ ad totam vitam vestram tempore vacationis prædictæ, salva nobis fidelitate Electi, quem in ejusdem loci Episcopum contigeret confirmari, prout in literis nostris patentibus vobis et dictæ Consorti vestræ inde confectis plenius continetur. Cumque venerabilis Pater *R. Cantuar.* Archiepiscopus prædictæ Ecclesiæ *Landavensi* de venerabili viro Magistro *Johanne de Monemuth* authoritate Apostolica provideriť, et ipsum in ejusdem loci præfecerit Episcopum et Pastorem, sicut per literas patentes ejusdem Archiepiscopi nobis indè directas, nobis constat; per quod cepimus fidelitatem ipsius Magistri, et Temporalia Episcopatus prædict. in manu nostra existentia, prout moris est, restituimus eidem; & vobis mandavimus, quod Temporalia Episcopatus prædicti in manu vestra, infra dominium & feodum vestrum ex concessione nostra existentia, sicut prædictum est, eidem Magistro *Johanni* sine dilatione liberaretis, quod ad mandatum nostrum hactenus facere distulistis, sicut idem Electus nobis suggessit, de quo non modicum miramur, præsertim cum postquam fidelitatem suam ceperimus, & Temporalia illius Episcopatus sibi restituerimus, ut est dictum, nichil in Temporalibus prædictis rationæ concessionis nostræ prædictæ, ultra mandatum nostrum prædictum quod inde recepistis, vendicare postitis quomodolibet, vel habere. Vobis iterato mandamus firmiter injungentes, quod Temporalia Episcopatus prædicti in manu vestra ex concessione nostra in forma prædicta existentia, præfato Magistro *Johanni*, prout alias vobis mandavimus, sine ulteriori dilatione restituatis. Taliter vos habentes in hac parte, ne in defectum vestri manum ad hoc aliter apponere debeamus. Teste Rege apud *Westm.* 24 die *Augusti.*

Ibidem.

Cum Electus *Landavensis* Domino Regi sæpius supplicaverat, quod seisinam terrarum & tenementorum quæ sunt temporalitate Episcopatus prædicti sibi reddere faceret, et quo fidelitatem suam ceperat. Et Dominus Rex super hoc * *Gilberto de Clare* Comiti *Glouc.* & *Hertford.* cui & *Johannæ* uxori suæ filiæ ipsius Domini Regis Custodiam prædicti Episcopatus tempore vacationis ejusdem concessit ad terminum vitæ eorundem Comitis & *Johannæ*, tam viva voce injunxerant, quàm per literas suas eidem postea mandaverat, quod seisinam prædictarum terrarum & tenementorum cum pertin. eidem Electo redderet, tandem coram ipso Domino Rege in Consilio suo apud *Westm.* in Crastino decollationis Sancti *Johannis Baptistæ.* Anno Regni ipsius Domini Regis vicesimo tertio, præfatus Comes audito scripto suo, per quod præfato Domino Regi id quod habuit in advocatione & Custodia prædicti Episcopatus tempore vacationis ejusdem reddidit jus suum, & etiam audito tenore scripti, per quod idem Dominus Rex postea de gratia sua speciali concessit prædictis Comiri & *Johannæ*, advocationem & Custodiam prædicti Episcopatus ad totam vitam utriusque ipsorum Comitis & *Johannæ.* Habend. & tenend. de ipso Rege & hæred. suis; ita quod post decessum eorundem Comitis & *Johannæ* imperpetuum, & salva ipso Domino Regi & hæredibus suis in singulis vacationibus prædicti Episcopatus fidelitate ipsius quem in Episcopum ejusdem loci contigerit confirmari, prout in prædicto scripto ipsius Regis eisdem Comiti & *Johannæ* inde confecta plenius continetur; concessit, quod seisinam terrarum & ten. quæ sunt Temporalitatis prædicti

* See here, p 412, 413, 414, 415.

prædicti Episcopatus, & quæ in custodia sua fuerunt per concessionem Domini Regis, prædictam plenariè & integrè prædicto Electo reddet, et habere faciat ad mandatum ipsius Domini Regis. *An.* 23 E. 1.

The King having retained the Temporalties of the Archbishoprick of *Canterbury*, in his hand about two years or more after his Consecration at *Rome*, taking all the profits, and presenting to all the livings and benefices that belonged thereto, at last issued this Writ for their restitution.

REX dilectis & fidelibus suis, *Radulpho de Berners* & *David le Grant*, salutem. Cum Dominus *Cæl.* summus Pontifex electionem nuper celebratam in Ecclesia Christi *Cant.* de Magistro *Roberto de Winchelseye*, Archidiacono *Essex.* in Archiepiscopum Ecclesiæ prædictæ, cui prius regium assensum adhibuimus et favorem confirmaverit, sicut per litteras bullatas ejusdem summi Pontificis nobis inde directas nobis constat; nos confirmacionem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ipsius Electi, et temporalia Archiepiscopatus prædicti, prout moris est, restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, *&c.* Teste Rege apud *Aberconewey*, 4 die *Febr.* Pat. 23. E. 1. memb. 16 De temporalibus Cantaur. restituendis.

Per literæ de privato Sigillo.

Et mandatum est Militibus, *&c.* In cujus, *&c.* T. ut supra.

Per literæ de privato Sigillo.

The King this year granted this special license and safe conduct to some Freers Minors to pass beyond the seas to their general Chapter at Assizes.

REX omnibus amicis & fidelibus suis ad quos, *&c.* salutem. Cum dilectus nobis in Christo & fidelis noster frater *Willielmus de Geynesburgh* de ordine Minorum, una cum fratre *Johanne de Wilton*, ejusdem Ordinis socio suo, ad generale Capitulum suum apud Assisium propr. congregandum, sit de nostra licencia profecturus; vos rogamus, quatinus præfato fratri *Willielmo*, una cum socio suo prædicto, familia & rebus suis in eundo per partes vestras ad Capitulum suum prædictum, ibidem morando & inde redeundo, non inferatis, vel quantum in vobis est, inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod seu gravamen, set pocius eidem fratri *Willielmo*, cum sic per partes vestras transitum fecerit, salvum & securum conductum habere faciatis, quociens ab ipso super hoc ex parte nostra fueritis requisiti. In cujus, *&c.* usque ad festum sanctæ *Michaelis* proximo futuro duraturas. Teste Rege apud *Aberconewey*, primo die *Marcii*. Pat. 23. E. 1. memb. 16. De conduct. pro fratre Willielmo de Geinsburgh.

Per literam de privato Sigillo.

The Dean of the Isle of *Gernesey* complaining that *Henry de Cobham*, Guardian of the Isle, did hinder him from exercising some things belonging to his Jurisdiction, the King thereupon issued this Writ on his behalf, so as he acted nothing to the prejudice of his Regal dignity.

REX eidem Custodi, salutem. Quia accepimus quod Decanus Insulæ nostræ de *Genereye* prædictæ, super aliquibus quæ spectant ad jurisdictionem suam in eadem insula per vos hactenus extitit impeditus, quominus eam exercere potuit vel debeat: nolentes eidem Decano injuriari in hac parte, vobis mandamus, quod ipsum Decanum jurisdictione sua pacifice uti permittatis, prout ea uti debet, et hactenus uti consuevit. Ita tamen quod nichil exerceat in præjudicium nostræ Regiæ dignitatis. Nolque super causa impedimenti prædicti per vos eidem Decano sic illati in proximo Parliamento nostro sub sigillo vestro distincte et aperte reddatis certiores. Teste Rege, 26 *Aug.* Anno prædicto. Cl. 23. E. 1. m. 6. Cedul.

The King also granted this Presentation to St. *Martins* Church in *Gerese* this year, by reason of the Temporalties of an Abbey then in his hands.

Alfridus de Cartereto Clericus habet literas Regis de præsentacione ad Ecclesiam Sancti *Martini* veteris in Insula *Gereseye* vacantem, & ad donationem Regis spectantem, ratione terrarum & ten. Abbatis de *Cirisco* in Insula de *Geresio* & *Gernes.* in Pat. 23. E. 1. memb. 15. De præsentacione.

An. 23 *E.* I. in manu Regis existencium, & diriguntur literæ Regis Episcopo *Constancien.* vel ejus vices gerenti in Insulis prædictis. Teste Rege apud *Lammai*, 16 die *Aprilis.*

* Pat. 23. E. I. memb. 13.

John de Saundford Archbishop of *Dublin* deceasing this year, thereupon; * *Frater* Adam de Balsham *Canonicus Ecclesiæ sanctæ* Trinitatis Dublin. & Thomas de Snyteresby *Canonicus sancti* Patricii Dublin. *nunciantes Regi mortem bonæ memoriæ* J. *nuper Archiepiscopi* Dublin. *habent literas Regis* de licencia eligendi; & *diriguntur literæ Priori & Conventui sanctæ* Trinitatis, & *Decano & Capitulo sancti* Patricii Dublin, *&c. Teste Rege apud* Thlegh. *in* Keynmer, 20 die *Decembris.*

Per literæ de privato Sigillo.

Hereupon the Prior and Convent of St. *Trinity* and Dean and Chapter of St. *Patrick* in *Dublin*, proceeding to elect an Archbishop before they received the Kings license, though issued to them, the King thereupon enforced them to take a new license, and make a new election; as this Writ and *Memorandum* assures us.

Pat. 23. E. I. mem. 13. De assensu adhibito electioni.

REX dilectis sibi in Christo, Priori & Conventui sanctæ *Trinitatis*, & Decano & Capitulo sancti *Patricii Dublin.* salutem. Accedentes ad nos frater *Richardus de Staunford* Canonicus sanctæ *Trinitatis Dubliven.* & Magister *Henricus de Rathennn* Canonicus sancti *Patricii Dublin.* cum literis patentibus Capitulorum vestrorum, nobis ex parte vestra humiliter supplicarunt; quod cum Ecclesia *Dublin.* per mortem bonæ memoriæ *F.* nuper Archiepiscopi, jusdem loci pastoris sit solacio destituta, alium vobis eligendi in Archiepiscopum et pastorem licenciam concedere dignaremur. Nos igitur precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, licenciam illam vobis duximus concedendam; Mandantes, *&c.* In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Aberconewey*, 24 die *Marcii.*

Memorandum, quod priùs habuerunt licenciam eligendi ad supplicationem fratris Ade *de* Balsham *Canonici sanctæ* Trinitatis, & Th. de Snyterby, *Canonici sancti* Patricii Dublin. *qui ad Regem accesserunt*; et quia in adventu Magistri Th. de Chadworth electi sui ad Regem, compertum fuit, quod Canonici processerunt ad electionem priusquam habuerunt literam Regis de licencia eligendi, remissi sunt ad partes suas cum ista nova litera licenciæ ad iterato eligendum; & *pro habenda ista literæ detulerunt supranominati in litera ad Cancellarium, breve Regis de privato Sigillo, quod residet in filaciis.*

After this, the Prior and Covent of St. *Trinity*, and Chapter of St. *Patrick* unanimously elected *Thomas de Chaddesworth* Dean of St. *Patrick* for their Archbishop, as this their common Certificate thereof to the King, and petition for his Royal assent thereto under their seals attests.

Bundelæ Petic. & Certif. in Turre London. Anno 23. E. I.

EXcellentissimo Domino ac Principi, victoriosissimo Domino suo (si placet) Domino, *Edwardo* Dei gratia *Anglorum* illustri, *&c.* sui (si placet) semper & ubique humiles & devoti, frater *Johannes de Oxon.* Prior S. *Trinitatis Dublin.* & ejusdem loci Conventus humilis, & Capitulum Ecclesiæ S. *Patricii* ejusdem civitatis, salutem, & robore accingi fortitudinis & virtutis. Ecclesia nostra dudum per mortem fælicis recordationis *Johannis de Saundford* quondam Archiepiscopi *Dublinensis*, Pastoris solatio destituta, optentaque a Regia vestra Celsitudine (sicut moris et consuetudinis est approbatæ) licentia nobis eligendi, Patrem & Pastorem, nos die ad eligendum præfixa, post debitas solemnitates adhibitas, in Capitulo nostro S. *Trinitatis* convenimus, ibique divina inspirante gratia, unanimi assensu voluntate et concordia omnium Canonicorum tunc præsentium, Regiæ vestræ Majestati (ut tenemur) merito complacentes, *Thomam de Cheddeworth*, Ecclesiæ S. *Patricii* Decanum, virum utique meritis præclarum, prudenti probitate circumspectum, vitæ, morum honestate, ac convenienti literarum scientia affluentem, Regno vestro necessarium et perutilem, nobis elegimus in Patrem et Pastorem. Quapropter vestræ Regiæ Celsitudini humiliter supplicamus, quatinus electioni nostræ memoratæ assensum Regium, prout moris est, si placet, præbere dignemini. Faventes insuper electo nostro præfato benignius in his quæ sibi fore necessaria ad consummationem suæ promotionis videbuntur, sicut ipse et sui vestræ Celsitudini luculentius explicabunt. Dominus

vos

vos conſervet, *&c.* Dat. in Capitulo S. *Trinitatis* prædictæ, 4. Kal. *Maii.* Anno Domini 1295. *An.* 23 *E.* 1.

Hereupon the King gave his Royal aſſent thereto, which he certified to the Pope by this Writ.

SAnctiſſimo in Chriſto patri, Domino *B.* Divina providencia ſacroſanctæ *Romanæ* ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, *Edwardus* ejuſdem gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hibern.* & Dux *Aquitan.* cum omni reverencia et honore debita pedum oſcula beatorum, ſciat veſtra paternitas reverenda, quod electioni nuper celebratæ in Eccleſia Conventuali ſanctæ *Trinitatis Dublin.* de diſcreto viro, Magiſtro *Thoma de Cheddeworth*, Decano Eccleſiæ ſancti *Patricii* ejuſdem civitatis in Archiep. *Dublin.* regium aſſenſum adhibuimus et favorem, et hoc Sanctitati veſtræ, &c. Pat. 23. E. 1. memb. 19. De licencia eligendi.

Upon the death of the Biſhop of *Derey* in *Ireland*, the King iſſued this Writ for a new Election, confirmation and reſtitution of Temporalties to him who ſhould be elected and confirmed by his Chief Juſtice there in his name, by his Royal authority.

REX dilecto & fideli ſuo *Willielmo de Oddingeſeles* Juſtic. ſuo *Hibern.* vel ejus locum tenenti, ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto, *Petrus* Decanus Eccleſiæ *Deren.* & ejuſdem loci Capitulum nobis nuper per literas ſuas patentes ſupplicaverint, quod cum Eccleſia ſua prædicta per mortem bonæ memoriæ *Florencii* quondam Epiſcopi ejuſdem loci, paſtoris ſolacio eſſet deſtituta, licenciam alium eligendi ſibi in Epiſcopum et paſtorem eis concedere dignaremur: Ac nos precibus ipſorum Decani & Capituli in hac parte favorabiliter inclinati, licenciam illam eis duxerimus concedendam, mandantes ipſis quod talem, *&c.* & ipſi poſtmodum religioſum virum fratrem *Henricum de Ardach* Monachum *Ciſtercienſis* ordinis in poſtuland. elegerint in Epiſcopum ſuum & paſtorem, per literas ſuas patentes nobis ſupplicantes, ut eidem electioni regium aſſenſum præbere dignaremur; Nos licet literas illas in quibuſdam ſenſimus defectivas, eiſdem nichilominus Decano et Capitulo, ac etiam Electo caritatis intuitu gratiam facere, et laboribus et expenſis ipſorum in hac parte parcere volentes, conceſſimus eis iſta vice de gratia noſtra ſpeciali, et vobis dedimus poteſtatem, quod, *&c.* temporalia Epiſcopatus prædicti eidem Electo, prout moris eſt, liberetis, *&c.* acceptis tamen prius literis, *&c.* In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Aberconewey*, tercio die *Marcii*. Pet. 23. E. 1. memb 16. Pro Deren. de temporalibus reſtituendis.

Per literam de privato Sigillo.

This year *Oliver* Biſhop of *Lincolne* made two certificates to the King of a Lay force held in Churches within his Dioceſſe, which hindred him from exerciſing his Spiritual function on them; deſiring the King to remove them by his Writs, *De vi Laica removenda.*

EXcellentiſſimo *Domino ſuo* Edwardo *Dei gratia Illuſtri Regi* Angliæ, *Domino* Hiberniæ, *& Duci* Aquitaniæ; Oliverus *ejuſdem permiſſione* Lincoln. *Epiſcopus, ſalutem* in eo per quem Reges regnant, et regnorum omnium gubernacula ſuſtentantur. *Cum nonnulli viri Laici Eccleſias de* Scamelesby *& de* Melton *noſtræ Dioceſ. temerè ſint ingreſſi*, quas vi et armis occupatas nequiter detinent, quo minus Officium noſtrum ſpirituale exercere valeamus in eis; Excellentiam veſtram attentius exoramus, quatinus hujuſmodi vim laicam et temerariam, ob reverentiam Sacroſanctæ Eccleſiæ, facere velitis penitus amoveri. *Valeat Regia Excellentia veſtra in Chriſto Jeſu per tempora diuturna. Dat. apud* Ware, *ſexto Idus* Octobris *Anno M. CC. Nonag. quinto.* Ex Rundela Petic. & Certif. de Anno 23 E. 1. in Turre London.

The like Petition was made by him to remove a Lay-force out of the Pariſh Church *de* Magna Cotes *in dicta Dioc. Dat. apud* Huggefeld *juxta* Cantuar. *quinto Non.* Octobr. *Anno ut ſupra.* Whereupon Writs *De vi Laica removenda*, were accordingly iſſued.

The ſame Biſhop likewiſe made this Certificate of a Clerk convict demanded by him,

An. 23 *E.* 1. him, and afterwards canonically purged before his *Official*, desiring restitution of his lands, goods, and chattels seised into the Kings hands, in this form, then used in such cases.

In eadem Bundela.

EXcellentissimo *Domino suo Domino* Edwardo, *Dei gratia Illustri Regi* Angliæ, &c. Oliverus, &c. Lincoln. *Episcopus, Dominationis vestræ Celsitudini patefacimus per præsentes, quod* Johannes de Croyndon *Rector Ecclesiæ de* Thorle London. *Dioc. super eo, quod domum* Willielmi Bridde *de* Horle causa peccandi cum uxore ejusdem *vi intravit, ipsamque uxorem cum bonis & catallis dicti* Willielmi *usque ad Civitatem* London. *abduxit, à quibusdam notatus, & ideo captus & infra Diocæsin nostram incarceratus, ac nobis per Dominos*, Henricum Grappinell. & Willielmum de Lamburne, *Excellentiæ vestræ Justiciarios* secundum libertatem Ecclesiasticam liberatus, in foro Ecclesiastico secundum Canonicas sanctiones uno modo vel alio libere judicandus: *Demum, post plures Proclamationes in omnibus locis huic negotio oportunis solempniter & pupplicè promulgatas*, cum nullus esset qui per viam Accusationis vel alio modo tantum facinus contra ipsum in forma debita prosequi attemptaret, coram certo Commissario super hoc canonice se purgavit; *propter quod dictus Commissarius noster* Officii sui *debitum exequens in hac parte*, eundem Johannem ab infamia Criminis hujusmodi absolvit, et restituit integraliter famæ suæ. *Quocirca Excellentiæ vestræ attentius supplicamus, quatinus Ballivis vestris, qui Terras, Possessiones, & Bona dicti* Johannis *occasione præmissa detinent occupata, dare dignemini in mandatis*, quod hujusmodi Terras, Possessiones et Bona sibi restituant indilate, ac ipsum in se aut suis nullam dicta de causa inferentes molestiam seu grabamen. *Valeat Regia Excellentia vestra in Christo* Jesu *per tempora diuturna. Dat. apud* Watford, 7. *Kal.* Octobris, *Anno Dom.* 1295.

The like Certificate was made by the Prior of *Christ-Church Canterbury*, Gardian of the Spiritualties of the Archbishoprick during the vacancy, of the purgation of *William de Homersham* Clerk, attainted for stealing two Oxen and a Cow, desiring restitution of their goods and chattels seised.

The Bishop of *Norwich* likewise made this Certificate of a *major Excommunication* denounced by him against a parson of a Church within his Diocesse, procuring a *Capias Excommunicatum* thereon.

In eadem Bundela.

EXcellentissimo *Principi ac Domino, Domino* Edwardo *Dei gratia Regi* Angliæ *Illustri, Domino* Hibern. & *Duci* Aquitaniæ, R. *ejusdem permissione* Norwicen. *Ecclesiæ Minister, salutem in eo* per quem Reges regnant, et Principes dominantur. *Cum* Willielmus de Berdewell *Rector Ecclesiæ de* Merton *nostræ Diocæs. auctoritate nostra Ordinaria*, propter suam contumaciam multiplicatam pariter et offensam manifestam, majoris Excommunicationis sententia sit innodatus, & *in eadem per Quadraginta dies & amplius perseveraverit, & adhuc perseverare non formidat, (animo indurato)* Clabes sanctæ matris Ecclesiæ pertinaciter contempnendo, et gregem Dominicum nequiter contaminando; ac Ecclesia Dei nil habeat ultra quod faciat in hac parte. Celsitudinem vestram Regiam rogamus attente, quatinus dictum Excommunicatum per potestatem brachii secularis compescere dignemini, ut quem Dei timor a malo non revocat, potestatis severitas secularis cohibeat a peccato. *Vigeat & valeat Excellentia vestra per tempora semper prospera & longava. Dat. apud* Ecoles 15 *Kal.* Octob. *Anno ut supra.*

There are several other like Certificates of Purgations, Lay-forces, and Excommunications that year almost in the self-same form.

In the same Bundle there are these Certificates of Monks turning Apostates and forsaking their orders, desiring Writs of *Apostata capiendo* from the King to apprehend and punish them.

EXcellentissimo *Principi Domino* E. *Dei gratia, &c. suus in omnibus, Frater* Henricus *Prior Provincial. & servus Fratrum Ordinis beatæ* Mariæ *de* Monte Carmeli *in* Anglia, *salutem in eo qui dat salutem, &c. Cum* Radulphus de Snytterell *nuper frater noster in ordine nostro professus*, spreto habitu Ordinis ejusdem de patria in

habitu

habitu ſeculari diſcurrat inſtinctu Diabolico et vagetur, in animæ ſuæ periculum, et ordinis noſtri prædicti ſcandalum manifeſtum; Veſtram Regiam Excellentiam humiliter requirimus et rogamus, *quatenus Vic.* Norff. *&* Suff. *Ballivis, & aliis Miniſtris veſtris ejuſdem Com. per literas veſtras* jubere velitis, *ut ipſum* Radulphum, *cum in Ballivis ſuis inveniri contigerit,* ſine dilatione arreſtari, et nobis liberari fac. juxta Ordinis noſtri diſciplinam et regulam, prout ſaluti animæ ejuſdem Radulphi convenit, caſtigandum. *Benè & diu valeat Excellentia veſtra Regia per tempora longiora. Dat.* Londini *Vigil. Sancti* Laur. *Anno Domini* 1295. *An.* 23 *E.* 1.

Conſimilis Petitio Regi præſentatur ab J. *Abbate Sancti* Auguſtini de Briſtol. ad arreſtandum fratrem Johannem Gourda Canonicum dicti Ordinis, in ſeculari habitu Vagabundum, ubicunque inveniatur. *Dat. apud* Briſtoll. *die Sancti* Laurencii, *Anno Dom.* 1295.

By all which Certificates and Petitions to the King (whereof there are ſeveral Bundles in the Tower under Archbiſhops, Biſhops, Ordinaries, Abbots, and others ſeals, as likewiſe of Archbiſhops, Biſhops, Abbots, Priors, Abbeſſes deaths, deſiring his licenſes to elect new ones, and his Royal aſſent to thoſe they certified they had elected by his licenſe and authority, during the reigns of K. *H.* the 3. & *Edw.* the 1.) it is apparent, That the King was Supreme Governor within his Dominions over all Eccleſiaſtical perſons, cauſes, to whom Biſhops, Ordinaries, Abbots, Deans, Chapters, Officials, Covents, and Clergymen of all ſorts had recourſe upon all occaſions, to redreſſe, correct thoſe grievances, abuſes, exorbitances in the Church by his Soveraign Royal authority, which they by their Eccleſiaſtical ſwords, cenſures, juriſdictions could not reform, which were altogether invalid and ineffectual when contemned by any refractory perſons, as frequently they were.

* *Matthew Weſtminſter,* Anno 1295. ſtories, That after the execution of *Thomas Turbervil*, (that Archtraytor to his King and Country) *in vigilia S.* Andreæ, Rex *accerſito Clero, Magnatibus & populo apud* Weſtmonaſterium, *de ſubſtantiis ſuis, ad tuitionem regni petiit iterum ſibi Subſidium exhiberi: Et conceſſa eſt ei undecima pars, à quibus anno præterito decima ſolvebatur: de quibus autem ſexta, nunc verò ſeptima eſt collata* (by the Temporalty.) *Porro Archiepiſcopus* Cantuarienſis, *indulta ſibi conferendi cum Suffraganeis ſuis ſuper hac re licentia,* unanimi aſſenſu offerebat Regi decimam Eccleſiaſticorum bonorum. *Qua etiam oblata,* ſed minime admiſſa, redierunt iterum Epiſcopi ſuper his tractaturi. *Cernens igitur Rex eorum conſtantiam, miſit ad eos quinquagenarium magnum, videlicet Juſticiarium de* Banco, *& eos qui ſub eo fuerunt, qui dixerunt;* Epiſcopi, hæc dicit Rex, oblatum veſtrum neque accepto, neque acceptabo, ſed feſtinanter deſcendite voluntatem ejus ſupplendo, ſaltem quartam partem vel terciam concedendo. Helias *autem noſter,* Archiepiſcopus, *cum Clero de loco ſuo non deſcendit, nec recalcitrabant boves ad dextram vel ad ſiniſtram, arcam fœderis ſuſtentantes. Interim miſit Rex alium quinquagenarium, ſc. Cancellariæ ſuæ, & eos qui ſub ipſo erant; petierunt & hi, quæ prædeſtinati poſcebant:* At in omnibus non eſt Clerus motus a propoſito ſuo, ſed quoniam præconceſſerunt decimam, iterum obtulerunt. *Videns ergo Rex ſuam petitionem vices Cleri excedere, nolens eos contriſtare, in craſtino Conceptionis beatæ* Mariæ, eorum gratum acceptabit oblatum. *Quod accipiens Clerus pro omine, ad tabernacula ſua ſeceſſit* Iſrael. * Flores Hiſt. p. 400.

The ſame year, as he relates, † *die Sancti* Gregorii *Papæ, Cardinalis* Albinenſis *præſul, cum quibuſdam nunciis de* Cambray *regreſſus, apud* Dartmue *ventorum pulſu celeriter eſt evectus. Die Dominica in* Ramis Palmarum *Cardinali apud* Novum Templum London *hoſpitante, lite mota inter ſuos & Templariorum ſcurras, occiſus eſt Nepos Cardinalis, ultro ſe immiſcens. Ipſe verò iram deferens, uſque* Scotiam *properavit Regi* Angliæ *Concilium de* Cambray, *quod vel quale fuerit oſtenſurus*: Or as * *Henry de Knyghton* ſtories, *ut de pramiſſis treugis reſponſum acciperet. Et interim Nuncii miſſi Regi* Alemanniæ *reverſi ſunt, nunciantes, quod nec pacem voluit, nec ullum amorem. Sicque reverſus Cardinalis; & tamen reliquit apud* Berewicum *octo perſonas de ſuis interfectas à* Scotis, *qui ad quærendum fenum & paleas die quadam cum aliis proceſſiſſent, & incautè procederent, à* Scotis *circumſpecti ſunt & interfecti.* Iterumque expenſas accepit idem Cardinalis, videlicet ſecundum † Mat. Weſt. Anno 1295. p. 402.

* Henry de Knyghton de Event. Angliæ l. 3. c. 8. col. 2507.

An. 23 *E.* 1. taxationem Wyntonienſem et Lincolnienſem, de unaquaque marca 3 *d.* (the main cauſe for which he returned) although *Eodem anno* Clericus decimum, Cives ſextum, populus 12. denarium Regi contulerant.

* Tho. Stubbs Actus Pontif. Eborac. col. 1728.

† De Event. Angl. l. 3. c. 7. col. 2507.

* *Quinto Idus* Martii 1295. *regni verò* Edwardi I. 23. Johannes Romanus *Archiepiſcopus* Ebor, *obiit in manerio ſuo apud* Burton; of whom † *Henry de Knyghton* hath left us this true character; Johannes Romanus *Archiepiſcopus* Eboracenſis *à* Johanne Romano *quondam* Eboracenſi *Theſaurario & quadam pediſſequa procreatus: & benè* Romanus, quia a Romano patre cupiditatem Romanam extraxit. *Et cum magnus eſſet Theologus & homo valdè literatus, non tamen multæ literæ*, ſed avaritia maxima eum fecit quaſi inſanire. Sitibit enim pecuniam et ſubſtantiam; unde juſto Dei judicio contigit, ut qui ſubditorum bona, et maxime ab inteſtatis ſitiret, ſubita quaſi morte præventus, nullum vel modicum ex Teſtamento ſuo proprio conſecutus eſt emolumentum. *Executores enim ſui ſe intromittere noluerunt; ita quod non proprio, ſet potius alieno fiebant expenſæ funerum, & in Eccleſia ſua cum honore ſimplici repoſitus eſt*, non enim panis vel obolus pro anima ipſius dabatur. By which paſſage it ſeems to me; 1. That this Archbiſhop *John de Roman* (a baſtard, begotten of a covetous *Roman*) was the firſt Archbiſhop, who out of *Roman coveteouſneſſe* (in imitation of the *Popes of *Rome*) uſurped a power to diſpoſe of the goods of perſons dying inteſtate within his Dioceſſe, which he ſecretly thirſted after, under pretext to diſtribute them to pious uſes for the good of their ſouls; 2ly. That for this his avaritious practiſe and innovation, he was by Gods juſt judgement ſtricken with ſudden death, yea although he made his Teſtament, yet his Executors refuſing to adminiſter, he was buried diſhonourably, there being not one loaf or farthing diſtributed for his ſoul, to pious uſes or the poor: He addes, Viſitationem hic Eccleſiæ Dunelmenſis, *quam prædeceſſor ſuus* jure et juriſdictione Eboracenſis Eccleſiæ vendicaverat, accepta, *ut dicebatur*, pecunia mirè ſuſtinuit. Obedientiam, quam primo pompoſe de Dunelmenſi petiit, appellatione interpoſita ſegniter proſecutus eſt. *Huic* ſucceſſit* Henricus de Newerk, *ejuſdem Eccleſiæ Decanus, electus à fratribus Anno Domini* 1296. Qui propter guerram inter Reges Romam adire non valens, miſſis ad Curiam Romanam procuratoribus ſuis (no doubt with a good ſum of money) impetravit gratiam et licentiam conſecrandi a Papa Bonifacio 8. in Eccleſia Eboracenſi: per Bullam confirmatus eſt, etiam ex diſpenſatione Papæ in Eccleſia ſua Eboracenſi conſecratus eſt per Antonium Dunelmenſem *Epiſcopum*.

* See Here, p. 216. Tom. 2. p. 664, 671, 672, 681, 682, 692, 921, 922.

* See Thomas Stubbs, Actus Pontif. Ebor. col. 1728. Godwins Catal. of Biſhops, p. 450.

An. 24 E. 1. Bundelæ Brevium, An. 24 E. 1. in Turre London.

An. 24 E. 1. In the Bundles of Writs of this year I found in the *White Tower* Chapel, there are no leſſe then 21. Writs of Attachment iſſued out againſt ſeveral perſons, for holding and proſecuting ſuits in Court Chriſtian of Lay-fees, Chattels and Debts, which concerned not Teſtament or Matrimony, Treſpaſſes, Advowſons, belonging to the Kings Courts, againſt the Kings Prohibitions, Crown, Dignity, brought at the Kings or injured parties ſuits; whereof I ſhall render you this brief account: *viz.* Richardus de Righlefthorn, *Vic.* Ebor. *verſus* Tho. de S. Botulpho. *T.* J. de Metingham *apud* Weſtm. 26. *die* Jan. An. *r. n.* 24. Johannes de Everwys *Vic.* Norht. *verſus* Gilbertum de Kneden (quare tenuit placitum de Laico feodo, &c.) & Thomam de Lynberewe, quare ſecutus eſt, &c. *T. & c.* 13 *die* Febr. Robertus de Rothewell, *Vic.* Linc. *verſus Magiſtr.* Nicholaum de Whytcherche, *Magiſtr.* Walterum de Wotton, & *Magiſtr.* Henr. de Benyngworthe, & *Magiſtr.* Robertum de Harington, *Magiſt.* Johan. de Haryngton, Radulphum de Rothewelle *Capellanum*, Sayerum le Perſoneſſeriant, & Thomam *Vicarium Eccleſiæ de* Cokewald, *T. & c.* 13 *die* Februarii. Thomas de Cave, *Vic.* Ebor. *verſus Magiſt.* Robertum de Laſey, *Magiſtr.* Robertum de Salgthorp, & *Magiſt.* Robertum de Lannion, & Thomam Fiſhe, Ivellan de Lyndeſeye, & Adam de Retford *Capellanum*, *T. & c.* 23 die *Febr.* and an *Alias* againſt the ſame perſons. *Teſte* 16 *die* Maii. Rogerus de Colevill, *Vic.* Suff. *verſus Magiſt.* Willielmum de Gardenne (*quare tenuit placitum* de medietate advocationis Eccleſiæ *de* Carleton Colevill) & Willielmum de Brembre *Capellanum*, *quare ſecutus eſt idem placitum. T. & c.* 10 Julii. Henricus Underwode *Cuſtodibus Spiritualitatis Archiepiſcopatus* Ebor. *verſus* Thomam de Corbriggs *Clericum*, *&c.* 29 Junii. Henricus Gurnet, *Vic.* Eſſex, *verſus* Herveium de Gelham *perſonam Eccleſiæ de* Wyche, *T. & c.* 29 Junii. Hugo Bardolfe *Vic.* London. *verſus Magiſt.*

Magiſt. Willielmum de Sarden, & *Magiſtr.* Henr. de Naſſinton, *quare venuerunt placitum de* advocatione quartæ partis Eccleſiæ *de* Tilneye, *&c. T.* 8 *die* Julii. Robtus de Rothewell, *Vic.* Linc. *quod capias* Radulphum de Rothewell *Capellanum*, & Sayerum *de* Pleueſſeman, *&c. T.* 3 *die* Julii. Robertus Rothewell O. *Epiſcopo* Linc. *quod venire faciat*, *&c. Magiſt.* Nicholaum de Whitchurche, *Magiſt.* Walterum de Wotton, & *Magiſtr.* Henr. de Heringworth *Clericos ſuos*, *&c. T.* 4 *die* Julii. Adam de Welle *Vic.* Linc. *verſ.* Willielmum *Vicarium Eccleſiæ de* Farleſthorp, *quare tenuit*, & Hugonem *Perſonam Eccleſiæ de* Wyleghby, quare ſecutus eſt placitum, &c. de catallis et debitis, quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio in Curia Chriſtianitatis, contra prohibitionem noſtram. *T. &c.* 25 *die* Auguſti: with another writ of the ſame date between theſe parties. Simon *fil.* Walteri, *Vic.* Linc. *verſ.* Robertum *Vicarium Eccleſiæ de* Thorp *juxta* Weynflet, *T.* 26 *die* Auguſti. Edwardus *Rex*, *Vic.* Northumbr, *verſus* Willielmum *fil.* Matil. & Johannem *fil.* Matil. *de* Staunton. *oſtenſuri quare*, cum placita de catallis et debitis in regno noſtro, quæ non ſunt, &c. ad coronam et dignitatem noſtram ſpecialiter pertineant, &c. ſecuti ſunt placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis, &c. quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, in læſionem Coronæ et dignitatis noſtræ, et contra prohibitionem noſtram, *T. meipſo*, *&c.* 16 *die* Sept. Edwardus *Rex verſus* Willielmum de Bygneham *pro conſimili placito*, *T. meipſo* 12 *die* Decembr. Adam de Camerhus, Rogerus de Unchanks, & Nicholaus de *parva* Rykyll, *Vic.* Northumbr. *verſus* Willielmum de Stanhop, *quare tenuit*; & Agnetam *fil.* Henr. de *parva* Rykill, & Johannam *ſororem ejuſdem* Agn. *quare ſecutæ ſunt placitum*, *&c. T.* 28 *die* Sept. Humfridus de Kael, *Vic.* Somerſet, *verſ. Magiſt.* Hugonem de Pencriz, *quare tenuit* placitum in Curia Chriſtianitatis de laico feodo prædicti Humfridi *in villa de* Monte acuto: & Johannem *de* Monte acuto, & Chriſtianam *uxorem ejus*, Roſiam Dunbare, Johannam Dunbare, & *Magiſtr.* Thomam de Tymtelville quare ſecuti ſunt idem placitum contra prohibitionem noſtram, *Teſte &c.* 5 *die* Decembr. Edwardus *Rex*, & Willielmus *Vic.* Lond. *verſus* Henr. de Naſſyngton; *oſtenſurus quare cum placita Tranſgr. &c.* ad nos et coronam et dignitatem noſtram ſpecialiter pertineant, &c. tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de hujuſmodi tranſgreſſionibus, in læſionem Coronæ et dignitatis noſtræ, et contra prohibitionem noſtram, &c. *Teſte*, *&c.* 17 *die* Decembr. *Anno regni noſtri viceſimo quarto.* To which I ſhall adde theſe two Writs more at large. *An.* 24 *E.* 1.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Vic.* Kanc. *ſalutem. Præcipimus tibi, quod diſtringas* Petrum de Goldeford *per omnes terras & catalla ſua in Balliva tua, ita quod nec ipſe nec aliquis per ipſum ad ea manus apponat, donec aliud à nobis inde habueris præceptum, & quod de exitibus eorundem nobis reſpondeas. Et quod habeas corpus ejus coram Juſticiariis noſtris apud* Weſtm. *in Octabis Sancti* Martini, ad reſpondendum tam nobis, quam Alano de Helles Clerico, *de placito, quare pendente placito in Curia noſtra coram Juſticiariis noſtris apud* Weſtm. *de eo quod idem* Petrus *ſecutus fuit* placitum in Curia Chriſtianitatis de exitibus manerii de Hothelt, qui non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, contra Prohibitionem noſtram; *placitum illud in prædicta Curia Chriſtianitatis* nichilominus in tantum proſecutus eſt verſus prædictum Alanum, quod ſententia in ipſum Alanum ea occaſione ad ſectam ejuſdem Petri promulgata, ipſum excommunicari fecit, et poſtea breve noſtrum de ipſo Alano ſic excommunicato, *tanquam Claves Eccleſiæ contemnente*, capiendo jam tibi porrexit, *ut dicitur*, in Coronæ et dignitatis noſtræ læſionem, et Curiæ noſtræ contemptum manifeſtum, et ipſius Alani diſpendium non modicum et gravamen, prout ex gravi querela ipſius Alani accepimus, *Et ad reddendum judicium ſuum de pluribus defaltis. Præcipimus etiam ſicut aliàs tibi præcipimus, quod ſi tibi conſtare poſſit quod prædictus* Alanus *occaſione prædicta, & non alia excommunicatus ſit, tunc ab ipſo* Alano *capiendo per aliquod breve noſtrum quod tibi inde venit* penitus deſiſtas. Et *habeas ibi hoc breve. Teſte* W. de Bereford *apud* Weſtm. 6 *die* Julii, *Anno regni noſtri* 24.

There iſſued out a former VVrit againſt this *Peter de Goldeford*, at the ſuit of this *Alanus de Helles*, reciting his Excommunication, &c. And then adding, Et quia tanta contemptum et malitiam ſi commiſſa fuerint tranſire nolumus

An. 24 *E.* 1. impunita, (omitted in this latter VVrit.) *Teste* J. de Metingham *apud* VVestm. 6. *die* Julii, *Anno regni nostri* 24.

Brevia Regis de Anno 34 E. 1. in Turre London.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ, *& Dux* Aquitaniæ, *Custod. Spiritualitatis Episcopatus* Coventrensis & Lychefeldensis, *salutem*; *Mandamus vobis quod venire faciatis coram Justic. nostris, apud* VVestm. *à die Sanctæ* Trinitatis *in* 15. *dies* Johannem de Brodon. *Personam Ecclesiæ de* Lyningston. *Clericum vestrum*, ad respondendum nobis de placito, quare cum placita de catallis et debitis in regno nostro quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio, ad coronam et dignitatem nostram specialiter pertineant. *Idem* Johannes *sicut ex relatu plurium accepimus*, tenuit placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis Priozis de Erbury, quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio, in læsionem Coronæ et Dignitatis nostræ, et contra prohibitionem nostram, *ut dicitur : Et unde Vicecomes noster* VVar. *mandavit Justic. nostris apud* VVestm. *à die Sancti* Hillar. *in* 15. *dies, quod prædictus* Johannes *Clericus est, & non habet Laicum feodum in balliva sua per quod potest attachiari. Et habeatis ibi hoc Breve. Teste* J. de Metingham *apud* VVestm. *duodecimo die* Febr. *Anno regni nostri vicesimo quarto.*

On which Writ, the Custos of the Spiritualties endorsed this return;

Dorso, *Distrixi* Johannem de Brodon. *Personam Ecclesiæ de* Lenintone *per sequestracionem bonorum suorum Ecclesiasticorum, & per cytacionem, quod sit coram Justiciar. de Banco* Domini *Regis ad diem in hoc brevi contentum, ad faciendum id quod in eodem brevi plenius continetur.*

Thus did the Ecclesiastical Courts continually encroach upon the Kings Courts, Crown, Dignity, and Subjects Liberties, notwithstanding the manifold Complaints, Writs, Attachments issued out against them by the Kings Justices and Chancellors, to the Subjects insufferable vexation. Besides these VVrits, in a fragment of Plea Rolls in the *White Tower* Chappel, *Anno* 24 E. 1. I finde these Suits and Attachments upon Prohibitions both at the suit of the parties, and of the King, for holding Pleas and prosecuting Suits in *Court Christian* for Chattels and Debts, not of Testament or Matrimony. The first of them concerned the Vicechancellor and University of *Oxford*, who pleaded the Kings Charter of Priviledges granted to them, by way of Justification, as Chancellor only, not as Ordinary.

Placita Anno 24 E. 1. in Turre Lond. Oxon.

Magister Rogerus de Mortivall, *& Magister* Robertus de Kydelawe *attachiati fuerunt ad respondendum* Stephano del Larder, *&* Thomæ le Marescall *de placito*, **quare tenuerunt placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis, quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio, contra Prohibitionem**, &c. *Et unde queruntur, quod cum quidam* Stephanus Aget *traxisset ipsos in placitum in Curia Christianitatis coram præfatis Magistro* Rogero *&* Roberto *apud* Oxoniam, *de quodam equo precii quinque marcarum*, **qui non fuit de Testamento vel Matrimonio**, &c. *Et iidem* Stephanus *&* Thomas *die Lunæ proxima post festum Nativitatis beatæ* Mariæ, *anno Regis nunc vicesimo secundo apud* Oxoniam, *in præsentia* Rogeri le Clerk *& aliorum*, **postrerisent eis Regiam Prohibitionem, ne prædictum placitum ulterius tenerent**, &c. *prædicti Magister* Rogerus *&* Robertus **spreta Prohibitione illa, nichilominus tenuerunt prædictum placitum in prædicta Curia Christianitatis**, &c. *Unde dicunt quod deteriorati sunt*, **et dampnum habent ad valentiam viginti librarum**, *& inde producunt sectam*, &c.

Et Magister Rogerus *&* Robertus *veniunt & defendunt vim & injuriam quando*, &c. *Et dicunt, quod prædicti* Stephanus *&* Thomas *injustè queruntur ipsos* Rogerum *&* Robertum *contra Prohibitionem*, &c. *in hac parte processisse; quia dicunt*, **quod prædictus** Rogerus **prædictis die et anno fuit Cancellarius Universitatis** Oxoniæ, **cujus quidem Universitatis Scholaribus Dominus Rex nunc de gratia speciali concessit, quod de omnibus actionibus personalibus Burgenses, et omnes Laicos coram Cancellario ejusdem Universitatis possint implacitare**, &c. **Et quod per Prohibitionem Domini Regis non impediantur**, &c. *Et dicunt, quod quia prædictus* Stephanus **tunc Scholaris Universitatis prædictæ**, *quæstus fuit de prædictis*

Stephano

Stephano de Larder & Thoma le Mareſcall **de prædicto equo**, &c. *coram ipſo Magiſtro* Rogero **tunc Cancellario**, &c. **tenuerunt ipſi prædictum placitum prout eis bene licuit**, &c. **de qua libertate tenendi hujuſmodi placita**, &c. **proferunt literas Domini Regis in hæc verba.** * *Edwardus* Dei gratia, *&c.* Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. **Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus Scholaribus Univerſitatis** *Oxon.* quod de omnibus actionibus perſonalibus **poſſint convenire** Burgenſes, & alios Laicos municipii *Oxon.* coram Cancellario ejuſdem Univerſitatis, **et quod per Prohibitionem noſtram ſuper hoc nequaquam impediantur.** In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes pro noſtræ libito voluntatis duraturas. Teſte meipſo apud *Weſtm.* 30 die *Octobris*, anno regni noſtri tercio, *&c.* *Et prædicti* Stephanus & Thomas *dicunt, quod ipſi ratione prædictæ libertatis prædictis Scholaribus conceſſæ non fuerunt coram prædicto Cancellario ad inveniendum ad ſectam* ——— *prædicto* Stephano Ager *cum fuit Scholaris Univerſitatis prædictæ* ——— *tenentur, nec habitus*, &c. *Et hoc parati ſunt verificare per patriam*, &c. *Et prædict.* Rogerus & Robertus *dicunt, quod prædictus* Stephanus *prædictis die & anno fuit Scholaris Univerſitatis prædictæ, & Scholarem ſe probavit* ———: *Et de hoc ponit ſe ſuper patriam.* *Et* Stephanus de Larder & Thomas *ſimiliter.* *Ideo præceptum eſt*, &c. *An.* 24 E. 1.

* See here p. 162.

WIllielmus de Eſthorp *qui ſequitur pro Domino Rege, optulit ſe* 4 *die verſus* Thomam *Vicarium Eccleſiæ Sancti* Laurencii *de Suburbio* Eborum, *de placito*, **quare cum placita de catallis et debitis in regno Regis, quæ non ſunt de Teſtamento vel Patrimonio, ad Regem et Coronam et dignitatem Regis, et non ad alium pertineant in eodem regno,** *prædictus* Thomas, *ſicut ex relatu plurium accepit Dominus Rex*, **tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis** Roberti le Graunt **Capellani Magiſtri Hoſpitalis S.** Nicholai Ebor. **in læſionem Coronæ et dignitatis Regis, et contra Prohibitionem Regis**, &c. *Et ipſe non venit, & præceptum fuit Vicecomiti*, &c. *Et Vicecomes nichil inde fecit, ſet mandavit, quod prædictus* Thomas *Clericus eſt, & non habet laicum feodum*, &c. *Ideo mandatum eſt Archiepiſcopo* Ebor. *quod venire faciat eum à die S.* Martini *in quindecim dies, &c.* Ibidem. Ebor.

HEnricus de Brae *per attornatum ſuum optulit ſe* 4 *die verſus Magiſtrum* Willielmum de Tremegate, & D. *Vicarium de* Miniſtre, *de placito, quare ipſe ſimul cum* Alano de la Hae **ſecuti ſunt placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis, quæ non ſunt de Teſtamento vel Patrimonio, contra Prohibitionem Regis.** *Et ipſi non venerunt, & præceptum fuit Vicecomiti, quod attachiaret eos. Et Vicecomes nichil inde fecit, ſet mandavit quod Clerici ſunt nec habent laicum feodum in Balliva ſua*, &c. *Ideo mandatum eſt Epiſcopo* Exoniæ, *quod venire faciat prædictos* Willielmum & D. *hic à die Sancti* Hilarii *in* 15. *dies. Et Vicecomes mandavit*, &c. Ibid. Cornub.

The Abbot of St. *Agatha* proſecuted this year at the Kings ſuit, for proſecuting a Plea in Court Chriſtian for Chattels and Debts, which concerned not Teſtament or Marriage, had this Writ and licenſe to make an Attorney.

The King to oblige the perfidious Bishops of *Scotland* more firmly to him, granted them and their successors this priviledge to make their wills, as freely as the Archbishops and Bishops in *England* might do, which before they could not.

Pat 24 E. 1. m. 3. Cedula, Pro Episcopis regni Scotiæ, quod possint condere Testamenta.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Ecclesiarum Prælatos Dei Ministros majoris libertatis privilegio eo libencius honoramus, quo per hoc apud Deum, qui se in suis honorari fatetur, ampliorem graciam promereri speramus. Ob ipsius itaque Dei omnipotentis reverenciam, et tocius Ecclesiæ Scoticanæ honorem, concedimus per præsentes, quod omnes Episcopi Regni Scotiæ et eorum successores, de bonis suis libere possint de cætero sua condere Testamenta, et eandem quoad hoc habeant libertatem quam Archiepiscopi et Episcopi regni Angliæ habent, et hactenus habuerunt. In cujus &c. Teste Rege apud *Dunelmum* quinto die *Octobris*.

The

The King by his Eccleſiaſtical right, as Soveraign Lord of *Scotland*, authorized his Warden thereof by this Patent (with the advice of his Chancellor and Treaſurer of *Scotland*) in his name and authority to preſent to all Eccleſiaſtical benefices and livings in *Scotland*, that then were or afterwards ſhould be in his gift to the value of 40 Marks, any fitting perſons then in his ſervice in *Scotland*, ſo as they were *Engliſhmen*, and reſident there. *An.* 24 *E.* 1.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de circumſpectione & induſtria dilecti & fidelis noſtri *Briani* fil. *Alani*, Cuſtodis noſtri regni & terræ *Scotiæ* ..... pleniùs confidentes, ſibi plenam conceſſimus et commiſimus poteſtatem, quod ipſe de dilectorum Clericorum noſtrorum *Walteri* de *Agnodeſham* Canc. & *Hugonis* de *Creſſingham*, Theſ. dictorum Regni & terræ præſentare poſſit ad Eccleſias et alia quæcunque beneficia ad collationem ſeu donationem noſtram ſpectantia quæ vacant ad præſens, et quæ in prædictis regno et terra in poſterum vacare contigerit uſque ad valorem quadraginta Marcarum, perſonas idoneas in ſervitio noſtro videlicet exiſtentes ibidem, ſeu perſonas alias, prædicti Briani et ipſorum Cancellarii et Theſ. diſcretionis Arbitrio, dummodo Anglici fuerint, et in regno commorentur eodem: ſeu etiam Eccleſias et beneficia hujuſmodi perſonis conferre in forma prædicta, donec aliud ſuper hoc duxerimus ordinandum. In cujus, &c. Teſte *Edwardo* filio Rgegis *apud* Tunbrigg. 28 *die* Auguſti. Rot. Scotiæ, An. 24, 25 E. 1. Quod Brianus filius Alani præſentare poſſit ad Eccleſias in regno Scotiæ.

The like * *Patent* was made, and power granted to *John de Warren* Earl of *Surrey*, Gardian of *Scotland* the ſame year, *Teſte Rege apud* Morpeth 1. *die* Octobris, To whom he alſo iſſued this Writ, to preferr *Gilbert de Grymmesby* to the next vacant benefice in his gift, of the value of 20 marks or pounds, that ſhould fall void in *Scotland*, for bringing the Banner of St. *John* of *Beverley* to the King into *Scotland*, and there continuing with it during the wars; He and his † *predeceſſors* attributing much of their *good ſucceſſe* in their Warrs againſt the *Scots* to this Saint and his enſigne. * Pat. 24 E. 1, m. 4. intus. † See here, p. 495, 496.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni de Warrenna* Comiti *Surr.* Cuſtodi ſuo Regni & terræ *Scotiæ* ſalutem; Cum nos ob reverentiam Sancti *Johannis de Beverlaco* Glorioſi Confeſſoris Chriſti, conceſſerimus dilecto Clerico noſtro *Gilberto de Grymmesby*, qui vexillum ejuſdem Sancti ad nos uſque partes Scotiæ detulit, et ibidem de præcepto noſtro cum vexillo illo durante guerra noſtræ Scotiæ moram fecit, quandam Eccleſiam viginti marcarum vel libratarum valorem annuum attingentem, ad noſtram donationem ſpectantem, et in regno Scotiæ præſ. vacaturam, vobis mandamus, quod præfato *Gilberto* de hujuſmodi Eccleſia in prædicto regno *Scotiæ* prohiberi faciatis quampriumum ad id optulerit ſe facultas. Teſte Rege apud *Kirkham* 13 die *Octobris*. Pat. 24 E. 1. m. 2. intus. Pro Gilberto de Grymmeſby de Eccleſia in regno Scotiæ ſibi providenda.

The King likewiſe, for the honour of Saint *Cuthbert* of *Durham*, whoſe Enſign was carried before him in his Wars againſt the *Scots*, granted them an Annuity of 40 *l.* a year out of his Exchequer at *Berewyk*, till he ſhould ſettle on them a Benefice of that value in *Scotland*, upon condition to perform the Almes, and diſcharge the ſuperſtitious uſes therein mentioned.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Ut Creatori noſtro in beneficiis gratificemur acceptis, Sanctos ſuos quos ipſius honorat dignacio, & in quibus eum honorare jubemur, promptis devotionis humanæ nos decet ſtudiis honorare, & inter alios præcipue beatum *Cuthbertum* glorioſum Chriſti confeſſorem eo dignius venerari, quo pater æternus qui in Sanctis ſuis vere mirabilis ipſum majorum ſplendore miraculorum illuſtrans, manifeſte monſtrabit quantum ſibi honoris et reverenciæ debeantur. Volentes igitur ut æternum in Eccleſia *Dunelmenſi* in qua ipſius Sancti corpus venerabile requieſcit memoriale remaneat, per quod futuris temporibus noſtri recordatio vigeat in eadem: ad laudem Dei, & ejuſdem glorioſi Confeſſoris ſui *Cuthberti*, conceſſimus pro nobis & hæred. noſtris, dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui dictæ Eccleſiæ *Dunelmenſis* quadraginta libras ſingulis annis ad Scaccarium noſtrum *Berewyci* ſuper *Twedam* duobus terminis percipiendas; unam videlicet medietatem ad feſtum Sancti *Martini* hyemalis, & alteram medietatem ad feſtum *Penteco*- Pat. 24. E. 1. memb. 4. Pat 30. E. 1. 7 Martii, The King appropriated the Church of Hemmyngburg to the Prior and Mouks of Durham, for theſe uſes.

An. 24 E. 1. *coſtes*, quouſque per nos vel hæredes noſtros eiſdem Priori & Conventui vel eorum ſucceſſoribus de competenti Eccleſiaſtico beneficio, ex quo quadraginta libras annuatim, deductis ſumptibus & expenſis, percipere & habere valeant imperpetuum in Regno *Scociæ* ſit proviſum. Quam quidem conceſſionem facimus **conditionibus** quæ ſequuntur; videlicet, quod præfati Prior & Conventus, & eorum ſucceſſores **qualiter duarum feſtivitatum Sancti** *Cuthberti*, ſcilicet in principali feſtivitate, & in feſto tranſlationis ejuſdem, diſtribuant tribus millibus pauperum, cuilibet videlicet unum denarium; & habeat idem Conventus in qualibet ipſarum feſtivitatum quinquaginta ſolidos pro pitancia ſua; & quod prædicti Prior & Conventus, & eorum ſucceſſores **inveniant dictis feſtivitatibus duos magnos cereos, quemlibet de viginti** libris ceræ, juxta magnum altare ante feretrum dicti Sancti decenter poſitos, et ardentes, *(to lighten their blind and dark ſuperſtitious devotions)* quamdiu Miſſa vel aliud obſequium in eiſdem feſtivitatibus celebrabitur ſeu decantabitur in Eccleſia ſuprædicta. Necnon inveniant duos minores cereos formæ ſeu ſtaturæ decentis et ponderis congruentiæ ante vexillum ipſius Sancti, prout decencius fieri poterit, collocatos, et ardentes ſingulis Dominicis et Apoſtolorum, et in præcipuis feſtivitatibus, quamdiu Miſſæ in prædicto altari, et matutinæ vel aliæ horæ Canonicæ in præfata Eccleſia cantabuntur. Etſinſuper inveniant unum Sacerdotem Miſſalem de prædicto ſancto in Eccleſia memorata, in loco qui dicitur *la Galileye*, diebus ſingulis celebrantem; et duos alios cereos ibidem ardentes quamdiu ipſam Miſſam contigerit celebrari imperpetuum. Cui quidem Sacerdoti libros, indumenta, ſacerdotalia, ornamenta altaris, et alia ad celebrandum neceſſaria miniſtrare nichilominus perpetuo teneantur. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Berewyk ſuper Twedam*, ſextodecimo die *Septembr.*

He likewiſe iſſued this Writ to the Sheriff of *Dumfres*, to ſummon the Biſhop of *Sodor* to repair to him to *Berwyke*, there to do his fealty and ſervice due unto him as his Lord.

Pat. 24 E. 1. m. 4. intus. De venire fac. ad Regem uſque Berewyck Marcum Epiſcopum Sodoren.

MAndatum eſt *Roberto de Joveby* Ballivo Regis de *Dunfres*, quod **venire faciat ad Regem** uſque Berewyck **venerabilem Patrem** *Marcum* **Epiſcopum** Sodorenſem, **ad faciendum ibidem Regi tanquam Domino ſuo quod facere debebit.** Teſte Rege apud *Berewyk* ſuper *Twedam*, 22 die *Auguſti.*

The Biſhop of *Glaſcow* in *Scotland* tortiouſly caſting a Miniſter there out of his Living, *John Comyn* preſented this Petition to the King, to reſtore him to it, by his letters to the Gardian of *Scotland*, without going to *Rome* to the Pope for relief.

In Bundela Brevium & Petic. in Turre Lond. An. 24. E. 1.

AL treshonourable Prince e noble, e a ſon treſcher Signur lige Sire *Edward* par la grace Dieu, noble Roy *Dengleterre*, le ſe ou, ſi luy pleſt, *Johan Comyn*, Kaunk il ſet e poet de honur e de reverence com a ſeon Seignur lige. Chire Sire ſi vus pleſt, io vus pri eſpecialment ke vus deyngnet mander voſtre Lettre au Gardeyn de *Eſcoce* pur mettre Meſtre *Robert Mounfycitien* portur de ceſte lettre en la Egliſe de *Graunt Dalton*, de la quele Sire *Robert Evesk* de *Glaſcon*, luy ad ouſte atort e a ſaunz forme de dreit ſi com tut le pays ſiet bien; ne io ne puis ſuffrer qe il voyt a *Rome* **pur purchacer encountre le Eveſque, pur ceo qe il prent garde de mon cors.** Et pur ceo Sire, ſi vus pleſt, vus pri voſtre eſpeciale grace pur luy, ke vus facet maunder voſtre lettre au Gardeyn de *Eſcoce*, ke dreiture luy ſeit fet, et de ceo vus duyſſe io aver prie a *Londres* kaunt vus y fuſtes, ſi les graunz boſoygnes miſſent eſte ke io avey a fere. Sire ke Deu vus doint bone vie e lunge, e vus ſauve e gard de mal a tuz jours. *Which the King accordingly ordered.*

Robert Winchelſey Archbiſhop of *Canterbury* was no ſooner inſtalled in his See, but he revived the former Controverſie began by his predeceſſors, with the Abbot and Covent of S. *Auguſtines*, concerning their new acquired appropriate Churches exemptions from his Archiepiſcopal Juriſdiction, and the Abbots and Covents obedience to his See; which occaſioned long ſuits for divers years, and ſundry Appeals to the Court of *Rome* by the Abbots and Monks, thus related by *William Thorn.*

Anno

An. 24 E. 1.

* Chron. W. Thorn. col. 1964, &c.

Anno Dom. 1295. *Dominus* Robertus de Winchelese *Archiepiscopus* Cantuar. *supradicto* Johanni *immediate succedens*, *de* Ecclesiis de novo adquisitis, obedientiam petiit ab Abbate; *unde idem Abbas metuens sibi & Monasterio suo ex hujusmodi petitionibus Episcoporum posse præjudicium generari in futurum, ac commemorans, quod jacula prævisa minus lædunt*; subscriptas rationes petitioni Archiepiscopi obsistentes, *ad memoriam futurorum in scriptura quæ sequitur, providè redegit.*

Licet in vestra Diocœsi appropriatas nobis Ecclesias a sede Apostolica teneamus, obedientiam tamen vel alia jura Episcopalia vobis inde solvere non tenemur, nec nos illis juribus convenit defraudari. Super quibus summus Pontifex qui bene potuit scienter sic voluit, et in literis appropriationis expressit, quod Vicarii nostri in illis Ecclesiis per Ordinarium instituti, omnia jura Episcopalia vobis inde solvere teneantur. Unde secundum prædicti Domini summi Pontificis intentionem expressam, & tenorem Commissionis ejusdem juxta modum prædictum usi continuò super hiis pacificè sic fuerit retrò tantis temporibus à vestris temporibus observatum, humiliter petimus, quatinus vos velitis, si placet, modò fore de observantia prædicta contenti, & sic in futurum teneri, à nostris molestiis benevolè desistentes.

Anno quo supra fuit pensio decem librarum Domino Beraldo Albanensi Episcopo Cardinali concessa ad terminum suæ vitæ pro suis beneficiis nobis multipliciter impensis, (in this Controversie with this Archbishop and his predecessor.)

Anno Dom. 1297. *citra festum Purificationis beatæ* Mariæ *idem* Archiepiscopus suam Diocœsim visitare inchoavit. *Et Dominus* Thomas *Abbas ad manerium de* Wingham *ad illum personaliter accessit*; *supplicavitque eidem*, quod si quæ in visitatione inveniret quæ ad statum dicti Monasterii in aliquo eidem offenderet, *illa eidem* Abbati ob reverentiam Romanæ sedis notificare dignaretur. *Quod idem Archiepiscopus libenti animo concedebat. Unde licet ex habundanti aliquando per Priorem, aliquando per alios, & aliquando per ipsum Abbatem idem Archiepiscopus sæpius requisitus fuisset*, ut munimenta & alia privilegia hujus Monasterii vellet inspicere, *ille tamen hæc videre vel audire omnimodo recusavit*; & eundem Abbatem et conventum notorie exemptos evocavit. *Et quàm cito hujusmodi* citatio *ad notitiam Abbatis pervenisset, misit ad eum rogans*, quod placeret eidem hujusmodi citationem revocare, et sine figura judicii videre privilegia et munimenta sua. *Qui respondit*, quod noluit aliquo modo revocare citationem suam; *sed dixit, quod cito post veniret ad* Cantuariam, *& tunc posset Abbas habere colloquium cum ipso de eodem. Et licet dictus Archiepiscopus concessisset Abbati & firmiter promisisset*, se eadem privilegia & munimenta inspicere voluisse, *distulit tamen per multum tempus sub dissimulatione ea videre*; *& tandem asseruit*, se nolle ea videre nisi judicialiter. *Et cum Dominus Abbas allegasset*, se et Monasterium suum in tantum esse privilegiatum, quod non tenebantur nec debebant coram dicto Archiepiscopo judicialiter comparere vel respondere, idem Archiepiscopus fecit eos citari peremptorie, ut certo die ubicunque tunc in Diocœsi vel provincia Cantuariæ coram ipso sufficienter comparerent, titulum seu jus speciale, si quæ haberent, per quæ possent ipsas Ecclesias et Hospitalem sancti Laurentii sic tenere; non obstante Compositione *dudum inter Archiepiscopum* Cantuariensem *prædecessorem suum ex parte una, & dictos religiosos ex altera, & per Capitulum* Cantuariense *approbata, & per* sedem Apostolicam confirmata *super quibusdam de prædictis Ecclesiis cum Capellis suis, prout in compositione super hæc confecta, & Sigillis partium consignata, plenius continetur. Asserens etiam minus veraciter*, se in sua Visitatione invenisse dictos religiosos Decimas et pensiones annuas in diversis Ecclesis suæ Diocœsis contra jus commune percipere, *ipsos citavit responsuros*, quo jure illa sic percipiebant; *licet in veritate nullas unquam pensiones præterquam in Ecclesiis sui patronatus vel Decimas percepissent.* Insuper citavit eundem Abbatem, ut ostenderet quare sibi obedientiam facere non deberet? *Propter quæ omnia idem Abbas & Conventus sentiens se per prædictum Archiepiscopum indebitè prægravari*, ad Sedem Apostolicam appellarunt; sed idem Archiepiscopus hujusmodi *Appellationi* non deferens, ipsos fecit iterum citari coram se, ubicunque esset in Civitate, Diocœsi, vel provincia Cantuar. super Ecclesias de Tanderdene, Lenham, *de* Sellyng, *de* Præstou, *de* Littleborne, *de* Sheldwich, *& Sancti* Pauli Cant. *nec non & super Hospitale* Laurentii, & super Decimis et Pensionibus prædictis, jus speciale, si quod haberent præcise et peremptorie proposituri et ostensuri. *Subticuit tamen processum insertum super prænominatis Ecclesiis in compositione contentis, faciendo tamen mentionem de Ecclesia de* Scheldwich, *quæ est Capella Ecclesiæ de* Faversham, *non obstante*

Ibidem col. 1966, 1967.

An. 24 E. 1. *Stante quod in dicta Compositione continetur.* Pro quibus iterum ad prædictam Sedem est appellatum. Quibus appellationibus non obstantibus, dictus Archiepiscopus fecit eos citari peremptorie ad alium brevem diem, *quod comparerent coram eo ubicunque*, &c. *super Ecclesiis prænominatis præcisè & peremptoriè ostensuri, ut supra*; & proinde contumacias ut dicebat legitime fulminaturus; *non tamen ultra processit contra nos, super Ecclesia de* Scheldwich, *nec de Decimis & pensionibus supra dictis. Et quia idem Abbas judicialiter non comparuit, Archiepiscopus reputavit dictos Religiosos contumaces*; & pronuntiavit dictas Ecclesias præter Scheldwich esse vacantes, mandendo et faciendo eos moneri *per Magistrum* Martinum *Commissarium suum* Cant. *ut infra quinque septimanas proximò sequentes, personas idoneas sibi tanquam Diocœsano præsentarent ad Ecclesias prænominatas; à qua quidem pronuntiatione & mandato* fuit iterum per procuratorem Abbatis in præsentia dicti Archiepiscopi ad Sedem Apostolicam legitime appellatum.

Thus did the Pope and Court of *Rome* by these Suits and Appeals between the Abbot and Archbishop not onely exhaust their wealth, but enlarge and exercise their Jurisdiction over both of them from year to year; as appears by this Bull of Pope *Boniface* to the Archbishop upon the Petition of *Thomas Cuse*, to provide an Ecclesiastical Benefice for him with or without Cure, belonging to the Abbot and Covent of Saint *Augustines Canterbury*; notwithstanding all former Bulls of exemption or priviledges indulged to them: by pretext wherof the Archbishop this year issued his Mandate to denounce a sentence of Excommunication against them in case of disobedience, worthy consideration, thus registred to posterity by *William Thorn.*

Chronica, col. 1968.

* A Copy of this Bull I found in the White Tower Chappel, torn and imperfect.

Anno Dom. 1298. Bonifacius *Papa misit literas executorias* Roberto *Archiepiscopo in hac verba*: * *Bonifacius* Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *R.* Archiepiscopo *Cantuariensi*, salutem & Apostolicam benedictionem. Constitutus in præsentia nostra dilectus filius *Thomas* dictus *Cuse* de *Maydstone*, pauper Præsbiter tuæ Diocœsis, nobis humiliter supplicavit, ut cum ipse, sicut asserit, *nullum sit Ecclesiasticum beneficium assecutus*, provideri sibi de benignitate Apostolica mandaremus; *Quia igitur illi*, &c. *Fraternitati tuæ* per Apostolica scripta mandamus, quatinus, &c. de aliquo beneficio Ecclesiastico secundum probitatis suæ merita competenti, cum cura vel sine cura consueto ab olim Clericis secularibus assignari, spectante ad collationem vel præsentationem dilectorum filiorum Abbatis et Conventus Monasterii sancti *Augustini* extra muros *Cant.* ordinis sancti *Benedicti*, communiter vel divisim, si quod in Civitate vel Diocœsi *Cant.* vacat ad præsens, vel quamprimum ad id optulit se facultas, per te, vel per alium, seu alios provideri procures, inducens eum in corporalem possessionem ejusdem beneficii, et defendens inductum, &c. non obstante, si nos vel *Romani* Pontifices prædecessores nostri de beneficiis ad prædictorum Abbatis et Conventus collationem vel præsentationem spectantibus, sub ea forma in qua pro pauperibus Clericis beneficiendis interdum Sedes Apostolica scribere consuevit, seu quavis alia fecimus aut mandavimus, quodcunque fuerint, provideri; dummodo non nisi unus ex eis pro quibus in eadem forma pauperum per nos scriptum forsitan extitit, quibus omnibus nullum volumus per hoc præjudicium generari, beneficium ratione hujus pauperum provisionis expectet; vel si eisdem Abbati & Conventui, aut personis ipsius Ecclesiæ a Sede Apostolica sit indultum, quod ad receptionem et provisionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint; vel quod alius nequeat de beneficiis ad eorundem Abbatis et Conventus præsentationem vel collationem spectantibus, alicui provideri per literas Apostolicas, non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, qualibet alia præfatæ Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, per quam effectus præsentium impediri valeat vel differri. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, *&c.* Mandatum nostrum in hac parte taliter impleturus, quod in eo impendisse laudaris misericordiam pauperi, & obedientiam mandatori.

Pretextu hujus mandati scripsit Archiepiscopus Abbati in hac verba: Robertus permissione Divina *Cantuariensis* Archiepiscopus, *&c.* Executor in negotio provisorio *Thomæ* dicti *Cuse* de *Maydeston* Præsbyteri à Sede Apostolica deputatis, Religiosis viris Abbati & Conventui sancti *Augustini Cantuariensis*, salutem in omnium Salvatore. Sanctissimi patris nostri Domini *Bonifacii* Papæ octavi literas nos noveritis recepisse; quas vobis inspiciendas transmittimus, et eorum portitori sub pœna Excommunicationis majoris, quam exnunc in rebelles proferimus in his scriptis illico refradendas.

tradendas. Quia igitur diligenti inquiſitione præmiſſa, juxta mandatum hujuſmodi Apoſtolicum nobis in hac parte directum, invenimus dictum *Thomam* liberum eſſe & legitimum, vitæque laudabilis, ac converſationis honeſtæ, nec quicquam ſibi obſtare, quo minus ſibi valeat de beneficio Eccleſiaſtico congruè provideri; Volentes mandatum hujuſmodi reverenter exequi, ut tenemur, auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, præfato *Thomæ Cuſe* providimus de beneficio Eccleſiaſtico competenti cum cura vel ſine cura, cujus redditus ſeu proventus æſtimationem in dictis literis Apoſtolicis contentam non excedunt, ſi quod ad veſtram præſentationem ſeu collationem communiter vel diviſim ſpectans, vacat ad præſens in Civitate vel Diocœſi noſtra; illudque eidem *Thomæ* contulimus, ac eum de ipſo per noſtrum birretum præſentialiter inveſtimus, alioquin beneficium proximo inibi vacaturum collationi noſtræ reſervamus, eidem *Thomæ* per nos ſeu illum, vel illos cui vel quibus in hac parte vices noſtras committendas duxerimus conferendum. Quocirca Apoſtolica auctoritate qua fungimur in hac parte vos monemus, vobiſque auctoritate præſentium inhibemus, ne ad præſentationem, collationem, ſeu ordinationem hujuſmodi beneficii per vos, *aut per alium vel alios aliquatenus procedatis, ſeu procedi conſentiatis*, nec quicquam in noſtræ prohibitionis, inveſtituræ, ac reſervationis hujuſmodi præjudicium per vos aut per alium attemptetis vel attemptari conſentiatis. Alioquin in præſentantem et conferentem ac aliquem aliam ſeu alios prohibitionem, et collationem, inveſtituram, reſervationem, et inhibitionem præfatas quomodolibet perturbantes, ſeu perturbari procurantes, etnunc in his ſcriptis Excommunicationis ſententiam promulgamus: decernentes nihilominus irritum et inane, ſi ſecus de beneficio hujuſmodi per quemcunque quavis auctoritate contigerit quomodolibet attemptari. *Vobis etiam mandantes, quod ſi quod tale beneficium ad præſens vacet vel quàm citò vacaverit in futurum*, nos de ejuſdem vacatione certificare curetis plenius ſine mora. An. 24 E. 1.

Qua litera Abbati oblata & ibidem perlecta, idem Abbas privilegia contra hujuſmodi prohiſores ſibi et Monaſterio ſuo indulta *incontinenti recitari fecit. Quibus perlectis & auditis, cum idem Capellanus expreſſè videns* dictam impetrationem ſuam non valere pro privilegiis antedictis, *jus ſuum quod habuit ſuper impetratione proviſionis prædictæ in manibus Domini Abbatis totaliter reſignavit per publicum Inſtrumentum*; which I pretermit, referring the ſubſequent conteſts between the Archbiſhop and Abbot to ſucceeding years, wherein they were tranſacted.

The goods of the Villains of the Biſhop of *London* and other Biſhops being Taxed to the Undiſme granted by the Clergy to the King, againſt his gracious grant to them; he iſſued this Writ to the Taxers and Collectors for their diſcharge.

REX Taxatoribus & Collectoribus Undecimæ in Com'. *Eſſex*. ſalutem. Cum in conceſſione Undecimæ à Clero regni noſtri nuper nobis facta, conceſſerimus Archiepiſcopis et Epiſcopis ejuſdem regni de gratia noſtra ſpeciali, quod bona Villanorum ſuorum occaſione Undecimæ prædictæ nullatenus taxarentur, nec undecima illa de bonis Villanorum prædictorum ad opus noſtrum levaretur; Vobis mandamus, quod taxacioni, collectioni & levacioni faciendis de bonis Villanorum venerabilis patris *R. London* Epiſcopi in Com. prædicto ratione undecimæ prædictæ ſuperſedeatis. T. R. apud Sanctum *Albanum* 30 die *Decembr.* Clauſ. 24 E. 1. dorſo, m. 11. Pro R. London. Epiſcopo de Undecima.

MEMORANDUM, quod Archiepiſcopus *Cantuar.* Archiepiſcopus *Eborum*, *W. Elienſ. O. Linc.* & *R. London.* Epiſcopi habent literas Regis de pardonacione undecimæ pro villanis ſuis. Ibid. m. 11. dorſo. Pro quibuſdam Epiſcopis de pardon. Undec.

The King granted theſe ſpecial licenſes for the Biſhop of *Wincheſter* and two *Italians* his ſervants; and likewiſe to one of the Legates Chaplaines to croſſe the Seas to the Court of *Rome*, without any hindrance by the Keeper of *Dover* port.

REX Cuſtodi Portus ſui *Dovorr.* ſalutem. Quia conceſſimus venerabili patri *J. Wynton.* Epiſcopo ad Curiam Romanam de noſtra licentia profecturus, quod Magiſtrum *Albertum de Bononia* Notarium publicum, & *Jakeninum de Barber de Bononia* Valettum ſuum ſecum ducere poſſit ad Curiam ſupradictam; Vobis mandamus Cl. 24 E. 1. m. 11. dorſo. Pro Wynton. Epiſcopo.

Au. 24 *E.* 1. mandamus, quod prædictos *Albertum* & *Jakeminum* per portum prædictum in comitiva dicti Epiſcopi ad partes prædictas tranſire permittatis. Teſte Rege apud *Sanctum Albanum*, primo die *Januarii*.

Ibidem m. 8 dorſo De Vitali de Preciato Capellano de licentia tranſeund ad partes tranſmarinas.

REX dilecto & fideli ſuo *Stephano de Peneceſtr*: Conſtabul. Caſtri ſui *Dovorr.* ſalutem. Quia *Vitalis de Preciato* venerabilis patris Domini —— *Albanenſis* Epiſcopi Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis ut dicitur Capellanus, poſt receſſum ipſius Cardinalis, apud *Ebor.* infirmus morabatur; Vobis mandamus, quod eundem *Vitalem* cum *Runcinis* rebus, & *Herneſiis* ſuis propriis ad partes tranſmarinas tranſire liberè permittatis. **Dum tamen vobis conſtat per literas dicti Cardinal. ſeu alio modo ſufficienti, quod de propria familia idem *Vitalis* ſit Epiſcopi ſupradicti.** Teſte Rege apud *Rokesburgh*, tercio die *Junii*.

Per Breve de Privato Sigillo.

The King iſſued this ſpecial Writ this year for electing an Abbeſſe for the Abbey of *Wilton*, notwithſtanding the want of form in preſenting their Certificate.

Pat. 24 E. 1. m. 14 De licencia eligendi.

REX dilectis ſibi in Chriſto —— Prioriſſæ & Coventui de *Wylton* ſalutem. Accedentes ad nos *Henricus de Tydolneſhude*, & *Walterus Hervy* Clerici Domus veſtræ, cum literis patentibus Capituli veſtri, nobis ex parte veſtra humiliter ſupplicarunt, quod cum Eccleſia veſtra prædicta per mortem *Julianæ* nuper Abbatiſſæ, ejuſdem loci ſit paſtoris ſolacio deſtituta, vobis aliam eligendi in Abbatiſſam licenciam concedere dignaremur. Nos igitur, licet dictæ literæ nobis per aliquas de commonialibus veſtris, **ſecundum conſuetudinem in regno noſtro in hujuſmodi caſu hactenus obſervatam debuerint præſentari**, veſtris tamen precibus, ob devocionem quam erga Sanctam *Editham*, cujus corpus in dicta Eccleſia requieſcit, gerimus & habemus in hac parte favorabiliter inclinati. Vobis concedimus, &c. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Forfare*, 7. die *Julii*.

Ibid. De aſſenſu præfatæ electioni adhibenda per Edwardum filium Regis.

REX *Edwardo* filio ſuo kariſſimo, ſalutem. Ad ſupplicationem Prioriſſæ & Conventus Monaſterii de *Wilton*. vacantis per mortem *Julianæ* nuper ejuſdem Monaſterii Abbatiſſæ, optentu devocionis quam erga Sanctam *Editham*, &c. conceſſimus eiſdem licenciam hac vice ſibi eligendi, &c. Et nichilominus ob honorem ipſius Sanctæ, & ut parcetur laboribus eorundem, damus vobis tenore præſentium poteſtatem ut, &c. aſſenſum eidem electioni nomine noſtro faciatis, &c. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

* See here, p. 571.

What great * lovers of Veniſon our pretended mortified Abbots and Monks then were, and how much given to the fleſh, inſtead of mortifying it, and to feaſting, inſtead of faſting, theſe Petitions of the Abbot of *Weſtminſter* to the King in the midſt of his Wars in *Scotland*, for the arrears of his 8. Bucks a year out of *Windſor* Foreſt, to be carried and offered at the High Altar at *Weſtminſter* at the Kings coſts, and of the Prior and Covent of *Carliſle*, for the Tith of all Veniſon taken in the Foreſt of *Englewod*, and theſe Writs iſſued thereupon, will inform us.

Clauſ. 24 E. 1. memb. 6. Pro Abbate Weſtmonaſterii, de Damis.

REX dilecto & fideli ſuo *Galfrido de Pycheford* Conſtabulario Caſtri ſui de *Windeſor.* ſalutem. Cum celebris memoræ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* pater noſter per Cartam ſuam, quam confirmavimus, dederit et conceſſerit Deo et Eccleſiæ Sancti *Petri*, et Abbati *Weſtmonaſterii* et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, octo Damos ſingulis annis capiendos in foreſta noſtra de Windeſore, ad cuſtum ipſius patris noſtri et hæredum ſuorum per manus Conſtabularii Caſtri prædictæ qui pro tempore fuerit, deferendos per eundem Conſtabularium uſque Weſtmonaſterium, *in vigilia Sancti* Petri ad vincula, *ita quod hii qui dictam venationem illuc deferent, ſingulis annis faciant* duas meneias ante magnum Altare Sancti *Petri Weſtmonaſterii*; *ac* quatuordecim Dami *eidem Abbati de annis regni noſtri viceſimo primo, viceſimo ſecundo, & viceſimo tercio aretro ſint, ut idem Abbas aſſerit*: *Vobis mandamus*, quod eidem Abbati id quod ei aretro eſt de Damis prædictis de tempore prædicto, una cum octo Damis de anno præſenti habere faciatis, juxta conceſſionem prædicti

dicti patris noſtri, et confirmationem noſtram prædictam. Et cuſtum quod ad hoc poſueritis cum illud ſciverimus, vobis in compoto veſtro ad Scaccarium noſtrum allocari faciemus. Teſte Rege apud Villam Sancti *Johannis* de *Perth*, 34 die *Jun.* *An.* 24 E. I.

REX dilecto & fideli ſuo *Willielmo de Veſcy* Juſticiar. Foreſtæ ſuæ citra *Trentam*, vel ejus locum tenenti, ſalutem. Mandamus vobis, quod in Foreſta noſtra de *Englewod.* habere faciatis dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de *Karliolo* **Decimam venacionis captæ et capiendæ in foreſta noſtra prædicta, de anno præſenti**, prout ipſi eam habere debent, **et ipſi et prædeceſſores ſui decimam venacionis ibidem ſingulis annis hucuſque percipere et habere conſueverunt.** T. R. apud *Berewyk* ſuper *Twedam*, 10 die *Septembr.* Cl. 24 E. 4. m. 4. Pro Priore & Conventu de Karl. de venacione in Foreſta de Englewode.

Walter de Langeton being by the Kings licenſe elected Biſhop of *Coventry* and *Lichfield*, and his election confirmed by the King; he thereupon iſſued this *dedimus poteſtatem* to *John de Metingham* to receive his fealty.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni de Metyngham* ſalutem. Cum nos **electioni nuper factæ** in Cathedrali Eccleſia *Lychefeld* de venerabili viro *Waltero de Langeton* in *Coventr.* & *Lychef.* Epiſcopum **Regium aſſenſum adhibuerimus et favorem**, & mandaverimus venerabili patri *R. Cantuar.* Archiepiſcopo tocius *Angl.* Primati, ut quod ſuum eſt in hac parte exequatur: Nos eidem Electo pro noſtris & regni noſtri negociis ad partes tranſmarinas profecturo volentes **gratiam facere ſpecialem, dedimus vobis poteſtatem recipiendi hice noſtra fidelitatem ipſius Electi**, poſtquam per literas patentes præfati Archiepiſcopi vobis conſtiterit ipſum fuiſſe canonicè confirmatum; Et ideo vobis mandamus, quod **capta fidelitate ipſius Electi in forma prædicta, Cancellario noſtro inde ſub ſigillo veſtro diſtincte et aperte conſtare faciatis literas præfati Archiepiſcopi antedictas una cum veſtris eidem Cancellario tranſmittendo.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Rokesburg.* 14. die *Maii.* After which confirmation by the Archbiſhop, and fealty received, he iſſued a Writ to reſtore his Temporalties; *Teſte Rege apud* Stryvelyn, 16. *die* Junii. Pat. 24 E. 1. m. 15, & 18, & 19. De poteſtate data Johan de Metingham recipiendi fidelitatem W. Coventr. & Lych. Electi.

Oliver Biſhop of *Lincolne* and his ſervants being aſſaulted, abuſed, beaten and ſhot at by ſome of their Tenants and others in a riotous manner, as he was going to preach Gods Word, and exerciſe his Epiſcopal function in the Church of *Gosberchurch*, the King thereupon out of his Soveraign care to preſerve and defend the Churches Liberties; iſſued this Commiſſion to inquire of, hear and puniſh theſe riotors and offenders according to the Law and Cuſtom of the Realm, upon the Biſhops complaint thereof.

REX dilectis & fidelibus ſuis *Elyæ de Berkingham*, *Petro Malore*, & *Willielmo Inge* ſalutem. Ex parte Venerabilis Patris *O. Lincoln.* Epiſcopi nobis eſt oitenſ. quod cum ipſe greſſus ſuos verſus Eccleſiam de *Gosberchurch* nuper direxiſſet, **ut Parochianis ejuſdem Eccleſiæ et aliis cauſa devotionis ad Eccleſiam illam confluentibus verbum Dei ad ædificationem animarum prædicaret**; (A rare act in Biſhops in that age) **et alia quæ ad Officium ſuum ſpirituale pertinebant exerceret ibidem**, *Ranulphus de Rye* contra debitum homagii & fidelitatis ſuæ quæ præfato Epiſcopo pro terra quam de eo tenet, fecit ut dicitur, & *Laurentius de Hoddeſack* aggregata ſibi malefactorum & pacis noſtræ perturbatorum multitudine, **in ipſum Epiſcopum apud *Gosberchurch* bi et armis inſultum fecerunt, et ei ſagittaverunt, et quoſdam de hominibus ſuis ſagittando percuſſerunt, et alia enormia ei intulerunt, ad grabem libertatis Eccleſiaſticæ læſionem, et ipſius Epiſcopi diſpendium non modicum, et contra pacem noſtram; Nos igitur qui libertates et jura Eccleſiaſtica manuteneri et tueri volumus, ut tenemur, tranſgreſſionem hujuſmodi relinquere nolentes impunitam**; Aſſignavimus vos ad inquirendum per Sacramentum proborum ac legalium hominum de Com. *Linc.* per quos veritas rei melius ſciri poterit ſuper præmiſſis plenius veritatem, & ad tranſgreſſionem illam audiendam & terminandam, & juſtitiam inde faciendam, ſecundum legem & Cl. 24 E. 1. m. 23. De tranſg. facta Linc. Epiſcopo audiend. & terminand.

An. 24. *E* I. conſuetudinem regni noſtri. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos, &c. præmiſſa faciatis, &c. Mandavimus enim, &c. quod ad certos, &c. venire fac præfatos *Randulphum* & *Laurentium*, & tot & tales probos & legales homines de Balliva ſua, per quos, &c. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* decimo die *Decembris.*

The ſame Biſhop of *Lincolne* having by the Kings command ſequeſtred the Eccleſiaſtical goods of *Roger de Inſula* a Clerk, late keeper of the Kings Wardrobe, for debts due by him to the King at his death; the King upon his Executors giving ſecurity to his Treaſurer to ſatisfie thoſe Debts, iſſued this Writ to the Biſhop to diſcharge the Sequeſtration, and deliver the goods to his Executor to perform his Teſtament.

Cl. 24 E. 1. m. 8. iutus. Pro Executoribus Teſtamenti Rogeri de Inſula, de ſequeſtro relaxando.

REX venerabili in Chriſto Patri *O*, eadem gratia Epiſcopo *Linc.* ſalutem. Quia *Johannes de Huſtwait* Executor Teſtamenti *Rogeri de Inſulai* Clerici, nuper Cuſtodis magnæ Garderobæ noſtræ defuncti, & Coexecutores ejuſdem *Johannis* Teſtamenti prædicti ſufficientem invenerunt ſecuritatem coram dilecto Clerico noſtro *Waltero de Langeton* Theſ. noſtro de debitis ſi quæ præfatus *Rogerus* nobis debuit die quo obiit, de tempore quo fuit Cuſtos Garderobæ prædictæ nobis ad Scaccarium noſtrum reddendis, ſicut ex teſtimonio ejuſdem Theſ. noſtri accepimus. Vobis mandamus, **quod ſequeſtrum quod de bonis Eccleſiaſticis ipſius *Rogeri* in Dioc. veſtra pro debitis prædictis fieri feciſtis relaxantes, Executores de bonis illis plenam et liberam adminiſtrationem habere permittatis, ad executionem teſtamenti prædicti inde faciendam.** Et hoc non omittatis. T. R. apud *Hadyngton*, 4. die *Maii.*

The Cuſtos of the Temporalties of the Archbiſhoprick of *York*, ſeiſing the Manor of *Thorp* into the Kings hands, by reaſon of the vacancy, againſt a former ſettlement thereof by *Walter de Grey* Archbiſhop, on the Dean and Chapter of *York*, to maintain an Obiit and Chaplain to ſay Maſſe; the King iſſued this Writ to reſtore it, wherein the ſettlement is recited.

Cl. 24 E. 1. m 5. Pro Decano & Capitulo Eborum, de Manerio de Thorp, & Haya de Langewath.

REX *Johanni de Lithegreynes* Cuſtodi Archiepiſcopatus *Eborum* ſede vacante, ſalutem. Quia accepimus per inquiſitionem quam per vos nuper fieri fecimus, quod *Walterus de Gray* quondam Archiepiſcopus *Eborum* perquiſivit manerium de *Thorp* Sancti *Andræa* juxta *Ebor.* ſibi & hæred. vel aſſignatis ſuis imperpetuum de diverſis feoffatoribus, & poſtea proceſſu temporis idem Archiepiſcopus per ordinationem inter ipſum & Decanum & Capitulum beati *Petri Eborum* factam, conceſſit & dedit idem manerium cum pertin. eiſdem Decano ſub hac forma, ſcilicet, *quod iidem Decanus & Capitulum ſolverent ſingulis annis quamdiu manerium illud tenerent Theſaurario ejuſdem Eccleſiæ viginti marcas, pro obitu ipſius Archiepiſcopi in eadem Eccleſia ſingulis annis ſemel per annum de ſua depoſicionis imperpetuum faciendo, & pro ſuſtentacione unius Capellani in capella infra manerium de* Thorp, *pro anima Domini* J. *quondam Regis* Angliæ, *& pro anima ipſius Archiepiſcopi, & animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuum celebraturi. Ita videlicet, quod iidem Decanus & Capitulum poſt deceſſum ipſius Archiepiſcopi traderent & admitterent ad firmam cuilibet Archiepiſcopo* Eborum *ſibi ſuccedenti, Manerium prædictum pro firma prædicta ſingulis annis reddenda; Tenendam ad terminum vitæ tantùm ipſorum Archiepiſcoporum, & quid in qualibet vacatione poſt mortem cujuſlibet Archiepiſcopi eiſdem Decano & Capitulo manerium prædictum reverteretur, & in ſeiſina illorum remaneret, quamdiu ſedes* Eborum *vacaret, pro prædicta firma ſingulis annis modo prædicto reddenda*; Et quod Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* pater noſter poſtea prædictas conceſſionem, donacionem & ordinacionem per cartam ſuam confirmavit, Et quod prædicti Decanus & Capitulum perquiſiverunt hayam de *Langewath*, cum pertin. de Priore & Coventu de *Wartre*, & poſtmodum dimiſerunt illud *Willielmo de Wykewan.* quondam Archiepiſcopo *Eborum* ad terminum vitæ Archiepiſcopi * **pro uno Damo tempore pinguedinis, et una Dama tempore ferineſonæ** eiſdem Decano & Capitulo per annum reddendis; Ita quod poſt mortem ipſius Archiepiſc. prædicta haya cum pertin. prædict s Decano & Capitulo

* They loved fat veniſon very much, as well as Abbots and Monks, See p. 672, 673.

pitulo integrè reverteretur; Et quod iidem Decanus & Capitulum poſt conſecra- *An.* 24 *E.* 1.
cionem *Johannis* ultimi Archiepiſcopi *Eborum* dimiſerunt, ei ad terminum vitæ ipſius Archiepiſcopi prædictum Manerium de *Thorp*, una cum prædicta haya, per prædicta ſervicia reddenda & facienda; Ita quod poſt mortem ipſius Archiepiſcopi prædictum manerium & haya prædicta cum pertin. eiſdem Decano & Capitulo integrè reverterentur. Et quod nos confirmavimus eiſdem Decano & Capitulo per Cartam noſtram conceſſionem & donacionem quas prædicti Prior & Conventus eis de prædicta haya fecerunt; Et quod prædicti Decanus & Capitulum à tempore conceſſionis & donacionis prædictorum manerii & hayæ extiterunt ſemper hucuſque in qualibet vacacione in ſeiſina habendi cuſtodiam tam prædicti manerii quàm prædictæ hayæ cum pertin. ſuis, per prædictas viginti marcas Theſaurario *Eborum* annuatim ſolvendas; Vobis mandamus, **quod de prædictis manerio et haya quæ ratione præſentis vacationis Archiepiſcopatus in manu noſtra exiſtentis nuper cepiſtis in manum noſtram**, ut dicitur, **ſi ea occaſione et non alia in manu noſtra exiſtent ulterius non intromittatis.** Teſte Rege apud *Iverkeyrach* 31 die *Jul.*

Henry de Newarke Dean of *Yorke* being elected Archbiſhop thereof by the Kings licenſe, and his election approved by the King He (according to the encroachment and uſage of that age) certified this his election to the Pope, deſiring his favour to confirm him Archb.ſhop, by this Patent.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino *B.* divina providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus*, &c. cum reverentia & honore devota pedum oſcula beatorum. Noverit veſtra paternitas reverenda, **quod Electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali** Ebor. **diſcreto viro Magiſtro** *H. de Newarke* **Decano ejuſdem Eccleſiæ in Archiepiſcopum loci illius Regium aſſenſum adhibuimus et favorem.** Et hoc Sanctitati veſtræ ſignificamus per præſentes, **ut quod veſtrum eſt in hac parte exequi dignemini cum favore.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Edenburgh* 5 die *Junii.* Pat. 24 E. 1. m. 14. intus. De aſſenſu electioni adhibita.

The King by this Patent authorized his Conſtable of *Kermerdyn* in *Wales* in his name and right for that turn, to preſent two Clerks to two ſeveral livings in *Wales*, one of them by reaſon of the Temporalties of the Biſhoprick of St. *Davids*, late in his hands.

REX Dilecto Clerico ſuo *Waltero de Pederton* Conſtab. Caſtri ſui de *Kermerdyn*, ſalutem; Ut Præbendam apud *Aberwyly*, quæ vocatur *Blaynlederal* vacantem, & ad donationem noſtram ſpectantem, **ratione Epiſcopatus Menevenſis nuper vacantis et in manu noſtra exiſtentis**, ſi valorem quadraginta ſolidorum per annum, & ad Eccleſiam de *Penbehyr* ſimiliter vacantem, & ad donationem noſtram ſpectantem mero jure, ſi valorem decem marcarum annuatim non excedant, **duobus Clericis idoneis juxta veſtram diſcretionem conferre, ſeu noſtro nomine præſentare valeatis hac vice, vobis plenam et liberam concedimus facultatem.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Sanctum Edmundum*, 21 die *Novembris.* Pat. 24 E. 1. m. 1. intus. Pro Waltero de Pederton, quod poſſit conferre Præbendam de Aberwyly & Eccleſiam de Penbehyr.

Pope *Boniface* by his uſurped Papal power, Bull, appropriating the Church of *Wermyngton* to the Abbey of *Peterburgh*, whereof they had the Patronage; the King out of his ſpecial grace, authorized them accordingly to appropriate it by his Soveraign authority, and to hold it appropriate to them and their ſucceſſors againſt him and his heirs, notwithſtanding the Statute of *Mortmain*, by this Patent.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, **quod cum ſanctiſſimus Pater Dominus Bonifacius Summus Pontifex per ſuas Patentes literas Bullatas conceſſerit dilectis nobis in Chriſto Abbati et Conventui de Burgo Sancti** *Petri* Eccleſiam de *Wermyngton Lincoln.* Dioc. quæ eſt de ipſorum patronatu, **ſibi et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum in uſus proprios poſſidendam**, prout in eiſdem literis plenius continetur, volentes eidem Abbati & Conventui gratiam in hac parte facere ſpecialem, **conceſſimus eis pro nobis et hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod ipſi Eccleſiam prædictam cum pertin. appropriare, et eam appropriatam** Pat. 24 E. 1. m. 2. Pro Abbate & Conventu de Burgo S. Petri de Eccleſia de Wermyngton eis in propriòs uſus approprianda.

An. 24 *E.* 1. tenere et habere possint sibi et successoribus suis in proprios usus, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum imperpetuum; Statuto nostro de terras et tenem. ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cujus, &c. Teste Rege apud *Benteley*, 26 die *Octobris*.

* Here, p. 631. In *Clauſ.* 24 *E.* 1. *m.* 6. *dorſo*, the Kings * premiſed Letters to the Cardinals, concerning the Popes proviſion to the Church of *Monketon*, is enrolled with this other to the ſame effect, but ſhorter, to Cardinal *Beraldus Albanenſis*, which I found likewiſe in another Record by it ſelf in the *White Tower*.

Clauſ. 24 E. 1. m. 6. dorſo. REX venerabili in Chriſto patri, Domino *Beraldo*, Dei gratia Epiſcopo *Alban.* amico ſuo chariſſimo, *&c.* ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum; literas veſtras pro Magiſtro *Jacobo*, nepote venerabilis in Chriſto patris Dom. *Franciſci Neapoleonis* Sanctæ *Luciæ in ſilice* Diaconi Card. ſpecialis amici noſtri, ſuper negotio collationis Eccleſiæ de *Munketon Cantuar.* Dioc. per fælicis recordationis *Cœleſtinum* Papam quintum in *Romana* Curia ſibi factæ, et confirmationis per ſanctiſſimum Patrem Dominum *Bonifacium* ſummum Pontificem ſuper hoc ſubſecutæ, nobis per latorem præſentium præſentatas, affectione plena recepimus, et earum tenorem intelleximus diligenter. Sane quia in grave præjudicium, et manifeſtum noſtri et hæredum noſtrorum exhæredationem, ac enormem Coronæ noſtræ Regiæ (cujus jura illæſa in omnibus obſervare vinculo juramenti aſtringimur) læſionem evidentius redundaret, ſi effectum in præfato caſu dicta collatio ſortiretur, prout per Conſiliarios noſtros ac Magnates et Proceres Regni noſtri pluribus rationibus et exemplis evidentibus conſultum nobis extitit, contemplatione collationem eandem non poſſumus nec debeamus æquanimiter tolerare. Verum veſtri conſideratione, ac aliorum Cardinalium pro præfato *Jacobo* ſpecialiter intercedentium, et oſtenſum intendimus eidem *Jacobo*, loco et tempore opportunis, ſi noſtræ memoriæ tunc occurrat, de alio competenti beneficio providere. Dat. apud *Alnewick*, 25 die *Septembris*.

In a bundle of ſeveral original Letters in the *White Tower* from *Adulphus* the Emperour, *Rodolphus* Earl of *Flanders*, the Biſhop of *Leige* and others to King *Edward* the firſt, *Anno* 24 of his reign, I found this Epiſtle to him from a *Roman* Cardinal, for his favor and aſſiſtance concerning another Proviſion granted by Pope *Boniface* to one *John* a *Roman*, of a Canonry or Prebendary then vacant, or which ſhould firſt fall void, in the Church of *Lincoln*.

Bundela Epiſtolarum, &c. An. 24 E. 1. SEreniſſimo Principi, amico chariſſimo, Domino *Edwardo*, Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri; *Matthæus* miſeratione Divina, S. *Mariæ in portica* Diaconus Cardinalis, ſalutem in eo per quem Reges regnant. Cum ſanctiſſimus Pater et Dominus noſter, Dominus B. divina providentia Summus Pontifex, chariſſimo Conſanguineo noſtro *Johanni* nato Nobilis viri, Conſanguinei & amici noſtri Kariſſimi Domini *Landulphi de Columpna*, de Canonicatu Lincolnienſis Eccleſiæ ac Præbendæ, dignitate, ſeu perſonatu, quam vel quem duxerit acceptandum, ſi in ipſa Eccleſia vacant ad præſens, gratioſe duxerit providendum: Alioquin præbendam dignitatem ſeu perſonatum proximo in eadem Eccleſia vacaturos conferendos eidem Johanni cum vacaverint duxerit reſervandos, prout in literis Apoſtolicis ſuper hoc confectis plenius continetur, licet ad hoc tanti ſufficiat authoritas mandatoris, quia tamen eundem *Johannem* ſpecialis dilectionis affectu proſequimur & favore, adjicimus efficaciter preces noſtras. Serenitatem Regiam affectuoſe rogantes, quatinus eundem Johannem, ob reverentiam præfati Domini noſtri, ac obtentu noſtrorum precaminum recommendatum habentes, penes venerabilem in Chriſto Patrem Dominum *O.* Dei gratia Epiſcopum, ac Decanum & Capitulum *Lincolnien.* velitis efficaciter interponere preces veſtras, quod ipſum Johannem, vel Procuratorem ſuum ejus nomine, ad pacificam poſſeſsionem Canonicatus dictæ Eccleſiæ, necnon ad Præbendam, dignitatem, ſeu perſonatum hujuſmodi, ſi vacant ad præſens, vel quamprimum ad id optulerit ſe facultas, juxta literarum Apoſtolicarum tenorem benigne recipiant in Canonicum, et in fratrem, et ſincera caritate pertractent; preces noſtras hujuſmodi taliter in hac parte (ſi placet) ad erauditionis veſtræ (gratiam) admiſſuri, quod dictus *Johannes* eas ſibi ſentiat in favoris augmentum, noſque

Serenitati

Serenitati Regiæ amplius aſtringamur cum dignis actionibus gratiarum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, &c. *An.* 24 E. I.

There was another Epiſtle to the ſame effect to the King, from *Mathæus miſeratione divina Portuenſis Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, Datum* Romæ *die* 5. *Maii.* But theſe Proviſions entrenching on the Rights and Prerogatives of his Crown, and priviledges of the Church of *England*, the King gave the like anſwers to them, as in the premiſed caſes of the Prebendaries of *Naſſington* and *Monketon*.

The King to pleaſe the Cardinals whoſe unjuſt ſuits he had denied, and to effect his affairs the better in the *Roman* Court, where all things were procured by bribes and penſions to Cardinals and other Officers, granted theſe Penſions this year to theſe *Roman* Harpies.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Obſequia fructuoſa quæ venerabilis pater *B.* titulo Sanctorum *Coſmæ* & *Damiani* Diaconus Cardinalis, ſicut ſperamus, exhibebit futuris temporibus attendentes, quinquaginta Marcas Sterlingorum eidem annuam concedimus Penſionem, percipiendam quamdiu vixerit, ad Scaccarium noſtrum; unam videlicet medietatem ad Scaccarium noſtrum Sancti *Michaelis*, & aliam medietatem ad Scaccarium noſtrum *Paſch.* In cujus, &c. Teſte Rege apud *Rokes*, 14 die *Maii*. Pat. 24 E. 1. m. 15. intus. Pro D. B. tit. S. Coſmæ & Damiani, Diacono Cardinali.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Grata obſequia quæ venerabilis Pater Dominus *Beraldus* Epiſcopus *Albanenſis*, Sanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis nobis olim in minori conſtitutus officio laudabiliter impendit diligentius attendentes, fructuoſaque ſubſidia quæ nobis imposterum ab ipſo ſperamus firmiter exhiberi perſpicacius advertentes; concedimus eidem ducentarum Marcarum Sterlingorum annuam Penſionem ad Scaccarium noſtrum quamdiu vixerit percipiendam; unam videlicet medietatem ad Scaccarium noſtrum *Paſch.* & aliam medietatem ad Scaccarium noſtrum Sancti *Michaelis*, primo termino ſolutionis incipiente ad Scaccarium noſtrum *Paſch.* prox. jam tranſactum. In cujus, &c. Teſte ut ſupra. Ibid. Pro Beraldo Epiſcopo Albanen. S. R. E. Cardinali, de annua penſione.

He likewiſe granted Protections to others, at the Cardinals requeſt, who no doubt had gratuities for procuring them, as theſe Records inform us.

FRater *Algucius* Prior ſive Cuſtos Eccleſiæ *Omnium Sanctorum* de *Writel London.* Dioc. ad inſtantiam venerabilis Patris Domini *B. Albanenſis* Epiſcopi Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis, amici Regis chariſſimi, habet literas Regis de protectione ſimplices ſine Clauſ. per biennium duraturas. Teſte Rege apud *Berewyke* ſuper *Twedam*, 27 die *Aprilis*. Pat. 24 E. 1. m. 16. intus. De Protectione.

MAgiſter *Henr.* perſona Eccleſiæ de *Sherham*, ad inſtantiam venerabilis patris Domini *B. Albanen.* Epiſcopi, Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis, amici Regis chariſsimi, habet litteras Regis de protectione ſimplices ſine clauſ. per biennium duraturas. Teſte ut ſupra. Ibidem.

Theſe Cardinals Grand deſign upon their return into *England*, being to collect and return what monies they could thence extort for new Procurations, as *Legates à latere*, from all the Clergy and religious Houſes in *England* and *Ireland*, procured this ſafe Conduct and Protection from the King for their *Italian* Merchants, Uſurers, and Collectors to come into *England*, to collect their Procurations and other monies throughout *England* and *Ireland*, and tranſport the ſame into *France*; together with a command to Sheriffs and other Officers to aſſiſt them therein, and if any were excommunicated by the Cardinals for refuſing to pay Procurations, to compell them thereunto by diſtreſſes or impriſonment; which the King to obtain their favour granted, as this Record informs us.

REX

REX

An. 24 *E.* 1.

Pat. 24 E. 1. m. 23. intus.

REX Vicecomitibus & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod ob reverentiam ſedis Apoſtolicæ et conſiderationem Patrum *B. Albanen.* & *S. Peneſtr.* Epiſcoporum Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalium amicorum noſtrorum ſpecialium, ſuſcepimus in ſalvum et ſecurum conductum noſtrum *Johannem Aldibrandini*, & *Gyani Lynchetti*, Mercatores Cameræ Domini Papæ et ipſorum Cardinalium de Societate *Clarentum* de *Pyſtorio*, pro negotiis ſedis prædictæ, et ipſorum Cardinalium per ipſos ad partes Angliæ deſtinatos, in eundo per totum regnum noſtrum, pecuniam eiſdem Cardinalibus de procurationibus ſuis in eodem Regno debitam colligendo, ibidem morando, et inde cum pecunia ſic collecta ad partes *Franciæ* redeundo; Ita tamen, quod ſub colore hujuſmodi nullam pecuniam propriam vel alienam, præterquam de procurationibus dictorum Cardinalium extra regnum noſtrum ducant, vel deferant quoquomodo. Et ideo vobis mandamus, quod eiſdem Mercatoribus in eundo per totum regnum noſtrum pecuniam præfatis Cardinalibus de procurationibus ſuis in eodem regno debitam colligendo, ibidem morando, et inde cum pecunia ſic collecta ad partes *Franciæ* redeundo, ſicut prædictum eſt, non inferatis, vel quantum in vobis eſt inferri permittatis, injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen, ſet potius illos quos in ſolutione procurationum prædictarum Contradictores inveniri contigerit et rebelles, poſtquam ea occaſione excommunicati fuerint ad ſolutionem procurationum earundum eiſdem Mercatoribus vel eorum alteri faciend. modo debito compellatis, quociens neceſſe fuerit, et a Mercatoribus prædictis, vel eorum altero ſuper hoc fueritis requiſiti. In cujus, &c. uſque ad feſtum Nativitatis Sancti *Johannis Baptiſtæ* prox. futur. duratur. Teſte Rege apud Sanctum *Edmundum*, 16 die *Novembris*. Which Protection the next year was renewed to them for a longer time, as *Pat.* 25 E. 1. m. 2. aſſures us, where it is inrolled. The like Patent iſſued to his Chief Juſtice and all other Officers, perſons in *Ireland*, to aſſiſt their Chaplain *John Bonichi de Senis* (ſent a *ſecond time into *Ireland*, to collect their Procurations from the Clergy there, with power to excommunicate thoſe who refuſed to pay them) and enforce excommunicate perſons to pay the ſame.

* See here, p. 620.

Pat. 24 E. 1. m. 4. intus. De Procurationibus Cardinalibus debitis in partibus Hyberniæ exigendis & levandis.

REX dilectis & fidelibus ſuis Juſticiario ſuo *Hyberniæ* Cancellar. Theſaur. Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis & fidelibus ſuis de terra *Hyberniæ* ad quos, &c. ſalutem. Cum venerabiles patres Domini *B. Albanenſis* et *S. Peneſtr.* Epiſcopi, Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinales amici noſtri charisſimi, ad nos et Regem *Franciæ* per Dominum Summum Pontificem Nuncii deſtinati, Magiſtrum *Johannem Bonichi de Senis* Capellanum eorundem mittant ad dictas partes *Hiberniæ* ad procurationes eis in partibus illis debitas exigendas. Vobis mandamus, quod eidem Magiſtro *Johanni* cum ab ipſo requiſiti fueritis, ſalvum et ſecurum conductum præſtantes in levandis ſeu exigendis dictis procurationibus, et contradictoribus ſeu rebellibus, ut Juſtitia ſuaſerit compeſcendis, impendatis eidem favorem, conſilium et juvamen, Excommunicatos etiam ob eandem cauſam poſtquam in ipſa excommunicatione ſtatuto tempore contumaciter perſtiterint, et de hoc vobis legitime conſtiterit ad debitam inde ſatisfactionem modo debito compellatis hac vice de noſtra gratia. In cujus, &c. uſque ad feſtum *Paſch.* prox. futur. dur. Teſte Rege apud *Berewick* ſuper *Twed*, 30 die *Auguſti*.

Thus did theſe Cardinals under pretext of making a Truce between *England* and *France*, twice prey upon the *Engliſh* and *Iriſh* Churches, Clergy, and tranſport their Treaſure into *France* to enrich themſelves and our *French* Enemies.

The King this year ſending forces into *France* to recover his right to *Vaſcoigne*, and after that Commiſſioners to *Cambray* to the Cardinals, to treat and conclude a League between him and the *French* King; by his Soveraign Eccleſiaſtical authority, iſſued theſe pious Writs to his Archbiſhops, Biſhops, Abbots and Priors, to make devout and hearty prayers to God in all their Churches and Dioceſſe, for his bleſſing upon his forces to recover and defend his right, and alſo on that Treaty, to put ſuch a period to the Wars, and ſettle ſuch a Truce as might redound to the praiſe of God, his own honor, and the profit of his Realm.

REX

An. 24 E. 1.

REX Venerabili in Christo patri *R.* eadem gratia *Cantuar.* Archiep scopo, totius *Angliæ* Primati salutem. Evidentem causæ nostræ justitiam, quam vos latere non credimus, fervente studio hactenus prosecuti, & adhuc summo opere prosequentes, pro recuperatione & defensione terræ nostræ *Vascon.* tanquam Coronæ Regiæ, et honori Regni nostri *Angliæ* hæreditario jure annexæ, de qua Rex *Franciæ* nos injustè exhæredare conatur, ad partes ipsius Ducatus gentes nostras nuper cum potentia, quàm tunc commode potuimus, & nunc demum *Edmundum* fratrem nostrum cum honorabili comitiva Nobilium dicti Regni duximus destinand. Sane cum in homine non sit auxilium, sed e cœlo, ac propter hoc oporteat impotentiam nostram divinæ manus præsidiis sustentari, Paternitatem vestram requirimus et rogamus, quatenus non solum nostram sed vestram justitiam intuentes, et corda vestra sursum habentes ad Dominum, apud eum, ut hæc et alia quæ negotio expedire cognoveritis antedicto procedant salubriter, et in manibus nostris prospere dirigantur, devotis supplicationibus insistatis. Cumque ob reverentiam sedis Apostolicæ, et ad venerabilium Patrum *B. Albanen.* et *S. Penestrin.* Episcoporum, Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinalium requisitionem instantem, ad tractandum de Treugis et Pace cum Rege prædicto super guerris, dissensionibus, et discordiis quibuscumq; inter ipsum et nos exortis et motis, solennes Nuncios nostros ad partes miserimus transmarinas ad præsentiam Cardinalium prædictorum, piam affectionem vestram excitet quæsumus debitum caritatis, ad divinam misericordiam vestris intercessionibus implorand. ut præsentis temporis tempestuoso procellarum turbine quiescente, uberiora tempora sub tranquilliorjs auræ serenitate succedant, quodque ad feliciter hæc et alia peragenda, quæ cepimus, dextera Regis Regum potenter adjuti, ea ad laudem ipsius et honorem nostrum, ac commodum regni nostri ad optatum effectum deducere valeamus. Præmissa vero omnibus viris subditis in vestra Dioc. constitutis, specialibus orationibus facienda, per vos injungi petimus et mandari. Teste Rege apud Sanctum *Albanum*, primo die *Januarii.*

Consimiles literæ diriguntur, *J. Eborum* Archiepiscopo *Angl.* Primati, & Episcopis subscriptis, videlicet,

J. Episcopo *Roff. R.* Episcopo *London. O.* Episcopo *Lincoln. R.* Episcopo *Norwycen. W.* Episcopo *Elyen. G.* Episcopo *Cycestr. J.* Episcopo *Wynton, Tho. Exon.* Episcopo, *N.* Episcopo *Sarum, W. Bathon.* & *Wellen.* Episcopo, *G. Wygorn.* Episcopo, *R. Hereford.* Episcopo, *A.* Episcopo *Bangor. .... Assaven.* Episcopo, *J.* Electo *Landaven. J. Karleolen.* Episcopo, *A.* Episcopo *Dunolmen.* Custodi Spiritualitatis *Coventr.* & *Lych.* sede vacante, Electo *Menevens.* vel ejus vices gerenti, ipso agente in partibus transmarinis. (A pattern worthy imitation by Protestant Kings, Prelates, in times of Warr, and Treaties of Peace.)

REX dilecto sibi in Christo Abbati Sancti *Augustini Cantuar.* salutem. Evidentem causæ nostræ justiciam, &c. ut supra, usque ibi præsidiis sustentari. Et tunc dicitur, Vos requirimus & rogamus quatinus, &c. ut supra. Præmissa vero omnibus vestris subditis specialibus orationibus facienda, per vos injungi petimus et mandari. T. R. apud *Crucem Roes.* 7. die *Januar.*

Consimiles literæ diriguntur Abbatibus subscriptis, videlicet;

Abbati de Sancto *Albano*, Abbati de *Waltham*, Abbati de Sancto *Edmundo*, Abbati de *Evesham, Exempti*; Abbati de *Furneys*, Abbati de *Salley*, Abbati de *Novo Monasterio*, Abbati de *Jeroval*, Abbati de *Fontibus*, Abbati de *Bella Landa*, Abbati de *Melsa, Cisterc. Ordinis.* Abbati de *Neuhous*, Abbati de *Croxton*, Abbati de *Alnewyk.* Abbati de *Egleston*, Abbati de S. *Agatha, Præmonstrat. Ordinis.* Magistro Ordinis de *Sempingham*, Fratri *Willielmo de Hothum* Priori Provinciali de Ordine Fratrum Prædicatorum in *Anglia*, Ministro Ordinis Fratrum Minorum in *Anglia*, *&c.* quod ipsi in singulis Domibus suis specialibus orationibus, &c.

Clauſ. 24 E. 1. m. 10. dorſo.

He likewise by his Ecclesiastical prerogative sent these Writs to his Archbishops, Bishops, Abbots, and others, to make Prayers, sing Masses, and doe other works of piety for the Soul of his Brother *Edmond*, and after that of *Margaret* Queen of *France*, then lately deceased, according to the superstition of that age.

REX

Cl. 24 E. 1. dorso 10. See the 2d Part of my Signal Loyalty and Devotion of Gods true Saints & Pious Christians towards their Kings, p. 42, 43.

An. 24 *E.* 1.

Clauſ 24 E. 1. m. 8. dorſo. De orationibus & ſuffragiis pro anima Edmundi fratris Regis.

REX Venerabili in Chriſto Patri *R.* eadem gratia *Cantuar.* Archiepiſcopo tocius *Angliæ* Primati ſalutem. Altiſſimus creator omnium ad hoc humanam naturam ad ſui ſimilitudinem & ymaginem creavit, ex anima & corpore conſtitutam, & in hoc mundo miſerabili collocavit, ut finito pro ſuæ voluntatis arbitrio hujus vitæ velut cujuſdam peregrinationis curſu, ipſum compoſitum in ſua principia reſolvatur, & ad terram de qua eſt corpore redeunte, ad Dominum à quo datus eſt Spiritus revertatur. Quam quidem peregrinacionem nemo poteſt ſine multarum coinquinacionum contagione peragere, ſicut nec pedes itinerancium iter ſuum abſque pulveris adhæſione tranſire; quare ſummè indigent à præſenti ſeculo tranſeuntes vivorum ſuffragiis adjuvari: Cum itaque vir illuſtris *Edmundus* unicus frater noſter cariſſimus, qui noſtris & regni noſtri negociis ſemper promptus, devotus extitit & fidelis, et in quo virtutum & gratiarum dona multiplicia prælucebant, ab hac luce prout ipſi plaſmatori placuit ſit ſubtractus, ex qua ſubtractione reputamus nos & ipſum regnum plurimum deſolatos, quod vobis non ſine gravi cordis amaritudine nunciamus, **Paternitatem veſtram affectuoſis precibus attente requirimus et rogamus, quatinus ipſius fratris noſtri exequias cum devotione ſollempniter celebrantes, ejus animam cum decantacione miſſarum et aliis debotarum orationum ſuffragiis ipſi Deo altiſsimo commendetis. Illud idem ab univerſis et ſingulis Religioſis, et aliis perſonis Eccleſiaſticis ſubditis veſtris per totam veſtram Diocesim fieri ſpecialiter injungendo.** Teſte Rege apud *Aberden.* 15 die *Julii.*

Conſimiles literæ diriguntur ſingulis Epiſcopis per *Angliam.* T. ut ſupra.

Conſimiles literæ diriguntur Abbatibus ſubſcriptis, uſque ibi paternitatem, &c.

Abbati de Sancto *Edmundo*, &c. as in the other Page.

Ibid. m. 10. dorſo. De orando pro anima Margaretæ quondam Reginæ Franciæ.

REX Venerabili in Chriſto Patri *R.* eadem gratia *Cantuar.* Archiepiſcopo, totius *Angliæ* Primati, ſalutem. Cum claræ memoriæ *Margareta* quondam Regina *Franciæ* amita noſtra jam viam univerſæ carnis, prout conditori omnium placuit, ſit ingreſſa, **cujus animæ piis orationibus devotorum coram Deo cordis ex intimo cupimus ſubbeniri; Paternitatem veſtram ſincera mente requirimus et rogamus, quatinus animam præfatæ Reginæ in Miſſarum celebrationibus et aliarum orationum ſuffragiis aliiſque pietatis operibus ſpecialiter commendetis, ipſam a Religioſis et aliis ſubditis veſtris per veſtram Dioc. conſtitutis ſimiliter adjuvari per hujuſmodi ſuffragia facientes.** Teſte Rege apud *Thetford*, 22 die *Januarii.*

Conſimiles literæ diriguntur ſ. Archiepiſcopo *Angliæ* Primati, & Epiſcopis ſubſcriptis, videlicet;

ſ. Roffen. R. London. O. Lincoln. R. Norwycen. W. Elien. G. Ciceſtr. I. Wynton. Th. Exon. N. Sarum, W. Bathon. & Wellen. G. Wigorn. R. Hereford. A. Bangoren. ..... Aſſaven. Electo *Landaven.* vel ejus vices gerenti, *I. Karleolen. A. Dunolm.* Cuſtodi Spiritualitatis *Coventr.* & *Lych.* Electo *Meneven.* vel ejus vices gerenti.

* See here, pag. 641. Pat. 24. E. 1. memb. 22. De decima à Prælatis & Clero Domino Regi conceſſa in ſingulis Epiſcopatibus Angliæ colligenda.

The King by his Letters patents appointed ſpecial Collectors in all Biſhopricks of the *Diſmes* given to him by the Clergy * the year before, according to their grant made to him.

REX dilecto ſibi in Chriſto Priori *Roffenſi*, ſalutem. Cum Prælati & totus Clerus de regno noſtro **decimam beneficiorum et bonorum ſuorum, de quibus decima ultimo in ſubſidium terræ ſanctæ conceſſa fuit, data nobis in ſubſidium noſtrum de anno præſenti, juxta taxacionem ultimo inde factam liberaliter conceſſerint et gratanter,** beneficiis Eccleſiaſticis perſonarum plura beneficia Eccleſiaſtica non habencium per eandem taxacionem valorem ſex marcarum annuarum non excedentibus dumtaxat exceptis; ita quod una medietas ejuſdem decimæ primo die *Marcii* proximo futura; & altera medietas in feſto ſanctæ *Trinitatis* proximo ſequenti nobis perſolvantur. Nos de veſtra fidelitate & diligencia confidentes, **aſſignavimus vos ad dictam decimam ſecundum taxacionem illam in Epiſcopatu *Roff.* colligendam, adunendam, et in tuto loco reponendam, et ſalvo cuſtodiendam, donec aliud a nobis inde**

inde habueritis in mandatis. Et ideo vobis mandamus, rogantes quatinus eandem decimam in forma prædicta colligatis, adunetis, & eam in tuto loco reponatis & custodiatis; ita quod eam promptam & paratam habeatis, juxta æquales portiones dictis terminis nobis solvendam & liberandam, cum super hoc à nobis fueritis requisiti. Et hoc sicut nostrum & vestrum honorem diligitis nullatenus omittatis. Concesserunt eciam nobis dicti Prælati, quod Clerum suarum diocœsium auctoritate sua, quam vobis per literas suas patentes præstabunt, ad solucionem dictæ decimæ, ut præmittitur faciendam compellere valeatis. In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Westm.* 11 die *Decembr.* *An.* 24 *E.* 1.

Eodem modo assignantur subscripti in Episcopatibus subscriptis, *viz.* *Elyen*, Prior *Elyen*, Prior de *Bernewell*, &c.

After which Subsidy granted, sundry of the Bishops, Abbots, Abbesses, Priors, Deans, Archdeacons, Parsons and Vicars of *England*, to secure their persons and goods from seisure, renewed the former * Protections granted them *Anno* 22 *E.* 1. thinking thereby to preserve their lands, persons goods from seisure, though they denyed to grant the King any future Subsidie or supplies. A catalogue of which Protections, and those religious persons & Clergy-men who sued for them I shall here present you with out of the Records of 24 *E.* 1. which will inform you of what Order every Monastery and Priory therein specified were, and to what Monasteries any of them appertained as Cells. * See here, p. 588 to 600.

REX Capitan. marinariorum & eisdem marinariis, Vicecom. & Ballivis & fidelibus suis ad quos, *&c.* salutem. Cum Prælati et totus Clerus de regno nostro decimam beneficiorum et bonorum suorum, de quibus decima ultimo in subsidium Terræ sanctæ concessa fuit data nobis in subsidium nostrum de anno præsenti juxta taxacionem ultimo inde factam liberaliter concesserint et gratanter; nos eorumdem Prælatorum et Cleri quieti et tranquilitati ex hac causa libencius provídere volentes, suscepimus in protectionem et defensionem nostram specialem præfatos Prælatos et singulos de Clero prædicto, *&c.* Teste Rege apud *Westm.* 11 die *Decembr.* Pat. 24. E. 1. m. 21 & 22, De protectione pro Prælatis & toto Clero regni.

Et postmodum factæ fuerunt literæ consimiles in omnibus, hoc excepto, quod nomina *Prælatorum* in eisdem fuerunt specificata, & hujusmodi literas habuerunt subscripti, *viz.*

G. Wygorn. Episcopus, *J. Karliolen.* Episcopus, *J. Wynton.* Episcopus, *R. Herefordens.* Episcopus, *O. Lync.* Episcopus, *R. Northwycen.* Episcopus, *R. London.* Episcopus, *Th. Roffen.* Episcopus, *R. Cantuar.* Archiepiscopus *Angliæ* Primas, *J. Ebor.* Archiepiscopus *Angliæ* Primas.

Consimiles literas habent subscripti de verbo ad verbum, *viz.*

Abbas de sancto *Edmundo*, Abbas *Westmonasterii*, Abbas de *Waltham*, Abbas de sancto *Albano*, Prior de *Elsham*.

Consimiles literas de protectione habet Magister ordinis de *Sempringham* pro se & Prioribus suis ejusdem ordinis. Teste Rege apud *Westm.* 11 die *Decembr.*

Consimiles literas de verbo ad verbum habent subscripti, qui sunt de eodem Ordine, viz. *Cisterc.*

Abbas de *Bellalanda*, Abbas de *Gerovall*, Abbas de *Stratford*, Abbas de *Dukeswell*, Abbas de *Valle Regali*, Abbas de *Stanlowe*, Abbas de *Rupe*, Abbas de *Holmcoltran*, Abbas de *Cumbermere*, Abbas de *Furneys*, Abbas de *Rufford*, Abbas de *Ryevall*, Abbas *Novi Monasterii*, Abbas de *Swynesheved*, Abbas de *Ford*, Abbas de *Melsa*, Abbas de *Bildewas*, Abbas de *Wardon*, Abbas de *Newenham*. Cistercienses.

Ordinis sancti *Benedicti*. Abbas de *Pershore*, Prior *Dunelm*. Prior de *Bretton Monachorum*, Abbas de *Waledene*, Abbas de *Heneshaw*, Prior de *Ely*, Abbas *Salop*. Abbas de Burgo sancti *Petri*, Abbas beati *Mar. Ebor*. Prior Ecclesiæ *Christi Cant*. Abbatissa de *Godestowe*, Prior sanctæ *Bege*, Abbatissa de *Berkyng*, Abbas de *Shireburn*, Prior sanctæ *Fidis*, Prior de *Spaldyngg*, Abbas de *Abyndon*, Abbas de *Horrefeld Regis*, Abbas de *Croyland*, Abbas de *Bynham*, Abbas de *Thorneye*, Prior de *Shareshithe*, Prior de *Belvero*, Prioriss de *Cotun*, Prior de *Pontefracto*, Abbas B. *Mariæ Ebor*. Prior de *Wederhall*. Benedictini.

Sancti *Augustini*. Prior sancti *Oswaldi*, Prior sancti *Gregorii Cantuar*. Abbas de *Haghemon*, Augustini.

An. 24 E. 1. *Haghemon*, Prior de *Warire*, Prior de *Weſtacre*, Abbas de *Grymesby*, Prior de *Gysburn*, Abbas de *Oſeney*, Prior beatæ *Mareæ Karl.* Prior de *Brydlyngton*, Prior de *Donenlawe*, Abbas ſancti *Jacobi extra Norht.* Prior ſancti *Barthol.* de *Smethefeld London*, Prior de *Merton*, Prior de magna *Malingham*, Prior de *Flutham*, Prior de *Bernewell*, Prior de *Tremenhalle*, Prior de *Petreſton*, Abbas de *Crulond*, Prior de *Kirkeham*, Prior de *Newenham*, Prior de *Huntirdon*, Prior de *Thurgerton*, Prior de *Beſton*, Prior de *Lauretoſt*, Abbas de *Crek*, Prior de *Waburn*, Abbas de *Thorneton*, Prior de *Shelford*, Prior de *Swyneſheved*, Prior de *Brinton*, Abbas de *Brunne*, Prior de *Novo loco* juxta *Staundford*, Prior de *Boulton* in *Cravene*, Prior de *Hextildeſham.*

Præmonſtratenſes.

Præmonſtracen. Abbas de *bello Capite*, Abbas de *Heppe*, Abbas de *Coverham*, Abbas de *Tupholm*, Abbas de *Begeham*, Abbas de *Croxton*, Abbas de *Weſtderham*, Abbas de *Neubo*, Abbas ſanctæ *Agathæ*, Abbas de *Newehus*, Abbas de *Egleſton.*

De protectione pro Alienigenis.

Prior de *Okeburn*, quæ eſt Cella Abbaciæ de *Becco Herlewycini*, in poteſtate Regis *Franciæ* exiſtentis. Prior de *Prittelwell*, quæ eſt Cella Abbaciæ *Cluniacen.* Prior de *Frompton*, quæ eſt Cella Abbaciæ de *Cudamo.* Prior de *Nowne* & *Novo mercato*, quæ ſunt Cellæ Abbaciæ ſancti *Ebrulphi.* Prior de *Ware*, quæ eſt Cella Abbaciæ ſancti *Ebrulphi.* Prior de *Breſete*, quæ eſt Cella Prioratus *Nobiliaci* in *Lymoches.* Prior de *Eſtle*, quæ eſt Cella Abbaciæ ſancti *Taurini Ebroycen.* Prior de *Hetton*, quæ eſt Cella Abbaciæ *Cluniacen.* Prior de *Godeclif*, quæ eſt Cella Abbaciæ de *Becco Harlewyni.* Prior de *Theford*, quæ eſt Cella Abbaciæ *Cluniacen.* Prior de *Stonyngton*, quæ eſt Cella Abbaciæ de *Becco Harlewyni.* Prior de *Carinton*, quæ eſt Cella Abbaciæ de *monte Sancti Michaelis* in periculo maris. Prior de *Stanegate*, quæ eſt Cella Abbaciæ *Cluniacen.* Prior de *Lodres*, quæ eſt Cella Abbaciæ de *Monte Burgi.* Prior de *Nenton Lungevyle*, quæ eſt Cella Abbaciæ *Cluniacen.* Prior de *Wenelok*, quæ eſt Cella Abbaciæ *Cluniacen.* Prior de ſancto *Neoto*, quæ eſt Cella Abbaciæ de *Becco Harlewyni.* Prior de *Mereſeye*, quæ eſt Cella Abbaciæ ſancti *Audeni Rothomagi.* Frater *Robertus de la Vall*, Procurator Abbatis ſancti *Nicholai Andegaviæ* in *Anglia.* Frater *Galfridus de Aqua*, Ballivus Abbatis de *Conchis* in *Anglia.* Frater *Johannes de Alneto*, Ballivus Abbatis de *Alneto* in *Anglia.* Frater *Willielmus de Saviniaco*, Ballivus Abbatis de *Saviniaco* in *Anglia. Willielmus Oliver*, procurator Abbatis de *Sagio* in *Anglia.* Magiſter Domus ſancti *Marci* de *Billeſwyk.* Prior ſancti *Trinitatis Norwyci.* Prior de *Lewes. Petrus* Prior *de la Sele*, quæ eſt Cella Abbaciæ de ſancto *Florencio* de *Salinuro.* Prior de *Lenton*, quæ eſt Cella Abbaciæ *Cluniacen.* Prior de *Caſtelacre* Ordinis *Cluniacenſis.* Prioriſſa de *Wallandewelles.* Prior ſanctæ *Trinitatis Ebor.* quæ eſt Cella *majoris Monaſterii* in poteſtate Regis *Franciæ* exiſtentis. Frater *Richardus* Procurator ſanctæ *Andreæ Northampton*, quæ eſt Cella Prioratus *Caritaten.* ordinis *Cluniacen.* Frater *Vigor*, Ballivus Abbatis de *Fyſcampo* in *Anglia.* Prior de *Wylminton*, quæ eſt Cella Abbaciæ beatæ *Mariæ* de *Greſtono.* Prior de *Ravenſdale.* Prior de *Camerингham.* Prior de *Lenton.* Prior de *Paunfeld* & *Welle.* Prior de *Hagh.* Frater *Dionyſius* Prior de *Arundel.* Frater *Hugo* Cuſtos Eccleſiæ de *Uppechirche.* Prior de *Patrikeburn.* Prior de *Triwle.* Frater *Walterus* de *Dunes*, Cuſtos Eccleſiæ de *Eſtchirche* in *Shepeye. Agatha*, Prioriſſa de *Leominiſtre.* Frater *Petrus* de *Folkeſton. Nicholaus* Prior de *Toſtes.* Prior de *Lancaſtr.* Prior de *Weſton. Galfridus* de *Totteneys.* Frater *Johannes*, Prior de *Kirkeby* Monachorum. Prior de *Wyleford.* Prior de *Tuttebur.*

Pat. 24. E. 1. m. 22. dorſo. Protectiones pro perſonis Eccleſiaſticis.

Conſimiles Protectiones de verbo ad verbum habent ſubſcripti, *&c.* (*many of them Pluraliſts, notwithſtanding all Canons againſt Pluralities.*)

Walterus Curzun, Perſona Eccleſiæ de *Bnggecaſterton. Willielmus* de *Byrlaco*, Perſona Eccleſiæ de *Kyngeſnenton.* Magiſter *Richardus* de *Hertford*, Archidiac. *Hereford. Walterus* de *Rudmurleye*, Canonicus Eccleſiæ ſancti *Ethelberti Hereford.* & Perſona Eccleſiæ de *Lugwardyn*; & Magiſter *Willielmus* de *Kyngeſcote*, Canonicus Eccleſiæ prædictæ ſancti *Ethelberti Hereford.* & Perſona Eccleſiæ de *Weſtbury. Willielmus* de *Byrlaco*, Perſona Eccleſiarum de *Warſop* & *Handeſworth. Henricus* de *Lenn*, Perſona Eccleſia de *Ryſton* & *Aſſheby. Nicholaus* de *Spronton*, Perſona Eccleſiarum ſancti *Jacobi Lond.* & Beatæ *Mariæ de la Rye*, & Præbendarius Præbendæ de *Werthings* in Eccleſia de *Haſtyngges. Richardus* de *Marnham*, Perſona Eccleſiæ de *Lameleye. Willielmus* de *Cornub.* Perſona Eccleſiæ de *Tonceſtre.* Magiſter *Petrus* de *Inſula*, Arch. *Wellen. Johannes* de *Aqua Blanca*, Decanus Eccleſiæ ſancti *Ethelberti Hereford. Robertus* de *Lond.* Perſona Eccleſiæ de *Wykware.* Magiſter *Willielmus* de *Grenefeld*, Canonicus Eccleſiarum Beati *Petri Ebor.* & Sancti *Wilfridi* de *Rypon*, &

Perſona

Perſona Eccleſiæ de *Stretſted* ſuper *Avenam*. Magiſter *Johannes* de Sancto *Leofardo*, Perſona Eccleſiæ de *Egremunt*. *Johannes* de *Langeton*, Theſ. Eccleſiæ *Wellenſis*; & Perſona Eccleſiæ de *Lodeſwello*. *Johannes* de *Godelegh*, Perſona Eccleſiarum de *Lovepute* & *Boclond*. Magiſter *Henr. Sampſon*, Perſona Eccleſiarum de *Fyskerton*, *Haryngby*, & *Ingeſworth*. *Willielmus* de *Dale*, Perſona Eccleſiæ de *Dale* juxta *Sandwyk*. Magiſter *Hugo Sampſon*, Perſona Eccleſiarum de *Byrkyn* & *Landeford*. Magiſter *Henricus Sampſon*, Perſona Eccleſiarum de *Eſton*, *Croton*, *Flete*, *Walſham*, *Erpyngham*, & *Saham Comitis*. Magiſter *Johannes* de *Crancumbe*, Perſona Eccleſiarum de *Gouſle*, *Mapelton*, *Burton*, *Wyverthorp*, *Grendale*, *Byrton*, & *Aymyniſtr*. Magiſter *Rogerus* de *Aſpale*, Perſona Eccleſiæ de *Stanham antegeyne*. Magiſter *Rogerus* de *Aſpale*, Perſona Eccleſiæ de *Henneye*. Magiſter *Petrus* de *Anebur*, Canonicus Eccleſiæ *Wellen*. & Perſona Eccleſiarum de *Godeſhull* & *Neuton* in Inſula *Vecta*. Magiſter *Jacobus* de *Moun*, Perſona Eccleſiæ de *Brompton*. *Johannes* de *Scalleby*, Perſona Eccleſiæ de *Mumby*. Magiſter *Robertus* de *Redeſwelle*, Archid. *Ceſtr*. & *Richardus* de *Rouleſham*, Perſona Eccleſiæ de *Grepenhale*. *Henricus* de *Stratton*, Perſona Eccleſiæ de *Cotyngham*. *Hugo* de *Eyton*, Perſona Eccleſiæ de *Lymynton*. *Johannes* de *Godeſlegh*, Perſona Eccleſiæ de *Foxhyrd*. *Henricus* de *Upavene*, Perſona Eccleſiæ de *Cannpeden*. *Henricus* de *Stratton*, Perſona Eccleſiæ de *Stokes*. *Brancaleo* de *Lavanne*, Canonicus Eccleſiæ Sanctæ *Cedda Lich*. & Perſona Eccleſiæ de *Tyryngton*. *Guydo* de *Shenedone*, Perſona Eccleſiæ de *Weſton*. *Walterus* de *Wermyngton*, Perſona Eccleſiæ de *Middleton*. *Richardus* Perſona Eccleſiæ de *Kyngeſton* Magiſter *Johannes* de *Boghes*, Perſona Eccleſiæ de *Kyrkelenyngton*. Magiſter *Petrus* de *Fylnel*, Perſona Eccleſiæ de *Methynges*. Magiſter *Walterus* de *Wotton*, Archid. *Huntyndon*. *Hugo* de *Normanton*, Perſona Eccleſiæ de *Fletburgh*. Magiſter *Gocelinus* Archid. de *Stowe*. *Willielmus* Perſona Eccleſiæ de *Boklaund*. Magiſter *Henricus* de *Newerk*, Decanus Eccleſiæ beati *Petri Ebor*. *Robertus* de *Langeton*, Perſona Eccleſiæ de *Cotherſtok*. *Radulphus* de *Breghton*, Perſona Eccleſiæ de *Wytteleford*. *Adam* de *Novo Caſtro*, Perſona Eccleſiæ de *Kirkelaund*. *Johannes* Perſona Eccleſiæ de *Tunſted*. Magiſter *Richardus* de *Tynton*, Perſona Eccleſiæ de *Stylton*. *Godefridus* Perſona Eccleſiæ de *Digneſwell*. *Laurentius* de *Sancto Michaele*, Perſona Eccleſiæ de *Dogmaresfeld*. Magiſter *Johannes* de *Sancto Leofardo*, Canonicus Eccleſiæ Sanctæ *Trinitatis Ciceſtr*. *Willielmus* de *Askeby*, Perſona Eccleſiæ de *Ilkeleye*, & medietatis Eccleſiæ de *Weſtwalton*. *Johannes* de *Sheffend*, Perſona Eccleſiæ de *Fuldon*. *Willielmus* de *Clere*, Perſona Eccleſiæ de *Brafferton*. *Willielmus* de *Clare*, Perſona Eccleſiarum de *Brafferton*, & de *Beauver*. Magiſter *Reymundus* de *Feraria*, Canonicus Eccleſiæ beatæ *Mariæ Sarum*. *Egidius* de *Andenard*, Canonicus Eccleſiæ Sancti *Wilfridi Ripon*. *Johannes* de *Stockton*, Perſona Eccleſiæ de *Stokes* juxta *Undelee*. *Willielmus* de *Stockton*, Perſona Eccleſiarum de *Whethamſted*, *Lafford*, & *Omnium Sanctorum Derbeye*. *Nicholaus* Perſona Eccleſiæ de *Wyncheffeld*. *Rogerus* Perſona Eccleſiæ de *Weluwes*. *Galfridus* de *Whethamſteâe*, Perſona Eccleſiæ de *Hunneſdon*. *Simon* de *Grelleye*, Perſona Eccleſiæ de *Godmerſham*. Magiſter *Johannes* de *Well*, Canonicus Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Sutwell*, & Perſona Eccleſiæ de *Kaldebek*. Magiſter *Johannes* de *Pyreleſdon*, Perſona Eccleſiæ de *Stradeſel*. *Ivo* Perſona Eccleſiæ de *Wadchou*. *Edmundus* de *Neubur*, Perſona Eccleſiæ de *Shetham*. *Willielmus* de *Beveroote*, Perſona medietatis Eccleſiæ de *Seggebrok*. Magiſter *Laurentius* Perſona Eccleſiæ de *Ardleſthorp*. *Johannes* de *Shefeld*, Perſona Eccleſiæ de *Thorneton* in *Craven*. *Alanus* Perſona Eccleſiæ de *Oleteye*. Magiſter *Radulphus* de *Ebor*. Canc. Eccleſiæ beatæ *Mariæ Sarum*. Magiſter *Stephanus* Perſona Eccleſiæ de *Walſokne*. Magiſter *Robertus* de *Grymesby*, Perſona Eccleſiæ de *Belesby*. *Gilbertus* de *Wallaningtou*, Perſona Eccleſiæ de *Homſvill*. *Thomas* de *Perers*, Perſona Eccleſiæ de *Kirkeby* in *Aſhfeld*. *Thomas* Perſona Eccleſiæ de *Gedelyng*. *Nicholaus* de *Ros*, Perſona Eccleſiarum de *Effinton* & *Stokeraubeney*. *Johannes* de *Wycham*, Perſona Eccleſiæ de *Tyringham*. *Alanus* Vicarius Eccleſiæ de *Dunſton*. *Thomas* Perſona Eccleſiæ de *Weſtraſen*. *Willielmus* de *Caples*, Perſona Eccleſiæ de *Layſeby*. Magiſter *Simon* de *Luda*, Perſona Eccleſiæ de *Alesby*. *Rogerus* de *Alto Monaſterio*, Perſona Eccleſiæ de *Deneford*. Magiſter *Willielmus* de *Pikering*, Archidiaconus *Notingh*. *Radulphus* de *Pykeryng*, & *Robertus* de la *Forde*, Canonici Eccleſiæ beati *Petri Ebor*. *Richardus* de *Fakeſle*, Perſona Eccleſiæ de *Croyby*. *Willielmus* de *Oxwyk*. *Walterus* de *Langeton*, Magiſter Hoſpitalis Sancti *Leonardi Ebor*. Magiſter *Willielmus Furnel*, Præpoſitus Eccleſiæ Sancti *Andreæ* de *Well*. Canonicus Eccleſiarum B. *Mariæ Sarum*, & B. *Petri* *Ebor*.

An. 24 *E.* 1.

An. 24 E. 1. *Ebor.* & Perſona Eccleſiæ de *Dounton.* Magiſter *Johannes de Suaynton,* Perſona Eccleſiæ de *Rodeſtayn.* Magiſter *Adam de Coupeland,* Perſona Eccleſiarum de *Kyrkeby* in *Clyveland* & *Foxholees.* *Willielmus* de *Hamelton,* Perſona Eccleſiæ de *Sabricheſworth.* *Willielmus* de Sancto *Oſwaldo,* magiſter Hoſpitalis Regis de *Neuton.* Magiſter Hoſpitalis beatæ *Mariæ* de *Weſtgate* de *Novo Caſtro* ſuper *Tynam.* Magiſter *Johannes* de *Cadamo,* Canonicus Eccleſiæ ſancti *Petri Ebor.* Magiſter *Arnaldus Lupi* de *Tilio,* Perſona Eccleſiarum de *Suthcrek* & *Marſham.* *Johannes* de *Langeton,* Perſona Eccleſiæ de burgo ſubtus *Staynmore.* *Radulphus* de *Stanford,* Perſona Eccleſiarum de *Bulton, Wotton,* & *Stepel Mordon.* *Petrus* de *Taunton,* Perſona Eccleſiæ de *Kirkeby Raveſwath.* *Robertus Herun,* Perſona Eccleſiæ de *Forde.* *Gilbertus* de *Ardern,* Perſona Eccleſiarum de *Hanewell* & *Aldeford.* *Rogerus* de *Aſherugg,* Perſona Eccleſiæ de *Kynges Ripton.* *Robertus* de *Benhale,* Perſona Eccleſiarum de *Riſhton, Bichhamwell,* & *Keleſhale.* *Gilbertus de Meſa,* Perſona Eccleſiæ de *Northcave.* Magiſter *Thomas de Eſthalle,* Perſona Eccleſiæ de *Atherfeld.*

But theſe Protections, being expired or forfeited ſoon after by their double denyal of a Subſidy to the King, in obedience to Pope *Boniface* his Bull, for which they were put out of the Kings protection, ſtood them in no ſtead at all.

Upon complaint of the Biſhop of *Ely* that his Tenants of divers Manors belonging to his Biſhoprick were diſtrained both in *Thetford* and *Norwich* for toll of their goods, from which they were exempted by his and his progenitors Charters; the King iſſued forth ſundry Writs to diſcharge them from the payment thereof, or to certifie the cauſes why they did it not: whereupon they made theſe returns and Certificates into the Chancery, which I found in the White Tower Chappel.

Brevia Regis, Anno 24 E 1. in Turre Londoñ.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ,* Dominus *Hiberniæ,* & Dux *Aquitaniæ,* Ballivis *Johannis de Warenna* Comitis *Surry* de *Thetford* ſalutem. Ex parte venerabilis patris *W. Elyenſis* Epiſcopi nobis eſt oſtenſum, quod cum ipſe & homines ſui per cartas progenitorum noſtrorum Regum *Angliæ* quieti ſint & eſſe debeant, & ipſe & prædeceſſores ſui Epiſcopi ejuſdem loci ac eorum homines à tempore confectionis cartarum illarum ſemper hactenus quieti extiterint à præſtatione Theolonii per totum regnum noſtrum, vos ab hominibus ejuſdem Epiſcopi de *Brigham, Feltewelle, Brandone* & *Northwolde* Theolonium exigitis, & ipſos ad Theolonium de bonis & mercimoniis ſuis præſtandum in villa veſtra prædicta diſtringitis, in enervationem libertatis prædictæ, minus juſtè, propter quod pluries mandavimus quod ſi ita eſt, tunc ab exactione quam facitis præfatis hominibus de Theolonio prædicto deſiſtentes ipſos inde pacem habere permitteretis, & diſtrictionem ſi quam eis ea occaſione fieri feceritis penitus relaxeretis eiſdem, Vos mandata noſtra prædicta parvipendentes, nichil hactenus inde facere curaſtis, de quo miramur. **Et quia præfatum Epiſcopum vel homines ſuos prædictos indebite prægravari nolumus in hac parte;** Vobis mandamus, ſicut pluries mandavimus, quod ab exactione prædicta deſiſtentes homines prædictos à præſtatione Theolonii prædicti quietos eſſe permittatis juxta tenorem prædictorum mandatorum noſtrorum vobis inde directorum, vel cauſam nobis ſignificetis, quare dictis mandatis noſtris parere noluiſtis vel non potuiſtis. Teſte meipſo apud Sanctum *Albanum* 28 die *Decembris,* Anno regni noſtri viceſimo quarto.

Dorſo. *Cancellario Domini Regis per Ballivum* Thetford;

Ad mandatum veſtrum vobis ſignificamus, quod de propriis bonis Epiſcopis *Elyenſis,* & de mercimoniis emptis vel emendis in Villa de *Thetford* Theolonium non exigimus, ſet de hominibus ejuſdem Epiſcopi manentibus in *Brandon, Brigham, Feltewell* & *Northwolde* Theolonium exigimus ea ratione, quia Dominus Comes de *Warenna* & anteceſſores ſui de tempore à quo non extat memoria fuerunt ſeiſiti & adhuc ſunt de Theolonio prædicto de hominibus & de tenentibus ejuſdem Epiſcopi *Elyenſis,* de omnibus mercimoniis emptis vel venditis in Villa prædicta.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ,* Dominus *Hybernia,* & Dux *Aquitaniæ,* Ballivis ſuis de *Norwico* ſalutem. Ex parte venerabilis patris *W.* Epiſcopi *Elyenſis*

An. 24 *E.* 1.

ſis nobis eſt oſtenſum, quod cum ipſe & homines ſui per cartas progenitorum noſtrorum Regum *Angliæ* quieti eſſe debeant, & idem Epiſcopus & prædeceſſores ſui Epiſcopi *Elyenſes* et eorum homines ſemper hactenus quieti eſſe conſueverint à præſtatione Theolonii per totum regnum noſtrum, ac pro eo, quod vos homines ejuſdem Epiſcopi de *Pulham*, cum bonis & mercandiſis ſuis ad villam noſtram de *Norwyco* venientes, ad Theolonium vobis ibidem præſtandum graviter diſtrinxiſtis, & multipliciter ea occaſione indebitè inquietaſtis, vobis pluries præceperimus, quod ab hujuſmodi diſtrictionibus eiſdem hominibus occaſione prædicta faciendis deſiſteretis, vel cauſam nobis ſignificaretis, quare mandatis noſtris in hac parte parere noluiſtis vel debuiſtis, Vos nichilominus mandata noſtra in hac parte parvipendentes, à diſtrictionibus & inquietacionibus hominibus prædictis occaſione prædicta faciendis deſiſtere, vel ſaltem quare hoc facere noluiſtis vel non debuiſtis nobis ſignificare hactenus non curaſtis, in noſtri & mandatorum noſtrorum contemptum manifeſtum, & prædicti Epiſcopi & hominum ſuorum prædictorum diſpendium non modicum & gravamen, & contra tenorem cartarum prædictarum. Et quia nolumus quod idem Epiſcopus aut homines ſui prædicti indebitè graventur in hac parte, vobis præcipimus ſicut pluries præcepimus, quod ab hujuſmodi diſtrictionibus et inquietacionibus prædictis hominibus occaſione prædicta de cætero faciendis penitus deſiſtentes, ipſos de Theolonio præſtando ſicut inde quieti eſſe debent, & idem Epiſcopus & prædeceſſores ſui & eorum homines ſemper hactenus quieti eſſe conſueverunt, quietos eſſe permittatis, vel vos ipſi ſitis coram nobis à die *Paſchæ* in 15 dies, ubicumque tunc fuerimus in *Anglia*, oſtenſuri quare mandatis noſtris tociens vobis inde directis parere concempſiſtis. Et habeatis ibi hoc Breve. Teſte meipſo apud *Walſingham*, 30. die *Januarii*, anno regni noſtri 24.

To which they made this memorable return and Certificate;

Non contempſimus, prout nec debemus, mandatis veſtris nobis directis in omnibus parere. Et vobis ſignificamus, quod eo tempore quo iſtud breve nobis liberatum fuit, liberatum fuit nobis aliud breve per quod cauſam alias vobis ſignificavimus, quare ab exactione Theolonii hominibus Domini Epiſcopi *Elyenſis* de manerio ſuo de *Pulham* de mercandiſis ipſorum hominum deſiſtere non potuimus; videlicet, Quia omnes homines præfati Domini Epiſcopi de manerio ſuo prædicto ſunt mercatores bladi, illud in Comitatibus *Norff.* & *Suff.* & alibi de Militibus, perſonis Eccleſiaſticis & aliis à præſtatione Theolonii non quietis per diverſa loca ementes, & blada ſic empta ter vel quater in ſeptimana in Civitate *Norwici* ducentes, & ea diverſis hominibus pro voluntate ſua ut mercatores vendentes; & cum Civitas veſtra prædicta nomine veſtro à tempore quo non extat memoria ſeiſita ſit de Theolonio ab hujuſmodi mercatoribus capiendo, tanquam pertinente ad firmam ejuſdem Civitatis, quæ quidem firma extenditur ad Cxv. *l.* & quæ de hujuſmodi Theolonio bladi maximè provenit, & Dominus *H.* Rex pater veſter toto tempore ſuo, & vos toto tempore veſtro, tam per Cuſtodes tempore quo dicta Civitas fuit in manu dicti Domini *H.* Regis patris veſtri & in manu veſtra, quàm tempore quo nos & anteceſſores noſtri inde per vos cuſtodiam habuimus nuper ſeiſiti fuiſtis, & adhuc exiſtitis, **Et quia Jura veſtra alicui in præjudicium veſtrum concedere non valemus, nos ſtatum veſtrum et progenitorum veſtrorum Regum *Angliæ* continuantes, prædictum Theolonium a præfatis mercatoribus de *Pulham* in forma prædicta capimus et exigimus,** Vobis ulterius ſignificantes, quod ſi dicti mercatores de *Pulham* de Theolonio bladi ſic empti quieti fuiſſent, **fere quarta pars tocius firmæ prædictæ decideret, nec eſſet aliquis qui de firma prædicta vobis reſpondere poſſet.** So much did theſe exemptions procured by the Biſhops, prejudice the King and his Farmers.

This year there aroſe a great ſedition and combate between the Scholars and Townſmen in the Univerſity of *Oxford*, wherein many were ſlain on both ſides, and the goods of the Scholars plundered and carried away; upon complaint whereof to the King by the Scholars, he ſent his Juſtices thither to puniſh the Malefactors, and repair the Scholars damages: which * *Thomas Walſingham* thus relates.

* Hiſt. Angl. p. 34. Anno 24 E. 1.

Hoc anno ſuborta eſt **diſcordia grandis** Oxoniæ **inter Clericos et Laicos** *propter duos garciones diverſarum patriarum, qui pro levi cauſa ad pugnandum ſunt accenſi. Nam dum quidam ratione patriæ unum juvare laborarent, quidam aliam nitantur manutenere & fovere, tranſlata eſt pugna ad fautores partium diverſarum. In tantumque crevit*

An. 24 E. 1. *crevit seditio*, ut tam Clerici quam Laici ebacuatis domibus ad pugnam accurrerent glomeratim. *Dum autem Clerici de suis hospitiis egressi fuissent, cognoscentes vespiliones* Laici nullos vel saltem paucos remansisse domi apud hospitia Clericorum, intrant habitacula, et bona diversimoda asportant, damnum Clericis irrecuperabile ingerentes. *In hac pugna peremptus est Dominus* Fulco de Neyrmuth *Rector* Ecclesiæ de Pychelestorn, et plures alii de utraque secta. Audita hujus facti querela, Dominus Rex jussit Justiciariis suos billam adire, pacem reformare, homicidas judicialiter condemnare. Qui venientes Oxonias, Burgenses compulerunt solvere pro damnis factis Clericis ducentas libras.

The Lands and livings of the Prior and Covent of *Farley*, and some other persons being seised on by the Kings precept as aliens, under the power or obedience of the King of *France*, and found by Inquisition or good testimony not to be so, the King issued these Writs to restore them; the first being a special Case, worthy observation.

Clauſ. 24 E. 1. m. 8. Pro Priore & Conventu de Farleye.

REX Thesaur. & Baronibus suis de Scaccario salutem. Quia compertum est per Inquisitionem quam per dilectum & fidelem nostrum *Petrum Malorre* fieri fecimus, quod Prior & Conventus de *Farleye* sunt *Anglici* & non alienigenæ de potestate Regis *Franciæ*, vel sibi adhærencium, & quod censum seu pensionem aliquam alicui de potestate Regis prædicti non solvant, nec alicui de potestate prædicta affinitate, vel aliquo alio modo sunt astricti, nisi in hoc, quod Abbas *Cluniac.* aliquando cum ipsum ad partes *Angliæ* venire contigerit, in prædicto Prioratu visitare consuevit, **nichil nisi tantum expensas suas inde percipiendo, et quod iidem Prior et Conventus de prædicto Abbate in hujusmodi visitationibus suam receperunt profession**em, sicut per prædictam Inquisicionem quam vobis sub pede sigilli nostri mittimus, plenè liquet; Vobis mandamus, quod inspecta inquisitione illa, Prioratum prædictum cum omnibus ad illum spectantibus, **si prætertu mandati nostri de domibus et maneriis Religiosorum alienigenarum de potestate Regis prædicti et sibi adherencium existencium, vel qui eis obediencia, affinitate, vel aliquo alio modo astricti essent, in manum nostram capiendis, et non alia de causa captus sit in manum nostram**, præfatis Priori & Conventui sine dilatione restitui faciatis; Tenend. sicut illum ante capcionem ejusdem in manum nostram tenuerunt. Teste Rege apud *Castelacre*, 25 die *Januarii*.

Ibid. dorſ. m. 11. De quibusdam personis Ecclesiasticis quæ non sunt de potestate Regis Franc. ut dicitur, de beneficiis suis in pace habendis.

REX, &c. venerabili in Christo Patri *R.* eadem gratia *Norwyc.* Episcopo salutem. Licet nuper vobis mandaverimus, **quod de beneficiis Ecclesiasticis personarum secularium alienigenarum, sive Canonici fuerint seu Rectores Ecclesiarum, aut alias beneficiati in Diocesi vestra, in Ecclesia vestra Cathedrali seu aliis Collegiatis Ecclesiis quibuscumque quocumque nomine censerentur, de potestate Regis** Franciæ **et sibi adherencium, vel de affinitate aut amicitia eorundem existencium, curiam et custodiam gereretis.** Quia tamen testificatum est coram nobis per dilectum & fidelem nostrum *Guidonem Ferre*, quod *Reymundus* Persona Ecclesiæ de *Norton* juxta *Fakham* vestræ Diocesis de potestate Regis *Franc.* vel sibi adherencium, seu de ipsorum affinitate aut amicitia non existit, set pro anima claræ memoriæ *Alianoræ* quondam Reginæ *Angliæ*, matris nostræ apud *Ambresbyr.* divina celebrat cum die; Vobis mandamus, quod ipsum *Reymundum* Ecclesiam suam prædictam habere & tenere pacificè permittatis, prout ante receptionem mandati nostri prædicti ipsam tenuit & possedit. Teste Rege apud Sanctum *Albanum* 27 die *Decembris*.

Consimiles literas habet *Johannes de Cusance* Persona Ecclesiæ, &c. quod præfatus *Johannes* de potestate Regis *Franc.* &c. (ut supra) non existat. Teste ut supra.

What licenses for elections of Abbesses and Abbots in *Ireland* the King granted this year, these Records attest.

Pat 24 E. 1. memb. 3. De licencia eligendi.

FRater *Willielmus* Canonicus sanctæ *Mariæ* de *Trum*, nuncians Regi resignacionem *Derborgyll* quondam Abbatissæ beatæ *Mariæ* de *Clonardia*, habet litteras Regis **de licencia eligendi.** Teste Rege apud *Thornagh*, secundo die *Novembr.*

REX

An. 24 *E.* I. De assensu adhibendo, per Johan. Wogan Iustic. Hib.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo *Hibern.* salutem. Cum dilectæ nobis in Christo, Prioriſſa & Conventus beatæ *Mariæ de Cleonardia* nobis per literas suas patentes significaverint, quod Ecclesia sua prædicta per resignacionem *Derborgyll*, quondam Abbatissæ illius loci pastorali est solacio destituta, supplicantes nos, prout moris est, quod licenciam sibi aliam eligendi in Abbatissam eisdem concedere dignaremur; ac nos precibus earumdem Prioriſſæ & Conventus in hac parte favorabiliter inclinati, licenciam illam eis duximus concedendam; Mandantes ipsis quod talem, *&c.* existat. Nos earumdem Prioriſſæ & Conventus laboribus & expensis in hac parte parcere volentes, ista vice concessimus eis de gratia nostra speciali, & vobis dedimus potestatem, quod, *&c.* assensum regium vice nostra præbeatis, *&c.* receptis tamen prius, *&c.* Teste Rege apud *Thornhagh*, 2 die *Novembr.*

Pat. 24 E. 1. De licencia eligendi.

FRater *Thomas* Canonicus Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Kenlis*, nuncians Regi resignacionem fratris *Malachiæ* quondam Abbatis loci illius, habet litteras Regis de licencia eligendi. Teste Rege apud *Dunolm.* 5 die *Octobris.*

Ibidem, De temporalibus post electionem factam, per Iohan. Wogan, Iusticiar. Hibern. restituendis.

ET idem frater *Thomas* habet literas Regis directas *Joh. Wogan* Justic. Regis *Hib.* quòd facta electione de futuro Abbate, si contingat electionem per loci Diocœsanum canonicè confirmari, tunc accepta vice Regis fidelitate ab eodem Electo, hac vice eidem Electo temporalia Abbatiæ illius liberet, prout moris est; receptis prius literis patentibus ipsius Abbatis sigillo suo, necnon et sigillo Capituli sui signatis, quod hæc gratia non cedet Regi in præjudicium vel exhæredacionem, seu trahetur in consequenciam temporibus futuris. In cujus, *&c.* Teste ut supra.

The Bishop of *Clonfert* in *Ireland* being translated to the Archbishoprick of *Beneventum* in *Italy* by Pope *Boniface* the 8. the King thereupon issued this Writ to seise the Temporalties into his hands, the See becoming void in Law by this his Translation.

Fines 24 E. 1. memb. 12. De Episcopatu Clonfertensi capiendo in manum Regis.

REX dilecto & fideli suo *Waltero de la Haye* Esc. suo *Hibern.* salutem. Quia Episcopatus *Clonfertensis* per translationem venerabilis patris *Johannis* nuper Episcopi illius loci ad Archiepiscopatum *Beneventan.* vacavit ut accepimus, vobis mandamus quod Episcopatum prædictum cum pertin. sine dilacione capiatis in manum nostram, & illum salvò custodiri faciatis, donec aliud inde præceperimus; ita quod de exitibus inde provenientibus nobis ad Scaccarium nostrum *Dublin.* plenè possitis respondere. Teste Rege apud *Berewyk* super *Twedam*, 27 die *April.*

The Pope upon this his Translation, by his Papal usurpation and provision confirmed this Bishoprick upon *Robert* a Monk of *Canterbury*, whereof he certified the King by his Bull: he assenting thereunto, received his Fealty, and issued this Writ to restore the Temporalties.

Pat. 24 E. 1. memb. 5. De temporalibus Episcopatus Clonfertensis restituendis.

REX dilecto & fideli suo *Waltero de la Haye*, Escaetori suo in *Hibern.* salutem. Cum Dominus summus Pontifex venerabilem patrem *Robertum* nuper Monachum Ecclesiæ Christi *Cantuar.* in Episcopum Ecclesiæ *Clonfertensis* vacantis, per translationem venerabilis patris *Johannis* Archiepiscopi *Beneventani* nuper Episcopi prædictæ Ecclesiæ *Clonfertensis*, ad prædictam Ecclesiam *Beneventanam* præfecerit, sicut per literas ipsius summi Pontificis bullatas nobis inde directas nobis constat; Nos præfectionem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ipsius *Roberti*, & temporalia Episcopatus prædicti, prout moris est, restituimus eidem: Et ideo vobis mandamus, quod eidem *Roberto*, vel ejus certo attornato has literas deferenti temporalia Episcopatus prædicti sine dilacione liberatis, sicut prædictum est. Teste Rege apud *Alnewyk*, 24 *Septembr.* Consimiles literæ diriguntur *Johanni Wogan* Justic. *Hibern.*

Et mandatum est Militibus, *&c.* quod respondentes, *&c.* in forma prædicta. In cujus, *&c.* Teste ut supra.

† Pat. 24 E. 1. memb 6. De licencia eligendi pro Canonicis Ecclesiæ Elphinensis in Hib. Et de assensu eidem electioni adhibendo per Ioh. Wogan, Iustic. Hibern.

†REX *Johanni Wogan* Justic. *Hibern.* salutem. Accedentes ad nos *Trinotus Othemelty*, & *Dionysius* de *Roscoman* Canonici Ecclesiæ *Elphynensis*, nobis ex parte Decani & Capituli ejusdem Ecclesiæ supplicarunt, quod cum Ecclesia sua prædicta per mortem

An. 24 *E.* 1. mortem fratris *Gillasii* nuper Episcopi illius loci pastoris sit solacio destituta, alium sibi eligendi in Episcopum et pastorem eis licenciam concedere dignaremur: Nos licet præfati Canonici literas patentes sigillo Capituli Ecclesiæ prædictæ signatus, & vacationem Ecclesiæ illius testificantes nobis non detulerunt, ut est moris, peticioni eorum nichilominus ob paupertatem dictæ Ecclesiæ annuentes, et eis gratiam facere volentes specialem, vobis dedimus potestatem, quod cum præfati *Trinotus* & *Dionysius*, seu alius Canonicus dictæ Ecclesiæ ad vos accesserit ex parte prædictorum Decani & Capituli cum literis patentibus sigillo Capituli sui signatis hujusmodi licenciam petituri, eisdem Decano et Capitulo licenciam illam nostro nomine concedendi. Ita quod cum Clericus ille in forma debita vobis postmodum fuerit præsentatus, electioni de ipso factæ assensum Regium vice nostra præbeatis: significantes, &c. In cujus, &c. Teste Rege apud *Berewyk* super *Twedam*, 10 die *Septembris*.

Pat. 24 E. 1. m. 8. De licentia eligendi

WIllielmus Canonicus de Insula *Melanfeld.* nuncians Regi cessionem fratris *Philippi* nuper Abbatis illius loci, habet literas Regis de licencia eligendi. Teste Rege apud *Berewyk* super *Twed.* 5. die *Septembris*.

Ibid. De assensu præfatæ electioni adhibendo per Johannem Wogan. Justic. Hibern.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo *Hibern.* salutem. Cum dilecti nobis in Christo Prior & Conventus de Insula de *Melanfeld* nobis per literas suas patentes significaverint, quod Ecclesia sua prædicta per cessionem fratris *Philippi* nuper Abbatis ejusdem loci, pastoris est solacio destituta, supplicantes nobis, prout moris est, quod licentiam sibi alium eligendi in Abbatem et Pastorem eisdem concedere dignaremur: Ac nos precibus eorundem Prioris & Conventus in hac parte favorabiliter inclinati, licentiam illam eis duxerimus concedendam. Mandantes ipsis, quod talem, &c. Nos eorum Prioris & Conventus laboribus et expensis in hac parte parcere volentes ista vice, concessimus ei de gratia nostra speciali, & vobis dedimus potestatem quod, &c. assensum Regium hice nostra præbeatis, significantes, &c. Receptis prius, &c. In cujus, &c. Teste Rege apud *Berewicum* super *Twedam*, 7. die *Septembris*.

The predecessors of the Abbot of *Saballo* in *Ireland* having alienated divers lands, tenements, and rents, to the prejudice of the Alms and Canons thereof; the King granted the Abbot and Covent this license to re-purchase them, notwithstanding the Statute of *Mortmain*:

Cl. 24 E. 1. m. . Pro Abbate & Conventu de Saballo in Ulton. de terris alienatis sibi requirendis.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justiciario suo *Hibern.* salutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo Abbas & Conventus de *Saballo* in *Ultonia*, quod cum Abbates domus prædictæ tam *Hibernici* quam alii prædecessores prædicti Abbatis, diversas terras & tenementa, ac redditus eidem Abbaciæ in puram & perpetuam elemosinam, ad sustentacionem Canonicorum ibidem Deo serviencium, à diversis dudum collata alienaverint, in diminucionem elemosinarum & dispersionem Canonicorum Domus prædictæ, eis ut terras illas et tenementa sic aliena sibi et successoribus suis Canonicis domus prædictæ emere, et iterato adquirere ac recipere possint, non obstante Statuto nostro de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, licenciam concedere dignaremur. Nos igitur eorum precibus in hac parte favorabiliter annuentes, Vobis mandamus, quod ipsos Abbatem & Conventum omnes terras & tenementa ac redditus de quibus vobis legitimè constare poterit Ecclesiam suam prædictam aliquibus retroactis temporibus pacificè fuisse seisitam, & per prædecessores prædicti Abbatis, sive *Hibernicos*, sive alios a prædicta domo translata vel alienata esse, ut prædictum est, emere, et iterato sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum adquirere ac recipere permittatis, Statuto prædicto in aliquo non obstante. Teste Rege apud *Morpach*, 30 die *Septembris*.

Pat. 24 E. 1. m. 19. Pro Magistr. Johanne de Cadomo de Archidiaconatu de Glyndelan.

The King likewise by his Soveraign Authority, conferred the Archdeaconry of *Glyndelan* on *John de Cadomo*, as this Writ informs us.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod dedimus et concessimus dilecto Clerico nostro Magistro *Johanni de Cadomo* Archidiaconatum *Glyndelan*

delan cum ſuis juribus et pertinentiis quibuſcumque, quem Magiſter *Ricardus de Grysndam* nuper defunctus habuit in Eccleſia Sancti *Patricii Dublin.* vacantem per mortem ejuſdem *Ricardi*, & ad noſtram donacionem ſpectantem, ratione Archiepiſcopatus *Dublin.* vacantis, & in manu noſtra exiſtentis. In cujus, &c. Teſte Rege apud Sanctum *Albanum* 4. die *Januarii*. An 24 E. 1.

Et mandatum eſt Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Dublin.* ſede vacante, quod, &c. in corporalem poſſeſſionem, &r. inducat. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

Et mandatum eſt Decano & Capitulo Eccleſiæ Sancti *Patricii Dublin*, quod, &c. ſtallum in choro, & locum in Capitulo, &c. aſſignent. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

This year there happened one of the higheſt and moſt memorable conteſts between the King, Prelates and Clergie of *England*, mentioned in our Hiſtories, being backed by Pope *Boniface* the 8. the whole ſeries whereof, continuing near two years ſpace, or more, I ſhall faithfully relate at large out of our Records and Chronicles. King *Edward* being reduced to great want of moneys to carry on his wars againſt the *French*, *Scots*, and other Enemies, iſſued out Writs to the Archbiſhops of *Canterbury*, *Yorke*, and their reſpective Suffragan Biſhops, Priors, Abbots and Clergy, ſummoning them to a Parliament and Convocation, to grant him a conſiderable Ayde to recover *Gaſcoigne*, fraudulently ſeiſed by the *French* King, who then intended likewiſe to invade *England*, and extirpate the *Engliſh* Nation, by Writs running in this form.

REX venerabili in Chriſto Patri *R.* eadem gratia *Cantuarien.* Archiepiſcopo, totius *Anglie* Primati ſalutem. Sicut lex juſtiſſima provida circumſpectione ſacrorum Principum ſtabilita hortatur, Ut quod omnes tangit ab omnibus approbetur; ſic & inquit evidenter, Ut communibus periculis per remedia præviſa communiter obvietur; Sane ſatis noſtis & jam eſt, ut credimus, per univerſa mundi climata d. vulgatum, qualiter Rex *Franciæ*, de terra noſtra *Vaſconiæ* nos fraudulenter & cauteloſè decepit, eam nobis nequiter detinendo. Nunc vero prædictis fraude & nequitia non contentus, ad expugnationem regni noſtri, Claſſe maxima & Bellatorum copioſa multitudine congregatis, cum quibus Regnum noſtrum & Regni ejuſdem incolas hoſtiliter jam invaſit, linguam Anglicam, ſi conceptæ iniquitatis propoſito deteſtabili poteſtas correſpondeat, (quod Deus avertat) omnino de terra delere proponit. Quia igitur præviſa jacula minus lædunt, et res veſtræ, ſicut cæterorum ejuſdem Regni communiter agitur in hac parte; Vobis mandamus, in fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes, quod die Dominica proxima poſt feſtum Sancti *Martini* in hieme prox. futurum, apud *Weſtm.* perſonaliter interſitis. Præmunientes Priorem et Capitulum Eccleſiæ veſtræ, Archidiaconos, totumque Clerum veſtræ Diocæſis, facientes quod idem Prior et Archidiaconi in propriis perſonis ſuis, et dictum Capitulum per unum, idemque Clerus per duos Procuratores idoneos, plenam et ſufficientem poteſtatem ab ipſis Capitulo et Clero habentes, una vobiſcum interſint modis omnibus tunc ibidem; ad tractandum, ordinandum, et faciendum nobiſcum, et cum cæteris Prælatis et Proceribus, et aliis incolis regni noſtri, qualiter ſit hujuſmodi periculis et excogitatis malitiis obviandum. Teſte Rege apud *Wengeham*, 30 die *Septembris*. Claus. 24 E. 1. m. 4. dorſo. De Parliamento tenendo. See my Brevia Parliamentaria Part 1. p. 6, 7, 8.

Where they granting him a preſent, and promiſing him a further ſupply of monies if no Truce were made in the mean time, the *French* refuſing a Truce, he iſſued theſe new Writs of Summons to the Prelates and Clergy, to make good their promiſe.

REX, *&c. R. &c. Cant.* Archiepiſcopo, *&c.* Veſtra Paternitas planè novit, qualiter Vos et alii Prælati et Clerus Regni noſtri apud Weſtm. ultimo congregati, in conceſſione pecuniæ, reddituum et beneficiorum veſtrorum Eccleſiaſticorum pro defenſione Regni ejuſdem, uſque ad feſtum Sancti *Michaelis* prox. futur. nobis facta, et ſub ſpe ulterioris Subſidii in futuro vobis et aliis præſtandi admiſſa, bonum et ſufficiens nobis pro futuro tempore Subſidium ob eandem cauſam, niſi interim inter Regem *Francie* & Nos Pacem reformari vel Treugas iniri contingeret, dare promiſiſtis unanimiter, liberaliter et libenter: cui quidem reformationi Pacis vel initioni Treugarum dictus Rex *Francie* hactenus non conſenſit. Quocirca vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes, quod in craſtino Animarum prox. futur. apud Sanctum *Edmundum* perſonaliter interſitis. Præmunientes, &c. Priorem, &c. Archidiaconos, totumque Ibidem, m. 7. dorſo. See the firſt Part of my Brief Regiſter of Parliamentary Writs, p. 7, 8.

An. 24 & 25 *Edw.* 1. que Clerum vestræ Diocæsis, (as before) quod tunc sint ibidem, ad ordinandum de quantitate et modo Subsidii memorati. Teste Rege apud *Berewyk* super *Twede* 26 die *Augusti.*

In the mean time this Archbishop of *Canterbury* most perfidiously and traytorously procured an Antichristian Bull from Pope *Boniface* the 8. prohibiting all Archbishops, Bishops and Clergymen, to grant any *Tenths, or other Aydes to any King, Prince, or Potentate, or for them to demand or levy any from them*, without his previous consent, under pain of the greater Excommunication, &c. thus related by *H. de Knyghton* out of *Ranulphus Cestrensis* his *Polychron.* l. 7. c. 40. Rex fecit seisire omnia temporalia Clericorum, eximens eos protectione sua, pro eo, quod anno elapso nollent eum respicere de bonis suis contra Scotos. Nam Robertus Archiepiscopus de consensu Cleri procuraverat a Papa inhibitionem, ne quis Clericorum Regem respiceret de bonis Ecclesiæ. Unde et plures Prælatorum timore tacti quæsierant protectionem Regiam. After which he addes, * *Interea* Papa misit Bullas Papales inhibitorias, Quod nulla persona Ecclesiastica cujuscunque conditionis foret, daret seculari personæ, sive Regi, sive alteri personæ Decimam, Quintam-decimam, Vicesimam, nec quamcunque aliam contributionem, absque speciali licentia a Curia Romana in hac parte concessa: similiter nulla persona secularis majoris aut minoris conditionis caperet sub colore cujuscunque causæ de personis Ecclesiasticis majus vel minus, absque speciali licentia a Curia petita et optenta, et hoc sub pœna Excommunicationis majoris inde latæ et ipso facto incurrendæ, et capiens et tribuens, et hoc absque absolutione præter in mortis articulo, citra Curiam Romanam consequenda. Similiter, ne quis per vim aut extorsionem caperet quicquid depositum in Ecclesia ubilibet sub eadem pœna. *Eodem tempore cum audisset Papa non solum* Anglicanæ, *set etiam universalis quasi Ecclesiæ afflictiones varias & oppressiones multas quasi per omnia mundi regna*, eo quod Reges et Principes affligebant eam; *Cogitavit sollicitè per quam posset viam aliquod remedium adhibere.* Unde consilio fratrum Constitutionem subscriptam ad universas mundi provincias bullatam misit, perpetuis temporibus observandam.

* Henry de Knyghton de Event Angl. lib. 3. cap. 4. & 5. p. 2489, to 2494.

† See Mr. Fox his Acts and Mon. Vol. 1. p. 458. Ex Chronica Rogeri Gisburnensis.

† Bonifacius, &c. *ad sempiternam rei memoriam, &c. & infra.* *Clericis Laicos infestos oppidò tradit antiquitas, Quod & præsentium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis finibus non contenti, nituntur in vetitum, & ad illicita sua fræna relaxant, nec prudenter attendunt,* quomodo sit eis in Clericos Ecclesiasticas be personas et bona interdicta potestas; quinimo Ecclesiarum Prælatis Ecclesiasticisque personis regularibus et secularibus imponunt * onera gravia, ipsos talliant, et eis collecta imponunt, et ab ipsius suoque provento vel bonorum dimidiam, decimam, seu vicesimam, vel quambis aliam portionem aut quotam exigunt et extorquent, eosque moliuntur multipharie subjicere servituti et suæ subdere ditioni. Et quod dolendo referimus, nonnulli Ecclesiarum Prælati, Ecclesiasticæque personæ trepidantes ubi trepidandum non est, transitoriam pacem quærentes, plus timentes Majestatem temporalem offendere quam æternam, talium abusibus non tam temerarie quam improvide adquiescunt, sedis Apostolicæ authoritate non optenta. Nos igitur talibus actibus obviare volentes, de fratrum nostrorum consilio † Apostolica authoritate statuimus, Quod quicunque Prælati Ecclesiasticæ be personæ, Religiosi vel Seculares, quorumcunque ordinum, conditionis sive status, collectas vel tallias, dimidiam, decimam, vicesimam seu centesimam suorum et Ecclesiarum suarum provent vel bonorum Laicis solverint, vel se soluturos concesserint, aut quambis aliam quantitatem, portionem, aut quicquam ipsorum provent vel bonorum, æstimationem vel valorem ipsorum, sub adjutorii, mutui, subventionis, subsidii vel doni nomine, seu quovis alio timore vel modo vel quæsito colore, absque authoritate sedis ejusdem. Necnon † Imperatores, Reges, seu Principes, Duces, seu Comites vel Barones, Proceres, Capitanei, Officiales, vel Rectores quocunque nomine censeantur, Civitatum, Castrorum, vel quorumcunque locorum constitutorum ubilibet, et quibis alius cujuscunque Provinciæ conditionis et status qui talia imposuerint et exegerint, vel receperint, aut apud ædes sacras deposita Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum personarum ubilibet arrestaverint, seisierint seu occupare præsumpserint, vel arrestari, seisiri, vel occupari mandaverint, aut occupata, seisita, seu arrestata receperint, necnon omnes qui scienter in prædictis dederint consilium, auxilium vel favorem, publice, vel occulte, eo ipso Sententiam Excommunicationis

* Did not he & other Popes impose heavier burdens on them than any Kings or Princes, without their consents?

† Apostolica authoritas frustra obtenditur, ubi Apostolica scriptura contemnitur.

† *Nota.*

nis incurrant. Universitates quæ in hiis culpabiles fuerint, Ecclesiasticæ sup po- *An.* 24 & 25 *Edw.* I.
nimus interdicto. Prælatis et personis ecclesiasticis in virtute obedientiæ, et sub depositionis pœna districte mandantes, ut talibus absque expressa licentia dictæ sedis nullatenus adquiescant. Quodque prætextu cujuscunque obligationis, promissionis et concessionis factarum hactenus vel faciendarum in antea priusquam hujusmodi Constitutio, Prohibitio seu præceptum ad notitiam ipsorum pervenerit, nil solvant, nec supradicti seculares aliquid quoquo modo recipiant. Et si solverint, vel prædicti receperint, in sententiam Excommunicationis incidant ipso facto. A supradictis autem excommunicationis & interdicti sententiis nullus absolvi valeat, præterquam in mortis articulo, absque sedis Apostolicæ authoritate et licentia speciali; cum nostræ intentionis existat, tam horrendum secularium potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire, non obstantibus quibuscunque privilegiis sub quibuscunque tenoribus, seu modo aut verborum conceptione concessis Imperatoribus, Regibus, et aliis supradictis, quæ contra præmissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, Prohibitionis seu præcepti infringere, seu ausu temerario contraire. *Dat.* Romæ *ad Sanctum* Petrum 6. *Kal.* Martii, *Pontificatus nostri Anno secundo.*

A right Antichristian, Antievangelical Decree, destructive to all Kings, Monarchs Soveraignty and Government, whereof the Archbishop of *Canterbury* and English Clergy who procured it, presently made this ill use, to oppose and defraud the King of their promised and expected ayde against his Enemies; thus related by the same Historian in these words.

Eodem anno in crastino Animarum *ejusdem anni tenuit Rex Parliamentum suum apud* Henry de Knyghton ibidem, col. 2491 2492.
Sanctum Edmundum, *ubi ad rogatum ipsius concessus est* 12 *denarius à populo, & à Civitatibus & Burgis octavus denarius.* A Clero vero responsum est, quod nec ipsi dare vel concedere, nec ipse quicquam accipere posset, nisi uterque eorum sententiam Excommunicationis incurreret in Bulla lata; quod tamen Regem velle non credebant, nec sibi expedire sciebant. *Unde advocati sunt ad alind Parliamentum* Londonias *in crastino Sancti* Hilarii, *ut interim cum deliberatione consimili melius respondeant. Adveniente tandem die, & ibidem Clero congregato,* Cantuarien. *Archiepiscopus Magister* Robertus de Winchelse *communicato Consilio, hiis qui à facie ejus mittebantur, respondit in hac verba;* Satis vobis constat Domini mei, nec latere potest, quod sub omnipotenti Deo duos etiam Dominos habemus, spiritualem et temporalem; spiritualem vero Dominum Papam, et temporalem Dominum nostrum Regem; & quamvis utrique obedientiam debeamus, majorem tamen Spirituali quam Temporali. Verum ut placere possimus utrique, concedimus, & mittere volumus sumptibus nostris nuncios nostros speciales ad ipsum patrem spiritualem Dominum Papam, ut licentiam aliquid concedendi habere possimus, vel saltem responsum habeamus ab ipso quid facere debeamus. Credimus etiam Dominum nostrum Regem sicut et nos, ipsam Excommunicationis sententiam imbullatam, et timere, et effugere velle. Ad hoc ordinate ex vobis Domini nostri charissimi personas certas qui talia Domino Regi ex parte nostra renuncient. Nos enim scientes indignationem ejus accensam, veremur talia nunciare omnino. Quod cum ipsi fecissent, mox furor Regis insævit, et excandens in iram, ipsum *Cantuariensem* Archiepiscopum cum toto Clero *Anglicano* extra suam protectionem et defensionem posuit; præcepitque, ut
* omnes terræ etiam dotales totius Eccles*iæ Anglicanæ* in manum ipsius seisirentur. * See here, 694, 695.
Et tamen, ut creditur, miraculosè contigit, quod eadem die qua Clerum extra protectionem suam posuerat, confusi sunt milites sui in Vasconia a Francis, et turpiter victi, *ut infra patet.* Justiciarius etiam Regis in Banco ex parte Regis pro tribunali sedens, omnibus circumstantibus dixit publice; Vos Domini Attornati Archiepiscoporum, Abbatum et Priorum, cæterarumque personarum omnium ex Clero, nunciate Dominis vestris et dicite, quod de cætero in Curia Domini Regis nulla fiet eis justitia de quacunque re, etiamsi illata fuerit eis injuria atrocissima, justitia tamen de eis fiet omnibus conquerentibus et eam habere volentibus. *O mirabile & inauditum auribus horribile!* Communis justitia quæ omnibus patere deberet tam incolis quam alienigenis, *quo spiritu nescio,* Clero Christi denegatur; ancillaturque et servit ac subpeditatur ipsa mater Ecclesia, quæ solebat antiquitus filiis dominari, pedes super caput elevantur; et quæ solebat cunctis splendescere fomento miserationis, jam a misericordia deficitur, et obfuscatur umbraculo crudelitatis. *Electus autem*

An. 24 & 25 *Edw.* 1.

tem Eboracensis Henricus de Newerk, & Dunelmensis, Eliensis & Sarisburiensis *Episcopi, & quidam alii* timentes iram Regis maximam, & *conjecturantes grave periculum imminere*, ordinaverunt se deponere velle in æde sacra quintam partem bonorum Ecclesiasticorum illius anni ad tuitionem Ecclesiæ Anglicanæ et defensionem urgentissimæ necessitatis, ut sic iram Regis evaderent, et sententiam in Bulla non incurrerent. Quicquid tamen ponebat Clerus, tollebat fiscus. Et sic ordinantes et sub colore quintam partem concedentes, protectionem Regis consecuti sunt. Cantuariensis vero Archiepiscopus animum non mutans, nec concedere nec deponere quicquam voluit: elegitque potius iram Regis quam sententiam Excommunicationis incurrere, unde seisita sunt omnia bona sua, et vasa ejus aurea et argentea occupata sunt, et equi omnes; *recesserunt que ab eo familiares ejus, nec remansit quicquam undè pauper Christi aleretur.* Præceptumque est sub gravi forisfactura Regis, ne quis eum hospitio susciperet in Monasterio vel extra; *evacuatumque est illud Apostoli*, Suscipite invicem, sicut & Christus suscepit vos; *mansitque sic in domo cujusdam simplicis Rectoris cum solo sacerdote & uno clerico*, non habens ex toto Archiepiscopatu ubi caput reponeret. Constanter tamen egit in verbo Domini, publice mendicans; ubique protestans, omnes qui vel Regi vel personæ seculari præter voluntatem Domini Papæ quicquam concederent in canonem latæsententiæ ex facto procul dubio incidisse, semper existens paratus ad moriendum pro Ecclesia Christi. Such was his obstinacy, and obedience to the Popes Antichristian Bull, against Christs and the Apostles commands, presidents to the contrary, and his own Oath and allegiance to the King. *Amici vero* Lincolniensis *Episcopi* Oliveri, *etiam ipso voluntatem vel petitionem Regis non ratificante, procuraverunt tamen, quod Vicecomes* Lincolniensis *levata quinta parte de bonis ipsius Episcopi, extunc* ei possessiones et terras restitueret. Omnia etiam Monasteria Episcopatus ipsius, et totius Provinciæ Canturiarensis seisita fuerunt in manu, et ex præcepto ipsius Custodes apposiți, qui ipsis religiosis solummodo necessaria ministrarent, et reliqua converterent in fiscum. Unde Abbates et Priores necessitate compulsi, Curiam Regis adierunt, non peccata set bona propria redimentes data quarta. Nulla tunc temporis fiebat Justitia Clero, et passi sunt Clerici injurias multas. Religiosi etiam in via regia equis suis spoliabantur, et nullam consecuti sunt justitiam, quousque redemptione facta eis daretur regia protectio. *In festo autem Sancti* Matthæi *Apostoli*, quibusdam convocatis optimatibus regni, absque Clero Rex tenuit Parliamentum suum apud Sarisberiam.

Mat. Westm. An. 1296, 1297. pag. 405, 407, 408.

Matthew Westminster a Monk of that Abbey, stories; *Rex apud* S. Edmundum *Primates ac magnates sui regni ad suum Parliamentum invitavit in festo Sancti* Martini; *à quibus nonum Tallagium postulavit, cui concessus est à civibus & burgensibus, octonarius denarius, à cæteris duodenarius est extorius*, Clerus quippe nihil tunc temporis illi obtulit vel concessit. *Quo commotus Rex, indixit eis tempus consultandi super meliori responso, suæ voluntati gratius acceptando.* Interim fecit Rex sigillari omnia Ecclesiasticorum horrea. *Quæ dum fierent*, mandavit Archiepiscopus Bullam Apostolicam, jubentem sub pœna Excommunicationis aliquam collectam ex Ecclesiasticis proventibus Regi vel cuivis alii Principi concedi, per cathedrales Ecclesias divulgari: (a high daring contempt against his Soveraigns prohibitions.) *Die Sancti* Hillarii *celebravit Archiepiscopus Concilium suum cum coepiscopis suis suffraganeis* Londin. *in Ecclesia Sancti* Pauli. *Quibus tractantibus per dies octo super postulatione regia*, non invenerunt iter rectum, nec modum exclusivæ sententiæ, *si aliqui vel quæsito colore, vel aliquo titulo quippiam contulissent*, etiamsi plurimi Clerici, Aulici, Curialesque accessissent, qui postulatis consilium dederant et favorem. *Quæ omnia Regi per Episcopos aliosve nuncios, sunt relata.* Qui statim mutatus in crudelem, perversa Regali æqualitate in tyrannidem, licentiatis suis famulis, obviantium Clericorum religiosorum virorum, quasi modo hostili, equitaturas sibi arripere meliores, prohibitis insuper placitatoribus in lege sua peritis, coram Baronibus de Scaccario, seu ante quemvis alium Justiciarium secularem, pro personis Ecclesiasticis allegare, Ecclesiasticos Ministros censuit sua pace indignos. *Mandavit etiam singulis ordinatis*, sponte sibi offerre suorum proventuum quintam partem, aut invite cedere omnibus bonis suis. Huic mandato primitus obtemperaverunt quidam tonsorati, in Curia regali Prælati, in cura vero animarum Pilati manifesti, ut inducerent pari modo animos cæterorum. Quo facto, * seisita sunt protinus per manus Vicecomitum omnia bona Clericorum mobilia et immobilia, super laicum feodum inventa, atque fisco Regio

* See here, p 694, 695.

Regio titulata, cum superabundanti molestia suis ablatis libertatibus, quas prædecessores Reges, Christianitatis conservatores, Ecclesiis contulerant, authores bonorum. *Et quod nequius est ferendum*, appræciebantur ipsorum facultates, emptoribus quantocius exponendæ, nec securi audebant Clerici equitare, nisi in majori conventu, propter militum in Clericos violentiam, a Rege licentia data. Sed et omnia bona Archiepiscopi mobilia et immobilia capta sunt in manu Regis. *Igitur Clero, sicut prædictum est, passo in corpore, passus est & Rex in animo.* Hinc dolor et metus omnium Prælatorum. Hi namque in perplexitate maxima constituti sunt, ut si quicquam concederent, sententiam excommunicationis incurrerent ipso facto, et si non darent, non effugerent immisericordes manus ipsorum prædonum. His madefacti adversitatibus, pro seipsis anxii, pro grege sibi commisso inconsolabiliter mœstificati, tanquam non habente alimoniam, ingruente fame, necessario seculum repetere quæsierunt, protectionem Regis facultatibus suis, raciocinio magno, redemptis. *Et statim post redierunt quidam nuncii de* Vasconia, *referentes, qualiter in quodam conflictu in* Anglos & Gallos *advesperascente jam die, conserto, dilabente turba* Vasconensium, *soli equites* Anglici *resistentes ab hostibus cingebantur. Inter quos primicerius exercitus*, Johannes de Sancto Johanne *captus, cum aliis commilitonibus circiter duodecim*, Parisiis *est adductus, applaudentes de ipso* Francigenis, *prout quondam* Philistinæ *de* Sampsone.

An. 24 & 25 *Edw.* I.

Anno Gratiæ 1297. *congregatis Archipræsule* Cantuar. *& quibusdam aliis Coepiscopis, Suffraganeis suis apud Sanctum* Paulum London. 26 *die* Martii, *iterum* pro statu Ecclesiæ consulturis, *insurgentes protinus duo Causidici, & duo de ordine Prædicatorum fratres*, regalem et temporalem favorem aucupantes, conati sunt argumentis probare, Clerum ipso Regi in tempore belli, non obstante prohibitione Apostolica, de suis facultatibus posse licite subvenire. Insuper prohibito sub pœna incarcerationis, ne quis contra ipsum Regem et eos, qui jam pridem suam protectionem quæsierant, Excommunicationis sententiam promulgarent, provocatione facta pro se ad Romanam Curiam et pro ipsis. *Recesserunt igitur omnes, oneratis suis conscientiis per Archiepiscopum, sic dicentem*, Salvet suam animam unusquisque.

Mat. Westm. p. 408, 409.

* *William Thorn*, a Monk of *Canterbury*, thus registers this Quarrel and the proceedings therein to posterity.

* Chron. Wil. Thorn, col. 1965.

Anno M. CC. xvj. recepit Robertus Archiepiscopus mandatum Papale publicandi constitutionem Bonifacii Papæ octavi, de non dando aliquid Laicis. *Et eodem anno tenuit Dominus Rex Parliamentum apud* S. Edmundum, *convocato illuc toto Clero, & indicta Laicis duodecima omnium bonorum, & à Clero subsidium sibi habundanter elargiri.* Unde Archiepiscopus cum Clero super his consilium habuit; *& deliberatione habita*, propter novam constitutionem super editam, viam nescierunt invenire per quam sana conscientia, Romana Ecclesia inconsulta, hoc facere possent, negotio incompleto de Subsidio præstando, singuli ad propria redierunt. Et ecce mox Edictum exiit per totum regnum, ut omnia temporalia Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum et Religiosorum, vel quorumcunque Clericorum, ubique per Regnum Angliæ existentia, in manus Regis caperentur. Et habito Rex Parliamento cum suis Baronibus (Clero excluso) statutum est, ut bona Clericorum sententialiter abjudicarentur tanquam forisfacta. Unde multi propter timorem Statuti redemptionem fecerunt, et literas de protectione Regis receperunt. Et Monasterium istud redemptionem fecit pro ducentis libris et CC. summis Bladi diversi generis. Archiepiscopus vero nec aliquid dare, nec protectionem regiam vellet adquirere; unde omnia temporalia ejus confiscata sunt, et (quod horrendum est) quicquid habeant Monachi ibidem infra portas Ecclesiæ suæ seisita sunt; *ita quod non haberent ad quod manus apponerent pro vita necessariis, nisi secundum quod vicini eorum religiosi & alii mittebant eis intuitu charitatis. Et hoc tam diu duravit*, donec Prior et Capitulum necessitate compulsi redemptionem fecerunt. Archiepiscopus vero nec Regis protectionem nec sua voluit redimere quoquo modo; sed amota majori parte familiæ suæ cum uno Clerico vel duobus et simplicissima familia apud Chertam morabatur, *& fere singulis diebus Dominicis & festivis circuibat per loca, verbum Dei prædicando.* Which he did not before.

† *Tho. Walsingham* (a Monk of St. *Albans*) renders us this account thereof.

† Histor. Angl. An. 1297, 1298. pag. 34, 35, 36. Ypodigma Neustriæ, p. 82, 83.

Clerus ob constitutionem Bonifacii hoc anno editam, quæ prohibet sub pœna Excommunicationis, ne Tallia vel Exactiones a Clero per seculares Principes quocunque modo exigantur vel eis solvantur de Rebus Ecclesiæ, Rege pro Guerra sua petenti,

An. 24 & 25 *Edw.* I.

petenti, subsidium denegavit. *Rex autem ut de meliori responso deliberarent negotium in Parliamentum tenendum* Londoniis *in crastino sancti* Hillarii *distulit. Parliamentum coactum est* Londoniis *post festum sancti* Hillarii; *in quo* Clero persistente in denegatione Subsidii, Rex ipsum a sua protectione exclusit. Pro qua tamen redimenda, multi per se, multi vero per mediatores, Regi bonorum suorum dederunt postea quintam partem. Rex Archiepiscopum rigidiorem comperiens, terras ejus omnes seisivit, et de bonis ejusdem debita in Rotulis Scaccarii inventa præcepit cum celeritate levari. Nam idem Archiepiscopus de consensu Cleri procuraverat a Papa Inhibitionem, ne quis Clericorum Regem respiceret de bonis Ecclesiæ. So that this Inhibition and Decree was procured from Pope *Boniface* by this Archbishop, with the consent of the *English* Clergy, for which they very justly deserved to be put out of the Kings protection, and to forfeit all their lands, goods and chattels to him, if not their lives

* Angl. Hist. l. 17. pag. 336, 337.

* *Polydore Virgil* (the last Collector of the Popes *Peter*-pence in *England*) thus informs us of the occasion and necessity of Pope *Boniface* his Decree, and the ill consequence it brought upon the *English* Clergy. *Per idem tempus* Bonifacius *octavus* Rom. *Pontifex animadvertens Principes Christianos avarè, & percrebro sine justa causa, nova quotidie Sacerdotiorum fructibus imponere vectigalia, atque sine fine arbitratu suo, decimam vigesimamve eorum partem tributi nomine imperare*, immunitati ordinis sibi consulendum statuit; itaque habito Lugduni Concilio, interdixit ne posthac Principes Sacerdotibus imponerent, neve illi imposita conferrent injussu Romani Pontificis. *Id præscriptum extat in libro tertio libri sexti*, De immunitate Ecclesiarum, *capite tertio*; quod tametsi non erat iniquum, fuit tamen apud Anglos magnæ causa discordiæ. *Enimvero non multo post* Edoardus *in* Angliam *ex* Scotia *reversus, Concilium habuit* Buriæ, *ad Cœnobium divi* Edmundi; *quo in Concilio cum indigeret, primum populo, deinde Sacerdotibus tributum indicendum curavit. Populus qui negare non poterat, pecuniam impetratam se soluturum dixit:* Sacerdotes vero responderunt, id sibi facere per Pontificis Romani præscriptum minus licere. *Quo responso Rex iracundia permotus*, bona Sacerdotum passim publicari vœnireque jussit, qui indictum tributum pendere pernegassent. *Quod factum est*, et bene multi quibus præ quiete nihil satis cordi erat, tantum incommodi diutius ferre nolentes, alii alio modo injustam vexationem redimerent. Solus Robertus Cantuariensis Antistes forti animo post multas acceptas injurias, bonaque omnia amissa, Principis voluntati resistebat, *prædicabatque palam scitum illud Apostolicum*, Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *At Rex nihil sanctissimi Pontificis aut constantia deterritus, aut salubribus monitis flexis, in dies magis cuncto generatim populo succensebat, &* Sacerdotes ut ingratos duriter premebat, *& reliquis qui gravate imperatam pecuniam solverent, uno vel altero modo nocebat. Quibus rebus* (by the Prelates and Clergies instigation, but yet upon another account of forein services demanded from them, illegal Purveyances, and seising their Wools without paying for them) *ita omnium animi incitati sunt, ut neque in agris neque in urbibus sileretur. Quid quod nec jam ullus locus tale regnum ferre posse videbatur.*

a Chron. part. 7. p. 142.
b Script. Brit. Cent. 4. c. 71. Append. pag. 358. & de vitis Pontif. lib. 6. in Bonifacio, 8.
c Antiq. Eccles. Brit. p. 209 to 223.
d Acts & Monuments, vol. 1 London 1610. p. 320, 321.
e Chron. pag. 302, 302.
f Catalogue of Bishops, pag. 125, 126, 127.

I shall not recite the several Relations of [a] *Fabian*, [b] *John Bale* Bishop of *Ossory*, [c] Archbishop *Parker*, [d] Mr. *John Fox*, [e] *Ralph Holinshed*, *Grafton*, *Speed*, *Daniel*, *Baker*, and others in the life of King *Edward* the First, or of [f] *Godwin*, to the like effect; but rather present you with such Records, Writs in the *Tower*, which evidence the Kings proceedings against those rebellious Prelates and Clergie, together with his Protections granted to them upon their submissions to, or ready complyance with his demanded Aids against the publick enemies of the Church and Realm of *England*, mentioned by the premised Historians.

The Writs the King then issued to all the Sheriffs of *England*, the Chief Justice of *Chester*, and *Northwales*, and his Officers in *Westwales*, to seise their lay-fees, goods and chattels, are thus recorded to posterity.

Claus. 25 E. 1. m. 23. De Laicis feodis Clericorum capiendis in manum Regis.

REX Vic. *Lincoln.* salutem. Propter aliquas certas causas tibi præcipimus, quod omnia Laica feoda totius Cleri de Balliva tua, tam Archiepiscoporum, Episcoporum, et Religiosorum, quam aliorum quorumcunque cujuscunque status existant, una cum bonis et catallis in eisdem inventis, sine dilatione capias in manum nostram, et ea salvo custodiri facias; ita quod nec ipsi nec aliquis per ipsos

manum

manum ad ea apponant, donec aliud inde præceperimus. Et hoc nullatenus omittas. Teſte Rege apud *Ely*, 12 die *Februarii*. *An.* 24 & 25 *Edw.* I.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam. Teſte Rege apud *Clarendon*, 28 die *Februarii*.

REX dilecto & fideli ſuo *Reginaldo de Grey* Juſtic. ſuo *Ceſtriæ* ſalutem. Propter aliquas certas cauſas vobis mandamus, quod omnia Laica feoda totius Cleri de Walliva veſtra, &c. *ut ſupra. una cum bonis et catallis in eiſdem inventis ſine dilatione capiatis in manum noſtram, &c. ut ſupra. Et hoc nullatenus omittatis. Teſte Rege apud *Clarindon*. 27 die *Februari*. Cl. 25 E. 1. m. 21. * Theſe Writs are all entred at large in the Record.

Conſimiles literæ diriguntur *Johanni de Havering* Juſtic. Regis *Nortwall*. & *Roberto Tibetot* Juſtic. Regis *Weſtwall*. vel ejus locum tenenti per diverſa. Teſte ut ſupra.

Conſimiles Literæ diriguntur *Waltero Hakebute*, Cuſtodi ſuo terrarum de *Glamorgan*, Clauſ. 25 E. 1. m. 12. intus. T. R. apud *Weſtm.* 22 die *Junii*.

The King conſidering that he, others, and the whole Realm might receive great damage, if the arable Layfees and Lands of the Clergy ſeiſed into his hands, ſhould not be ſown in the Spring, iſſued theſe Writs to the Sheriffs to ſow them.

REX Vic. *Eborum* ſalutem. Licet nuper tibi præceperimus, quod omnia Laica feoda Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, et totius Cleri de balliva tua, una cum bonis et catallis in eiſdem inventis, in noſtram manum caperes, et ea ſalvo cuſtodires, quouſque aliud inde præcepiſſemus. Quia tamen aperte perpendimus, quod ſi Terræ ſeminandæ non ſeminarentur hoc anno in iſta ſeiſona Quadrageſimali, poſſit nobis, Prælatis, Clero, et toti regno futuris annis damnum magnum evenire; Tibi præcipimus, quod terras prædictorum Prælatorum et Cleri in balliva tua, ſic in manum noſtram captas, et adhuc exiſtentes, de bonis illorum quorum terræ fuerunt, ſine dilatione aliqua facias ſeminari. Teſte Rege apud *Novum Sarum*, 7. die *Martii*. Cl. 25 E. 1. m. 21. De terris Clericorum ſeminandis.

After which, the King out of his ſpecial grace iſſued ſeveral Writs to reſtore the Lands, goods and chattels of ſome Clergymen and other perſons ſo ſeiſed, for ſeveral reaſons therein expreſſed.

REX Vic. *Surr.* ſalutem. Licet nuper tibi præciperimus, quod omnia Laica feoda, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, et totius Cleri de Walliva tua ſine dilatione caperes in manum noſtram, et ea ſalvo cuſtodires, quouſque aliud inde præcepiſſemus. Quia tamen dilectus Clericus noſter *Willielmus de Carleton* in obſequio noſtro per præceptum noſtrum in partibus *Brabanciæ* moratur: Tibi præcipimus, quod omnia Laica feoda ipſius *Willielmi*, unà cum bonis & catallis in eiſdem inventis quæ prætextu mandati noſtri prædicti cepiſtis in manum noſtram, Attornatis prædicti *Willielmi*, uſque ad *Paſcha* proximo futurum abſque diminutione aliqua deliberes indilatè. Teſte Rege apud *Clarendon* 28 die *Februarii*. Ibid. m. 21. Pro quibuſdam Clericis in obſequio Regis in Brabantia exiſtentibus.

REX Vic. *London.* ſalutem. Licet nuper vobis præcepimus, *&c.* (*as before.*) volentes tamen dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſæ & ſororibus Ordinis Sanctæ *Claræ*, extra *London.* gratiam facere ſpecialem, Vobis præcipimus, quod eiſdem Abbatiſſæ & ſororibus omnia Laicæ feoda ſua quæ prætextu mandati noſtri prædicti cepiſtis in manum noſtram, una cum bonis & catallis in eiſdem inventis, abſque diminutione aliqua reſtituatis indilatè. Teſte Rege apud *Iſlington*. 7. die *Aprilis*. Ibid. m. 19. Pro Abbatiſſa Ordinis Sanctæ Claræ extra London.

REX Vic. *Sutht.* Licet nuper tibi præciperimus, quod Laica feoda Archiepiſcoporum, &c. (*ut ſupra.*) Quia tamen intelleximus, quod tu prætextu mandati noſtri hujuſmodi quædam Laica feoda in *Eſtdune* ad communam *Sarum* pertinentia, et in uſus pauperum deputata, quæ una cum Laicis feodis ad eandem Communam in *Wilton*, *Durynton*, *Putton*, *Farle*, *Offecote*, *Sarum*, *Fiſherton*, *Knighteton*, & *la Hurſt*, in Com. *Wyltes* pertinentia, camera Dominæ nuncupantur, & quæ ſecundum verum valorem niſi ad undecim libras quatuor ſolid. & octo denar. non taxantur Ibid. m. 20. Pro Communario Eccleſiæ Sarum.

An. 24 & 25 *Edw.* 1. taxantur, cepisti in manum nostram. Tibi præcipimus, quod si ita est, tunc prædicta Laica feoda, una cum bonis & catallis in eisdem inventis, *Radulpho de Stevenhach* ejusdem Ecclesiæ Communario, sine diminutione aliqua restituas indilatè. Teste Rege apud *Brummore* 12 die *Marcii.*

Cl. 25 E. 1. m. 21. Pro Willielmo Imalacen. Episcopo.

REX Vic. *Bedford.* salutem. Præcipimus tibi, quod si tibi constiterit, venerabilem patrem *Willielmum Imelacen.* Episcopum Ecclesiasticum Beneficium, aut terras vel tenementa, alicui Spirituali annexa in balliva tua habere, tunc terras & tenementa sua, una cum omnibus bonis & catallis in eisdem inventis, quæ prætextu mandati nostri nuper tibi directi, **De Laicis Feodis Archiepiscoporum, Episcoporum, et totius Cleri, de balliva tua, una cum bonis et catallis in eisdem inventis, in manum nostram capiendi,** cepisti in manum nostram, **eidem Episcopo sine diminutione aliqua deliberes indilate.** Teste Rege apud *Clarendon.* 6. die *Marcii.*

Ibid. m. 22. Pro Priore Hospital. S. Johannis Ierusal. in Angl.

REX Vicecomiti *Westmerland*, salutem. Licet tibi nuper præceperimus, **quod Laica feoda Archiepiscoporum Episcoporum, et totius Cleri in Balliba tua, una cum bonis et catallis in eisdem inventis, in manum nostram caperes,** &c. Quia tamen dilectos nobis in Christo, Priorem & fratres Hospitalis Sancti *Johannis Jerusalem.* in *Anglia*, per literas nostras patentes dur. usque ad Festum Omnium Sanctorum proximò futurum, susceptmus in protectionem, & defensionem nostram specialem, omnibus & singulis inhibentes, ne de equis vel aliis averiis suis, carectis vel cariagio, seu bladis lardario, aut aliis bonis vel rebus suis quibuscunque ubicunque consistant, ad opus nostrum, aut aliorum quorumcunque sine licentia & voluntate ipsorum Prioris & fratrum, aliquid interim capiant, seu capi faciant, quo minus, de eisdem equis, & aliis averiis suis, carectis, cariagio, Blad. Lardario, & aliis bonis & rebus suis liberè disponere & ordinare, ac commodum suum facere possint, prout sibi melius viderint expedire. Tibi præcipimus, **quod Laica feoda ipsorum Prioris et Fratrum in balliba tua, in manum nostram prætextu mandati nostri prædicti, una cum bonis et catallis in eisdem inventis, eisdem Priori et fratribus sine diminutione aliqua restituens, nichil de Equis bel aliis Averiis, carectis, cariagio, blad. lardario, aut aliis bonis seu rebus suis prædictis capias, seu capi facias, contra tenorem protectionis nostræ prædictæ.** Teste Rege apud *Ambresbur.* 25. die *Febr.*

Consimiles literas habent idem Prior & Fratres singulis Vic. per *Angliam.* Teste ut supra.

Ibidem. Pro Magistro Militiæ Templi in Anglia.

REX Vic. *Bedford.* & *Bucks.* salutem, Licet tibi nuper præcepimus, **quod Laica Feoda Archiepiscoporum,** &c. (ut supra usque ibi.) Quia tamen dilectos nobis in Christo Magistrum *Militiæ Templi* in *Angl.* per literas, *ut*, *&c.* **susceptmus in protectionem,** &c. *ut supra.* Teste Rege apud *Odiham*, 22. die *Febr.* Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles literæ diriguntur singulis Vic. per *Angliam.* Teste ut supra.

The Kings Writs of *Prohibition* directed to the Archbishops, Bishops, and Clergy in Convocation, with his Letters of Procuration for appealing against and preventing their antimonarchical proceedings, were issued in this form.

* Ex Rot. Patentium 25 E. 1. pars, m. 9. intus. See Spelmanni Concil. Tom. 2 p 427, 428. Defensio Regis ne Præ'ati aliquid ordinent in præjudicium Regis.

Edward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, &c. As honorables Peers en Deiu, Erceveſques, Eveſqs, as autres Prelaz, e a toux ceus de la Clergie qui a ceste demy quaresme procbein avenir serront a *Londres* assemblez, saluz. **Nous defendons a bous touz e a chescun de bous sur quant qe bos nous peussez forfaire, qe bous ne nul de bous nulz choses ne ordeignez, ne faciez, n'assentez a nul ordeignment a la dite assemblee qe peussent tourner a prejudice ou a grebance de nous, ou de nul de nos Ministres, ou de ceux qui sont a nostre pées, e a nostre foy, et en nostre protection, ou de nos adherantz, ou a nul de eux.** Donee a *Sturministre*, le xx. jour de *Marz.*

Edward

An. 24 & 25 *Edw.* I.

De defendendo nomine Regis Prælatos aliquod ordinare in præjudicium Regis.

Edward par la grace de Dieu, &c. a Monſ. *Hughe de Deſpenſer* ſaluz. Sachiez qe nous vous abons done pleyn poer per ceſtes nos lettres ouertes a defendze en noſtre noſme, as honozables Péres in Dieu, Ercebeſque, Ebeſque, e autrez Pzelaz, e a touz ceur de la Clergie de noſtre Roiaume qui ſerront aſſemblez a *Londres* a ceſte demy quareſme, qe eus ne facent, ne ozdeignent, ne aſſentent a nul ozdeignement en tel aſſemble que puſſent tourner en pzejudice ou en grebance de nous ou de nous miniſtres, ou de ceur qui ſont de noſtre pees, e a noſtre foi, e ſouz noſtre pzoteccion, ou de nos adherdantz, au de null de eur, ſi come plus pleinement eſt contenu en nous lettres ouertez, les queles nous enueons as pzelatz avanditz. E pur ce vous mandoms, que lavantdit jour a la dit aſſemble de Pzelatz, obeque ceur de noſtre Counſail qe bous ibodzes appeller, en boſtre pzopze perſone faciez le defens en la fourme de ſouzdite. Recevantz bers bous les dites lettres que ſont eſcrites a Pzelatz e ceſtes auent. Donees a *Sturminiſtir* le xxi. jour de *Marz*.

Pat. 25 E. 1. m. 10. intus. De provocatione et ap ellatione faciend. a Cantuar. Archiepiſcopo & Suffraganeis ſuis, ad D Papam, ex parte Domini Regis.

Edward par le Grace de Dieu Roy *D'angleterre*, Seigneur *Dirlande*, & Ducs *Daquitain*, as honorables Peeres en Dieu, *Robert* par la meſme Grace Erceveſqe de *Canterbir.* & a ſes Suffragans, e a toux autres Prælatz de noſtre Royaume, qui ſerront a ceſte mpe quareſme aſſemblez a *Londre* ſaluz. Pur ceo qe par aucunes evidentes reiſons et pzeſumpcions, et pur aucunes boluntez qe nous aboms beues de bous deſrenables, ſemble a nous que per bous ou par aucuns de vous purroient eſtre ozdinées paravienture a la dite aſſemblée, aucunes choſes a pzæjude de nous e de noſtre Roiaume de ſéet, come ce ne peuſſez ne de deuez faire de dzoit. Nous pur eſchieure qe ce ne peuſſe a grebance de nous eſtre fait, feiſoms et eſtabliſſoms noſtre certein pzocureur, Iter de Engoleſme noſtre Clerk, a faire pzobocation ou appellation de bous ou de cheſcun de bous a la Pape, et a pzopoſer totes et cheſcunes choſes et reiſons, pur nous et pur les noz qui ſont de noſtre foy, e a noſtre pées, et ſouz noſtre pzotection, et pur touz nos adherdantz ſicome nous friens ſi nous feuſſiens illueqes pzeſent en pzopze perſone. E aboms ſerme e eſtable, et averoms quanque ſerra fait par noſtre dit pzocureur ou purra eſtre fait en les choſes avantdites. E ce ſignefioms a bous, et a cheſcun de bous, et a tour autres a queur ceſtes choſes apartinent au purront aparteinir per ces pzeſentes lettres ſeales de noſtre Seal. Done a *Wymburn menſtre* le vintime jour die *Marz*.

Ex Rot. Pat. 25 E. part. 2. m. 5. pro Rege, de procuratore conſtituto ad innovandam appellationem coram ſuffraganeis Eccleſiæ Cantuar.

REX omnibus ad quos, *&c.* Salutem. Sciatis quod nos facimus, conſtituimus & ordinamus dilectum Clericum noſtrum *Johannem de Borhun* exhibitorem præſentium procuratorem noſtrum, ad notificand. ſuffraganeis Eccleſiæ *Cantuar.* quibus viderit expedire, vel eorum officialibus, provocationes & appellationes pzo Nobis, Conſiliar. Juſticiar. Clericis et Miniſtris, ac ſautozibus noſtris, et etiam nobis adhærentibus, et ad ſacroſanctam Sedem Apoſtolicam interpoſitas; primò coram venerabili Patre *R. Cantuar.* Archiepiſcopo & ſuffraganeis prædictis, & cæteris Prælatis provinciæ *Cantuar.* nuper in media Quadrageſima *London.* congregatis per dilectum Clericum noſtrum *Iterium de Ingoliſma*, & poſtmodum in feſto Sancti *Egidii* prox. præterito in Eccleſia *Cantuar.* coram dicto Archiepiſcopo per *Hugonem de Fernemuth* Clericum noſtrum, & ad innovand. eaſdem provocationes & appellationes coram eiſdem ſuffragan. vel eorum officialibus & ſingulis eorundem; necnon ad provocandum & appellandu. ad dictam Sedem Apoſtolicam nomine noſtro, et omnium nobis adhærentium, ab eiſdem ſuffragan. vel eozum offic. et eozum quolibet, ſi dicto *Johanni* expediens videatur. Et ad faciend. omnia & ſingula quæ in præmiſſis fuerint opportuna, Ratum habituri & gratum quicquid per dictum *Johannem* notificatum, innovatum, appellatum vel factum fuerit in præmiſſis & ſingulis præmiſſorum. Et hoc omnibus quorum intereſt ſignificamus per has literas quas patentes fieri fecimus, *In teſtimonium* præmiſſorum. T. *Edward.* filio Regis, apud Sanctum *Paulum London.* 12 die *Septembr.* *Per Conſilium.*

Eodem modo conſtituitur *Marcus* de *Kanc.* procur. *&c.* ad notificand. coram Suffraganeis prædictis appellationes, *&c.* Teſte ut ſupra.

The Archbiſhops, Biſhops and Clergy proceeding obſtiuately in their Council to

An. 24 & 25 *Edw.* I. execute Pope *Boniface* his Bull, the King thereupon issued this further Writ of Procuration and Appeal against their proceedings.

Pat. 25 E. 1. pars 2. m. 6, Pro Rege de procuratore constituto ad innovandum appellationes coram Cant. Archiep. vel aliis quibuscunque.

REX venerabili in Christo patri *R.* eadem gratia *Cantuar.* Archiepiscopo, & ejusdem suffraganeis ac omnibus aliis Prælatis, & aliis quibuscunque Clericis & Laicis in Regno *Angliæ* constitutis ad quos, *&c.* salutem. **Meminimus quod nuper vobis dictis Archiepiscopo, Episcopis et Prælatis** *London.* **congregatis, quia aliquibus evidentibus rationibus, præsumptionibus et voluntatibus quas de vobis Archiepiscopo disrationabiles videramus, videbatur nobis quod per vos possent in congregatione illa in nostri et totius regni nostri præjudicium per vos indebite aliqua ordinari; Nos volentes hujusmodi periculum evitare, per dilectum Clericum nostrum** *Iterium* de *Ingol.* **procuratorem nostrum ad hoc literatorie constitutum ad Sedem Apostolicam certas provocationes et appellationes Ministrorum nostrorum, et omnium nobis adhærentium nomine, fecimus interponi; Ne vos dicte Archiepiscope vel suffraganei vestri, vel quivis alius Prælatus, vel aliter quispiam superiorum vestra, vel cujusvis vice, nomine, authoritate vel mandato contra nos aut regnum nostrum, aut ejus incolas, aut adhærentes nobis attemptaretis aliquid vel conjunctim aut divisim faceretis aliqualiter attemptari.** Verum quia ex relatione fide dignorum accepimus jam de novo, **quod vos dicte Archiepiscope dictis appellationibus non obstantibus,** (*such was their obedience to the Pope before the King.*) **ex virtute cujusdam Constitutionis Sedis Apostolicæ, et ex aliis causis quæ in necessitate in qua Regnum** *Anglie* **positum est his diebus, locum sibi vendicare non possunt, sumpto colore aliqua proponitis promulgari, vel facere declarari summe præjudicialia nobis, Consiliariis, Ministris, et cæteris incolis Regni nostri, et etiam toto Regno nostro. Nos volentes nobis et dicto Regno et omnibus incolis contra prædicta præjudicia providere, dilectum Clericum nostrum,** *Hugonem de Feremuth* **procuratorem nostrum facimus, constituimus et ordinamus per præsentes literas ad innovand.** appellationes et provocationes **prædictas, et ad faciend.** alias denuo coram quibus, et in locis et super causis quibus viderit expedire; ratum et gratum habituri quicquid per eundem *Hug.* **innovatum et appellatum fuerit in præmissis; et hoc omnibus quorum interest seu interesse potest per præsentes literas significamus.** In cujus, *&c.* Teste *Edw.* fil. Regis, tenente locum Regis, in *Anglia* apud *Tunbrigg*, 31 die *Augusti.*

Consimiles literæ factæ fuerunt sub nomine *Thomæ de Boyvill*, quas idem *Thomas* portavit usque *London.* Teste ut supra.

The King likewise issued these memorable Prohibitions to the Archbishop of *Canterbury*, and all other Bishops of *England*, not to excommunicate or trouble any of his Officers or Ministers, for seising their or otheir Clergymens corn and goods, for the necessary defence of the Realm and Church of *England*, against his enemies of *France*, by his command, in case of inevitable necessity, under pain of forfeiting all they could forfeit to him, for the reasons therein expressed.

Claus. 25 E. 1. m. 8. Prohibitio Regis contra excommunicationes.

REX venerabili in Christo patri R. eadem gratia *Cantuariensi* Archiepiscopo, totius *Angliæ* Primati, salutem. **Cum nos inevitabili necessitate cogente pro regni et hæreditarii juris nostri per Regem** *Francia* **et alios inimicos nostros invasi, et hostiliter impugnati, defensione, et Ecclesiæ** *Anglicanæ* **et personarum tam Ecclesiasticarum quam aliarum ejusdem regni præsidio, de bladis et aliis bonis earundem personarum capi fecerimus, ad capiendum seu capi faciendum pro salvatione nostra et sua dictique regni adhuc eadem necessitas nos compellat; De quibus bladis et bonis volumus et firmiter proponimus satisfactionem, ut res exegerit facere congruam et condignam. Et jam intelleverimus, quod vos contra Ministros nostros bladorum et bonorum prædictorum de mandato nostro captores, intenditis quandam Excommunicationis sententiam fulminare, vel ipsos Excommunicatos facere nunciari. Quod si sic fieret in gravem et enormem dignitatis et coronæ nostræ regiæ læsionem, ac populi scandalum manifestius redundaret, et nichilominus ex hoc ejusdem Ecclesiæ destructio, et totius regni subversio verisimiliter sequi posset. Vobis prohibemus sub debito fidelitatis et juramenti quibus nobis tenemini, actorisactura omnium quæ de nobis tenetis firmiter injungentes,**

Ne

Ne in Miniſtros noſtros Clericos aut Laicos aliquam Excommunicationis ſententiam promulgetis, ſeu etiam publicetis, aut promulgari ſeu publicari aliquatenus occaſione huiuſmodi captionis factatis vel eiſdem Miniſtris gravamen aliquod inferatis maxime cum paratti ſimus ſatisfacere, ut eſt dictum. Teſte Rege apud *Winch.* 19 die *Auguſti.* *An.* 25 *E.* I.

Conſimiles literæ diriguntur ſingulis Epiſcopis *Anglia.* Teſte ut ſupra.

Moreover the King iſſued theſe enſuing Writs to Commiſſioners and Sheriffs in all Counties, for the apprehending and impriſoning all perſons whatſoever who ſhould excommunicate any of the Kings Miniſters, or others of the Laity or Clergy adhering to him, by vertue, or in purſuance of Pope *Boniface* his premiſed Bull.

Conſimiles literas de protectione habent ſubſcripti; *viz.* Johannes de Metingham, *Teſte ut ſupra*; Lambertus de Trickingham, *Magiſter* Johannes de Laſcy, *& triplicatur*; Radulphus de Staunford *Capellanus*, *aupl.* Johannes de Drokenesfeld, *dupl.* Henr. de Lenn, Robertus de Walmesford, Thomas de Hoyvill *Clericus*, Robertus de Scardeburgh *dupl.* Richardus de Roff, Willielmus de Burneton *dupl. Magiſter* Edm. de London, *Magiſter* Thomas de Sodinton, *Magiſter* Adam de Aumodeſham, Henr. de Gudeford *Clericus*, Elias de Bekingham, *Magiſter* Thomas de Hale *Clericus*, Humfridus de Waleden, Adam de Waldinfeld, Johannes de Certeſey *Clericus*, *Magiſter* Petrus Aimerici *Perſona Eccleſiæ de* Pecham, *Magiſter* Guido de Tillebrok *Clericus*, Johannes *Epiſcopus* Winton. *dupl.* Philippus de Willughby *dupl.* Willielmus de Burn *Clericus*, Richardus le Hoſtage de Lontheburgh, Galfridus de Norwico *Clericus*, Egidius de Barenton, *Magiſter* Thomas de Erlee, Richardus de Merton *Clericus*, Audoenus de Monte Gomeri, Johannes Skyp de London, Robertus de Bardelby, Henr. de Thurſton *dupl.* Henr. de Lychefeld, *Magiſter* Thomas de Abberbir, Nicholaus Tutwyn de Lonſeby, David le Graunt, Henr. de Stanton, *Magiſter* Thomas de Lichefeld, W. Bathon. *&* Wellen. *Epiſcopus*, Willielmus de la Dune, Nicholaus de Bolingbrok, Willielmus de Felſtede, Nicholaus de Miſterton *Clericus*, Johannes de Berewyk, Adam de Oſgodby, Willielmus de Langele, Henr. de Dunolm. *Prior de* Wymundham, Radulphus de Alegate, *Magiſter* Robertus de Sancto Albano, Nicholaus de Miſterton, Robertus de Middelton *dupl.* Richardus de Keſton *dupl.* Hugo de Hengham *dupl.* Andr. de Kenebolton, Johannes de Staford, Robertus de Aete *Clericus*, Henr. de Shenholt, Thomas de Lavenham, Walterus de Leyceſtr. Rogerus de Leyceſtr. *Clericus*, *Magiſter* Simon *Perſona Eccleſiæ de* Heyfordwaryn, Henr. de Hales, Walterus de Felſtede *Clericus*, Willielmus de Byrlay, Willielmus de Tronbrugg *Clericus*, Hugo de Nottingham *Clericus*, *& dupl. Magiſter* Henr. de Bray *Clericus*, *Magiſter* Petrus de Dene, Simon. de Wovecote *Clericus*, Hugo de Roubury *Clericus*, W. Elien. *Epiſcopus*, Johannes de Kirkeby *Perſona Eccleſiæ de* Northmimmes, Robertus de Mar, Robertus de Cornherth, Johannes de Wengham *Præcentor Eccleſiæ* Sancti Pauli London, *Magiſter* Johannes de Sancto Claro, Willielmus de Perſoure, Henr. de Rolling, Henr. de Fodringeye, Johannes de Reda, Edmundus de Hoo, *Magiſter* Richardus de Graveſend *Archid.* London, Walterus de Norwyco, *Magiſter* Reginaldus de Braundon, Radulphus de Rimnale, Petrus de Lyndeſeie, Richardus Bernard de Hunnewyk, *&* Johannes fil. Johannis de Arderne. *Et idem* Reginaldus *habet aliam protectionem pro nomine ſuo ſolum*; Bartholomæus de Florentino, *Magiſter* Jacobus Smeband, *Prioriſſa de* Haliwell, Wilhelmus de Cannill, *Magiſter* Radulphus de Ivingho, Gilbertus de Roubyri, Walterus de Wengham, Johannes Baldock, *Magiſter* Thomas de Abberbury, Willielmus de Norwico, Thomas de Baſing *Clericus*, Robertus de Herierd, Galfridus de Farham, Simon de Farham, *Prioriſſa* Sanctæ Elenæ London, Rogerus de Skyrmyng *Clericus*, Johannes de Silveſton, *Magiſter* Walterus de Dounbrigg, Egidius de Andenardo, *Magiſter* Andr. de Farentino, *Magiſter* Willielmus de Eſſex *Clericus*, *Magiſter* Thomas de Skirminge *Clericus*, Henr. de Batthorp *Clericus*, Nicholaus le Romeyn *Clericus*, Nicholaus de Hatfeld *Clericus*, Johannes Chaynel, Nicholaus de Burton, Nicholaus de Sparkford *Clericus*, Johannes de Lovetot *Clericus*, *Magiſter* Edm. de London *Perſona Eccleſiæ de* Witcifford; *Idem* Edm. *Canonicus liberæ Capellæ Regis beatæ* Mariæ *in Caſtro Regis* Haſtings, Richardus de Bereford *Clericus.*

What Writs of Protection and reſtitution were granted by the King to other Parſons, Vicars, Abbots, Abbeſſes, Priors, Freers, Biſhops, Eccleſiaſtical or Religious perſons, and to what Sheriffs they were directed, thoſe who pleaſe may peruſe in *Clauſ.* 25 E. 1. m. 22, to 26. where they are recorded.

Sundry

Sundry Clergymen, not being able or willing to purchase particular Protections from the King, upon the Archbishops and Bishops supplications, (after their submission and reconciliation to the King) had this general Protection issued to the Sheriffs of *London*, and other Sheriffs on their behalf. *An.* 25 E. 1.

REX *Vicecomitibus* London. *salutem. Licet aliqui de Clero qui sunt infra Ballivam vestram* **Protectionem nostram forsan non habuerunt tempore retroacto, ad instantiam tamen et rogatum** *venerabilium patrum* R. *Archiepiscopi* Cantuar. *& aliorum Episcoporum & Prælatorum regni nostri*, **nobis pro eodem Clero supplicantiam, volentes Clerum eundem ab omni molestia et inquietatione indebita protegi et defendi:** *Vobis mandamus*, **quod omnes et singulos de Clero prædicto, homines, terras, res, redditus, et omnes possessiones eorundem in Balliva vestra deinceps manuteneatis, protegatis et defendatis: non permittentes quantum in vobis est, quod præfato Clero aut eorum alicui in personis et rebus inferatur injuria, dampnum, molestia vel gravamen, non obstante quod aliqui de Clero prædicto Protectionem nostram non habuerunt, sicut prædictum est.** *Teste Rege apud Sanctum* Paulum London. 26 *die* Julii. Clauf. 25 E. 1. m. 9. dorso. Pro Clero protectionem Regis non habente.

The Archbishop of *Canterbury* (who procured Pope *Boniface* his premised Bull, and was most peremptory, stout in the prosecution of it, for which all his Temporalties, Goods, Chattels were seised) being forced to hide his head, and reduced to great extremities, was likewise restored to the Kings favour and protection at last, through the earnest prayer and mediation of his Suffragan Bishops on his behalf, upon hopes of his future loyaltie; whereupon the King out of his special grace issued these Writs to restore his Temporalties, with all his Oxen, Goods and Chattels formerly seised, in the state they now were.

REX *Vic.* Kanc. *salutem.* **Licet tibi nuper præcepimus, quod omnia laica feoda Archiepiscoporum, Episcoporum, et totius Cleri de Balliva tua, una cum bonis et catallis in eisdem inventis, sine dilatione caperes in manum nostram, et ea salvo custodires donec aliud inde præcepissemus. Volentes tamen ad instantem requisitionem Prælatorum** Cantuariensis **Provinciæ, venerabili patri** R. Cantuar. **Archiepiscopo, totius** Angliæ **Primati, gratiam facere specialem.** *Tibi præcipimus*, **quod eidem Archiepiscopo omnia laica feoda sua, una cum bobus, carucis, et omnibus aliis bonis et catallis suis in eisdem existentibus, quæ prætertu mandati nostri prædicti in manum nostram cepisti, in eo statu quo nunc sunt restitui facias indilate.** *Teste Rege apud* Westm. 11 *die* Julii.

Consimiles literæ diriguntur Vic. Surr. Suffex. Midd. & Essex. Clauf. 25 E. 1. m. 12. Pro Cantuar. Archiepisc. de laicis feodis restituendis.

From this premised Bull of Pope *Boniface*, prohibiting Clergymen to give or pay any Taxes to Kings for their Kingdoms necessary defence against publick enemies, without his special license, under the penalties therein expressed, and the premised contests arising thereupon between K. *Edward*, his Prelates and Clergy, our Kings, Nobles, and all others may now observe. 1. That this Popes Constitution made in *Cathedra*, by the advice and assistance of his Brethren, was not only *erronious* and *antimonarchical*, but *antichristian* and *diabolical*, diametrically contrary to *Christs*, St. *Peters* and St. *Pauls* expresse precepts and presidents, recorded in the Gospel for all Prelates, Christians conscientiously to obey, practise, imitate upon all emergent occasions, *Mat.* 17. 25, 26, 27. c. 22. 16, to 22. *Mar.* 12. 13, to 18. *Luk.* 20. 22, to 27. *Rom.* 13. 5, 6, 7. 1 *Pet.* 2. 11, 13, 15, 16. *Tit.* 3. 1. 2ly. That our Archbishops, Bishops, Clergies procuring of, and submission thereunto, was not only an high contempt against *Christs* and his Apostles precepts, presidents, as *Christians*, but a most seditious, trayterous, rebellious practice, against their duties, Oathes, Allegiance as *Subjects*, of very dangerous president to all Lay-Subjects in like cases. 3ly. That King *Edwards* heroical opposition against this Papal Decree, and his strenuous severe proceedings against his Archbishops, Bishops, Clergy, in putting them out of his Protection, and seising all their Lands, Goods, Chattels for this offence, whereby he crushed this Cockatrice in the shell, was not only an act of great courage, justice, but also of policy and prudence, without which he could

An. 25 E. 1. never have preserved his Royal dignity, Jurisdiction, Crown, against the Popes and Prelates Usurpations on them, nor his Person, Kingdoms, Dominions against his Foreign Enemies invasions. 4ly. That this his turning his Bishops, Clergy out of the Parliament-house, holding a Parliament, and making Laws with his Temporal Lords and Commons without them, is not only justified to be lawfull by our [a] *Law-books*, but likewise by two of our learnedest late Bishops, [b] *Jewell* of *Salisbury*, and [c] *Bilson* of *Winchester*, in their authorized Books in defence of the Doctrine of the Church of *England* against Papists and Jesuits; where they assert, **That the King and Temporal Lords and Commons in Parliament, may lawfully make Laws, Statutes, even in matters of Religion, not only by the more part of voyces, although the Archbishops and Bishops were never so earnestly bent against it; and that Statutes so passing in Parliament only by the voyces of the Lords Temporal, without the agreement and consent of the Lords Spiritual, have nevertheless been allwayes confirmed, ratified by the Royal assent of the Prince; but likewise when they were excluded the Parliament, as in the Statutes of King** Edward the 1. *In a Parliament held at* St. Edmondsbury, (*and after that at* Sarum) **the Archbishops and Bishops were quite shut forth, yet the Parliament held on, and good and wholsome Laws were there enacted, the departing, or absence, or malice of the Spiritual Lords notwithstanding. May not the Kings Highness** (addes *Bilson*) **serve Christ in making Laws for Christ, without your** (Popes and Bishops) **liking? Claim you that interest or prerogative, that without you nothing shall be done, by the Laws of God, or by the Charters of the Realm? By the Laws of the Land you have no such privilege. Parliaments have been kept by the King and his Barons, the Clergy wholly excluded, and yet their Acts and Statutes good. And when the Bishops were present, their voyces from the Conquest till this day were never Negative, but Acts passed without and against their votes and protestations;** witnesse 20 H. 3. c. 9. 3 R. 2. c. 2. 7 R. 2. c. 11. 11 R. 2. c. 3. Rot. Parl. nu. 9, 10, 11. 21 R. 2. Rot. Parl. nu. 9, 10. 6 H. 6. Rot. Parl. nu. 27. and other Acts. 5ly. That there is no other means for Kings to support their Crowns against Popes, Prelates, Clergymens Usurpations, but by resolute, rigorous proceedings against them, till they reduce them to due subjection, obedience, and force them to renounce their Antimonarchical Decrees and Innovations against their Prerogatives, as King *Edward* here did, and then received them into his special protection.

a Keilways Reports, f. 184. Cromptons Jurisdiction of Courts, f. 19. Cooks 4 Inst. p. 25

b Defence of the Apology of the Church of England, part 6. ch. 1. divis. 1.

c The true difference between Christian Subjection, & Unchristian Rebellion, part 3. p. 540, to 543. See my Antipathy, &c. part 2. p. 458, to 565.

And here it is very observable, That as our King *Edward* thus strenuously opposed Pope *Boniface* his Antimonarchical Constitution, against demanding or imposing Subsidies on the Clergy without his previous consent, in *England*, so King * *Philip* the 4th. (though his mortal enemy) encouraged by his heroick previous example, did the like in *France*, publishing this special memorable *Remonstrance* against it; and thereupon extorted a Dispensation from this Pope, for the Prelates and Clergy of his Realm to assist him with Subsidies and their Armes in his Wars against King *Edward* and the *Flemins*, which I shall here insert out of the Charters of *France*, published by *Pierre de Pithou*, and others.

* See Fox Acts & Monuments vol. 1. p. 447, to 458.

* Responsiones nomine *Philippi* Regis ad Bullam *Bonifacii* P. P. 8.
Datam *Anagniæ* 11 die *Octobris*, Pontificatus sui anno secundo.

ANtequam essent Clerici, Rex Franciæ *habebat custodiam regni sui, & poterat statuta facere, quibus ab inimicorum insidiis & nocumentis sibi & regno præcaveret, & per quæ inimicis subtraheret omnino subsidia, quibus ipsum & regnum possent gravius impugnare. Hac de causa Dominus Rex qui nunc est,* **equos, arma, pecunias et similia generali edicto prohibuit extrahi de regno suo,** *ne forsitan talia per malignorum fraudulentiam ad manus inimicorum in Domini Regis & regni præjudicium devenirent; nec hoc simpliciter prohibuit, sed adjecit,* hæc non debere fieri absque ejus licentia speciali: *super hoc habens rectam intentionem, quod quando sibi constaret pro certo, quod talia sic ab ipso prohibita essent bona Clericorum, & quod extrahi de regno, sibi & regno non obessent, nec inimicis prodessent, nulli sic petenti, & præmissa probanti, licentiam denegaret.* **Et videtur satis mirabile, quod carissimus filius Papæ** (our King *Edward* the 1. then in hostility with King *Philip*) **non solum Clericorum bona,**

* Pierre de Pithou Preuves les Libertez de l'Eglise Gallicane, chap 39. sect. 8. p. 1497, to 1499. m. Treasor des Chartres Registre, c. 29. p 12.

bona, ſed etiam perſonas detinet violenter, (for ſubmitting to this Conſtitution of his) nec propter hoc Dominus Papa ipſum denuntiat ſententiam Excommunicationis incurriſſe. Sancta mater Eccleſia, ſponſa Chriſti, non ſolum eſt ex Clericis, ſed etiam ex Laicis; *imò ſacra teſtante Scriptura,* [a] ſicut eſt unus Dominus, una fides, unum baptiſma, *ſic à primo uſque ad ultimum ex omnibus Chriſti fidelibus,* [b] una eſt Eccleſia ipſi Chriſto cœleſti ſponſo, annulo fidei deſponſata, *quam ipſe à ſervitute peccati, à jugo veteris legis, ac dominio hoſtis antiqui per mortem ſuam miſericorditer liberavit,* qua libertate gaudere voluit omnes illos, tam Laicos quam Clericos, [c] quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri, iis videlicet qui credunt in nomen ejus, *& ſuſceperunt Chriſtianæ fidei ſacramenta.* Numquid ſolum pro Clericis Chriſtus mortuus eſt, et reſurrexit? abſit. [d] Numquid eſt perſonarum acceptio apud Dominum, ut ſolum Clerici in hoc mundo gratiam, et in futuro gloriam conſequantur? abſit. Sed per indifferentiam [e] omni credenti operanti bonum, per fidem et dilectionem æternæ retributionis præmium repromiſit. *Et quia Clerici in Eccleſia, ut patet per prædicta, ſunt & merito & munero potiores,* non debent, nec poſſunt, niſi forſitan per abuſum, ſibi appropriare, quaſi alios excludendo, Eccleſiaſticam libertatem, loquendo de libertate [f] qua Chriſtus nos ſua gratia liberavit. *Multæ verò ſunt libertates ſingulares, non univerſalis Eccleſiæ, ſponſa Chriſti, ſed ſolum ejus miniſtrorum, quæ cultui divino ad ædificationem populi ſunt, & eſſe debent* * *ſpiritualius deputati.* Quæ quidem libertates per ſtatuta Romanorum Pontificum, de benignitate vel ſaltem permiſſione Principum ſecularium, ſunt conceſſæ; quæ quidem libertates ſic conceſſæ vel permiſſæ, ipſis Regibus ſuorum regnorum gubernationem ac defenſionem auferre non poſſunt; nec ea quæ dictæ gubernationi et defenſioni neceſſaria, ſeu expedientia, * et deliberato bonorum ac prudentium conſilio judicantur, dicente Domino Pontificibus Templi; [g] Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. *Et quia turpis eſt pars quæ non ſuo congruit univerſo, & membrum inutile & paralyticum, quod corpori ſuo ſubſidium ferre recuſat,* quicunque ſive Clerici, ſive Laici, ſive Nobiles, ſive ignobiles, qui capiti ſuo vel corpori, hoc eſt Domino Regi et regno, imo etiam ſibimet, auxilium ferre recuſant, ſemetipſos partes incongruas et membra inutilia, et quaſi paralytica eſſe demonſtrant: Unde ſi a talibus pro rata ſua ſubventionum auxilia requiruntur, non exactiones, vel extortiones, vel gravamina dici debent; ſed potius capiti, et corpori, et membris, debita ſubſidia; ſed et pro defenſoribus et pugilibus ipſorum, quibus non licet, vel qui non poſſunt pugnare per ſeipſos, ſtipendia præparata: [h] Nemo ſiquidem tenetur pro aliis propriis ſtipendiis militare. *Et quòd ſi inimicorum rabies invaleſceret contra regnum,* conſtat quod bona Clericorum penitus diſſiparentur; quare, multo plus aliis, indigent ab hoſtili impugnatione defendi. Ideoque in naturalis juris injuriam eſſe videtur, prohibere cuicunque ſervo, vel libero, vel Clerico, vel Laico, nobili vel ignobili, clypeum defenſionis objicere contra hoſtilem gladium, aut ſtipendia ſolvere defenſori. [i] Nonne merito Deus tales tradidit in reprobum ſenſum qui jus naturale et antiquum nituntur ſubvertere, pro ſuæ libito voluntatis? Et quis ſapiens et intelligens hæc, non incidit in vehementem ſtuporem, audiens Vicarium Jeſu Chriſti prohibentem tributum dari Cæſari, et ſub anathemate fulminantem, ne Clerici contra injuſtæ perſecutionis incurſus, Domino Regi et regno, imo ſibimetipſis, pro rata ſua manum porrigant adjutricem? Dare vero hiſtrionibus, et amicis carnalibus, et neglectis pauperibus, expenſas facere ſuperfluas in robis, equitaturis, comitatibus, commeſſationibus, et aliis pompis ſæcularibus, permittitur eiſdem, imo conceditur, ad perniciioſæ imitationis exemplum. Hoc enim natura et ratio, jus divinum et humanum pariter deteſtantur, ad illicita fœna laxare, et licita, imo neceſſaria, cohibere. Quis enim ſanæ mentis judicaret licitum et honeſtum ſub anathemate cohibere, ne Clerici, ex devotione Principum incraſſati, impinguati et dilatati, pro modulo ſuo eiſdem Principibus aſſiſtant, contra ingruentes injuſtorum perſecutionum adverſitates, quocunq; colore excogitato, doni vel mutui, vel ſubventionis pro ſeipſis, pro Rege et regno pugnantibus, et reſiſtentibus inimicis vi armorum, alimenta præbendo vel ſtipendia perſolvendo? Non enim prudenter attendunt qui talia perhibent, vel renuunt, quod hoc nihil aliud eſt quam inimicos juvare, et crimen læſæ Majeſtatis incurrere, et quaſi velle prodere ipſum Reipublicæ defenſorem; ad quod crimen puniendum

a Epheſ. 4. 4, 5, 6.
b Epheſ. 4. 11, 12. c. 5. 23, to 28. Hebr. 12. 22, 23.
c Joan. 1. 12. Mar. 16. 26, 27.
d Rom. 2. 11. Act. 10. 34, 35.
e Rom. 3. 22, 26, 30.
f Gal 4. 26, 31. c. 5. 1.
* *ſpecialius.*
* *er.*
g Mat. 22. 21. Rom. 13 7.
h 1 Cor. 9. 9.
i Rom. 9. 28.

Nota.

An. 25 E. 1. intendimus plus solito, volente Deo oculos aperire. *Deum siquidem fide & devotione colimus, & Ecclesiam Catholicam & Ministros ejus multipliciter veneramur in terris, sicut & omnes patres nostri*; sed hominum minas, minus rationabiles et injustas, minime reformidamus; *nam coram Deo, favente ejus clementia, semper justitia invenietur in nobis. Nonne Rex* Angliæ, *quondam homo noster ligius,* *vocatus ad judicium coram nobis, cum omni solemnitate quâ decuit, ad imperium Domini sui venire contempsit? Quare necessè habuimus terras quas à nobis tenebat ad* manum nostram trahere, *judicio & justitia mediante; cujus occasione dictus Rex* Angliæ *homagio & fidelitate quibus nobis tenebatur, ratione terrarum quas à nobis tenebat in feudum, renunciavit expressè, & postea contra nos insurgens crudeliter, prædictas terras sibi est nisus adquirere, non tam vi armorum, quam dolo, via justitiæ, & rationis, & consuetudinis approbata penitus prætermissa. Quis Rex, quisve Princeps terras feodales sic à vassallo suo dimissas, & tum multipliciter forisfactas, ad se non traheret, & non defenderet, tanquam suas? Nec super hoc debetur ab aliquo increpari, sed potius de contrario reprehendi. Et Regi* Theutoniæ *quid potuit vel debuit plus offerri, quod esset rationis aut pacis, quàm quod quatuor viri eligerentur idonei, duo pro nobis, & duo pro ipso, qui de limitibus Regni & Imperii cognoscerent & tractarent, & quicquid super hoc ordinarent ambo Reges in perpetuum observarent. Et si prædicti quatuor discordarent, ipsi possent eligere quintum, qui eorum discordiam revocaret: Et si dictus Rex* Theutoniæ *de Comitatu* Burgundiæ *conqueratur, sua querimonia nulla ratione fulcitur. Nam notorium est omnibus, quod post guerram apertam & diffidationem superbam, à dicto Rege nobis factam, dictum Comitatum nobis duximus acquirendum. Nam in diffidatione sua contra nos graviora facere minabatur, & jam forsitan fecisset, si adhuc sibi se optulisset facultas:* Nonne sanctæ matri Ecclesiæ nos et antecessores nostri, multa grata servitia ab antiquo, et immensa beneficia contulimus, quibus Ministri ejusdem multo pinguius et gloriosius, quam in aliis regnis temporalibus exaltantur? Super quo velit Deus, quod ingratitudinis vitium non incurrant; non enim debent debitas subventiones negare, sed ultro quicquid habent offerre; præsertim cum videant manifeste, quod prædicti Reges injuste, et sine causa rationabili, nos impugnant. Quare modo non fuissemus ab Ecclesia amplioribus injuriis provocandi, sed potius ab ea, tanquam a pia matre, fovendi et placandi, et a malis imminentibus efficaciter consolandi.

* See here p. 583, 584, 585.

Moreover the Archbishop of *Rhemes* with the Suffragans and Abbots of his Province (of a different temper from our English Prelates) made this supplication to Pope *Boniface* against this his new Constitution.

* Pierre de Pithou, ibid. p. 1499. Au treasor Registre B. 28. fol. 235.

Sanctissimo Patri *ac Domino suo, Domino* Bonifacio, *divina providentia Sacrosanctæ* Romanæ *ac Universalis Ecclesiæ Summo* Pontifici, *devoti ejus filii, miseratione divina* Petrus Remensis *Archiepiscopus, & Episcopi* Remensis *Ecclesiæ Suffragantes, & Abbates, cum humili sui recommendatione, devota pedum oscula beatorum. In hac terrestri patria Ecclesiam militantem constituens providentia Conditoris, eam ex alto providit sic commoda substitutione Vicarii gubernandam, qui, ne ipsam tempestuosæ hujus sæculi fluctuationes confunderent, in turbatione sibi consilium impenderet, in tribulatione solatium, & in adversitate succursum, ut sic hujusmodi solatii præsidio fulta Vicarii, triumphanti Ecclesiæ, quæ est Christi, ad salutem humani generis, eò devotius, quò tranquillius, deserviret. Ad ipsius quippe Vicariatus apicem, diebus nostris, quod læti referimus, divinæ gratia provisionis assumpsi, qualiter ad salubre regimen, statum prosperum, & exaltationem felicem ipsius Ecclesiæ, desideriis summis aspirantes, paternam curam, studium efficax, & indefessæ sollicitudinis operam duxeritis impendendam, universalis jam notio publicat, & ipsa rei experientia manifestat.* Ex hujus siquidem desiderii fervente affectu, quem ad felicem statum universalis Ecclesiæ paterno more solliciti geritis, Beatitudinem vestram nobiter *constitutionem edidisse cognoscimus, per cujus beneficium Ecclesiarum periculis remediare, salubriter obviare dispendiis, et Ecclesiasticæ libertati voluit utiliter providere. Verum quia excellentissimus Princeps, Dominus noster Rex, ac Principes, Barones, et Domini Temporales, cæterique regnicolæ Franciæ, occasione ipsius Constitutionis, quam onerosam, gravem, et præjudicialem nimis asserunt juri suo, cum omnes, tum singulos incolas dicti regni, ad defensionem Regni et Patriæ, omni privilegio, excusatione et exceptione cessantibus, vocare prætendunt, præsertim feodatarios et fide-

* Here, p. 684.

les

les Regis ejuſdem, noſque et alios Prælatos de Regno, quorum quidam per homagium, et fere omnes juramento ſumus fidelitatis adſtricti eidem Domino noſtro Regi, ad jus et honorem ipſius et Regni ſervandum, abſque cujus neceſſario defenſionis præſidio vivere tute non poſſumus, nec defendi a noſtrorum, quorum non deeſt copia, perſecutione continua æmulorum: dura turbatione commoti, per majores in unum conſilio inito, quoad remedium utile benivolentia paterna prohibeat, irreparabilis cauſæ præjudicium, quod non ſine multa cordium amaritudine recitamus, exorquere diſponunt; ſicque Gallicana Eccleſia, quæ retroactis temporibus in pacis pulchritudine, et libertatis plenitudine conquiebit; diverſis jam exponitur fluctuationibus tempeſtatum, fremunt ſcandala, extreſcunt anguſtiæ, et finalis ruinæ pericula ſunt in promptu. *Ad Apoſtolicæ ſanctitatis providentiam circumſpectam propterea duximus fiducialiter recurrendum, quanta poſſumus devota & unanimi inſtantia ſupplicantes*, ut oportune et ſalubriter prohibitionis remedium in hac parte clementius adhibere dignetur, per quod ſedat ſcandala, et cum præfato Domino Rege, ſuiſque Principibus, et cæteris Temporalibus Dominis dicti Regni, eadem Gallicana ſervet Eccleſia pacis et caritatis ſolitæ unionem, ac ſub alarum ſuarum velamine, et protectionis opportunæ ſuffragio ſuo, noſtris temporibus, uni ſemper impendat creatori devote debitum famulatum. Et ecce venerabiles patres Epiſcopos ad Sanctitatis veſtræ præſentiam propter hoc ſpeciale deſtinamus, qui frequentia Scandala et imminentia, immo inſtantia in jamnis, hujuſmodi diſcriminoſa pericula, ſenſibus veſtris perfectius explicabunt oraculo vivæ vocis.

An. 25 E. 1.

Pope *Boniface*, upon reception and conſideration of the premiſed Declaration and Supplication, ſent this enſuing explanatory Bull to King *Philip*, by which he declared, that his Bull extended not to voluntary grants of aydes by the Clergy, &c. that the Kings of *France* (and by conſequence the King of *England*, and all other Kings, Princes) might in caſes of neceſſity of the State, conſtrain Eccleſiaſtical perſons who were their Subjects, to contribute for the defence of their Realm without ſending to the Pope for his precedent conſent thereto.

*BOnifacius *Epiſcopus Servus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio*, Philippo *Regi* Franciæ *Illuſtri, ad perpetuam rei memoriam*. Etſi de ſtatu regni cujuſlibet, in quo Catholicæ fidei cultus viget, paternæ ſollicitudinis ſtudio cogitemus, ad ſtatum tamen Chriſtianiſſimi Regni Franciæ, in quo ſemper anteactis temporibus erga Romanam Matrem Eccleſiam viguit devotionis integritas, reverentiæ plenitudo reſplenduit, ferbuit obedientiæ promptitudo, tanto ſolertius aciem conſiderationis extendimus, et circa illud cogitationis noſtræ verſatur inſtantia, quanto ipſum uberiori favore proſequimur et ſincerius gerimus in viſceribus charitatis. Dudum ſiquidem Paſtoralis officii debitum exequentes in favorem Eccleſiæ et Eccleſiaſticæ libertatis auctoritate Apoſtolica duximus* ſtatuendum, ne Prælati et perſonæ Eccleſiaſticæ, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, aut conſtitutionis exiſtant ſub adjutorii, mutui, vel doni nomine, Imperatoribus, Regibus, Principibus, aut Præſidentibus cæteris præſtent, abſque Apoſtolicæ ſedis authoritate Subſidia, quocunque nomine cenſeantur: nec Imperatores, Reges, ſeu Principes, aut aliter Præſidentes ea imponere, exigere, vel recipere ab eiſdem Prælatis, et perſonis Eccleſiaſticis audeant, certis pœnis adjectis nichilominus in hac parte. *Verum nonnulli noſtræ intentionis ignari, ſuæque prudentiæ innitentes*, hujuſmodi Conſtitutionem noſtram non rationabili, aut æquitati conſonæ, ſed voluntariæ interpretationi ſubjicere moliuntur: *non attendentes*, quod ad eum qui condidit, interpretatio noſcitur pertinere. Nos igitur huic morbo congruam intendentes adhibere medelam, *& ut cujuſlibet ambiguitatis ſcrupulus in hac parte tollatur, & veritatis puritas eluceſcat, auctoritate præſentium declaramus*, quod Conſtitutio ipſa, vel ejus prohibitio ad donaria vel mutua, ſeu quæbis alia voluntaria Prælatorum vel perſonarum Eccleſiaſticarum ejuſdem Regni, cujuſcunque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, omni prorſus coactione aut exactione ceſſante, ſe aliquatenus non extendat, *licet ad id forſitan tua, vel ſucceſſorum tuorum, qui pro tempore fuerint, aut tuorum vel eorundem Officialium, ſeu Ducum, Comitum, Baronum, Nobilium, vel aliorum Dominorum Temporalium de Regno prædicto requiſitio curialis & amica præcedat.* Quodque feudalia, cenſualia, ſive jura qualibet in rerum Eccleſiaſticarum datione retenta, vel

* Pierre de Pithou, ibid. n. 10. p. 1500.

*Here, p 684, 685.

alia

An. 25 *E.* 1. alia ſervitia conſueta tibi, tuiſque ſucceſſoribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, et aliis temporalibus Dominis ſupradictis, tam de jure quam de conſuetudine a perſonis Eccleſiaſticis debita, præfata Conſtitutio non includat, vel aliquatenus comprehendat. Et quod Perſonæ Eccleſiaſticæ pro Eccleſiarum ſuarum utilitatibus compoſitionis aut tranſactionis titulo, vel alio quobis modo, ſeu pro libertatibus acquirendis tecum, et cum tuis ſucceſſoribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, et aliis temporalibus Dominis prælibatis, prout conſcientiis eorum bidebitur, et ante conſtitutionem eandem poterant, libere valeant convenire, nec illas per ipſius Conſtitutionis bigorem in iis contingat aliquatenus impediri. *Quodq; Conſtitutio eadem Clericos clericaliter non viventes, ſed ſe mercationibus & mercimoniis, præſertim inhoneſtis & vilibus, vel ſæviis immiſcentes actibus non defendat. Adjicimus inſuper hujuſmodi declarationi noſtræ*, Quod ſi tibi et ſucceſſoribus tuis pro univerſali vel particulari ejuſdem Regni defenſione, periculoſa neceſſitas immineret, ad hujuſmodi neceſſitatis caſum ſe nequaquam extendat Conſtitutio memorata; quin potius tu et ſucceſſores tui poſſitis a Prælatis et perſonis Eccleſiaſticis dicti Regni petere ac recipere pro hujuſmodi defenſione ſubſidium vel contributionem, illudque vel illam Prælati et perſonæ prædicti tibi et ſucceſſoribus tuis, * inconſulto etiam Romano Pontifice, teneantur et valeant ſub quotæ nomine, aut alias etiam impertiri; non obſtantibus Conſtitutione prædicta, ſeu quovis exemptionis, aut alio quolibet privilegio, ſub quacunque verborum forma confecto a Sede Apoſtolica impetrato. Quodque neceſſitatis declaratio ſupradicta tuæ et ſucceſſorum tuorum conſcientiis, dummodo ſucceſſores ipſi viceſimum ætatis annum exegerint, relinquatur. Super quo tuam et ſucceſſorum prædictorum conſcientias onerari, ac tibi et eiſdem ſucceſſoribus innoteſcere volumus, quod quicquid recipi ultra ipſius defenſionis caſum contigerit, tu et iidem ſucceſſores in veſtrarum recipietis periculum animarum, ſuper quo niſi tu et dicti ſucceſſores vobis ſalubriter provideretis; attendere poteritis, in quo periculo vos contigerit remanere. *Si verò defenſionis prædictæ tempore hujuſmodi ætatis annum præfati non exegerint Succeſſores*, declaratio neceſſitatis ejuſdem Prælatorum, Clericorum et Laicorum, qui de ipſorum ſucceſſorum ſtricto Concilio, ſeu majoris partis ipſorum fuerint, conſcientiis relinquatur. *Quorum ſimiliter conſcientias onerari volumus, eisque plenius aperiri*, quod ſi quid ultra caſum defenſionis reciperetur ejuſdem, in diſpendium ſalutis Conſiliariorum reciperetur ipſorum, illudque reſtituere teneantur. *Quodque præterea intentionis noſtræ non extitit, nec exiſtit per conſtitutionem prædictam ſeu declarationem præſentem*, jura, libertates, franchiſias ſeu conſuetudines quæ tibi et regno, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus et quibuſvis aliis Temporalibus Dominis, editionis præfatæ Conſtitutionis tempori, ac etiam ante illud competere noſcebantur, tollere, diminuere, vel quovis modo mutare, aut eis in aliquo derogare, ſeu novas ſervitutes vel ſubmiſſiones imponere. Sed jura, libertates, franchiſias et conſuetudines ſupradicta, tibi et aliis prælibatis illæſa et integra conſervare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. *Si quis autem hoc attemperare præſumpſerit*, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. *Datum apud* Urbem veterem 11 *Kal.* Aug. *Pontificatus noſtri anno tertio.*

* *Nota.*

Moreover the Pope ſent this Bull to the Archbiſhops of *Rhoan*, *Auxerre*, and the Abbot of Saint *Denys* in *France*, that they might conſtrain (and therefore our *Engliſh* Archbiſhops, Biſhops, Abbots, by like reaſon) the Clergy and religious perſons under their Juriſdictions, to yield aids and Subſidies to the Kings of *France*, to defend or reſcue them or their ſonnes from their enemies, eſpecially if taken priſoners by them, notwithſtanding his Conſtitution, without any licenſe from him or his ſucceſſors; which our K. *Edward* did without any ſuch Bull, licenſe or declaration.

* Pierre de Pithou Preuves des Libertez de l'Egliſes Gallicans, ch. 39. ſect. 11. pag. 1503.

* Bonifacius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo* Rothomagenſi, & *Epiſcopo* Antiſſiodorenſi, *dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti* Dionyſii Pariſienſis *Diocœſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ab olim ante noſtra promotionis primordia generoſam & inclitam Domum* Franciæ, *filios devotionis, & fidei Chriſtique athletas, & Chriſtianitatis pugiles producentem, ſincera & intima charitate dileximus, ac diligere non ceſſamus, ad ſui honoris & exaltationis incrementa felicia fervent ibus ſtudiis intendentes.* Sane volentes hactenus, prout debitum noſtri requirit

quirit officii, Eccleſiarum et Eccleſiaſticæ libertatis ſtatui prouidere, ut ad divini nu- *An.* 25 E. 1.
minis gloriam quietis ſtabilis commodis perfruantur, Conſtitutionem quandam edi-
dimus; per quam prælatis & perſonis Eccleſiaſticis, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, aut
conditionis exiſtant, ſub adjutorii, mutui, vel doni nomine Imperatoribus, Regibus,
Principibus aut Præſidentibus cæteris præſtent, abſque Apoſtolicæ Sedis authoritate,
ſubſidia, quocunque nomine cenſeantur; neve Imperatores, Reges, ſeu Principes,
aut aliter Præſidentes ea imponere, exigere, ac recipere audeant, certis pœnis appo-
ſitis, inhibetur. *Verum quia nonnulli ſequentes animi ſui motus, & volentes plus ſapere*
quam ſit opus, conſtitutionem prædictam multifariè multiſque modis exponere ac interpre-
tari conantur: Nos qui proceſſus noſtros per callem juſtitiæ, tramitem æquitatis, & cer-
titudinis ſemitam dirigi, captioſis verborum oraculis omninò poſtpoſitis, affectavimus,
ut omne in hoc tollatur ambiguum, omneque dubium ſubducatur, ac noſtræ intentionis pro-
poſitum clarius eluceſcat, per noſtras literas duximus declarandum, Quod ſi chariſſi-
mus in Chriſto filius noſter Philippus Franciæ Rex illuſtris, vel ejus filius aut filii,
Rege ipſo vivente, ſeu dicti Regi ſucceſſores, ſive ipſorum filius aut filii, ſucceſſo-
ribus ipſis viventibus, ab eorum (quod abſit) hoſtibus caperentur, Prælati et per-
ſonæ Eccleſiaſticæ ſuprædicti pro dictorum Regis et filiorum ipſius, ac ſucceſſorum,
ſuorumque natorum redemptione ſeu recuperatione, non obſtante conſtitutione
prædicta, præſtare ſubſidia teneantur. *Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica*
ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu
alios Prælatos, et perſonas Eccleſiaſticas ſuprædictas ad hujuſmodi Subſidium ei-
dem Regi et ejus ſucceſſoribus exhibendum authoritate noſtra, ſpiritualiter et tem-
poraliter, prout utilius expedire videritis, appellatione poſtpoſita, compellatis;
invocato ad hoc, *ſi opus fuerit*, auxilio brachii ſæcularis, * non obſtantibus ſi eis aut * *Nota.*
quibuſvis aliis eximptis, et non eximptis per ſpecialia privilegia, ſeu literas ſub
quavis forma ſeu tenore verborum confecta, a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod
ad hujuſmodi ſubſidia præſtanda minime teneantur, quodque ad id compelli, ſeu quod
interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, per literas dictæ Sedis non facien-
tes plenam et expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem, et quælibet alia præfatæ
Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris vel expreſſionis exi-
ſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus ea-
rum impediri poſſit quomodolibet vel differri, et de qua in noſtris literis plenam et
expreſſam, ac de verbo ad verbum oporteat fieri mentionem. *Datum apud* Urbem vete-
rem, 6 *Idus* Auguſti; *Pontificatus noſtri anno tertio.*

What further oppoſitions this *French* King, his Nobles and ſubjects made againſt this proud Popes Bull and uſurpations, I ſhall relate in its due ſeries of time.

Whiles our King *Edward* was buſied in proceeding againſt his undutifull Prelates and Clergy, to reduce them to obedience, by putting them out of his Protection, ſeiſing their Temporalties, goods, chattels, and impriſoning the perſons of thoſe who publiſhed the Popes *Bull*, or excommunicated his Officers for executing his Writs iſſued againſt them, the Archbiſhop of *Canterbury*, with ſome other Prelates and Clergymen, by their clandeſtine inſtigations and diſobedient refractory examples, ſtirred up ſundry of the Nobility and Commons of the Realm againſt the King, by reaſon of divers extorſions, which the Clergies denyal of a timely ayd to ſupply his want of Monies to carry on his Wars, enforced him to exerciſe, againſt the Laws of the Realm, and the liberties and properties of his Subjects, thus related by * our Hiſtorians; *Hoc anno* auxit Rex tributum de lanis, accipiens de quolibet ſacco quadraginta ſolidos, cum prius ultra marcam dimidiam non daretur. *Illo quoque tempore voce*
præconaria proclamatum fuit per Angliam, *ut poſſeſſores lanarum exponerent eas venditioni*
infra menſem in civitatibus aſſignatis, alioqui, tanquam forisfactura cederent ipſi
Regi. *Quæ quidem in die S.* Georgii *quaſi modo prælocuto callidè congregata*, pro
forisfactura Regis in Flandriam ſunt tranſvectæ, (or as *Henry de Knyghton* expreſ-
ſeth it) *Miniſtri Regis omnes ſaccos lanæ quinarium numerum excedentes*, datis tal-
liis, ad opus Regis acceperunt. Et ab unoquoque ſacco quinarium numerum non
excedente, ab eis nomine malæ toltis 40 ſ. extorſerunt. Et multæ oppreſſiones
fiebant in hunc modum in populo. Rex quoque habuit de quolibet Comitatu duo
millia quarteria frumenti, et totidem de avenis, et carnes ſalſas ſimiliter, ad gra-
vem oppreſſionem populi, *videlicet*, porcinas, bovinas, vaccinas, multonum ſal-
ſas, nulla ſolutione cuiquam inde facta. His et aliis extorſionibus turbati Comi-
tes

* Th. de Walſingham Hiſt. Angl p. 35. Ypodigma, pag. 83, 84. Mat. Weſtm. Flores Hiſtor. p. 409, &c. Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 15 col. 2492, 2493. & Polydor. Virgil, Hygden, Fabian, Caxton, Holinſhed, Stow, Speed, Daniel, Baker in An 24 & 25 Ed. 1.

An. 25 E. 1. tes et Barones Angliæ, Parliamentum suum per se in *Foresta* de VVyre, quæ est in Marchia, statuerunt. *In crastino Translationis beati* Thomæ *Martyris*, *citatis Comitibus & Baronibus regni* Londini, *mandante Rege suo* Constabulario *& suo* Mareschallo, *Comitibus* Northfolciæ *&* Herefordiæ, *adunati populi coram ipsis apud S.* Paulum, *adbreviare quot equitaturas quisque posset, invenire ipsi Regi processuro ad bellum. Responderunt, supplicando*, quatenus imperaret alicui alteri de domo sua illud officium, eò quod non citati, imò rogati diverterant ad eundem. *Et displicuit sermo iste in oculis Regis*, *assignatis interim duobus aliis militibus in hujusmodi officio exequendo.* The VVrits then issued for that purpose as well to Archbishops, Bishops, Abbots and other Ecclesiastical persons, as to Earls and Lay-men, who held Lands *in Capite* or *Grand Serjeanty*, or had 20 *l.* lands or rents by the year, are thus recorded.

Cl. 25 E. 1. m. 14. dorso. Cedula.

REX Vic. *Ebor.* salutem. Quia pro salvatione & communi utilitate Regni nostri passagium nostrum ad partes transmarinas jam duximus statuendum, tibi præcipimus in fide quâ nobis teneris firmiter injungentes, quod summoneri facias Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Priores, et alias personas Ecclesiasticas, & etiam viduas & alias mulieres de Balliva tua, qui de nobis tenent in Capite, per servitium Militare, vel per Serjeantiam, vel de Wardis in manu nostra existentibus, quod habeant ad nos *London.* die Dominica prox. post Octab. sancti *Johannis Baptista* prox. futurum, totum servitium suum nobis debitum, equis & armis benè munitum, & paratum ad transfretandum cum corpore nostro ad partes prædictas, ad Dei, nostri, et ipsorum honorem, pro salvatione et utilitate supradictis. Et ita te habeas in hoc mandato nostro celeriter exequendo, ne si contingat (quod absit) transfretationem nostram per defectum tuum impediri, ad te graviter capere debeamus. Teste Rege apud *Lodres*, 15 die *Maii.*

Consimiles literæ diriguntur singulis Vicecomitibus *Angliæ.* Item *Reginaldo de Grey.*

Ibidem. REX dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornub.* salutem. Cum pro dampnis & periculis, quæ nobis & toti regno nostro, per insidias inimicorum nostrorum evenire possent cautiùs præcavendis, nuper præceperimus singulis Vicecom. ejusdem regni, quod scire facerent omnibus illis de Ballivis suis infra libertates & extra, qui habent viginti libratas terræ et redditus per annum, & illis similiter qui plus habent, videlicet tam illis qui non tenent de nobis in Capite, quàm illis qui tenent, ut de Equis & armis sibi providerent, et se præpararent indilate; ita quod sic essent prompti & parati ad veniendum ad nos, et eundum cum propria persona nostra, pro salvatione ipsorum et totius regni nostri prædicti, quandocunque pro ipsis mandaremus: ac nos passagium nostrum ad partes transmarinas, pro salvatione hujusmodi, jam duxerimus statuend. Vos affectuosè requirimus & rogamus, quatinus attendentes, quod vos oportet & condecet, circa salvationem & communem utilitatem dicti Regni, manus apponere adjutrices; sitis ad nos *London.* die Dominica prox. post *Octabis* sancti *Johannis Baptistæ* prox. futur. cum equis et armis, parati transfretare cum corpore nostro ad partes prædictas, ad Dei, nostri, et vestri honorem, pro salvatione & utilitate supradictis; ita quod vobis exinde ad perpetuas gratiarum actiones teneamur. Teste ut supra.

Consimiles literæ diriguntur *Rogero le Bygod* Comiti *Norff.* & Mareschallo *Angliæ*, *Humfrido de Bohun* Com. *Hereford.* & *Essex.* &c.

Sub eadem forma scribitur venerabili Patri *A. Dunelm.* Episcopo, cum ista requisitione, quod sit *London*, &c. ut supra; cum hominibus, equis et armis munitis decentiori et potentiori modo quo poterit, paratus transfretare, *&c. ut supra.* Teste ut supra.

Ibidem. REX venerabili in Christo patri *O.* eadem gratia *Lincoln.* Episcopo, salutem. Quia passagium nostrum ad partes transmarinas, ad Dei, nostri & vestri honorem, pro salvatione & communi utilitate regni nostri, jam duximus statuendum; vobis mandamus, quod totum Servitium, quod nobis debetis, habeatis ad nos *London.* die Dominica proxima post Octabas sancti *Johannis Baptistæ* proximo futur. equis et armis bene munitum, et paratum ad transfretandum cum corpore nostro ad partes prædictas, pro salvatione & utilitate supradictis: Et hoc, sicut nostri & vestri

& veſtri, & totius Regni noſtri honorem et ſalvationem diligitis nullo modo omittatis. Teſte ut ſupra. *An.* 25 E. 1.

Conſimiles literæ diriguntur Epiſcopis ſubſcriptis, viz. *G. Wygorn. W. Elien. W. Bathon. & Wellen. R. Norwyc. N. Sarum, G. Ciceſtr. R. London. R. Hereford. Th. Exon. L. Aſſaven. J. Winton.* Epiſcopo, vel ejus vices gerenti, ipſo agente in partibus tranſmarinis; *W. Coventr. & Lychf.* Epiſcopo, vel ejus vices gerenti, ipſo agente in partibus tranſmarinis.

Moreover, the King to prevent all Letters, Meſſages from the Clergy or others to or from *Rome*, or his Enemies, and to ſtop all perſons from avoyding his Service by running beyond the Seas, iſſued theſe Writs to his Officers in all the Cinque Ports, Port Towns or Creeks in *England*, *Scotland* and *Wales*, not to permit any perſons to paſs out of *England* without his ſpecial licenſe, and to arreſt all ſuch who had any Letters till further order, and ſend all their Letters to him where ever he ſhould then be in *England*.

REX Baronibus & Ballivis Portus ſui *Dovorr.* ſalutem. Quia certis de cauſis, **nolumus quod aliquis quicunque fuerit, Clericus vel Laicus, aliquo modo exeat regnum noſtrum ſine licentia noſtra ſpeciali,** Vobis præcipimus in fide qua nobis tenemini firmiter injungentes, quod per portum villæ prædictæ neminem **ſine hujuſmodi noſtra licentia mare tranſire aliqualiter permittatis.** Et ſi aliquis forſitan, qui mare tranſire voluerit, **ibidem cum literis repertus fuerit, tunc ipſum, cujuſcunque conditionis exiſtat, ſine dilatione arreſtari, literaſque ſic inventas ad nos ubicunque fuerimus in *Anglia* mitti celeriter faciatis, ipſum cum quo literæ illæ inventæ fuerint, nichilominus ſalvo cuſtodiendo, quouſquam inſpectionem literarum illarum habuerimus, et a nobis inde habueritis in mandatis.** Ita tamen quod illi qui literas noſtras de licentia transfretandi ad partes tranſmarinas deferent, juxtà tenorem literarum illarum abſque impedimento valeant transfretare. **Iſtud mandatum noſtrum, ſicut vos et veſtra diligitis exequamini diligenter.** Teſte Rege apud *Caſtleacre*, 31 die *Januar.* Clauſ. 25 E. 1. m. 25. Quod nullus exeat Regnum ſine licentia Regis.

Eodem modo de verbo ad verbum ſcribitur Majori & Ballivis Portus de *Sandwico*, Baron. & Ballivis de *Romenhale*, Baron. & Ballivis de *Heth*, Baron. & Ballivis de *Wynchelſee*, Baron. & Ballivis de la Rye, Baron. & Ballivis de *Haſtings*, Baron. & Ballivis de *Faverſham*, Majori & Ballivis *Sutht.* Majori & Ballivis de *Porteſmue*, Ballivis de *Shorham*, Ballivis de *Donwico*, Ballivis de Gippeſwyco, Ballivis de *Sheford*, Ballivis de *Peveneſhe*, Majori & Ballivis *Briſtoll.* Ballivis de *Herewich*, Ballivis de *Oreford*, Ballivis de *Goſeford*, Ballivis de *Maldon*, Ballivis de la *Pole*, Ballivis de *Inſula Vecta*, Ballivis de *Hardelawe*, Ballivis de *Flynt*, Ballivis de *Holmcoltram*, Ballivis de ſancta Brga, Ballivis de *Wyrkington*, Ballivis de *Ravenglas*, Ballivis de *Falemue*, Ballivis *Montis ſancti Michaelis* in periculo maris, Ballivis de *Monſehole*, Ballivis ſancti *Karantaci*, Ballivis de *Oldeſtowe*, Ballivis de *Cloneby*, Ballivis de Shippedenemere, Ballivis de *Welles & Holkeham*, Ballivis de *Brunham*, Ballivis de *Thornham*, Ballivis de *Lenn*, Ballivis de ſancto *Botulpho*, Ballivis de Salteneye, Ballivis de *Salſleteby*, Ballivis de *Waynflet*, Majori & Ballivis de *Grimesby*, Ballivis de *Kingeſton* ſuper *Hull*, Ballivis de *Ravenſere*, Ballivis de *Scardeburgh*, Ballivis de *Bamburgh*, Ballivis de *Tynemuth*, Majori & Ballivis de *Novo Caſtro* ſuper *Tynam*, Ballivis de Whyteby, Ballivis de *Lancaſtr.* Ballivis de *Cokermue*, Ballivis de *Lynrepole*, Ballivis de *Fordeſham*, Ballivis Prioris ſanctæ *Elenæ* de *Inſula Vecta*, Ballivis de *Neuport* in *Inſula Vecta*, Ballivis de *Towemouth*, Ballivis de *Ilfardecumbe*, Ballivis de *Cumbemartyn*, Ballivis de *Dunſterre*, Ballivis de *Strugoyl*, Ballivis de *Uske*, Ballivis de *Goer*, Majori & Ballivis de *Lym*, Ballivis de *Landſtephan*, Ballivis de *Taltham*, Ballivis de *Haverford*, Ballivis de *Penbrok*, Ballivis de *Sencher*, Ballivis de *Cameys*, Ballivis de *Calgarau*, Ballivis de *Kermerdyn*, Ballivis de *Kardigan*, Ballivis de *Angleſeye*, Ballivis de *Rochelam*, Majori & Ballivis *Ceſtr.* Ballivis de *Aberconweye*, Ballivis de *Lampader*, Ballivis de *Sweyneſeye*, Ballivis de *Karnarvan*, Ballivis de *Kedewelly*, Ballivis de *Muleford*, Ballivis de *Oterimouth*, Ballivis de *Exemue*, cum Portubus *Luleham & Kyen, & Toppeſham*, Ballivis de *Sidemouth*, Ballivis de *Teignemue*, Ballivis de *Dertemue*, cum Portu *Tottonye*, Ballivis de *Portemue*, Ballivis

An. 25 *E.* 1. livis de *Yalumme* sub *Nyweton Ferers*, Ballivis de *Plymmue*, cum Portu de *Sutton*, Ballivis Portus de *Lo*, Ballivis de *Fawy*.

Eodem modo scribitur *Reginaldo de Grey* Justic. in fide, *&c.* quod per aliquem Portum sive Locum in Balliva, ubi naves vel batelli poterunt applicare, neminem sine hujusmodi licentia transire permittat, *&c.* ut supra.

Eodem modo scribitur *Johanni de Havering*, Justic. *Norwall.*

Eodem modo scribitur *Stephano de Peneceſtr.* Custodi quinque Portuum.

Et scribitur *Johanni de Warenna* Comiti *Surr.* Custodi Regni & Terræ *Scotiæ*, quod per aliquem Portum vel locum infra Regnum *Scotiæ* prædictum, ubi Naves vel Batelli, &c. si aliquis, &c. in aliquo Portuum vel Locorum prædictorum cum literis, &c. cum ista Claus. Istud autem mandatum nostrum, sicut nos et honorem nostrum ac commodum regni nostri diligitis exequamini diligenter.

a Henry de Knyghton, de Event. Angl. col. 2493. & Polydor Virgil. Angl. Hist. l. 17. p. 338. Mat. Westm. p. 409, 410.

[a] *In festo S.* Matthæi *quibusdam convocatis Optimatibus regni absque Clero*, Rex tenuit Parliamentum suum apud Salysbyriam, *ubi rogavit quosdam Magnatum, ut in* Vasconiam *transfretarent : Et ceperunt singuli se excusare. Indignatusque Rex comminabatur quibusdam eorum*, vel quod irent, vel quod terras eorum daret aliis ire volentibus. *Et in hoc verbo scandalizati sunt multi, & scisma cœpit oriri inter eos. Comes etiam* Mareschallus *& Comes* Herfordiæ *excusaverunt se dicentes*, Quod officia sua quæ sibi jure Hæreditario competebant libentèr facerent eundo cum ipso Rege. *Iteraque prece rogavit Rex Comitem* Mareschallum *ut iret, & ait*; Libenter tecum vadam, O Rex præcedendo faciem tuam in acie prima, sicut mihi competit jure hæreditario. *Et Rex*, etiam sine me ibis cum aliis. *At ille*, Non teneor, nec est meæ voluntatis, O Rex, sine te iter arripere. *Et iratus Rex prorupit in hæc verba, ut dicitur :* Per Deum, ô Comes, aut ibis aut pendebis. *Et ille*, Per idem juramentum, ô Rex, nec ibo nec pendebo. *Et licentia non accepta recessit*; dissolutumque est Concilium pro illo die. *Confestim verò duo Comites isti* Herfordiæ *&* Mareschallus *associatis sibi multis Magnatibus, & plus quam* 30 *Banerettis electis creverunt in populum multum, numeratique sunt in equis armatis mille quingenti viri expediti ad bellum. Et cœpit eos timere Rex, dissimulavit tamen. Illi profecti in terras suas*, noluerunt Ministros Regis permittere, nec lanas, nec cornia, nec extraordinarium quicquam capere, aut aliquid exigere ab invitis, quinimo interdixerunt eis terras suas sub pœna capitis et membrorum, et sic resistebant Regi et suis.

About the same time the King of *France* invading *Flanders* with a puissant army to conquer it, to divert the King of *England* from assisting thē Earl of *Flanders* his confederate, stirred up the perfidious *Scots*, (immediately after their * new premised Abjurations of all Confederacies with the *French*) to rebel and warr against him, by the instigation of *William Walleys* his instrument. [b] *Eodem anno mense* Maio, cœperunt Scoti (*instigante eos* Willielmo Walleys, *qui ut fertur latro publicus fuerat*) rebellare. *Justiciarius* Scotiæ, Willielmus de Ormesby, *præceptum Regis exequens*, multos qui Regi Angliæ homagium et fidelitatem facere recusabant, exilio condemnabit. *Qui præfatum* Willielmum Walleys *sibi in Principem eligentes, associato sibi* Willielmo Douglas *qui in reddendo castrum* Berwici *se Regi dederat, in magnam turmam creverunt. Comite autem* Surriæ *& Thesaurario in* Anglia *existentibus.* Willielmum de Ormesby *Justiciarium apud* Scone *opprimere cogitabant, sed ille licet præmunitus, suis omnibus pænè relictis ad spolia hostium, eorum vix evasit insidias*, Willielmus Waleyes *cum suis palam debacchando in* Anglicos, quoscunq; invenire potuit trucidavit. De quibus viros religiosos Anglicos a domitus suis quibus professi erant violenter extrahentes, ex iis spectaculum facientes, et fœminas quas specialiter reservabant ad hoc, ligatis ad dorsum manibus vel pedibus, ne forsitan natando evaderent, ex ipsis pontibus, coegit saltare, vel præcipitari faciebat in flubium, eorum submersionem in ludibrium convertendo, in interitu eorum et subversione lætantes. *Hæc ideo scribere curavi ferocitatem improbæ gentis reserare, quæ in iniquis taliter super omnes alias Nationes terræ, quasi naturaliter contra* Anglicos *posita est*, writes *Henry de Knyghton*, who more largely relates their cruelties, perjuries, treacheries, rebellions, then any other of our Historians, to whom I refer you; only I shall insert one observable fresh president of *Robert de Bruys* a *Scottish* Earl his desperate perjury, treachery and cruelty out of him, soon after the breaking forth of this new *Scotish* rebellion and warre against King *Edward.* [c] *Interim dum talia gerentur* Carliolensis *Episcopus*,

* Here, p. 649, 650, 652, &c.

b Tho. Walsingham, Hist. Angl. p. 35, 36. Ypodigma, p. 87. Henr. de Knyghton de Eventib. Angl. l. 3. c. 9, 10. col. 2514, to 2518.

c Henry de Knyghton de Event. Angliæ, l. 1. c. 9. col. 2514.

Episcopus, & cæteri viri qui cum eo erant in præsidio Civitatis ejusdem & Castri, timentes de infælicitate & inconstantia Domini Roberti de Bruys *junioris, Comitis de* Karyk, *miserunt vocantes eum ut certo die veniret tractaturus cum eis de negotiis Regis*, si tamen in fide Regis ipsius perseverando maneret. *Qui mandatis resistere non audens, venit ad ipsum diem cum omni populo* Galwalliæ, et supra sacra mysteria jurabit, et super gladium sancti Thomæ juramentum præstitit, quod Regi nostro et suis contra Scotos et omnes inimicos suos fideliter assisteret in consiliis et auxiliis, damnaque sua impediret in quanto se posset sua facultas extendere, factoque juramento reversus est in locum suum. *Et congregato populo ut colorem fingeret processit in terras* Willielmi Douglas, *& partem earum combussit igni, & uxorem ejus & parvulos secum adduxit in* vallem Anandiæ. *Citò tamen post dum à conspiratione* Scotorum *reverteretur ad propria, convocatis militibus patris sui de terra* vallis Anandiæ (*nam pater ipsius in australibus partibus* Angliæ *moram faciebat*) *hujus frandis nescius, & dixit eis.* Charissimi mei, scitis, & verum est, quod nuper apud Carliolum juramentum præstiti, de quo scitis et audistis, stultum quidem et bi extortum, nam timore ducens hoc feci corpore sed non mente, unde contristor et pœniteo balde, spero tamen me beneficium absolutionis consecutum in brebi. *Verum quia carnem suam nemo unquam odio habuit, nec ego habeo*, oportet ut vadam ad populum meum et nationi meæ adjungar, et qua procreatus sum; *rogo autem vos* ut illud facientes placeat vobis venire mecum, eritisque mihi consiliarii et amici charissimi. *Cumque differrent responsionem in crastinum, eadem nocte latenter recesserunt*, potius eligentes damna quæcunque magna ad tempus sustinere, quam fidelitatem Regi Edwardo factam cum nota infamiæ infringere. *Ipse vero aspirans ad regnum, sicut publicè dicebatur*, adjunctus est ad populum perversum, et cum Episcopo Glasguensi et Senescallo Scotiæ, qui totius mali fabricatores extiterant, confœderatus est. Extunc vero generatio illa perfida et infidelis Scoti, omnes Anglicos quos invenire poterant trucidabant, *inter quos tres* Anglici *viri in villa S.* Andrææ, *qui cum à facie* Willielmi Waleys *& suorum fugissent in lapidem illum, qui dicitur* petra *vel* acus *Sancti* Andrææ, *credentes se posse lapidis immunitate muniri*, cum sancta mater Ecclesia privilegium perdidisset, a Scotis insecuti sunt, et in eodem lapide interfecti. * He instanceth in sundry other presidents of their treachery and cruelty; whereof this towards *Hugo de Cressingham, Rector Ecclesiæ de* Ruddeby, *& capitalis Justiciarius in Assisis* Eborac. is memorable. Qui cum esset præbendarius in multis Ecclesiis et multarum haberet curam animarum, nunquam tamen arma spiritualia induit, set galeam et loricam in quibus (in bello) corruit, et qui gladio linguæ suæ (as a Judge, not Evangelist) multos olim extriberat in judiciis multis, gladio tandem perversorum occisus est. Quem excoriantem, Scoti dibiserunt inter ipsos pellem ipsius per modicas partes, non quidem ad reliquias, set in contumelias; *erat enim pulcher & crassus nimis, vocaverunt que eum non* Thesaurarium *sed* Traiturarium *Regis, & verius quam credebant; multos enim seduxit in die hac, set & ipse seductus est, qui levis et lubricus, elatus superbia & avaritiæ deditus. Rex commotione audita, militiam totam ultra* Trentam *fluvium assignavit Comiti de* Warenna, *præcipiens, ut* Scotorum *audaciam celerius opprimeret, et auctores mali debita justitia castigaret, scripsit etiam* Johanni Comyn *de* Badenau, *& Comiti de* Bowan, *ut memores fidelitatis suæ reverterentur in* Scotiam *& populi sui suscitatum jam tumultum sedarent. Qui juxta mandatum acceptum in* Scotiam *revertentes, quæ pacis erant segniter exequuntur. Comes de* Warenna *in Provincia* Eboraci *coadunans exercitum, nepotem suum* Henricus de Percy *cum militia Communitatis* Carleoli *præmisit in* Scotiam: *Qui usque ad villam de* Are *profectus,* Galwidienses *ad pacem Regis admittere disponebat. Audito autem quod* Scotorum *exercitus erat* Irwine, *illuc profectus, vidit ultra quendam lacum* Scotorum *exercitum consedentem,* in quo Capitanei erant Episcopus Glascuensis (against his former redoubled Oaths under hand and seal to the King) Andræas de Morina *Senescallus* Scotiæ, & Willielmus Waleys; *Miles autem quidam strenuus nomine* Richardus de Lunde, *qui Regi* Angliæ *nunquam homagium fecerat, relictis* Scotis, *factus transfuga, se statim* Anglicis *sociavit. Reliqui pacem petentes, dederunt se salvis eis vita & membris, catallis & terris, ita ut omnia usque in hanc diem essent simpliciter condonata. Quam pacem promissis obsedibus, & scripto confecto, admisit* Henricus, *si tamen hoc Regi placeret. Qui super hoc consultus, ne accepto impediretur itinere in* Flandriam, *annuit postulatis. Adveniente Comite*

d Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 10. col. 2519.

An. 25 E. 1. te Warennæ *cum* Scoti *tergiversando de die in diem transferrent obsides redâere, &* Willielmus Waleys *interim populum adunaret, arbitrantes se* Anglici *proditos, dum* Scotos *invadere disponunt, Episcopus* Glasguensis, *&* Willielmus Douglas, ne prodi-tionis notam incurrerent, se in sui excusationem protinus reddiderunt; *de quibus Episcopus in castro de* Rokesburgia, Willielmus *verò in castro* Berewici *mancipantur.*

The King being engaged and peremptorily resolved to go in person into *Flanders* to ayde the Earl against the *French*, thought it expedient before his departure out of *England* to endeavor to reconcile all domestick differences then between him his Prelates, Clergy, Nobles and Commons; for which purpose [e] Parliamentum factum est Londoniis in festo Sancti Petri ad vincula, ubi in primis Rex recepit Archiepiscopum in gratiam suam (the prime author of the Clergies, Nobles, Commons oppositions and insurrections against him) omnibus qui ejus erant restitutis eidem usque ad ultimam quadrantem (by the [f] premised Writ) *Deinde præcepit Magnatibus qui tunc aderant*, ut fidelitatem filio suo facerent, ipsumque regni hæredem et suum futurum recognoscerent Dominum. Rex vero de exactionibus in regno factis, per necessitates guerrarum diversarum se erga populum excusavit. *Comes vero* Mareschallus *&* Herefordensis *se subtrahentes, cum veniretur ut sua officia transeunde in* Flandriam *exercerent, se super hoc per Nuncios excusabant.* [g] *Eodem tempore* admisso Archiep. Cantuariensi in gratiam Regis atque reddita sibi Baronia sua, *Rex omni rancore deposito ipsum cum suis in specialitatem recepit pristinam & majorem adjunxit. Et confidens a bonitate ejus & constantia, curam & custodiam* Edwardi *filii sui & totius terræ* Angliæ, (as *Knyghton* stories) *adjuncto sibi* D. Regin. de Gray *commisit. Pridie Idus* Julii *ante magnam aulam Regiam* Westmon. *elevatus Rex super gradum ligneum cum filio suo & Archiepiscopo, necnon Comite* Warwic. *ut populum decedens deliniret, coram eo astante populo*, erumpentibus lachrymis veniam de commissis humiliter postulabit: Dicens, Se minus bene et tranquille quam Regem deceret ipsos rexisse, pretiunculas facultatum suarum quas sibi dederant, seu quas ministri ejus ipso inscio extorserant, adeo acceptasse, ut injuriosos hostium conatus, sitientium sanguinem Anglicanum, sumpta Reipublicæ particula, massa quietius possidenda, potentius expugnaret: *Et addens*, Ecce expositurus meipsum discrimini propter vos, peto, si rediero, suscipiatis me velut in præsentia habetis, et *ablata omnia reddam vobis. Quod si non rediero, in Regem vestrum meum filium coronetis. *Hac autem, Archipræsule resoluto in lachrymas*, pollicente se fideliter observare, totus populus fidelitatem extensis manibus stipulantur. *Henry de Knyghton* adds, *Rogavitque populum accepta licentia*, ut omnia condonarentur ei, et orarent pro eo: et orabant quidam publice, *alii vero sic, alii vero occultè*, pauci vero bene. *Absentibus interim sponte præfatis Comitibus* usquequo eorum petitio pro allevatione patriæ audiretur. *Dixerunt quidam*, non fuit proficuum Regi in *Flandriam* transfretare, neque ipsos sibi * illic servitia, ab antecessoribus suis insueta præbere; *præsertim ipsis* Scotis *jamdudum more* Wallensium *adhuc se præsente, recidivatis ad pugnam. Postularunt etiam, allegata primitus communitatis exinanitione*, ne de cætero per Angliam tallagia usurparet. *Rursum*, ut libertates contentas in Magna Charta ac de Foresta, in usu extunc efficatius haberentur, et voluntarias super his inductas exactiones, de cætero quas in irritum revocaret: super quibus non protinus erauditi cum indignatione recesserunt dicti Comites et Barones. *Quo viso, Rex instinctu charitatis confovendæ, suasque victoria acquirendæ*, articulos in prædictis Chartis contentos innovari insuper et observari mandabit, exigendo pro hac concessione ab incolis octavum denarium sibi dari. *Mox concessus est ei a plebe, in sua tunc Camera circumstante. *Petiit etiam à Clero subsidium, qui respondit*, Se velle Summo Pontifici literas supplicatorias dirigere pro conferendi licentia obtinenda. *Igitur datis induciis inter Reges & Comites*, ut uniformes fierent, *& non præsentantibus se prafatis Comitibus conspectui Regio, cernens ipse mora sua amicis suis in transmarinis partibus, ejus adventum expectantibus periculum imminere non medicum, Comitibus prafatis se subtrahentibus*, cum votis Regis non parerent ab eorum officiis absoluti sunt, deditque Rex eorum officia aliis quibusdam qui ministrarent ei. Thoma de Berkeley *Constabulario*, & Galfrido de Monibolza *Mareschallo factis, versus mare Rex in* Flandriam *profecturus iter suum dirigit, atque juxta* Wynchelseiam *ubi portum eligerat, consedit, milites viroque bellatores de diversis*

[e] Henry de Knyghton de Event. Angliæ. l. 3. c. 9. col. 2510. Tho. Walsingham, Hist. Angl. p. 36. Mat. Parker, Antiqu. Eccles. Brit. p. 212, 213.
[f] Here, p. 721.
[g] Mat. Westm. An. 1297. pag. 409, 410. Walsing. Hist. Angl. p. 36. Ypodigma Neustriæ, p. 84.
* See p. 734, 735.
* illuc.
* Mat. Westm. p. 410.

diverſis partibus ad ſe confluentes, per dies aliquot expectando : The premiſed Earles being highly offended that they were thus diſplaced ; the King to encreaſe his forces and friends, [h] *de diſcretorum conſilio* Radulphum de Moynhermer *militem, quem filia ſua* Johanna *Comitiſſa* Gloverniæ, *clàm maritum accepit in gravem patris offenſam, de caſtro* Briſtolliæ *fecit educi, & uxori ſuæ reddi, reſtituens eis omnes terras ad Comitatum* Gloverniæ *ſpectantes*, ſervitium quinquaginta Militum in Flandria imponens eiſdem. *Liberavit etiam de carcere Comites de* Aſcales & de Menteth, & Johannem de Comyn, *cum quibuſdam aliis Militibus de* Scotia *qui in Caſtro de* Dunbar, *capti fuerunt, ut ſecum in* Flandria *militarent*; who ſerving him a perfidious *Scotiſh* trick, [i] *Cum enim Rex* Angliæ *ad propria reverſurus veniſſet ad villam quæ* Ardeburgia *dicitur*, Scoti *fere omnes quos ſecum in* Flandriam *duxerat in expeditionem, ab ipſo Rege diſcedentes*, Pariſius *abierunt*, revolting from him to the *French*. Before his departure into *Flanders*, *Rege moram adhuc faciente apud* Wynchelſeyam, *venerunt ei Nuncii ex parte Comitum ſui regni petitiones hujuſmodi in ſcriptis proponentes*, (printed both in *French* and *Latin* in [k] *Henry de Knyghton*, and in *Latin* only in [l] *Thomas Walſingham*) *& rogaverunt eum ut ſubſcriptos Articulos* pro ſe, et pro populo emendare juberet ; *adjiciens, quod ſi Chartam Libertatum confirmare vellet & articulos corrigere*, parati erant omnes eum ſequi et in vitam et in mortem.

An. 25. *E.* 1

h Tho. Walſingham, Hiſt. Angl. p. 57.

i Walſingham Hiſt. Angl. p. 36, 37, 42.

k De Eventibus Angliæ, l. 3. c. 9. col. 2511, 2512. cap. 11. col. 2523.

l Hiſtor. Angl. p. 37, 38, 42. Ypodig Neuſtriæ, p. 84, 85, 86.

Hæc ſunt nocumenta quæ Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates et Priores, Comites et Barones, et tota terræ Communitas monſtrant Domino noſtro Regi, *& humiliter rogant eum*, ut ea ad honorem ſuum et *ſalvationem* populi ſui velit corrigere et emendare. *Inprimis*, videtur toti Communitati terræ, quod præmonitio facta eis per breve Domini Regis non erat ſufficiens, quia non exprimebatur certus locus, quo debebant ire, quia ſecundum locum oportebat facere providentiam, et pecuniam habere. Et ſive deberent ſervitium facere, ſive non ; quia dictum eſt communiter, quod Dominus noſter vult transfretare in *Flandriam*, videtur toti communitati, quod ibi non debent aliquod ſervitium facere, quia nec ipſi, nec prædeceſſores ſui ſeu progenitores unquam fecerunt ſervitium in terra illa. Et quamvis ita eſſet, quod deberent ibi ſervitium facere, ut alibi, tamen non habent facultatem faciendi, quia nimis afflicti ſunt per diverſa Tallagia, auxilia, priſas, *videlicet*, de frumentis, avenis, bracio, lanis, coriis, bobus, vaccis, carnibus, ſalſis, ſine ſolutione alicujus denarii ; de quibus ſe debuerant ſuſtentaſſe. Propter hoc dicunt, quod auxilium non poſſunt facere propter paupertatem in quæ ſunt, propter Tallagia et priſas antedictas, quia vix habent unde ſe ſuſtentent ; et multi ſunt qui nullam ſuſtentationem habent, nec terras ſuas colere poſſunt. Propter hoc tota terræ communitas ſentit ſe valde gravatam, quia non tractantur ſecundum leges et conſuetudines terræ, ſecundum quas tractari anteceſſores ſui ſolebant habere, ſed voluntarie excluduntur. Sentiunt etiam ſe multi gravatos ſuper hoc, quod ſolebant tractari ſecundum articulos contentos in Magna Charta, cujus articuli omnes ſunt omiſſi, in majus damnum populo univerſo. Propter quod rogant Dominum Regem, quod velit illa corrigere ad honorem ſuum et populi ſui ſalvationem. Propter hæc communitas terræ ſentit ſe nimis gravatam de aſſiſa Foreſtæ, quæ non eſt cuſtodita ſicut conſuevit, nec Charta Foreſtæ obſervata, ſed fiunt attachiamenta pro libitu extra aſſiſam, aliter quam fieri conſuevit. Præterea tota communitas ſentit ſe gravatam de vectigali lanarum, quod nimis eſt onerоſum; *videlicet* de quolibet ſacco quadraginta ſolidos, et de lana fracta de quolibet ſacco ſeptem marcas : lana enim Angliæ aſcendit fere ad valorem medietatis totius terræ. Quia vero communitas optat honorem et ſalutem Domino noſtro Regi ſicut tenetur velle, non videtur eis quod ſit ad bonum Regis quod tranſeat in Flandriam, niſi plus eſſet aſſecuratus de Flandrenſibus pro ſe et pro gente ſua, et ſimul cum hoc propter terram Scotiæ, quæ rebellare incepit ipſo exiſtente in terra, et æſtimant quod pejus facient cum certificati fuerint, quod Rex mare tranſierit. Nec ſolum pro terra Scotiæ, ſed etiam pro terris aliis quæ non ſunt adhuc modo debito ſtabilitæ.

Has petitiones cum Rex apud Odemar *juxta* Wynchelſyam *recepiſſet, reſpondit*, ſe talibus ſine ſuo conſilio non poſſe reſpondere, cujus pars aliqua jam tranſit in *Flandriam*, pars verò aliqua *Londoniis* eſſet relicta. *Rogavit autem per eoſdem nuncios præfatos Comites*, quod ſi ſecum tranſire nollent, ſaltem ipſi vel regno ſuo in ſua abſentia non nocerent ; *ſperabat enim (Deo favente) reverti, & regnum ſuum modo debito*

An. 25. *E.* 1. *bito ſtabilire. Et remiſſi ſunt nuncii levi data licentia.* Hereupon the King to pacifie and give ſome preſent ſatisfaction to his diſcontented Nobles and their adherents, ordered his Councel before his paſſage into *Flanders*, to iſſue forth Commiſſions into all Counties, to inquire of their grievances, and whatever things had been forcibly taken from the Laity or Clergy by his Officers throughout the Realm after the War commenced between him and the *French*, either to guard the ſeas or for any other purpoſe, and to hear and determine the matters of fact, redreſs their grievances, give reparation to the perſons injured, and puniſh the parties offending, as this enſuing Record I met with in the *White Tower*, atteſts.

Bundelæ brevium de Privato ſigillo, in Turre London. An. 25 E. 1. & Pat. 26. E 1. m. 21. Whtch varies ſomething from the Writ of Privy ſeal. * comence.

COme le Roi avant ſon paſſage vers *Flandre* euſt volaunte e deſir de faire redzeſcer e amender les grevances faites a ſon poeple, en noun de lui, e ſur ceo envoiaſt ſes lettres par tutez les Contes *Dengleterre*. puz ceſte choſe mettre en effect: ordine eſt par lui e par ſon Conſeil, qe en cheſcun Conte ſoient aſsignez quatre; ceſt aſavoir deus Chevalers, des queux le un ſerra mis par lui, e lautre ſerra pzis du Conte, un Clerk, e un home de Religion, qe ſeient bons et leaux, e bien aviſes, puz enquirre de tous maneres de grevances; come des choſes pziſes hozs de ſeint Egliſe, des pziſes de Leynes, Peaus, Muirs, Bles, Beſtes, Charz, Peiſsons, e de totes autres maneres des choſes par mi le Royalme, des Clers et des Lays, puis la Guerre * comotie entre le Roi de France e lui, fuſt ce puz garde de la Mer ou en autre manere. *E enquirront meiſmes ceaus par qui*, e as queuz, e de quoi, e de combien, e de value, e coment, e en quen maniere ices pziſes e grevances furent faites au pueple. *E ceus aſſignes eient plein pouer*, de enquerre oir et terminer, auſi bien par office, come a ſuite de partie. E quant la verite de ces choſes ſerra ateinte, le quel que ceo ſeit par garant ou ſans garrant, ce qe ſerra pzis ſans garrant ſeit retozne a ceaux, qe le damage ont receu, ſi le tortz feſantz eient de quoi, e outre ceo puni puz le treſpas. *E ſi il neient de quoi, ceaus as queus les garantz e les commiſſions ſont venus, come Viſcontes, Clerks aſſignez, Bailliffs, et autres tiels maneres de Miniſtres reſpoignent pur lour ſourmis qe averont fait tels priſes. E qe de ce qe ſerra trouve pris par garant*, le Roi ſerra certifiez, e enfra tant qe il ſe tendzont a pairz par reſon.

Dorſo ejuſdem. Fiant Commiſſiones ad exequendum iſtud negotium infraſcriptis perſonis; Domino *Johanni de Inſula*. Domino *Adam de Crokeſday*, Epiſcopo *Norwich*. *Herefordenſi* Epiſcopo; *Ceſtriæ* Epiſcopo, in Comitatibus *Lincoln*. *Roteland*. *Northt*. *Norff*. *Suff*. *Glouc*. *Wygorn*. *Hereford*. *Salop*. *Stafford*. Adjungatur ſibi Dominus *Robertus de Knitele*, *Johannes de Sneterton*.

Domino *Willelmo de Den*, Domino *Willielmo de Sancto Quintino*, Electo *Ebor*. Epiſcopo *Coventr*. Epiſcopo *London*. *Elienſi* Epiſcopo, Epiſcopo *Hereford*. in Comitatibus *Eſſex*. *Hertford*. *Cantebrig*. *Huntingdon*. *Ebor*. *Lancaſtr*. *Notingham*. *Middleſex*: adjungatur dicto Domino *W*. Dom. *Rogerus Brian*, *Petrus Bocard*, Dom. *J*. *de Bankewell*, loco Militis.

Domino *Johanni Bankewell* in loco Militis, Dom. *Johanni de Burn*; Epiſcopo *Lincoln*. Epiſcopo *Coventr*. Epiſcopo *Winton*. Epiſcopo *Sarum*; in Com. *Kanc*. *Suſſex*. *Surr*. *Southton*. & *Wiltes*, *Bokyngham*, *Bedford*. *Oxon*. *Leyceſtr*. *Warwic*. adjungatur dicto *J de Bankewell*, Dom. *Sauvage*, Dom. *Johanni de Wylby*, *Ciceſtr*. Epiſcopo, Epiſc. *Winton*. *Exon*. *Sarum*. Domino *Johanni Randulph*, Epiſcopo *Sarum*, Epiſcopo *Bathon*. Epiſcopo *Exon*. in Com. *Berks*. *Somerſet*. *Dorſet*. *Devon*. *Cornub*. adjungatur Dom. *Richardus de Coleſhull*, Dom. *J*. *Randulf*.

* Pat. 26. E. 1. m. 21. The Patent Roll thus varies from the Writ of Privy ſeal.

* Prædicti Milites aſſignentur ad præmiſſa facienda, una cum Clericis & Religioſis quos Epiſcopi ſingular. Dioc. duxerint deputandos: Et ſuper hoc ex parte Regis ſcribitur eiſdem Epiſcopis.

In purſuance whereof theſe Commiſſions were iſſued under the Great Seal, in French *and* Latin, *in this form.*

Pat. 26 E. 1. m. 21. De inquirendo ſuper gravaminibus populo regni factis in ſingulis comitatibus Angliæ.

REX dilectis & fidelibus ſuis, *Willielmo Inge* & *Johanni de Cokefeld*, ſalutem. Cum nuper ante transfretationem in *Flandriam*, habuerimus voluntatem et deſiderium, gravamina populo Regni noſtri, nomine noſtro facta, facere emendare, & ſuper hoc miſerimus litteras noſtras patentes per comitatus ſingulos dicti Regni; nos hujuſmodi negocium effectui debito mancipari volentes, aſſignavimus vos in Comitatibus *Lincoln*. *Roteland*. *Norht*. *Norff*. & *Suff*. una cum Clericis et Religioſis, quos locorum Diocæſani ad hoc duxerint deputandos, ad inquirendum per ſacra-

ſacramentum proborum & leg. hominum de Comitatibus prædictis, per quos rei veritas melius ſciri poterit, ſuper hujuſmodi gravaminibus, veluti de rebus captis in Eccleſiis, necnon de lanis, pellibus, coriis, bladis, animalibus, carnibus, piſcibus, et omnibus aliis rebus in Eccleſiis et extra ſimiliter captis et aſportatis per Com. prædictos, tam de Clericis quam de Laicis, ſive pro cuſtodia maris, vel alio modo quocunque, poſt guerram inter nos et Regem *Franc.* inchoatam, et ad ea omnia et ſingula audienda et terminanda, tam ex officio vobis per præſentes commiſſo, quam ad ſectam cujuſlibet conqueri ſe volentes, et ad faciendum ulterius in præmiſſis, juxta formam Ordinacionis per nos et conſilium noſtrum inde factæ, * quam ſigillo noſtro vobis mittimus conſignatam, et prout de jure et ſecundum legem et conſuetudinem Regni noſtri fuerit faciendum. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies et loca quos ad hoc provideritis in forma prædicta, &c. Salvis nobis amerciamentis & aliis ad nos inde ſpectantibus. Mandavimus enim Vic. noſtris Com. prædictorum, quod ad certos dies & loca quos eis ſcire facietis, venire faciant coram vobis, tot & tales probos & leg. homines de ballivis ſuis per quos rei veritas in præmiſſis melius ſciri poterit & inquiri, et ſimiliter locorum Diocœſanis, quod hujuſmodi Clericos et Religioſos cum vos vel alter veſtrum eis ſcire feceritis vel fecerit, una vobiſcum deputent ad præmiſſa. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Weſtm.* 4 die *Aprilis.*

An. 25 E. 1.

* The Privy Seal before, p. 734.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti in ſingulis Comitatibus ſubſcriptis, videlicet, *Willielmus de Den & Rogerus Bryan*, in Comitatibus *Eſſex. Hertf. Cantebr. Huntind. Midd. Johannes Randulf & Richardus de Coleſhull*, in Comitatibus *Berk. Somerſ. Dorſ. Devon. Cornub. Willielmus de ſancto Quintino & Petrus Betard*, in Comitibus *Ebor. Lanc. Notingh. Derb. Johannes le Sauvage & Johannes de Banquell*, in Comitatibus *Kanc. Suſſex. Surr. Sutht. Wyltes. Adam de Crokedayk & Robertus de Knyvtele*, in Comitatibus *Glouc. Wygorn. Heref. Salop. Staff. Johannes de Burne & Johannes de Wyleby*, in Comitatibus *Bokingh. Bedf. Oxon. Leyc. Warr.*

Pat. 25 E. 1. m. 12. De inquirendo ſuper gravaminibus populo regni factis.

REX dilecto & fideli ſuo *Richardo de Walſingham*, ſalutem. Sciatis quod cum nuper ante transfretationem noſtram in *Flandriam*, &c. *ut ſupra.* In cujus, *&c.* T. R. apud *Kypere*, 17 die *Junii.*

Per Breve de Privato ſigillo.

Soon after, * 12 *Cal.* Septembr. *Rex* Angliæ *naves ingreſſus (paratis* 500 *navibus) indiſſoluto claſſe ſulcato mare, ſexto die ſequenti applicuit in* Flandria. *Itaque Rege* Angliæ *in* Flandria *commorante, locum ejus in* Anglia *tenuit filius ſuus* Edwardus; *cui quia minoris ætatis erat, pater rectores conſiliariosque deputaverat* Richardum *Epiſcopum* Londinenſem, & Willielmum *Comitem* Warwicenſem, *necnon & Milites* Reginaldum de Gray, Johannem Giffardi, Alanum Plokenet, *viros emerita militia providos & diſcretos. Per idem tempus*, (the ſame day the King ſet ſail towards *Flanders*) *Comites* Herefordiæ & Mareſchalli, *cum ſuis complicibus, acceden tes ad Scaccarium Domini Regis apud* Weſtmonaſterium, *Theſaurario & Baronibus de Scaccario inhibuerunt*, **ne levari facerent octavum denarium a populo qui Regi conceſſus fuerat apud** Sanctum Edmundum, *dicentes*, **de conſcientia ſuorum non emanaſſe, ſine quorum aſſenſu Tallagium non debet exigi vel imponi.** *Induxerunt etiam Cives* Londoniarum, **ut pro recuperandis ſuis libertatibus ſecum ſtarent.** *Comitibus itaque & Baronibus pariter conglobatis & confœderatis*, **necnon majoritate populi eis inclinante**, *factus eſt timor ſuper habitatores patriæ, & imminente periculo*; (by reaſon of the revived *Scots* Rebellion, who entred and waſted *England* with fire and ſword, againſt their † premiſed Oathes, Charters, Truces ſo frequently and lately made to the King; whoſe ſucceſſes in that Rebellion by reaſon of our domeſtick diſcords, are at large related by *Henry de Knyghton.*) * *Cum à gente* Scotorum *perfida talia agerentur, Conſiliarii Regis noſtri* Edwardi, *qui cum* Edwardo *filio Regis erant, magnum videntes periculum non tantum Regi in remotis agenti, ſed etiam toti terræ* Anglicanæ *imminere, inſtiterunt apud filium Regis qui* Londoniæ *morabatur infra muros Civitatis, ut Comites prædictos* Mareſchallum & Herefordenſem, **qui a patre ſuo in parte deciderant, rogaret et interpellaret ad pacis unitatem et amorem.** *Miſſis igitur literis ſuis, rogavit eos*, **ut ad Parliamentum ſuum** (*eo quod ſui patris tenebat locum in* Anglia) *venirent* Londonias 10 *die* Octobris **celebrandum.**

* Th. Walſingham Hiſt. Angliæ, p. 39. Mat. Weſtm. p. 410. Henr. de Knyghton de Event. Angl. l. 3. col. 2512, 2522, 2523, 2524.

† Here p. 510, to 520. 650, to 664.

* Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 9, to 14.

Qui

An. 25 E. 1. *Qui novi præceptoris & futuri Principis rogatum amplectentes, venerunt ad eundem diem, non tamen nudi, immò cum quingentis equis armatis & multitudine magna peditum electorum*; **quia communem profectum et utilitatem amplectebantur, communes diligebant eos fortiter.** *Portas tamen Civitatis noluerunt ingredi, nisi primò concederetur eis, quod in omnibus portis Civitatis ponerentur plures custodes eorum, ne fortè absque armis ingressi, veluti oves ovili clauderentur; quo concesso, ingressi sunt.* The Prince likewise by advice of his Counsil, issued Writs of Summons in the Kings Name to all the Sheriffs of *England*, to elect two Knights in every County to come to this Parliament, to receive a New Confirmation of the Great Charter of their Liberties, and Charter of the Forest; and that the levying of the Eighth part of their Goods formerly granted, should not turn to their prejudice or disinherison. Which Writs being very memorable, (the Originals whereof, together with their endorsed Retorns I lately discovered in the White Tower Chappel) I shall here insert as a raritie, and an addition to the *Second Part of my Brief Register and Survey of Parliamentary Writs*, p. 35, 36. being pertinent to my present purpose.

Rundela Brev. in Turre London & Claus. 25 E. 1. m. 6. dorso. *Bed. & Buk.*

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ, *& Dux* Aquitaniæ; *Vic.* Bed. *&* Buks. *salutem.* **Quia in relevationem omnium Incolarum et populi regni nostri pro octava omnium bonorum singulorum laicorum per totum idem regnum, pro urgentissima nunc dicti regni contra** Gallicos **necessitate levanda, concessimus pro nobis et hæredibus nostris confirmare et firmiter teneri facere, Magnam Chartam de Libertatibus** Angliæ **et Chartam de Libertatibus Forestæ, et concedere omnibus et singulis ejusdem regni literas nostras patentes, quod dictæ octavæ levatio non cedet eisdem in præjudicium, servitutem, exhæredationem, usum vel consuetudinem in futurum.** *Tibi præcipimus firmiter injungentes, quod sine dilatione aliqua quatuor de probioribus & legalioribus Militibus Comitatuum tuorum, videlicet de quolibet Comitatu duos eligi, & eos plenam potestatem pro ipsis & tota Communitate dictorum Comitatuum habentes, ad* Edwardum *filium nostrum charissimum tenentem in* Angl. *locum nostrum venire facias: Ita quod sint* London. *ad eundem filium nostrum modis omnibus in Octabis Sancti* Michaelis *prox. futur. ad ultimum*, **Chartas super confirmatione nostra Chartarum prædictarum, et literas nostras super dicta concessione pro ipsa Communitate in forma prædicta recepturi,** *& facturi ulterius quod per dictum filium & consilium nostrum ibidem fuerit ordinatum. Et hoc nullo modo omittatis. Et habeas ibi hoc breve. Teste* Edwardo *filio nostro apud* Sanctum Paulum London. 15 *die* Sept. *Anno regni nostri* 25.

Dorso. Johannes de Pabenham & Edmundus Gacelyn *Milites*, **electi sunt per Communitatem Com.** Bed. *ad faciendum & recipiendum id quod breve istud exigit.* Johannes de Pabenham *Miles, manucap. per* Edm. de Wedone *Militem*, Robertum de Crenequer *Militem*, Johannem de Pabenham *juniorem*, Walterum de la Haye. Edmundus Gacelyn *Miles, manucap. per* Robertum de Crenequer *Militem*, Edm. de Wedon *Militem*, Richardum le Harecourt *de* Suthmeine, Willielmum le Bretun.

Almaricus de Nodariis & Robertus Barry *Milites*, **electi sunt per Communitatem Com.** Buk. *in forma prædicta.* Almaricus de Nodariis *Miles, manucap. per* Willielmum Bonetun *de* Lathebury, Robertum de Stokes *de eadem*, Johannem de Lovente *de* Neuport, Rogerum fil. Johannis de Shyryngton. Robertus Barry *Miles, manucap. per* Hugonem Samson, Robertum le Brett, Rogerum fil. Johannis, Richardum le Clerk *de* Neuport.

Cantebr. & Huntindon. *Consimile breve dirigitur Vic.* Cantebr. & Huntindon. *Dorso. Comitatus* Cantebr. *electi sunt* Robertus de Hoo, *manucap. per* Henr. le Messer, Walter. le Hunte. Philippus fil. Herviz, *manucap. per* Walterum Rok, Willielmum Hinde.

Comitatus Huntind. *electi sunt* Willielmus de Pappeworthe, *manucap. per* Willielmum Lovet *de* Grafeham, Willielmum Antony *de eadem.* Willielmus Engayne *de* Werfle, *manucap. per* Simon. le Provoft *de* Werfle, Johannem Waryn *de eadem.*

Cornub. *Consimile breve dirigitur Vic.* Cornubiæ. *Dorso.* Reginaldus de Beyville *unus Militum* **electorum pro toto Com.** *invenit manucaptores essendi ad diem in brevi, videlicet*

videlicet Robertum Gyffard *Militem*, & Rogerum de Treglothenon. Johannes de Lambron *alius Miles*, *invenit manucaptores*, *videlicet* Paganum de Tregaran, & Richardum *de eadem*, *ad veniendum ad diem in brevi.* *An.* 25 E. 1.

Consimile breve dirigitur Vic. Cumbr. *Dorso.* Willielmus de Beyvill, *manucap. est per* Alexandrum *Præpositum de* Thoresby, & Richardum fil. Henr. Robertus de Wytering, *manucap. est per* Nicholaum de Wytering, & Adam *Pastore de eadem.* **Isti prædicti Milites assignati fuerunt ante adventum istius brevis ad custodiam Marchiæ Scotiæ, una cum aliis Com. ubi magna est necessitas commorari.** *Cumbr.*

Consimile breve dirigitur Vic. Devon. *Dorso.* *Nomina Militum secundum tenorem hujus brevis electorum*, Henr. de Ralegh, Hugo le Prouz. (without Manucaptors.) *Devon.*

Consimile breve dirigitur Vic. Ebor. *Dorso brevis.* *Nomina Militum* **electorum per Communitatem Comitatus** Ebor. *qui plenam potestatem habent pro Communitate prædicta ad faciendum ea quæ breve istud exigit, videlicet, Dominus* Robertus de Percy, *Dominus* Robertus de Balliolo: *Qui quidem manucapiuntur per* Robertum de Thorneton, Willielmum Stedeman, Willielmum fil. Willielmi *de* Sutton, & Richardum fil. Willielmi *de eadem.* *Ebor.*

Consimile breve Vic. Essex. & Hertford. *Dorso brevis.* *Nomina Militum* **electorum in Comitatibus** Essex. & Hertford. *secundum tenorem istius brevis, patent inferius*; Essex. Johannes Fillol, *manucap. per* Henr. le Marescal, Johannem de Langeford. Henr. Grapinell, *manucap. per* Alexandrum de Creppynge, Willielmum de Naptone. *Essex. & Hertford.*

Hertford. Rogerus Bryan, *manucap. per* Michaelem de Ware, Johannem de Rykelinge. Johannes de Nevyle, *manucap. per* Petrum de Poleye, Radulphum de Honesdone.

Consimile breve dirigitur Vic. Glouc. *Dorso brevis.* *Nomina Militum de Com.* Glouc. **electorum** *de essendo ad diem & locum in brevi contento, prout in brevi præcipitur*; Johannes de Seynt Lo *Miles*, Richardus de Croupes *Miles.* *Manucaptores prædicti* Johannis *de habendo corpus ejus, prout in brevi præcipitur*, Willielmus le Waleys *de* Chifton, Adam le Passer *de eadem*, Willielmus Messer *de eadem*, Henr. Honypin *de eadem.* *Manucaptores prædicti* Richardi de Croupes *de habendo corpus ejus, prout in brevi præcipitur*, Thomas le Ridere *de* Wytinton, Henr. le Ridere *de eadem*, Hugo le Westerne *de eadem*, Willielmus le Westerne *de eadem.* *Glouc.*

Consimile breve dirigitur Vic. Hereford. *Dorso brevis.* *Milites electi* Rogerus de Bradeley, Thomas de Chabenore. *Manucaptores* Rogeri de Bradeley; Rogerus le Schipward, Wilhelmus Abbot. *Manucaptores* Thomæ de Chabenore; Gilbertus Boter, Nicholaus de Dunnewode. *Hereford.*

Consimile breve dirigitur Vic. Kanc. *Dorso brevis.* *Isti sunt Milites electi*; *scilicet*, Lucas de la Gare, Richardus de Scoland. *Kanc.*

Consimile breve dirigitur Vic. Lanc. *Dorso brevis.* *Eligi feci* **per assensum totius Com.** Henr. de Kigheleye, & Henr. le Botiler, *qui plenam potestatem habent prout in brevi continetur.* *Pleg. prædicti* Henr. de Kigheleye *ven.* Rogerus de Boulton, & Adam de Stodlehurst. *Pleg.* Henr. le Botiler *ven.* Willielmus fil. Simonis *de* Caterhale, Willielmus Gormond *de eadem.* *Lanc.*

Consimile breve dirigitur Vic. Lincoln. *Dorso brevis.* *Accepto brevi isto sine dilatione eligi feci* Simonem *fil.* Radulphi de Ormesby, & Richardum de Huwell, *duos de probioribus & legalioribus Militibus de Com.* Lincoln. **et assensu prædicti Com.** *plenam potestatem pro ipsis & tota Communitate ejusdem Com. habentes, quos per manucaptionem subscriptam ad* Edwardum *filium Domini Regis karissimum, ad diem & locum in brevi isto contentis, venire facio ad recipiendum & faciendum quod hoc idem breve plenius requirit.* *Manucap. prædicti* Simonis fil. Radulphi; Walterus de *Lincoln.*

 Wynceby,

An. 25 E. 1. Wynceby, Johannes *frater ejus de* Wynceby, Radulphus Bleck *de* Ketelesby, Gilbertus atte Grene *de eadem. Manucap. predicti* Richardi de Huwell; Johannes de Hertheby *de* Evedon, Willielmus de la Mule *de* Lafford, Willielmus le Ken *de* Claypol, Willielmus le Monner *de eadem.*

Midd. *Consimile breve dirigitur Vic.* Midd. *Dorso. Nomina duorum Militum* **electorum per Communitatem Com.** Midd. *ad essendum coram vobis ad diem in brevi, prout precipitur in eodem brevi. Manucaptores* Richardi de Wyndesore *Militis*; Rogerus le Jour, Elias le Bayllyf. *Manucaptores* Richardi le Rous *Militis*; Thomas atte Fryth, Johannes atte Hegge.

Norff. & Suff. *Consimile breve dirigitur Vic.* Norff. & Suff. *Dorso. Nomina Militum de Com.* Norff. Fulco Banyard, *cujus manucap.* Willielmus de Totington, Adam Nonote. Willielmus Roscelyn, *cujus manucap.* Johannes de Jernemuth, Willielmus de Thurton.

Nomina Militum de Com. Suff. Nicholaus de Weyland, *cujus manucap.* Willielmus Frank *de* Westerfeld, Osbertus Frank *de eadem.* Johannes de Bistele, *cujus manucap.* Alex. fil. Gilberti *de* Frestenden, Adam de Fynel *de* Stovene.

Norht. *Consimile breve dirigitur Vic* Norht. *Dorso. Nomina duorum Militum* **electorum**, Thomas Wale *de* Eydon, Willielmus Butevyleyn *de* Cotisbrok. *Manucap.* Thomæ Wale; Thomas fil. Margeriæ *de* Eydon, Henr. Aleyn *de eadem. Manucap.* Willielmi Butevyleyn; Robertus Butevyleyn, Robertus de Watford *de* Oreton.

Northumbr. *Consimile breve dirigitur Vic.* Northumbr. *Dorso. Feci eligere* **pro tota Communitate Com.** Northumbr. *Dominos* Rogerum Manduyt, & Nicholaum de Punchardonne: *unde manucaptores* Rogeri Manduyt; Richardus *Præpositus de* Essete, Willielmus de Hoton *de eadem*, Adam Swaller, Rogerus Molendinarius *de eadem. Manucaptores* Nicholai de Punchardonne; Willielmus Brune *de* Felton, Nicholaus Manfetur *de eadem*, Willielmus Spare, Adam de Donygton. *Istud breve michi venit die Sabbati in Vigil. Sancti* Michaelis *post nonam.* (They then usually endorsing the time they received such Writs, to evidence that they delayed not their speedy execution.)

Nott. & Derb. *Consimile breve dirigitur Vic.* Nott. & Derb. *In Dorso.* Willielmus de Staunton, & Willielmus de Colewyk, *Milites de Comitatu* Nottingh. *electi, plenam potestatem pro se & Communitate Comitatus* Nottingh. *habentes, manucapti sunt essendi coram vobis ad diem in hoc brevi contentum, secundum tenorem brevis predicti. Et predictus* Willielmus de Staunton *manucapitur per* Willielmum *Præpositum de* Grove, & Robertum *Clericum de eadem. Et prædictus* Willielmus de Colewyk *manucapitur per* Philippum *fratrem ejus de* Colewyk, & Johannem le Provost *de eadem.*

Robertus Dethek, & Thomas Foleiaumbe, *Milites de Comitatu* Derb. *electi, in forma predicta manucapti sunt. Et predictus* Robertus *manucapitur per* Johannem *en le* Hurne *de* Luitchirche, & Rogerum Brest *de eadem. Et prædictus* Thomas *manucapitur per* Godefridum de Bradeburne, & Simonem Colle *de eadem.*

Oxon. & Berks. *Consimile breve dirigitur Vic.* Oxon. & Berks. *In Dorso.* Henr. de Bruyli, & Johannes de Prewes *Milites*, **electi sunt in pleno Com.** Oxon. *de veniendo ad diem & locum in brevi contentos pro Com. predicto. Et prædictus* Henr. *manucaptus est per* Rogerum Brounesone, Robertum Nicole, Robertum de Strowelle, & Robertum atte Chercheheye; *exitus terrarum suarum* 10 l. *Et prædictus Dominus* Johannes *manucaptus est per* Richardum Heylfryg, Richardum Cok, Robertum Galiaue, Galfridum ad Fontem; *exitus terrarum suarum* 10 l.

Bartholomæus de Erle, & Richardus de Wyndesore *Milites*, **electi sunt pro tota Com.** Berk. *Et prædictus* Bartholomæus *manucaptus est per* Rogerum Elys, Rogerum Robyn, Adam Donnyngs, Stephanum Fabrum; *exitus terrarum suarum* 100 s. *Et* Richardus de Wyndesore *districtus est per catalla ad valenc:* 10 l. *de veniendo ad diem & locum in brevi contentos.*

Roteland. *Consimile breve dirigitur Vic.* Roteland. *Dorso.* Willielmus Murdak, & Adam de Jernemuta, **electi sunt per assensum totius Comitatus**, *essendo coram Domino* Edwardo

Edwardo *filio Domini Regis apud* London. *ad diem in hoc brevi nominatum, recepturi & ulterius facturi ea quæ continentur in brevi, & super hoc invenerunt plegios. Plegii* Willielmi Murdak; Gervasius fil. Davy, Thomas de Bloston. *Plegii* Adæ de Jernemuta; Thomas Starlig, Simon de Northburg. *An.* 25 *E.* 1.

Consimile breve dirigitur Vic. Somers. & Dors. *Dorso. In plenis Com.* Somers. & Dors. **per totam Communitatem eorundem Com.** *eligere feci quatuor de probioribus & legalioribus Militibus, videlicet, de utroque Com. duos, qui plenam potestatem habent pro se & tota Communitate dictorum Com. Qui quidem Milites manucapti sunt veniendi ad diem in brevi isto contentum; videlicet, de Com.* Somers. Johannes de Sancto Laudo, *manucaptus est per* Oliverum Harepin, & Richardum Gildas. Thomas de Welleslegh, *manucaptus est per* Walterum de Welleslegh, & Gilbertum le Clerk. Somers. & Dors.

De Com. Dors. Philippus Maubanks, *manucaptus est per* Johannem le Large *de* Perret, & Johannem Clopet *de eadem.* Henr. Tovere, *manucaptus est per* Rogerum Boye *de* Pudele, & Henr. Saverey *de eadem.*

Consimile breve dirigitur Vic. Sussex. & Surr. *Dorso. Venire feci coram me Milites & liberos tenentes de Com.* Sussex. *apud* Lewes, **qui in absentia Archiepiscopi** Cantuar. **et aliorum tam Episcoporum, Comitum, Baronum, Militum, quam aliorum existentium in obsequio Domini Regis in partibus transmarinis et alibi, electionem de Militibus facere noluerunt, &c.** (An observable Retorn.) Sussex. & Surr.

Venire etiam feci coram me apud Suwerk *Milites & liberè tenentes de Com.* Surr. *qui elegerunt* Willielmum Ambesas, *qui manucaptus est per* Willielmum le Carter, & Willielmum le Pestur *de* Kersaulton, *veniendi, &c. Et elegerunt* Johannem de Aubernun *alium Militem,* **qui stat in obsequio Domini Regis in Com.** Sutht. **per præceptum Domini Regis, &c. Et *ipsi alium loco sui eligere noluerunt, &c.** *Nota.* * *Nota.*

Consimile breve dirigitur Vic. Sutht. *Dorso. Milites electi* Hugo de Escoce, Johannes de Turvill. *Manucap.* Hugonis; Richardus de Bukesgate, Robertus de Helyoun. *Manucap.* Johannis; Willielmus Faber *de* Botteleye, Rogerus le Rede. Sutht.

Consimile breve dirigitur Vic. Warr. & Leyc. Dorso. *Nomina duorum Militum de Com.* Warr. *electorum, secundum tenorem istius brevis, videlicet,* Ricardus de Whitakre *manucapt. per* Walterum *fil.* Nicholai de Whitakere, & Robertum *fil.* Jordani *de eadem.* Robertus de Verdon *Miles manucap. per* Thomam de Clifton *in* Dreycote, & Johannem de Draycote *Clericum.* Warrw. & Leyc.

Nomina duorum Militum de Com. Leyc. *eodem modo electorum, videlicet,* Thomas de Meynel *Miles, manucap. per* Robertum Balle & Robertum Fraunceys de Hemynton, Willielmus Burdet de Louseby *Miles, manucap. per* Willielmum Hosewyf de Louseby & Rogerum le Chamberlyng. *de eadem.*

Consimile breve dirigitur Vic. Wygorn. Dorso. *Eligere feci duos Milites de Balliva mea, videlicet,* W. de Senescal, & Willielmum le Fokerham, *qui plenam potestatem habent secundam formam hujus brevis.* Wygorn.

By which returns it is evident; 1. That most of the Knights elected found 2, or 4. Manucaptors a peece to appear and attend at the day and place appointed for the Parliament, whose names were particularly endorsed on the Writs. 2ly. That one of them was distreined by his goods to appear. 3ly. That the Knights elected who were imployed to defend the Realm against the Enemeis before their elections, and could not desert that service, found no Manucaptors to appear and attend in Parliament. 4ly. That those of *Sussex* refused to elect any Knights for the reasons mentioned in the return; and that those of *Surrey* who elected a Knight imployed in the defence of the Sea coasts against the *French*, would not alter their election, nor elect another in his place, though he could not then attend in Parliament.

The Earls, Nobles, and Knights thus elected meeting at *London* in this Parl. * *tandem post consilia multa & tractatus varios, mediante venerabili patre* Cantuariensi *Archiepiscopo, Magistro scilicet* Roberto de Winchelse (the chief author of that discord

* Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 11. col. 2523, 2524. Walsingham, Hist. Angliæ, p. 40, 41.

An. 25 E. I. cord and sedition) *cujus memoria in benedictum sit*, (addes *Knyghton*) non fuit alia forma ad quam consentire voluerunt, quam quod ipse Dominus Rex Magnam Cartam cum quibusdam adjectis articulis, et Charta de Foresta concederet et confirmaret : et quod auxilium nullum seu vexationem a Clero vel a populo peteret vel exigeret in posterum absque Magnatum voluntate et assensu, Et quod omnem rancorem remitteret eis et omnibus sibi associatis. *Ordinatumque hujusmodi scriptum in hæc verba conceptum.*

Primò, Quod Dominus Rex Chartam Magnam cum cæteris articulis adjectis, et Chartam de Foresta annuat et confirmat, et quod nullum auxilium vel vexationem exigat a Clero vel populo, absque eorum consilio et assensu, et quod omnem offensam Comitibus et eorum confœderatis dimittat. *Articuli adjecti ad* Magnam Chartam *sunt isti.*

Nullum Tallagium vel Auxilium per Nos vel hæredes nostros, de cætero in regno nostro imponatur seu levetur sine voluntate et assensu communi Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, et aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Militum, Burgensium, et aliorum liberorum hominum in regno nostro.

Nullus Minister noster, vel hæredum nostrorum in regno nostro capiat blada, lanas, coria, aut aliqua alia bona cujuscunque, sine voluntate et assensu illius cujus fuerint.

† Nomine vel occasione Valetollæ : So *Knyghton.*

Nihil capiatur de cætero nomine † Vectigalis de Sacco lanæ.

Volumus etiam et concedimus pro Nobis et hæredibus nostris, quod omnes Clerici et Laici de regno nostro habeant omnes leges, libertates, et liberas consuetudines suas, ita libere et integre, sicut eas consueverunt aliquo tempore melius pleniusq; habere. Et si contra illas vel quemcumque articulum in præsenti Charta contentum statuta fuerint ædita per nos vel antecessores nostros, vel consuetudines introductæ ; volumus et concedimus, quod hujusmodi statuta vacua sint et nulla imperpetuum.

Remisimus etiam Humfredo de Bohun, *Comiti* Herefordiæ & Essexiæ, *Constabulario* Angliæ, Rogero Bigot *Comiti* Northfolchiæ, *Marescallo* Angliæ, & *aliis Comitibus, Baronibus, Militibus, Armigeris,* Johanni de Ferrariis, & *omnibus aliis de eorum societate, confederatione & concordia existentibus, necnon omnibus viginti libratas terrarum tenentibus in regno nostro, sive de nobis, sive de alio quocumque in capiti, qui ad transfretandum nobiscum in* Flandriam *certo die notato vocati fuerunt, & non venerunt*, rancorem nostrum et malam voluntatem quam ex causis prædictis erga eos habuimus, et transgressiones si quas nobis vel nostris fecerint usque ad præsentis Chartæ confectionem. Et ad majorem securitatem hujus rei, volumus et concedimus pro nobis et hæredibus nostris, quod omnes Archiepiscopi et Episcopi Angliæ in perpetuum in suis Cathedralibus Ecclesiis, habita præsenti Charta et lecta, excommunicent public̃e et in singulis Parochialibus Ecclesiis suarum Diocesium excommunicari faciant, seu excommunicatos denunciare bis in anno, qui contra tenorem præsentis Chartæ hinc et effectum in quocunque articulo scienter fecerunt, aut fieri procuraverunt quovismodo. *In cujus rei testimonium præsenti Cartæ* * *Sigillum nostrum est appensum*, una cum sigillis Archiepiscoporum, Episcoporum, Comitum, Baronum et aliorum, qui sponte juraverunt, quod tenorem præsentis Chartæ, quatenus in eis est, in omnibus et singulis Articulis observabunt, et ad ejus observationem consilium suum et auxilium fidele præstabunt imperpetuum.

* Henry de Knyghton de Eventibus Angliæ, col. 2523, 2524.

[a] *Ipse etiam* Edwardus *Regis filius per literas suas patentes, remisit prædictis Comitibus & universis suis sequacibus omnem malam voluntatem. Et promisit in eisdem literis quod patrem suum induceret modis omnibus ad illud idem faciendum. Omnes etiam Consiliarii Regis qui ibidem aderant per scriptum suum super hoc specialiter confectum, illud idem promiserunt. Et lætati sunt universi in die hac veritatis & pacis. Erant enim ibi ex parte Regis Archiepiscopus* Cantuariensis, & Henricus *electus* Eboracensis, *Episcopi eciam* Londonensis, Eliensis, Bathoniensis, Coventrensis. *Comites etiam* Cornubiæ, Warennæ, Warwici & Oxoniæ. *Barones eciam* Johannes Gifford, Henricus de Percy, Reginaldus de Grey, *cum multis aliis Clericis & Laicis.* Hii omnes et singuli tactis sacrosanctis Dei Evangeliis juraverunt ad majorem rei securitatem ; quod prædictos Comites cum sequacibus omnibus contra Dominum Regem servare deberent illæsos & indempnes. *Convenit eciam, ut in crastino Sancti* Nicholai *Episcopi*

a Henry de Knyghton de Eventibus Angliæ, l. 3. c. 11, 12. col. 521.

Episcopi certum super hoc acciperent responsum ab ipso Rege, sub hac conditione adjecta; An. 25 E. 1.
ut si Rex prædicta scripta consignata remitteret & ratificaret omnia, extunc ad mandatum Regis, vel ad Regem in *Flandriam*, vel contra hostes suos in *Scotiam* iidem Comites proficiscerentur ad votum. *Missis igitur nunciis ad ipsum Dominum Regem scripserunt ei Secretarii sui*, ut ſi honorem ſuum, ſtatum et regnum ſalvare et retinere proponeret, prædicta omnia remitteret consignata. *Qui* ([b] *cedendum malitiæ temporis sentiens*) *quidem in arto positus, cum jam hæsitasset per triduum*, nobilissime tamen ut corda suorum retineret, votis eorum annuit in præmissis, et omnia concessit et per ordinem confirmabit: Which had he done chearfully at first before his passage to *Flanders*, in all probability he had either prevented or speedily suppressed the *Scots* rebellion, and come off with farre greater honor to himself, and more affection of his Prelates, Nobles, People, then now; Pro hac autem Confirmatione Cartarum prædictarum, *cum suis adjunctis prædictis*, dederunt Magnates terræ cum communi populo novum denarium; Archiepiscopus Cantuariensis cum suo Clero decimum denarium; Eboracensis electus cum suo Clero, qui propinquiores periculo extiterunt, quintum denarium in subsidium guerræ Regis in regno Scotiæ (without the Popes precedent license, which they formerly insisted on) *Lanas etiam religiosorum, & aliorum de populo prius acceperat Rex, cum protestatione tamen, quod allocarentur in eodem quinto, nono & decimo.*

[b] See Matth. Westm. p. 410. Walsingham Hist. Angl. p. 41. Ypodigma, p. 86.

This confirmation of the Great Charter printed in our *Statutes at large*, and Sir *Edward Cooks* *2. *Institutes*, I shall here present you with out of the *Statute Roll* in the Tower, different in some things from our printed *Statutes*.

*Pag. 525, &c.

Rotulus 1. Statutorum in Turre London m. 37, 38.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Inspeximus *Magnam Chartam* Domini *Henrici* patris nostri, de Libertatibus *Angliæ* in hæc verba. *Henricus*, &c. Nos autem donationes et concessiones prædictas ratas habentes et gratas, eas pro nobis et hæredibus nostris concedimus et confirmamus, easque tenore præsentium innobamus; Volentes & concedentes pro nobis & hæredibus nostris, quod Charta prædicta in omnibus et singulis suis Articulis imperpetuum firmiter et inbiolabiliter observetur, etiamsi aliqui articuli in eadem carta contenti hucusque forsitan non fuerunt observati. In cujus rei testimonium, has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste *Edwardo* filio nostro apud *Westm.* 12 die *Octobris*, Anno regni nostri vicesimo quarto.

EDward par le grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirland*, & Ducs *Aquitaine*, a toutz ceus, qui cestes presentes lettres verront ou orront, salvz. Sachiez nous al honeur de Dieu & de Seinte Eglise, et au profit de tut nostre Roiaume, aver grante pur nous e pur nos heirs, qe le *Grand Chartre* des Franchises, et la *Chartre de Foreſt*, les queles furent faites per *comun assent de tut le Roiaume* en tens le Roy *Henry* nostre pere, seient tenuz en touts lour points, sanz nul blemisement. E voloms qe mesmes *celes Chartres* de suth nostre *Seal seient* envoiez a nos Justices, ausibien de la *Foreſt* come as autres, e a touts les *Viscontes* des *Contes*, et a toutz nos autres ministres, & a toutz nos Citees par my la terre, ensemblement ove nos briefs, en les queux serra contenu, qil facent les avantdites Chartres puplier, e qil facent dire au poeple, qe nous les auoms grauntées de tenu les en touts leur pointz; E a nos *Justices*, *Viscontes*, *Maires*, e autres Ministres, qi la ley de la terre, de south nous & per nous ount a guier, mesmes les *Chartres* en toutz leus pointz en plez devant eus, e en Jugements les facent alower: cestassavoir la grand Chartre des Fraunchises come ley comun, e la Chartre des Forest solom lassise de la Forest, al amendement de nostre poeple. Et volons, qe si nulls judgements soient done desormes encountte les points des *Chartres* tenent plees devant eux, *(eient defaitez, et par nient tenus.* Et voloms qe mesmes cestes Chartres desous nostre seale soient envoies as Esglises Cathedrals par my nostre Roialme, et la demoergent, et soient deux foits per an lieus devant le poeple. Et que Archebesques et Ebesques doignent sentences du grant excommengement contre touts iceux, que countre les abantdits Chartres bendzount en fait, ou en eyde, ou en counseil, ou en nul point enfraindzant, ou countre bendzont. Et si mesmes les Prelates, Ebesques ou nul de eux soient negligentes en la denunciation suisoit faire, per les Archebesques de *Canterbirie* et Deverwike, que pur temps serront, sicome covient, soient

An. 25 E. 1. soient repris et destreintz a meisme cel denuntiation faire en la forme avantdit. Et pur ceo qe ascuns gents de nostre Realme soii doubtent, que les *eides* & les *mises*, queux il nous ount fait avant ces heures pur nous guerres et auter bosoignes de lour grant & lour bon volunte, en quel manere qe faits soient, puissent turner en servage a eux et a lour heirs, pour ceo qe ils serront autre foits troves en rolle, et auxint prises, que ount este faits parmy le Roialme per nos ministres en nostre noum; Nous avons grantes pur nous & pur nous heirs, qe mes tielx *eides*, *mises*, ne prises, ne trerons a custome pur nul chose qe soit fait, ou qe per rolle, ou in autre maner poet estre trove.

(Immediately after which, *m.* 38. followes this enrollment of the *Kings Charter*, or *Statute*, usually stiled in our Statute Books, *Statutum de Tallagio non concedendo*, wherein all the Articles specified in the printed Statute are comprised and ratified by the King according to the Lords and Commons Petition, there being no enrollment of them or that Statute in 34 E. 1. but only in this year of 25 E. 1. in any Roll, Record or History I have yet met with.)

Et auxint avoms graunt pur nous et pur nous heirs, as Archebesques, Evesques, Abbes, Priors, et as autres gents de seinte Esglise, as Countes, Barons, et a tout la Comminaltie de la terre, qe mes per nul besoigne tiels maners des aides, mises, ne prises de nostre Roialme, ne prendroms forsque per commun assent de tout le Roialme, et a common profit de meisme le Roiaume, saves les auntient aides, et prises dues et accustumes. Et pur ceo que touts le pluis de la Comminaltie du Roialme se sontent durement grevez de la maletolte des leins, cestassavoir de chescun sacke de leyn quarrant soulz, et nous ont pries, que nous les vousissons relesser: Nous a lour prier les auons pleinment relesse. Et avons graunt qe tele ne autre mes ne prendrons sans lour commun assent, et lour bon volunte; Saube a nous et a nous heires la Custume des leynes, Peaux, et Quires avant grauntes per la Cominalte de Royaume avantdit. En tesmoignance des queux choses nous avoms fait faire cestes nos lettres overts. Tesmoigne *Edward* nostre fitz a *Londres* le x. jour *Doctobre*, l'an de nostre regne 25.

E fet a remembrer qe meisme cesti chartre suth meismes les paroles de mot en met fuit sele en * Flaundres desuth le grant seal le Roy, *cestassaver a* Gaunt *le qnint jour de* Novembre, *l'an del regne l'avantdit nostre Seigneur le Roy vintisme quint, e envee en* Engleterre.

* See Mat. Westm. p. 410 Walsingham, Hist. Angl. p. 41.

After which followes this Charter of Pardon, distinct from the former, (though conjoyned with them in the premised Petition of the Lords and Commons, and in the printed Statutes *De Tallagio non concedendo*) somewhat different from that which is printed in * Sir *Edward Cooke*, and our Statute Books.

* 2 Instit. p. 535.

Rot. Statutorum, in Turre Lond. m. 38.

EDward par la grace, &c. Sachies qe come de par nos amez & feaux *Humfrey* de *Bohun* Conte de *Hereford* & de *Essex*, & Conestable *Dengleterre*, & *Roger Bygod* Conte de *Norff.* & Mareschall. *Dengleterre*, nous seit fet entendaunt, qil se douterent qe nous eussiens conceu vers eux rancour & indignation pur aucunes desobesances qil avoient fetes, ne ad geres, a ceo qe hom disoit ien ce qil ne vindrent pas a nous a nostre comandement, & a ce qe hom disoit qil avoient aucuns de nos Comandementz desturbez & targez, et aucunes aliances & assemblees des gentz darmes faitez countre nostre volunte & deffense; Nous regardantz qe des choses avantditz null maffait nest per eus sui uncore, coment qe paroles eent este dite, a la requeste et priere especiale de *Edward* nostre chier fuiz & nostre *Lieutenant* en *Engleterre*, et des honourables peres *Willame* Evesqe de *Ely*, *Willame* Evesqe de *Ba* & de *Welles*, *Richard* Evesqe de *Londre*, *Wauter* Evesqe de *Coventr.* & de *Lichef.* & *Henry Elit* de *Everwyke*, et des nos ames & feaux *Edmond* Conte de *Cornwaill*, *Johan de Garenne* Conte de *Surreye* & de *Sussex*, *Willame* de *Beauchamp* Conte de *Warrewyke*, & des autres de nostre *Conseil* demorantz en *Engleterre*, pres de lavantdit nostre fuiz, releissoms & pardonoms pleinement as ditz *Contez*, & a *Johan de Ferrers*, & a toutz leur menengs, & toutz leur aliez, tote manere de Rancour & de Indignation, qui nous avoms conceu vers eus, si nule enfoit per les encheſons avant

dites

dites, ou nule de eles. Iſſint qe nul des dits Contes, ne *Johan de Ferrers*, ne null de leur meuenges, ne de leur aliez avant ditz, ne ſoient chalengez, encheiſonez, ne grevez par nous ne par nos heirs en null temps, pur nule des choſes avantdites. E auſi perdonoms & releiſſoms a toutz autres de noſtre Roiaume, qui furent ſomons ou priez de paſſer oveſq; nous, & ne paſſerent, totes maneres de rancour & de indignation, ſi nule euſſiens conceu vers eus per cele encheſon. En teſmoignance des queux choſes nous avoms fait faire ceſtes nos lettres overtes. Donees a *Gaunt* le quint jour de *Novembr.* L'an de noſtre Regne vintiſme quint. *An.* 25 E. 1.

Theſe Charters being thus granted and confirmed by the King, were accordingly ſent to the Sheriffs of every County to proclaim, with Writs commanding that all perſons ſhould firmly and inviolably obſerve them, in this form.

* REX *Vicecomiti* Buckhamiæ *ſalutem. Quia in relevationem omnium Incolarum & populi regni noſtri pro Nona nobis à Laicis de Regno noſtro in ſubſidium defenſionis ejuſdem regni conceſſa*, conceſsimus et confirmabimus pro Nobis et hæredibus noſtris, Magnam Chartam de libertatibus Angliæ, et ſimiliter Cartam de Libertatibus Foreſtæ, eaſque innobabimus; Volentes et concedentes, quod Cartæ illæ in omnibus et ſingulis articulis ſuis firmiter et inviolabiliter obſerventur: Tibi præcipimus, quod Cartas prædictas per totam Ballibam tuam, in locis ubi expedire videris, ſine dilacione publicari, et eas in omnibus et ſingulis ſuis articulis, quantum in te eſt obſervari facias firmiter, et teneri. *T. &c.* * Clauſ. 25 E. 1. m. 2. dorſo. De publicando Magnam Cartam, &c.

Soon after the Archbiſhops and Biſhops meeting together, in purſuance of this Act, compoſed and publiſhed this publike Excommunication againſt the infringers of the *Great Charter*, and Charter of the *Foreſt*; to which at its next publication that year, (exceeding their Commiſſion) they ſuperadded ſome new clauſes, againſt the Diſtreiners of any goods within the Granges or poſſeſſions of Clergymen, without the owners free conſent; as this antient Manuſcript in Sir *Robert Cottons* Library of the Archbiſhops Letters to the Biſhop of *London* and his other Suffragans, and theirs to their inferiour Officers atteſt.

RICHARDUS *permiſſione divina* London. *Epiſcopus, dilectis in Chriſto filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ ſancti* Pauli London. *ſalutem, gratiam & benedictionem. Literas reverendi Patris Domini* R. *Dei gratia* Cantuar. *Archiepiſcopi, totius* Angliæ *Primatis recepimus, formam quæ ſequitur continentes:* Robertus *permiſſione divina* Cantuarienſis *Archiepiſcopus, totius* Angliæ *Primas, venerabili fratri Domino* R. *Dei gratia Epiſcopo* London. *ſalutem & fraternam in Domino caritatem. Frequenter exigit repentina neceſſitas, & congrua futurorum cautela, ut & præordinata pro periculis evitandis remedia, ſed forſan negligenter omiſſa vivacius iterentur, & nova ſuperaddatur in hujuſmodi executione medela, in hiis præcipuè quæ ſanctorum patrum jamdudum ſanxit authoritas*, et quæ non poſſunt a nobis Epiſcopis, qui eorum ſtatuta ſervare tenemur, abſque periculo noſtræ profeſſionis omitti. *Nuper ſiquidem* in quadam Convocatione *Prælatorum & Cleri* London. *celebrata poſt feſtum ſancti* Hillarii *anno domini* 1296. per nos et Coepiſcopos noſtros communi extitit ordinatione conditum, et eis per nos in virtute obedientiæ ad quorundam eorum excitationem injunctum, ut in Cathedralibus Eccleſiis et cæteris locis inſignibus per Epiſcopos ipſos; in aliis vero Eccleſiis ſingularum Dioceſarum per altos viros idoneos ad Dioceſanorum mandatum denuntiarentur publice et in genere, majoris Excommunicationis ſententia innodari, omnes qui Eccleſiaſtica bona ſine grata permiſſione Dominorum eorundem vel Ballivorum ſuorum diriperent, vel a domibus aut aliis locis Eccleſiarum per violentiam amoverent. *Sed ut ex poſt facto didicimus, & graviter exinde dolemus*, exſecutiones hujuſmodi non abſque multorum periculo, et eorum præcipue qui ad id ex obedientiæ debito tenebantur, ab aliquibus Coepiſcopis noſtris in toto, ab aliis autem in parte hactenus ſunt omiſſa; (Becauſe theſe Conſtitutions, Excommunications were then made, enjoyned only by the Popes & his own uſurped Archiepiſcopal authority without the King & Parliament,) per quod quamplures maleboli quandoq; ſumpſerunt, et impoſterum forſitan ſument majorem audaciam taliter delinquendi. In ultima etiam innovatione Magnarum Chartarum de libertatibus et foreſtæ antiquitus conceſſarum per Principem nuper facta, Dominus Rex hæc innovans ordinabit, et ſtatuit; quod eædem Ex veteri exemplari in Bibl. Cotton. MS. ſub effigie Cleopatræ E. 1. Spelmanni Concil. Tom. 2. p. 428, to 432.

Chartæ

An. 25 E. 1. Chartæ ad Cathedrales Ecclesias, per totum regnum Angliæ mitterenter et remanerent ibidem, quodque legerentur coram populo bis in anno; et quod Archiepiscopi et Episcopi regni Angliæ ferrent majoris Excommunicationis sententias in omnes illos qui contra dictas Chartas venirent facto, auxilio, vel consilio, aut in quocunque puncto infringerent Chartas ipsas; quodque eidem Episcopi eadem sententias publicarent vel facerent publicari in suis Cathedralibus Ecclesiis bis in anno; et quod Episcopi super facienda publicatione hujusmodi negligentes, per Cantuariensem et Eboracensem Archiepiscopos, qui pro tempore fuerint, reprehenderentur; et ad denunciationes hujusmodi faciendas per eosdem Archiepiscopos arcterentur. Nos etiam et nostri Coepiscopi tunc præsentes, ac nobis assistentes in Pontificalibus apud Westmonasterium; etiam de assensu Consilii Domini Regis tunc in partibus transmarinis agentis, dictam excommunicationis sententiam solempniter tulimus et publicavimus in vulgari. *Ut igitur tam salubriter ordinata, & pro tàm grandi communi utilitate provisa, per dissimulationem non transeant sine fructu*; jam in ultima congregatione Prælatorum et Cleri post festum Nativitatis S. Johannis Baptistæ apud Novum Templum London. per nos nostrosque Coepiscopos et Prælatos, ac Clerum nostræ Cantuar. Provinciæ, provisum extitit et condictum, ut dictæ Excommunicationum sententiæ contra violatores Chartarum bis in anno, ut supra, *videlicet in Festis* Omnium Sanctorum, *&* Dominicæ *in* Ramis Palmarum, in Cathedralibus Ecclesiis per Episcopos, si fieri possit; alioquin eorum auctoritate per alios solempniter publicentur: (*by virtue of that Statute and the Kings command alone, not of their own Episcopal or Synodal authority.)

* See Cooks 2 Instit p. 527.

Quia insuper Dominus Rex *in innovatione prædicta Prælatis & toti Communitati Regni promiserat*, quod pro nullo negotio quicquam nomine ipsius Domini Regis de bonis alicujus caperetur, sine totius Regni Communi assensu. *Et si contingat (quod absit) aliquos malefactores de Domibus, Grangiis, aut aliis locis Ecclesiasticis bona Ecclesiasticarum personarum auferre, abducere, vel aliqualiter asportare sine grata permissione Dominorum bonorum hujusmodi, vel ballivorum suorum (quod ut præmittitur* de voluntate Domini Regis *nullo modo procedere præsumatur) difficile erit & sæpe damnosum personis sic spoliatis, aut læsis ad suos Episcopos semper habere recursum*, tam nobis nostrisque Coepiscopis et Prælatis et Clero prædictis videdatur expediens, et per eos in eadem Congregatione consensum extitit et condictum; ut singulis inferioribus Prælatis, Rectoribus, etiam Vicariis Parochialium Ecclesiarum detur per suos Diocesanos expressa potestas denunciandi publice et solemniter malefactores hujusmodi, qui per facti evidentiam notorie et manifeste maleficium hujusmodi perpetrare præsument, una cum eorum complicibus dicta Excommunicationis sententia innodatos. Quocirca fraternitati vestræ in virtute obedientiæ firmiter injungendo mandamus, quatinus dictam sententiam contra occupatores bonorum Ecclesiasticorum, prout in prima dictarum Congregationum, ut supra ordinatum extiterat in singulis Ecclesiis vestræ Diocesis, juxta ordinationem eandem.

Memoratam vero sententiam contra infringentes articulos dictarum Chartarum, per nos et nostros Coepiscopos, ut supra, consensu Regio interveniente prolatam; secundum formam in præfata ultima congregatione provisam, *dictis diebus & locis, scilicet, bis in anno, festivitatibus suprascriptis*, faciatur in forma, quæ superius tangitur publicari, et in Anglico seriatim in omnibus, ac patenter exponi; pulsatis Campanis, et Candelis accensis, ut propter solempnitatem hujusmodi (quam laici magis quam effectum hujusmodi sententiarum attendunt) amplius timeatur. Detur etiam per vos, sicut in dicta ordinatione ultima concorditer extitit ordinatum inferioribus Prælatis et Rectoribus, ac Vicariis, ac etiam Capellanis parochialibus plena et expressa potestas denunciandi publice et nominatim cum dicta solemnitate malefactores prædictos; scilicet occupatores et invasores bonorum Ecclesiasticorum, si qui in hujusmodi Prælatorum locis aut Rectorum Vicariorum parochiis in futurum bona hujusmodi invaserint, occupaverint, aut amoverint, seu sic invadi occupari, aut amoveri fecerint, in notoria evidentia ipsius maleficii, majoris Excommunicationis sententia innodatos. (Wherin they exceeded the authority, command given them by the King, and this Act.) *Proviso tamen quod non nisi in facto notorio & evidenti, ac etiam sub testimonio sufficienti, per eosdem Rectores, Vicarios, & Presbyteros taliter procedatur; ut insuper, cumulatis ad supradictam cautelis, amplius arceatur*

tur ac reprimatur perversorum iniquitas, in hujusmodi malefactorum nominatim, ut præ- An. 25 E. 1.
tangitur, denunciatorum præsentia, cessetur ubilibet a celebratione Missarum: Et sic excommunicati per singulos dies Dominicos et Festivos denuntientur solempniter; subtracta etiam eis, per inhibitionem super hoc faciendam, Communione fidelium, quousque sic ablata restituant, et exinde idonea satisfactione præmissa, ab eadem sententia congrue fuerint absoluti. *Et cum de hujusmodi maleficio perpetrato vobis per aliquem subditorum vestrorum denunciatum extiterit, vel ad vos exinde publica fama pervenerit*, plenam cum celeritate justitiam fieri faciatis, malefactores hujusmodi ac etiam fautores et complices eorundem, necnon scienter communicantes eisdem, postquam id competenter inhibitum fuerit, per coherciones Canonicas diligenter et acriter puniendo.

Similem etiam Excommunicationis sententiam in omnes illos, qui manus in Clericos temere violentas injecerint, (though not mentioned nor intended in the Act or Charter) faciatis in solempnitate eadem publicari. Si vero in tantum aliquorum se extendit iniquitas, prout forsan evenire posse timetur, quod Prælati, seu Ecclesiarum Rectores aut Vicarii, sive Presbyteri vel alii Ecclesiastici viri quicunque occasione præmissorum vel alicujus eorum per laicalem potentiam capiantur, seu detineantur in Carcere aut in custodia quoquo modo; Vobis injungimus in virtute obedientiæ, prout etiam in dicta ultima congregatione per Prælatos et Clerum ordinatum extiterat, ut loca, in quibus sic capti detinebuntur, et * quatuor Ecclesias proximo vicinas, quatinus sub districtu vestro extiterint, interdicto Ecclesiastico protinus supponatis; et sic interdicta remaneant, quamdiu taliter capti detinentur ibidem. Et nihilominus captores ac detentores hujusmodi, et authoritatem super hoc præbentes eisdem, singulis diebus Dominicis et Festivis post scelus hujusmodi perpetratum, in omnibus Ecclesiis vestræ Diocœsis inter Missarum solemnia coram Clero et populo, pulsatis Campanis, et Candelis accensis, ut magis timeatur solempnitas, denuncientur solempniter, majoris Excommunicationis sententia innodati. Et ut hoc ad notitiam singulorum perveniat, in Anglico exponatur, donec sic Excommunicati congrua satisfactione præmissa, in forma Ecclesiæ, ab eadem sententia per competentem Judicem fuerint absoluti.

* Note this injustice and usurpation.

Quia insuper Processiones solemnes, & orationum suffragia, quæ pro statu Terræ sanctæ, et pace et etiam tranquillitate et prosperitate Ecclesiæ, Regis et regni dudum salubriter ordinavimus ac mandavimus (by virtue of the * Kings premised Mandate) per Diocœses singulas faciendas, negligenter in multis, et non absque multorum periculo hactenus, ut audivimus, sunt omissa, *de quibus (si fierent) fructus maximos meritò speraretur*. Ac etiam † Dominus Rex nuper in ultima congregacione prædicta per nuncios suos rogaverit, ut pro eo et suis in expeditione præsenti, quam contra hostes ipsius et regni nuper assumpsit, orationes et suffragia hujusmodi fieri, necnon Scotos et eorum complices, qui Ecclesias regni Angliæ et loca Ecclesiastica violenter invadere, comburere, ac bonis Ecclesiasticis aulu sacrilego spoliare, pacemque Regni et Ecclesiæ patenter infringere ac perturbare præsumpserant et præsumunt, ut dicitur, Excommunicatos publice per nostram denunciari provinciam faceremus; *Vobis, ut supra, mandamus & injungimus*, quatinus dictas processiones et orationum suffragia tam pro statu Terræ sanctæ, et pace Regni et Ecclesiæ Anglicanæ, quam etiam pro Domino Rege et sibi adhærentibus in sua expeditione præsenti specialiter; necnon denuntiationes Excommunicationum prædictas per totam vestram Diocœsin singulis diebus et locis, quibus id expedire videritis solempniter per vos, quatinus ad vos attinet, et ulterius per alios fieri faciatis: hæc omnia tam vigilanter et sollicite prosequentes, ut ex hoc status Ecclesiæ reformetur in melius, et vestrorum augeatur cumulus meritorum; *Vos etiam temporibus opportunis per totam vestram Diocœsin faciatis inquiri, an præmissa per vestros subditos, quatenus ad vos pertinet, fuerint, ut superius tangitur, observata? Et nos super hiis tam de facto vestro, quam subditorum vestrorum, certificetis ydoneè, saltem semel in anno, per vestras literas patentes, harum seriem continentes. Datum apud* Octeford 6 *Idus* Julii, *Anno Dom.* 1298. *Consecrationis nostræ quarto.*

* Here, p. 679.

† Claus. 27. E. 1. m. 7. dorso.

Sententias igitur contra invasores et occupatores bonorum Ecclesiasticorum, necnon contra infringentes articulos dictarum Chartarum, tam in genere, quam in specie, secundum formam quæ supra traditur, diebus ad hoc statutis, cum solempnitate præmissa, in Præbendis et Ecclesiis vestræ jurisdictioni subjectis, ac etiam contra

An. 25 E. 1. tra injicientes manus violentas in Clericum, lingua omnibus intelligibili faciatis, tam per vos, quam per vestros subditos publicari. *Hæc autem & alia, quæ in hoc exprimuntur mandato, vobis & cæteris plenam & liberam potestatem committimus exequendi. In nostra vero Ecclesia S.* Pauli, *nos ipsi, comite sanitate, ac impedimento cessante, exequemur præmissa, diebus, ut supra fit mentio præstituris. Processiones insuper, & orationum suffragia, ut in præsenti continetur mandato, in Ecclesia nostra prædicta cum devotione, more solito, fieri faciatis.* Sententiam etiam Excommunicationis, quam Scoti et eorum complices, ob causas in hoc mandato expressas, quas in promulgatione hujusmodi sententiæ volumus patefieri, incurrisse noscuntur, quam toties fieri poterit, in locis in quibus expedire videritis, faciatis solemniter publicari. *Nos postea super præmissis omnibus opportuno tempore certificantes, per literas vestras patentes harum seriem continentes.* Datum apud *Orseth* 8 Calend. *Augusti*, Anno Dom. supradicto.

* Henry de Knyghton de Eventibus Angliæ, l. 3. c. 12. col. 2524, 2525. Th. Walsingham Histor. Angl. p. 42.

* *Tunc Rex* Edwardus (immediately after his ratification of the Great Charter and premised Acts at *Gaunt*) *per literas suas speciales rogavit eosdem Comites & cæteros Magnates qui remanserint in* Anglia, *ut sicut suum & totius* Angliæ *honorem diligerent; cum festinatione parati procederent in* Scotiam *cum Comite de* Warenna *quem suo loco præfecerat, ut* Scotorum *audaciam castigarent & reprimerent, præfixitque eis terminum, scilicet in Octavo sancti* Hillarii *apud* Eborum, *ut interim pararentur, & convenirent ibidem extunc in suos hostes processuri. Misit etiam Rex literas suas ad Magnates* Scotiæ, ut si in fide et fidelitate sua manerent, sicut in recessu suo se remanere promiserunt, *ad Parliamentum suum apud* Eboracum *quod per Comites suos in Crastino sancti* Hilarii *celebrandum statuerat, absque omni cavillatione venirent, alioquin* extunc velut hostes publici teneantur. *Ad quem quidem diem convenerunt nostri Comites; illi scilicet, Comes de* Warenna, *qui locum Regis tenens, personam illius præsentabat in hoc, Comes* Glouceſtriæ *cum Comitissa uxore sua filia Regis, Comes* Herefordensis, *Comes de* Arundel & Guydo *filius Comitis de* Warwyk, Johannes de Segrave, & *Magnates plures. Communicatoque consilio voluerunt*, ut constaret communi populo de confirmatione Magnæ Chartæ et Chartæ de Foresta. *Comites* Herefordiæ & *Mareschalli, quia confirmatio Cartarum fuit facta in terra aliena*, petiverunt ad majorem securitatem eas iterum confirmari: *Respondernnt autem pro Rege Episcopus* Dunelmensis *ac Comites*, Johannes Surryæ, Willielmus Warwici, Radulphus Gloverniæ, *quod obtenta victoria*, Rex eas post suum reditum confirmaret. *Unde lecta* Magna Charta *cum suis articulis insertis, quos enumeravimus supra*, de præcepto eorum, Karliolensis Episcopus pontificialibus indutus, Excommunicationis sententiam in omnes ejus violatores fulminavit. *Cumque non venirent* Scoti *neque mitterent, statuerunt, ut in Octabis sequentibus apud* Novum Castrum *super* Tynam, *omnis muniretur populus expeditus ad pugnam; & sic continuò procederetur in hostes*; Whom they soon after encountring at *Fowkirk*, slew above * *sixty thousand* of these perjured treacherous and rebellious *Scots* in that Battel, reduced their Kingdom once more to the Kings obedience, who soon after reconfirmed the great Charter and Charter of the *Forest*, with new additions; of which more in its Chronological order.

* Tho. Walsingham Hist. Angl. p. 43.

From these last recited Histories, Records and Parliamentary proceedings, concerning the violations and confirmations of the great Charter and Articles thereto annexed, we may observe. First, that the Archbishops, Bishops and Clergy who originally occasioned, excited, fomented all the premised insurrections and seditions against the King, were the greatest losers, sufferers of all others by them; whence * *Thomas Walsingham* thus concludes his History of this year, *Transit annus iste* Clero Angliæ improtabilis, quia de protectione Regia est exclusus, et per Regem nichilominus depræd atus. 2ly. That Parliaments and Convocations refusals or delays to grant our Kings competent necessary speedy ayds of monies and provisions to defend their rights, Crowns, Kingdoms against invading enemies, do usually enforce them to exercise forcible illegal courses, rapines, purveyances, seisures of their monies, goods, chattels, to the great oppression, discontent and grievance of their subjects. 3ly. That our Kings violations of the great Charters, laws, liberties and properties of their subjects, and abuses of their prerogative or regal power, to supply their necessities in cases of extremity, do commonly occasion great insurrections, seditions against them, alienate their Nobles, Clergies, Commons hearts and affections from them, deprive them of their military assistance,

* Hist. Angl. pag. 41.

armes,

armes, when they moſt need them, to their great detriment, danger, diſappointment, and give great advantage and encouragement to their forein enemies. 4ly. That inſurrections and commotions on ſuch occaſions frequently end in the Kings diſhonour, loſs, being ſeldom cordially and finally allayed, but by the Kings publick acknowledgements, recantations of ſuch exorbitances, and paſſing new Charters, Oaths, Acts, Excommunications & other ſecurities to their ſubjects, for their greater ſecurity againſt ſubſequent grievances, exorbitances, oppreſſions of like nature; as all our ſucceſſive Grand Charters, with their ſeveral confirmations, additional Articles, reiterated ſentences of Excommunication againſt the infringers of them, and new Oaths for their defence, accompanied with Acts of general Pardon, indemnity and oblivion to their greateſt opponents, in this Kings, his predeceſſors and ſucceſſors reigns abundantly evidence. Which ſhould caution Kings, their Counſellors and State-Officers carefully to avoid all ſuch impolitick oppreſſing extravagancies, and to remember that ſacred Maxim of the wiſeſt of Kings, * *It is an abomination for Kings to commit wickedneſs*, for *the throne is eſtabliſhed by righteouſneſs.* 5ly. That Kings may juſtly diſplace their greateſt Eccleſiaſtical, Military and Civil Officers, Prelates, Peers, when they contemptuouſly oppoſe, or neglect their duties to them, and put them out of their Royal protection. 6ly. That our Archbiſhops and Biſhops have no legal authority to denounce any publick Excommunication againſt the Kings ſubjects for any miſdemeanors or offences, but when and in ſuch caſes only as they are ſpecially required, authoriſed by the King, Lords, and Acts of Parliament to do it; whoſe preſcribed bounds they have been alwayes prone to exceed, to enlarge their own Juriſdiction. 7ly. That the premiſed Charter of Pardon to *Humfrey de Bohun* and others, and the Statute *de Tallagio non concedendo*, were made, granted in the 25 year of King *Edward* the 1. not in the 34 of his reign, as all our printed Statute-books, and † Sir *Edward Cook* very groſly miſtake: which the premiſed Hiſtorians, the Statute-Roll in the *Tower*, the dates of paſſing them in *England*, of confirming them at *Gaunt* and *York*, the Subſidy granted by the Nobles, Commons, and Clergy for their confirmation, the Excommunications denounced againſt the infringers of them, (all in the 25 year of *Edw.* 1.) with the deaths of *Humfrey de Bohun* Earl of *Hereford* and *Eſſex*, *Gulielmus de Bello campo* Earl of *Warwick*, and *Gulielmus de Luda* Biſhop of *Ely*, Anno 1298. 26 E. 1. (as * *Matthew Weſtminſter* and others ſtory) mentioned in this Charter, Statute, as parties named, concerned in, or Witneſſes to them, infallibly evidence beyond contradiction. Which I deſire our Students of the Law, and publiſhers of Statute-books, when reprinted, to take notice of, to rectifie their former miſtakes.

An. 24 & 25 *Edw.* 1.

* Prov. 16 12. & 25. 1.

† 2 Inſtit. pag. 585.

* Anno 1298. pag. 412. Godwins Catalogue of Biſhops, p. 213.

During the Wars abrode, and ſeditions at home, the Popes forementioned Legates, though at firſt denied, yet at laſt obtained Procurations and Commiſſions from the Kings of *England*, *France*, and their Confederates, to treat and conclude a Truce between them, with a ſubmiſſion to Pope *Boniface* as a private perſon and arbitrator only, voluntarily choſen by them, not as Pope by his Papal authority, to hear their differences, and ſettle a Truce and firm Peace between them; thus related by our Hiſtorians. [a] *Fuit Rex* Edwardus *apud* Gandavum, *ad quem venerunt in feſto Sanctorum* Innocentium *Magiſter Ordinis Predicatorum*, *& Magiſter generalis Fratrum Minorum ſub eadem forma, qua ante Regem* Franciæ, **ex parte Domini Papæ rogaverunt, ſupplicantes, quatenus Nuncios ſolemnes ad Curiam Romanam, conceſſa eis plena poteſtate tractandi, ordinandi et perficiendi omnia quæ pacis reformationem tangerent deſtinarent; et ipſe Apoſtolicus non tanquam Judex,** (which neither party would admit him then to be) **ſed ut bonus pacis mediator in nullius præjudicium ſatageret ad pacem et tranquillitatem regnorum, Regum amicitiam in ſtatum priſtinum reformare.** *Et quia hoc abſque treugis fieri non poſſe* **judicavit Dominus Papa, ideo per hos Nuncios biennales inducias, quas per Cardinales implorraverat, indixit de novo ſub pœna Excommunicationis et Interdicti terrarum ſuarum.** Whereupon, *Rex* Angliæ *perpendens ſe in* Flandria *periculoſè commorantem, illucque per informationem Comitis* Flandriæ *minus prudenter attractum, regnumque proprium inteſtina ſeditione turbatum*, **fiduciamque ſuam a Rege** Romanorum, **per Papam ſibi minus benevolum regnum** Teutoniæ **turbantem, fruſtratam,** [b] *Papa enim* Bonifacius *ſcripſit Principibus* Alemanniæ, **ut Regem** Romanorum Adulphum, *cujus occurſum in* Flandria *Rex* Anglorum *ſperaverat, ut ſimul cum*

[a] Walſingham Hiſt. Angl. p. 41 See Henr. de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 12. col. 2525, 2526. Mat. Weſtm. p. 411, 412.

[b] Walſingham Hiſt. Angl. p. 39.

An. 24 & 25 E. 1.

Comite Flandriæ *oppressores invasoresque suos* Gallicos *propulsaret*, **commoto bello inquietarent, et ab invasione** Gallicorum **modis omnibus impedirent**, such was his Papal treachery] **consensit in Treugas indictas.** *Convenitque inter eos, ut captivi, interim taxata eorum redemptione liberarentur hinc inde, ea conditione, ut si pax non fieret, redirent ad suas custodias, vel redemptionem solverent jam taxatam.* **Transmittunt igitur Reges utrique solemnes Nuncios cum plena potestate ad Curiam Romanam, ut per mediationem Apostolici, non tanquam judicis sed amicabilis compositoris discussis negotiis, pax inter Reges et concordia reformetur.** (In which reference the Pope was stiled only [c] *Benet Cajetan* as a private person, not Pope *Boniface*, to the end *he might not exercise any Papal authority over these Kings persons or Realms in this affair.*) [d] *Acceptis tandem induciis & concessis inter Reges utriusque terræ & sibi confœderatos ab Epiphania Domini per biennium.*

c Pierre de Pithou Preuves les Libertez de l'Eglise Gallicane, chap. 7. sect 12. p. 233.

d Mat. Westm. Anno 1297. p. 411.

The Procurations, Commissions, submissions of the Kings of *England*, *France*, and their Adherents, together with the Truce, Pope *Boniface* his arbitrements and awards then made between them, (not extant in any Histories) I shall here present you with, out of Records I lately found in the White Tower Chappel, and other Rolls.

On the first of *January*, *An.* 24. E. 1. the King issued these two Commissions to the *Popes Legates*, and his own Commissioners, authorizing them to treat and make a *Truce* between him and the King of *France* and their subjects.

Pat. 24 E. 1. m. 18. intus. De potestate quam habent Cardinales ad dandam Treugas Regi Franciæ.

UNiversis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint; *Edwardus*, &c. salutem. Noverit universitas vestra, quod nos damus et concedimus per præsentes venerabilibus in Christo patribus Dominis *B. Albanensi*, & *S. Penestren.* Episcopis, Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinalibus, **plenam potestatem dandi nomine nostro Regi** Franciæ **et dilatoribus suis super guerris, dissentionibus et discordiis quibuscunque inter eundem Regem et nos ubicumque locorum exortis et motis, Treugas secundum formam in quam consentient Nuncii nostri, vel major pars illorum, quos ad præsentiam prædictorum Cardinalium apud *Cameracum* durimus transmittendos.** In cujus, &c. Teste Rege apud Sanctum *Albanum* primo die *Januarii*.

Bundela Brev. & Literarum An. 24 E. 1. in Turre London. & Pat. 24 E. 1. m. 18. intus. De potestate data ad tractandum de Treugis inter Reges Angliæ & Franciæ.

UNiversis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint; *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, salutem. Noverit universitas vestra, **quod ob reverenciam sedis Apostolicæ, et ad instantiam, requisitionem venerabilium in Christo patrum** *B. Albanensis*, & *S. Penestrini* **Episcoporum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium**, mittimus apud *Cameracum* ad præsentiam Cardinalium eorundem, venerabiles in Christo patres *J. Winton.* & *W. Elien.* Episcopos, & nobiles viros *W. de Valencia* Comitem *Penbrok*, avunculum nostrum, *J.* Ducem *Brabanciæ* & *Lotheringiæ*, *A.* Comitem *Sabaudiæ*, *H.* Comitem *Barry*, *Florencium* Comitem *Holland.* & *Seland.* *Ottonem de Grandisono*, *Hugonem le Despenser*, *Amaneuum del Bret*, *Thomam de Berkelee*, & *Hugonem de Veer* Milites, fideles nostros, necnon & discretos viros Magistros *H.* Decanum *Eborum*, *R.* Archidiaconum *Cestriæ*, *Iterium* Archidiaconum *Bathoniæ*, *Walterum de Langeton* & *W. de Grenfeld* Canonicos *Eboracenses*, & *J. de Silveston* Canonicum *London.* & *Johannem de Sancto Claro.* Dantes eis & majori parti illorum qui præsentes fuerint, plenam potestatem & speciale mandatum ad tractandum nomine nostro de treugis inter Regem *Franciæ* & nos, super guerris, dissensionibus & discordiis quibuscumque inter eundem Regem & nos ubicumque locorum exortis & motis, & etiam ad easdem treugas ineundas & firmandas; ac ad omnia alia & singula facienda, quæ ad præmissorum expeditionem fuerint oportuna. Ratum habituri & firmum quicquid per prædictos Nuncios nostros, seu majorem partem illorum qui præsentes fuerint, sicut præmittitur, tractatum, ordinatum, initum, firmatum & factum fuerit in præmissis. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Dat. apud *Sanctum Albanum* primo die *Januarii*, Anno regni nostri vicesimo quarto.

* Here p 679.

At which time he likewise issued * *Writs* to Bishops and Abbots, to make devout Prayers to God for his blessing on this Treaty.

In another parchment Roll I found in the White Tower, these following Letters, Procurations and Submissions to the Pope are recorded all together.

Sanctissimo

An. 24 & 25 *E.* 1.

Anno 24 E. 1. in Turre London. in uno Rotulo de Procurationibus ibi.

SAnctiſſimo in Chriſto patri Domino *B.* divina providentia Sanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ*, *&c.* devota pedum oſcula beatorum. Conſideratione ſollicita nunc & aliàs attendentes, quod nil melius diſſidentium filiorum corda ſedabit, quàm paterni providentia ſtudii vigilans aſſiduè circa illos, **juxta preces et exhortationes veſtras nobis nuper directas, ſuper diſcordiis atque guerris inter Regem** *Francie* **et nos dudum ortis**, magnificæ veſtræ circumſpectionis induſtria mediante, **ſedandis**, venerabiles in Chriſto patres *W.* Archiepiſcopum *Dublin.* *A.* Epiſcopum *Dunolm.* & nobiles viros *A.* Comitem *Sabaudiæ* conſanguineum noſtrum, *Ottonem de Grandiſono*, & *Hugonem de Veer* Milites, exhibitores præſentium, **pacis et concordiæ zelatores** ſuper prædicto negotio Procuratores ad veſtram præſentiam duximus deſtinandos. Quibus una cum venerabili patre *J. Wintonienſi* Epiſcopo, **plenam ſuper præmiſſis commiſimus poteſtatem.** Sanctitati veſtræ devotis precibus ſupplicantes, quatinus coſdem Nuncios noſtros benignè de clementia ſolita admittentes, eò ſollicitudine promptiori circa commiſſa ſibi negotia, coram veſtra beatitudine proſequenda, **opportunum et ſalubre remedium dignemini adhibere**, quò maturiorem expeditionem exigunt & requirunt. Conſervet vos Altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ per tempora proſpera & longæva. Datum apud *Gandavum* 18 die *Februarii*, Anno Domini 1297. Triplicatur.

In eodem Rotulo.

VEnerabili in Chriſto patri *G.* Dei gratia Epiſcopo *Sabien.* amico ſuo chariſſimo, *Edwardus* eadem gratia, *&c.* ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Inſidet cordi noſtro, ſicut hactenus inſidebat, **quod negotium diſcordiarum atque guerrarum quæ ſunt inter Regem** *Francie* **et nos, coram Sanctiſſimo patre Domino *B.* nunc Summo Pontifice tractetur, et** (ſi fieri poterit) **reformetur.** Cum itaque idem Dominus Summus Pontifex per literas ſuas rogaret, ut ſolemnes Nuncios, pacis amatores, voluntatis noſtræ conſcios ac diligentius informatos, plenam à nobis habentes mandatum ſuper diſcordiis & guerris prædictis ipſo mediante ſedandis, ad ipſius præſentiam mittere curaremus. Nos ipſius deſiderium ſuper hiis adimplere volentes, venerabiles in Chriſto patres *W.* Archiepiſcopum *Dublin.* *A.* Epiſcopum *Dunolm.* & nobiles viros *Amadeum* Comitem *Sabaudiæ* conſanguineum noſtrum, *Ottonem de Grandiſono*, & *Hugonem de Veer* Milites, exhibitores præſentium ſuper prædicto negotio plenè inſtructos, ad ſedem Apoſtolicam duximus deſtinandos. Quibus una cum venerabili patre *J. Winton.* Epiſcopo, **plenam ſuper præmiſſis commiſimus poteſtatem.** Paternitatem veſtram inſtantius deprecantes, quatinus prædictos Nuncios gratioſis habentes affectibus commendatos, velitis eiſdem vel illis, qui præſentes fuerint, in hiis quæ nobis ex parte noſtra oraculo vivæ vocis exponent, fidem credulam adhibere. Sic eos, ſi placet, in commiſſis ſibi negotiis efficaciter dirigentes, quod eiſdem eò proſperioris & celerioris expeditionis effectus adveniat, quò circa promotionem eorum diligentiam appoſueritis potiorem. Dat. apud *Gandavum* 18 die *Febr.*

Item eodem modo Domino *M. Portuen.* & *Sanctæ Ruffinæ* Epiſcopo.

Item *J.* Epiſcopo *Tuſculan.*

Item venerabili in Chriſto patri Domino *J.* Titulo Sanctorum *Marcellini* & *Petri* Presbytero Cardinali, amico ſuo chariſſimo.

Item Domino *P.* Titulo S. *Crucis* in *Jeroſol.* Presbytero Cardinali.

Item Domino *S.* Titulo *Sanctæ Balbinæ* Presbytero Cardinali.

Item Domino *Thomæ* Titulo *Sanctæ Cecilie* Presbytero Cardinali.

Item Domino *R.* Titulo *Sanctæ Potentianæ* Presbytero Cardinali.

Item Domino *N.* Titulo S. *Laurentii* in *Damoſo* Presbytero Cardinali.

Item Domino *F.* Titulo *Sancti Marci* Presbytero Cardinali.

Item Domino *J.* Titulo *Sancti Clementis* Presbytero Cardinali.

Item Domino *M. Sanctæ Mariæ* in *Porticu* Diacono Cardinali.

Item Domino *N. Sancti Adriani* Diacono Cardinali.

Item Domino *L. Sancti Angeli* Diacono Cardinali.

Item Domino *G. Sancti Nicholai* in Carcere *Tulliano* Diacono Cardinali.

Item Domino *B.* Sanctorum *Coſmæ* & *Damiani* Diacono Cardinali.

Item Domino *P. Sanctæ Mariæ novæ* Diacono Cardinali.

Item

An. 24 & 25 Edw. 1. Item Domino *F. Sancti Georgii* ad *velum aureum* Diacono Cardinali. Item Domino *F. Sanctæ Mariæ* in *Cosmodyn.* Diacono Cardinali. Per 18 paria literarum. Dat. ut supra. Et omnes Clausæ.

Ibidem. Potestas generalis data de tractando de pace coram Papa.

SAnctissimo in Christo patri Domino *B.* divina providentia Sanctæ *Romanæ* ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici; *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ, &c.* devota pedum oscula beatorum, **Noze devotissimi filii in votis hactenus gessimus, et adhuc gerimus circa beneplacita sedis Apostolicæ prosequenda paratos nos promptitudine animi et effectu operis exhibere.** Sperantes itaque per vestræ Sanctitatis industriam super discordiis inter Regem *Franciæ* & nos dudum exortis salubriter provideri; venerabiles in Christo patres *Willielmum* Archiepiscopum *Dublinensem*, *Antonium Dunelmensem* Episcopum, & nobiles viros *Amadeum* Comitem *Sabaudiæ* consanguineum nostrum, *Ottonem de Grandisono*, & *Hugonem de Veer* Milites, pacis & status nostri pacifici zelatores, voluntatis nostræ conscios ac diligentius informatos, ad vestram præsentiam duximus destinandos. Quibus una cum venerabili patre *Johanne Wintonienſi* Episcopo, aut quinto ipsorum sex uno absente, vel quatuor eorundem duobus absentibus, (quorum quatuor duo sint Laici) plenam damus tenore præsentium potestatem & speciale mandatum super omnibus discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, damnis & injuriis, petitionibus & actionibus realibus, personalibus & mixtis, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possent inter dictum Regem *Franciæ* & nos occasione quacunque, tractandi, paciscendi, componendi, transigendi, concordandi & conveniendi in personam vestram compromittendi pro nobis & hæredibus nostris; Nos & hæredes nostros vestræ arbitrationi, ordinationi, dicto seu laudo submittendi, sub formis seu modis, de quibus & quotiensçunque viderint expedire; necnon omnia & singula quæ per ipsos sex, quinque vel quatuor ipsorum, prout suprascriptum est, nostro & hæredum nostrorum nomine, super præmissis & singulis præmissorum pacta, composita, transacta, concordata fuerint seu conventa, compromissum, submissionem vestram arbitrationem, ordinationem, dictum seu laudum prædicta firmandi, roborandi, omologandi & vallandi, per juramentum super hiis & aliis hujusmodi negotium tangentibus, quandocunque & quotiensçunque viderint expedire, in animam nostram præstandi, ac omnia & singula faciendi, quæ sunt pacis & concordiæ, & ad plenam pacem & concordiam valeant pertinere, & quæ nos faceremus vel facere possemus si præsentes essemus, etiamsi mandatum exigant speciale. Volentes omnia & singula necessaria vel utilia ad faciendum & complendum præmissa & quodlibet præmissorum pro specialiter expressis & enumeratis haberi. Promittentes nihilominus nos ratum habituros & firmum quicquid per prædictos sex, quinque vel quatuor eorundem, in forma expressa superius, tractatum, pactum, compositum, transactum, concordatum, conventum, firmatum, roboratum, omologatum, vallatum, & factum fuerit in præmissis: **Super quibus per nostras literas approbandis, tenendis, servandis et complendis, nos et hæredes nostros, et bona nostra omnia obligamus.** Et hæc sanctæ Paternitati vestræ significamus, & omnibus quorum interest, vel interesse potest, aut poterit in futurum, per nostras patentes literas sigilli nostri munimine consignatas. Dat. apud *Gandavum* 18 die *Febr.* Anno Domini 1297. Quadruplicatur.

Ibidem. De potestate substituendi super generali submissione.

SAnctissimo in Christo patri Domino *B. &c. Edwardus, &c.* devota pedum oscula beatorum. Licet venerabilibus in Christo patribus *Willielmo* Archiepiscopo *Dublin. Antonio Dunolm. Johanni Winton.* Episcopis, & nobilibus viris *Amadeo* Comiti *Sabaudiæ* consanguineo nostro, *Ottoni de Grandisono*, & *Hugoni de Veer* Militibus, omnibus simul, & quinque ipsorum, uno absente, vel quatuor eorundem, duobus absentibus, (quorum quatuor duo sint Laici) plenam dederimus potestatem & speciale mandatum super omnibus discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, damnis & injuriis quæ fuerunt, & sunt, vel esse possent inter Regem *Franciæ* & nos, occasione quacunque, tractandi, pacificandi, conveniendi, in personam vestram pro nobis & hæredibus nostris compromittendi, nos & hæredes nostros vestræ ordinationi, arbitrationi, dicto seu laudo submittendi, necnon omnia & singula quæ per ipsos sex, aut quinque ipsorum uno absente, vel quatuor eorundem duobus absentibus, (sicut prædicitur) nostro & hæredum nostrorum

ſtrorum nomine, ſuper præmiſſis & ſingulis præmiſſorum, pacta, compoſita, tranſacta, conventa per vos ordinata, arbitrata, dicta fuerint ſeu laudata, firmandi, roborandi, omologandi, & vallandi per juramentum ſuper hiis & aliis hujuſmodi negotium tangentibus, in animam noſtram præſtandi, prout in aliis literis noſtris inde confectis plenius continetur. Ne tamen propter dictorum Comitis & *Ottonis* abſentiam præmiſſa impediri contingat, ſeu etiam retardari, eiſdem Comiti & *Ottoni* & utrique ipſorum plenam damus tenore præſentium poteſtatem, alium ſeu alios loco ſui ſubſtituendi, quando & quotienſcunque ipſos vel eorum alterum abeſſe contigerit; & ſubſtitutum vel ſubſtitutos eoſdem revocandi, prout viderint expedire. Volentes quod ſubſtitutus vel ſubſtituti ab eis vel eorum altero poſſit ſeu poſſint omnia & ſingula facere in præmiſſis, quæ ipſi Comes & *Otto* facerent ſeu facere poſſent, ſi perſonaliter intereſſent. In cujus, &c. Dat. ut ſupra, 20 die *Febr.* Anno Domini 1297. Duplicatur. *An.* 25 E. 1.

What *Protestations Philip* King of *France* made against the latter clauses of this Popes award, when presented to him by his Legates, before it was read, to prevent all Usurpations upon his Supremacy in the Temporal Government and Rights of his Crown, I find thus reported by [c] *John de Serres, Grimston* out of him, and [d] *Peter de Pithou. Pope* Boniface *inclined to the peace of Christendome (as the Lord* Haillan *writes) more puft up with glory and vanity, then good zeal to the peace of Christian Princes, he commanded* Philip *by his Nuncioes*, to restore to the English and Flemins what they demanded; *and for not obeying*, he cites him to appear at Rome upon pain of Excommunication. Philip *a wise and valiant Prince, although he were discontented with this course, yet he sent an honourable Embassage to* Rome *by the Archbishop of* Rhemes, *and the Earl of* St. Paul, *to lay open his right before the Deputies of the King of* England *and Earl of* Flanders, *who were then at* Rome *to complain as being wronged. All parties being heard,* Boniface *decrees, that* Philip *as the fountain and cause of all the miseries and inconveniences that had hapened, should yield to King* Edward *and Earl*

c General History of France, in Philip 4. p. 150.
d Preuves des Libertez de l'Eglise Gallicane, ch. 7. nu. 12. p. 232.

An. 25 & 26 E. 1. Guy *all they demanded both in* Guienne *and* Flanders, *charging the Archbishop of* Rhemes *to signifie this Bull to the King,* **under pain of Excommunication for not obeying.** *This was the first blow given by* Boniface *against* Philip; *who after these great threats, prepares for deeds, not suffering himself to be daunted with words*; and as [c] *Peter de Pithou* stories, he entred this solemn Protestation before the reading of the Popes award by his two Cardinals, to preserve his Prerogative; who thus attested it by a publick Instrument under both their Seals.

c Les Libertez de l'Eglise Gallicane, ch. 7. sect. 12. p. 232.

Universis præsentes literas inspecturis, miseratione divina B. Albanensis, & S. Penestrinensis *Episcopi, salutem in Domino. Notum facimus, quod cum Nos exposuisserimus oraculo vivæ vocis excellenti Principi Domino* Philippo Francorum *Regi illustri, treugas per Sanctissimum Patrem & Dominum nostrum, Dominum* Bonifacium *Papam* 8. *literis suis patentibus jam dudum indictas, usque ad Nativitatem beati* Johannis Baptistæ *proximò jam elapsum, ipsi Regi ac* Romanorum & Angliæ *Regibus illustribus, super guerris instigante Diabolo suscitatis inter* Francorum & Angliæ *Reges prædictos, seu quemlibet eorundem ex una parte, & prædictum* Franciæ *Regem ex altera, quas treugas publicare & dictas literas præsentare* Francorum & Angliæ *Regibus ipsis differemus ex causa, necnon ad prorogationem dictarum treugarum ante tempus earum finitum literis suis patentibus per dictum Dominum nostrum factum, à dicto festo beatæ* Johannis Baptistæ *proximo præterito, usque ad biennium percompletum, atque usque ad dictum tempus treugas de novo indictas:* **sententias insuper Excommunicationis in contravenientes latas per ipsum Papam,** *prout in dictis literis continetur. Cumque dictas literas præsentaremus dicto Regi* Franciæ *legendas,* **idem Rex incontinenti, antequam dictæ literæ legerentur, nomine suo et se præsente fecit erpimi, et mandavit in nostra præsentia protestationes hujusmodi,** *& alia quæ sequuntur: videlicet,* **Regimen temporalitatis regni sui ad ipsum Regem solum, et neminem alium pertinere, seque in eo neminem superiorem recognoscere, nec habere, nec se intendere supponere vel subjicere modo quocunque viventi alicui super rebus pertinentibus ad temporale regimen regni, sed potius intendere jura sua justificare, regnum suum defendere continue, jusque regni per omnia prosequi cum subditis suis, amicis et valitoribus, prout hæc Dominus ministrabit;** *maximè cum dictarum treugarum indictionis virtus, vel indicentis intentio, ipsum Regem aliquatenus non impediat in præmissis vel aliquo eorundem, ut dicebat, nec aliquem obicem contrarietatis opponat. Sed dicti Regis regnique sui turbatores & æmulos arctius reprimat, illorum compescat audaciam, ausus frœnet,* **ac Excommunicationis sententiam,** *si contra treugarum tenorem ipsarum venire præsumpserint,* **ipso Rege, dictoque regno suo, remanentibus non ligatis,** *juxta* * *declarationem per ipsum Dominum* **Papam** *literis suis patentibus ipsi Regi directis.* **A quibus declaratione et protestationibus verbo vel facto, nunc vel in futurum idem Rex non intendit recedere.** *Quatinus autem ipsius Regis tangit animam, & ad spiritualitatem attinet, idem Rex prædecessorum suorum sequens vestigia,* **paratus est, monitionibus et præceptis sedis Apostolicæ debote ac humiliter obedire, in quantum tenetur et debet, et tanquam verus et devotus filius sedis ipsius, et sanctæ matris Ecclesiæ reverentiam observare.** *Quibus præmissis nos* **ad publicationem dictarum treugarum,** *& earum prorogationis, ac sententiarum processimus, dictasque literas Apostolicas & earum tenorum legi,* **et seriatim erpimi fecimus Regi prædicto.** *In quorum testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum* Credulii Bellovacensis *Diocesis,* 13 *Kal.* Maii, *Anno* 1297. *Pontificatus prædicti Domini* Bonifacii *Papæ* 8. *anno tertio. Sigillatum duobus sigillis duorum Cardinalium.*

* See Here p. 725, 726.

Nota.

By reason of this Protestation, and the differences between the Kings concerning the two last Articles in the Popes award, he prorogued and enlarged the time of the Truce between them, by this New Decree, which I found in the White Tower, exemplified under the hand of a publick Notary in forme ensuing.

In Turre London. An. 25 & 26 E. 1. IN Nomine Domini Amen. *Anno à Nativitate ejusdem* 1299. *Indictione* 8. *die* Lunæ *ultimo die mensis* Novembris, *Pontificatus Domini* Bonifacii *Papæ* 8. *anno quinto, apud* Alvertone Eboracen. *Diocæsis, constitutis in præsentia mei Notarii & testium*

teſtium ſubſcriptorum ad hæc vocatorum ſpecialiter ac etiam rogatorum, venerabilibus viris Dominis Opizone *Archidiacono* Mediolanen. & Johanne de Conthorecio, *fratre reverendi patris Domini* R. *Epiſcopi* Vicentinen. *in Capella manerii loci ejuſdem, coram excellentiſſimo Principe Domino* E. *Dei gratia* Angliæ *Rege illuſtri, iidem Domini* O. & J. *quandam literam Apoſtolicam Domini Papæ præſcripti, cum filo de ſerico pendenti ſolito more bullatam, eidem Domino Regi, ſub tenore qui ſequitur, præſentarunt. Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Dudum inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros *Philippum Franciæ* ex parte una, & *Edwardum Angliæ* ex altera, Reges illuſtres, ſuper diverſis articulis materia diſſentionis exorta, iidem Reges per ſpeciales ipſorum Procuratores & Nuncios ad nos propterea deſtinatos, & ab eis ſuper hiis ſpecialem poteſtatem habentes, in nos, **tanquam in privatam perſonam,** & Dominum *Benedictum Gaytanum*, tanquam in arbitrum, arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, arbitralem ſententiatorem, & amicabilem compoſitorem, præceptorem, ordinatorem, diſpoſitorem, & pronunciatorem ſuper reformanda pace & concordia inter ipſos Reges, & ſuper hiis quæ ad pacem pertinent, ac ſuper omnibus & ſingulis diſcordiis, guerris, litibus, controverſiis, cauſis, quæſtionibus, dampnis & injuriis, petitionibus, & actionibus realibus & perſonalibus atque mixtis, quæ fuerant, erant, vel eſſe poterant inter eoſdem Reges, occaſione quacunque, altè ac baſſè, abſolutè ac liberè ſub certa forma compromittere curaverunt: Volentes, promittentes, & expreſſè conſentientes, tamdiu compromiſſa hujuſmodi perdurare, quamdiu Treugarum voluntariè initarum antea inter dictos Reges tempus & terminus perduraret. Quod quidem eſſe dixerunt unius anni à feſto *Epiphaniæ* proximo præterito, (tunc proximo futuro) uſque ad aliud feſtum *Epiphaniæ* nunc futurum proximò numerandi; & quod nos interim, ſi placeret nobis ac videremus expediens, poſſemus in antea hujuſmodi compromiſſorum, ac ferendi arbitrii ſeu arbitragii, & aliorum in compromiſſis hujuſmodi contentorum, necnon & prædictarum Treugarum tempus & terminum, ſimul & non aliter, ſemel & pluries, **ad noſtrum beneplacitum prorogare.** Nos vero prædictis compromiſſis receptis, quandam ordinationem ſuper hujuſmodi negotio, prout tunc conditio temporis & negotii ſtatus & qualitas ſuadebant, duximus faciendam, nonnullis in eodem negotio ſub futura ordinatione remanentibus attamen in ſuſpenſo, prout in pronunciatione prædictæ ordinationis plenius continetur. Nunc autem attendentes, quod faciente pacis actore, à quo cuncta bona procedunt, ea quæ per nos ordinata noſcuntur, proſpera ſucceſſione vireſcunt, & deſiderantes admodum inter cætera, quæ votiva ſenſibus noſtris occurrunt, ut in præfato negotio ex noſtris ſtudiis divini auxilii ſuffragatione fulcitis, fœlix & deſideratus ſubſequatur effectus; ac propterea præcavere volentes, ne tempus ipſius perficiendi negotii patiatur excurſum, præfatas Treugas, prout initæ vel indictæ fuerunt, & inter omnes eaſdemque perſonas inter quas & quoad quas indictæ vel initæ fuiſſe noſcuntur, & prædicta compromiſſa, & in poſterum ferendum arbitrium ſeu arbitragium, totumque negotium prout ex futura noſtra ordinatione ac deciſione dependent, à prædicto nunc proximo futuro *Epiphaniæ* feſto uſque ad aliud feſtum, ex nunc ſecundò venturum, ex hujuſmodi poteſtate nobis tradita prorogamus. Quam quidem prorogationem & omnem ejus effectum præcipimus, ſub pœnis in compromiſſis adjectis, inviolabiliter à partibus obſervari; ordinatis, arbitratis, præceptis, diffinitis, laudatis & ſententiatis per nos hactenus in memorato negotio in ſua nihilominus remanentibus firmitate. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtræ prorogationis & præcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. *Anagniæ* 12 Kal. *Auguſti*, Pontificatus noſtri anno quinto. *Tandem per ipſius Domini Regis* Angliæ *Conſilium ſuper ipſa Apoſtolica litera deliberatione habita aliquali, ipſe Dominus Rex in Camera ſua loci prædicti, anno, indictione, & die præſcriptis, præſentatoribus ſupraſcriptis, tàm per ſe quàm per Dominum* Antonium Dunelmenſem *Epiſcopum, ejus verba nomine proferentem, reſpondit;* **Quod ipſe Dominus Rex Angliæ mandatis Apoſtolicis eſt paratus in hiis et aliis obedire; necnon et quod ipſe formam ſubmiſſionis factæ per ſe, et per ipſius Nuncios ad ſedem Apoſtolicam deſtinatos, ejus nomine, in Sanctiſſimum Patrem præſcriptum,** * **velut in Dominum** Benedictum Gaytanum, **tanquam in privatam perſonam, ſuper guerris et diſcordiis habitis inter ipſum**

Anno 25 & 26 E. 1.

* *Nota.*

An. 25 E. I. Dominum Regem Angliæ, et Dominum Philippum Regem Franciæ', hucusque firmiter et fideliter observabit, et quod eam juxta vim formam et effectum ejusdem vult penitus observare; et insuper Treugis in litera Apostolica contentis adquiescere prænotata; dum tamen id idem velit facere Rex Franciæ suprædictus. *Act. Anno, Indictione, Mense, Die, Pontificatu, & locis prascriptis; Præsentibus Domino* Dunelmen. *Episcopo suprascripto, ac Nobilibus viris Dominis* Willielmo de Beuse, Roberto de Tatehale, & Rogero de Mortuo mari, *Baronibus Regis* Angliæ, *ac Domino* Johanne de Benestede *ipsius Domini Regis Secretario, Clerico, Testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis.*

Et Ego Johannes *dictus* Boughs *de* London. *Domini Papæ authoritate Notarius publicus, Præsentationi literarum Apostolicarum præscriptarum, necnon & responsionibus interfui suprascriptis; & scripsi omnia prænotata, ac etiam publicavi, meoque signo consueto signavi rogatus.*

Whiles this Pope for his own premised ends was making these Truces and a Peace between these two Kings and their Confederates, he was very active in raising rebellions and wars against the Emperor *Adolphus* in *Germany*, to depose him, and set up another in his stead; which *Matthew Westminster* and others thus story.

a Mat. West. An. 1298. p. 411, 412.

[a] *Eodem etiam Anno* Adolphus *Rex* Alemanniæ, *vacuum amicis fiduciam in se habentibus, & præcipuè, quod nequius est dicendum,* Regis Angliæ pactum præbaricans; (by Pope *Boniface* his request and instigation) *orta dissensionis materia inter se &* Albertum *filium* Rodolphi *Ducis* Austriæ, (whom this perfidious antimonarchical Pope stirred up to rebell and war against him) *belloque indicto juxta* Moguntiam, *corruit sauciatus, & regnavit idem* Albertus *pro eo.* [b] *Abbas Uspergensis* writes; Moguntiæ *convenerunt electores &* Adolphum *destituunt imperio. Nam centum millia marcarum argenti, vel, ut alii volunt,* 75. *millia pendo argenti acceperat* Adolphus *à Rege* Angliæ, *ut sibi esset auxilio cum Principibus* Germaniæ *contra Regem* Galliarum: *Cum verò* Adolphus *hanc pecuniam non divideret inter Principes, sed sibi retineret, & comitatum hinc emeret, nec militem conscribere poterit, nec ferre* Anglo *auxilium:* thereupon, *Albertus* falling out with him, *ut qui fidem non servaret Regi* Angliæ, confederated with the Archbishop of *Mentz* and other *German* Bishops; who deprived *Adolphus* of the Empire, elected *Albertus* in his stead at *Mentz*, swore obedience to him, and raising great forces against *Adolphus* slew him in battel. Some Authors write, *Victor* Albertus *illum appellat*, Hinc (*inquiens*) dimittis Imperium; *respondit* Adulphus; Hoc situm est in Dei manu: for which answer he was slain by *Albertus* command, and the lives of all of his party saved, being only taken Prisoners: After which victory, he was crowned Emperor at *Aquisgrane* by *Gerhardus* Archbishop of *Mentz.*

b Rerum Memorab. Paraleip. p. 341, 342, 343. Alberti Crantzii Saxoniæ, l. 8. c. 35, 36. Cent. Magd. 13. col. 1052, 1053. 1351, 1352. Cuspinianus & Grimston in the life of Adolphus, Th. Walsingham, Hist. Angl. p. 41, 43.

And as this turbulent Pope persecuted this Christian Emperor in *Germany*, so at the same time he degraded and persecuted with armed souldiers some of his own Cardinals at *Rome*, as [c] *Walsingham*, [d] *Matthew Westminster*, and [e] *others* thus relate. *Per hoc tempus Cardinales de* Columpna, per Papam Bonefacium depositi, *ad urbem se conterunt* Nepesinam; contra quos damnatos tanquam scismaticos et excommunicatos Papa viros bellatores in Italia cruce signabit; as if they were Turks or Saracens. *Illis etiam diebus,* Dominus Papa fidei et orationum quæ erant beati Petri oblitus, assumens quæ non erant ejus, tam aurum videlicet de viduis et orphanis, quam argentum, non viduis et orphanis, sed militibus bellicosis illis erogare curabit contra scisma quorundam Cardinalium, eos denique degradando, et contra Regem Siciliæ guerram movendo. Sed dicti Regis exercitus de galeatis turmis Domini Papæ multa millia necaverunt: Who thereupon to recruit his Treasure, Forces, cheated, robbed the *Franciscan* Freers of no lesse than forty thousand Florens of gold; and sold the confirmations, translations, and his provisions of *English*, *Scotish*, and *Irish* Archbishopricks, Bishopricks, to those who would give most money for them: nulling the elections of those who were duly chosen to them, if they came not up to his Simoniacal rates demanded for them, or to resigne them into his hands to dispose of at his pleasure.

c Hist. Angl. p. 35.
d Flores Hist. An. 1299. p. 413, 414.
d See Platina, Onuphrius, Volaterranus, Crespin, Balæus, Centuriæ Magd. 13. & others in Gregorio 8.

The Abbot of *Westminster* procured this *Supersedeas* from the King to the Taxers of the 12. part of goods granted him by the Laity that year, in sundry *Mannors* lately

lately given to the Abbot and Covent to maintain an *Anniversary* and Acts of Charity for his late Queen *Alienor*, not long before deceased. *An.* 25 *E.* 1.

REX Taxatoribus & Collectoribus Duodecimæ in Com. *Warr.* salutem. Nolumus, quod bona et catalla dilectorum nobis in Christo Abbatis & Conventus *Westm*, in Maneriis suis de *Kirelle* & *Grafton* in Com. prædicto, quæ eis nuper dedimus et concessimus pro anniversario celebris memoriæ *Alianoræ*, quondam Reginæ *Angliæ* Consortis nostræ, singulis annis celebrandis, et quibusdam aliis Eleemosinis, singulis ebdomadis pro anima ejusdem Consortis nostræ faciendis, ratione Duodecimæ nobis à Laicis regni nostri concessæ, per vos taxentur, nec aliquid inde ea occasione levetur ad opus nostrum; Vobis mandamus, quod tarationi de bonis et catallis prædictorum Abbatis et Conventus, in prædictis Maneriis existentibus, ratione Duodecimæ prædictæ faciend. penitus supersedeatis. Teste Rege apud *Ely* 7. die *Febr.* Clauſ. 25 E. 1. m. 22. Pro Abbate West.

Consimiles literas habent iidem Abbas & Conventus in Comitatibus subscriptis, viz.

In Com. *Bucks.* de bonis & catallis suis in Maneriis de *Denham* & *Turneston*.
In Com. *Essex* de bonis suis in Manerio de *Bridebrok*.
In Com. *Midd.* de bonis & catall. in Manerio suo de *Hodeford*.
In Com. *Kanc.* de bonis & catal. suis in Maneriis suis de *Westerham* & *Edelmebrig*.

The same Abbot being fined 500 Marks by some of the Kings Justices for the escape of 5. Felons out of his Prison, and 300 Marks for the escape of 3. other Malefactors by other Justices soon after, procured these ensuing pardons of and *Supersedeas* to levy those legal fines; to the great encouragement of Malefactors, and the prejudice of publick Justice.

REX Thes. & Baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis, quod pardonavimus dilecto nobis in Christo Abbati & Conventui *Westm.* illas quingentas libras, ad quas amerciatus fuit coram dilectis & fidelibus nostris *Johanne de Berewyk* & sociis suis Justiciariis nostris ultimo Itinerantibus in Comitatu *Middlesex*, pro quinque evasionibus; videlicet, Centum libras pro evasione *Johannis de Eborum*; Centum libras pro evasione *Johannis Ballard*; Centum libras pro evasione *Rogeri de parva Frome*; Centum libras pro evasione *Roberti le Clerk*; et Centum libras pro evasione *Enstachii de Roysion*, Clericorum convictorum, qui a custodia ipsius Abbatis evaserunt; quæ quidem Quingentæ libræ à præfato Abbate per Summonitionem Scaccarii prædicti exiguntur. Et ideo vobis mandamus, quod prædictum Abbatem de prædictis quingentis libris quietum esse faciatis. Teste Rege apud *Westm.* 23 die *Julii*. Ibid. m. 10. Pro Abbate Westm.

Per ipsum Regem nunc. *J. de Benestede.*

REX Thes. & Baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis, quod de gratia nostra speciali pardonabimus dilecto nobis in Christo Abbati *Westm.* Trescentes libras; *viz.* Centum libras, ad quas coram *Radulpho de Hengham* & sociis suis nuper Justiciariis nostris ad placita nostra tenenda assignatis, pro evasione cujusdam Clerici; et Ducentas libras, ad quas similiter coram *Gilberto de Thornton* & sociis suis nuper Justic. nostris ad Placita nostra prædicta tenenda assignatis, pro evasione cujusdam alterius Clerici scienter facta amerciatus fuit; Quæ quidem trescentæ libræ ab ipso Abbate per sum. Scaccarii prædicti exiguntur. Et ideo vobis mandamus, quod ipsum Abbatem de prædictis trescentis libris quietum esse faciatis. Teste Rege apud *Odymere*, 12 die *Aug.* Ibid. m. 8. Pro Abbate Westm.

The King also issued this Writ to the Barons and Treasurers of the Exchequer, with the form of levying the *third* or *fifth* part of the Clergies goods then granted him, and to appoint Collectors to tax and levy it.

REX Thes. & Baronibus suis de Scaccario salutem. Mittimus vobis formam de tertia vel quinta parte bonorum Prælatorum, Clericorum, et personarum Ecclesiasticarum quarumcunque de Regno nostro in subsidium instantis expeditionis nostræ Clauſ. 25 E. 1. m. 7. De 5. parte bonorum Clericorum levanda.

An. 25 E. 1. nostræ ad opus nostrum levand. præsentibus intercluſam: Mandantes, quatenus certas personas de quibus confiditis, ad dictam tertiam vel quintam partem taxandam et levandam, juxta formam prædictam per literas de eodem Scaccario assignetis. Teste Rege apud *Wynchelse*, 20 die *Aug.*

John de Berkeway a Clerk accused of Theft and Robbery, being demanded by his Ordinary, and purging himself before him, and found by Inquisition to be no notorious Malefactor; the King issued a Writ to the Sheriffs of *London* to restore his Lands, goods and tenements they had seised: who returned, that they ought not to do it, because he had put himself upon his tryal (saving his Clerkship) and was found guilty by the Jury; which the King deeming erronious, issued this second Writ for their *restitution*, out of his special grace.

Clauſ. 25 E. 1. m. 4. & 9. Pro Johanne de Berkwey Clerico.

REX Vicecomitibus *London.* salutem. Cum *Johannes de Berkeweye* Clericus nuper coram dilectis & fidelibus nostris, *Radulpho de Sandwico*, & *Johanne de Bretun* Justic. nostris ad Gaolam nostram de *Newgate* deliberandam assignatis, super crimine furti et roberiæ rectatus, & postmodum venerabili Patri *R. London* Episcopo, loci Diocesano, **juxta privilegium Clericale** (prout moris est) **liberatus, innocentiam suam super crimine prædicto, coram eodem Episcopo legitime purgaverit**; sicut idem Episcopus per literas suas patentes nobis significavit; & per inquisitionem, quam per vos & Coronatores nostros *London.* postmodum fieri fecimus, *quod prædictus* Johannes *nunquam extitit publicus aut notorius malefactor*; per quod aliàs vobis præcepimus, quòd eidem *Johanni* Terras & Tenementa, Bona & Catalla sua, per vos occasione prædicta capta in manum nostram sine dilatione restituetis, vel causam nobis significaretis, *quare mandatum nostrum aliàs vobis inde direct. exequi noluistis, vel non debuistis*; ac vos nobis retornaveritis, **quod Terras et Tenementa prædicta eidem** *Johanni* **non restituistis, nec restituere debuistis; eo quod idem** *Johannes* **per Inquisitionem patriæ, in quam de bono et malo se posuit coram prædictis Justiciariis, de crimine prædicto, salvo privilegio Clericali, inde inventus fuit culpabilis, quam quidem causam erroneam reputamus.** Vobis iterato præcipimus firmiter injungentes, quod præfato *Johanni* Terras & Tenementa sua prædicta in Balliva vestra, si ea occasione & non alia capta sint in manum nostram, sine dilatione restituatis, **de gratia nostra speciali.** Teste *Edwardo* filio Regis apud Sanctum *Paulum London.* 27. *Sept.*

King *Edward* for the Advancement of Learning, confirmed a House in *Oxford* devised to the Poor Scholars of the University of *Oxford*, to them and their successors, notwithstanding the Statute of *Mortmain*, by this Patent.

Pat. 25 E. m. 2. De licentia ingred. pro pauperibus Scholaribus Universitat. Oxon.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Licet de communi Consilio Regni nostri statuerimus, *Quod non liceat viris religiosis seu aliis ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam ponetur, sine licentia nostra & Capitalis Domini, de quo res illa immediatè tenetur*, Volentes tamen **pauperibus Scolaribus Universitatis** *Oxon.* **gratiam facere specialem**, dedimus eis licentiam quantum in nobis est, **quod** ipsi unum Mes. cum pertin. in *Oxon.* quod *Reginaldus le Bedel* defunctus, **in (illud) Testamento suo eis legabit, et quod iidem Scholares ratione legationis prædictæ retinere possint sibi et successoribus suis imperpetuum, juxta legationem prædictam.** Nolentes quod prædicti Scholares vel eorum successores ratione Statuti prædicti per nos vel hæredes nostros inde occasionentur in aliquo seu graventur; Salvis nobis & Capitalibus Dominis feodi illius Servitiis inde debitis & consuetis, & salvo similiter jure cujuslibet. Teste Rege apud *Westm.* 29 die *Junii.*

Per Inquis. retorn. de cons.

The King this year granted the like Safe-conduct *verbatim* to the Merchants of the Popes Chamber to collect and transport into *France* the Procurations of the Popes Legates, as he had done the * *year before.*

* See here, p. 678.

REX

An. 25 E. 1.

REX Vicecomitibus, *&c.* In cujus rei, &c. uſque ad feſtum Sancti *Michaelis* proximo futurum duratur. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſexto die *Junii.*

Pat. 25 E. 1. m. 2. intus. De ſalvo Conductu pro Mercator. Cameræ Dom. Papæ.

† *Henry de Newerke* being elected Archbiſhop of *York*, and his election approved by the King, his *Proctors* ſent to *Rome* (no doubt at a dear rate) procured the Popes confirmation of his election, together with a Licenſe to be conſecrated in his own Church at *Yorke* by the Biſhop of *Durham*; the King upon receit of the Popes Bull, iſſued this Writ for the reſtitution of his Temporalties.

† Tho. Stubs, Actus Pontif. Ebor. col. 1718. Godwins Catal. of Bps. p. 470.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni de Lythegr.* Eſcaetori ſuo ultra *Trentam*, ſalutem. Cum Dominus Summus Pontifex diſcretum virum Magiſtrum *Henricum de Newerk* Decanum Eccleſiæ *Eborum* in Archiepiſcopum loci illius præfecerit & Paſtorem, **ſicut per literas ipſius Summi Pontificis bullatas, nobis inde directas plenius nobis conſtat.** Nos præfectionem illam acceptantes cepimus fidelitatem ipſius *Henrici*, & Temporalia Archiepiſcopatus prædicti, prout moris eſt, reſtituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem *Henrico* Temporalia Archiepiſcopatus prædicti cum pertinentiis ſine dilatione liberetis in forma prædicta. Teſte Rege apud *Weſtm.* 22 die *Junii.*

Pat. 25 E. 1. m. 2. intus. De temporalibus Archiepiſcopatus Ebor. reſtitutis.

Eodem modo mandatum eſt *Malc. de Harl.* Eſc. citra *Trentam.*

Et mandatum eſt Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de Archiepiſcopatu *Eborum*, quod eidem *Henrico* tanquam Archiepiſcopo & Domino ſuo in omnibus quæ ad Archiepiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes ſicut prædictum eſt. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

Two Prebendaries in the Church of *Sarum* poſſeſſed by Foreigners becomming voyd this year, the firſt by the death, the other by the promotion of the Prebend to a Foreign Biſhoprick, the King conferred them on his own Chaplains, by reaſon of the Temporalties of the Biſhoprick then in his hand, refuſing to admit any *Italians* to them, notwithſtanding the Popes proviſions, or Cardinals Letters on their behalf, to preſerve the rights of his Crown.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod dedimus & conceſſimus dilecto Capellano noſtro *Radulpho de Stamford*, Præbendam illam, quam Magiſter *Petrus de S. Maria* nuper habuit in Eccleſia *Sarum*, vacantem per mortem ejuſdem *Petri*, & ad noſtram donationem ſpectantem, **ratione Epiſcopatus *Sarum* vacantis, et in manu noſtra exiſtentis**, habendam cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 20 die *Junii.*

Pat. 25 E. 3. m. 4 Pro Radulpho de Stanford.

Et mandatum eſt Decano & Capitulo Eccleſiæ Cathedral. *Sarum*, quod eidem *Radulpho* ſtallum in Choro, & locum in Capitulo, ratione Præbendæ prædictæ (prout moris eſt) aſſignent. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

Conſimiles literas habet *Johannes de Drokenesford* Cuſtos Garderobæ Regis de Præbenda illa quam *Monaldiſcus de Camerino* nuper habuit in Eccleſia prædicta, **hacaute per Promotionem ejuſdem *Monaldiſci* in Epiſcopum de *Foſſingbr.* in *Marchia Anconitana***, & in manu Regis exiſtentis, habend. cum ſuis Juribus & pertin. quibuſcunque. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

Ibid Pro Johanne de Drokenesford de Præbenda in Eccleſia Sarum.

By which preſident it is evident; that the Tranſlation of a Prebend in *England* to a Biſhoprick in *Italy* or any other forraign Realm, by the Pope or a forreign Prince, made his prebendary *ipſo facto* viod in Law, ſo as the King or Patron might preſent another to it.

The King this year granted this protection and licenſe to collect Almes for 5. years, to the Proctors of the Houſe of St. *Robert*, for the redemption of Priſoners in the Holy Land.

Ibid. De Protectione pro Procuratoribus domus S. Roberti de Knaresburgh.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod ſuſcepimus in protect. & defenſionem noſtram dilectos nobis in Chriſto fratres *Johannem Sperry*, *Robertum de Bonevill*, *Robertum de Calventon*, & *Willielmum de*

An. 25 *E.* 1. *de Ebor.* procuratores Domus ſancti *Roberti de Knaresburgh*, ordinis Sanctæ *Trinitatis*, & redemptionis *Terræ ſanctæ*, homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas. Et ideo vobis mandamus, quod prædictos fratres *Johannam*, *Robertum*, & *Willielmum*, Homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas manuteneatis, *&c.* non inferentes eis, *&c.* Et ſi quid eis forisfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari. Rogamus etiam vos, quod cum prædicti fratres, vel eorum nuncii ad vos venerint, eleemoſinas a vobis ad redemptionem captivorum petituri, ipſos benignè recipiatis & recipi faciatis in Eccleſiis, villis & foris veſtris, & eis de bonis veſtris ad hoc, caritatis intuitu & precum noſtrarum interventu, largiri velitis. Ita quod à retributore bonorum omnium mercedem condignam, & à nobis grates reportare debeatis ſpeciales. In cujus, *&c.* per quinquennium duratur. Teſte Rege apud *Weſtm.* 18 die *Junii.* R. præcepit apud *Beautrone* duppl.

William de Kyngſton being elected Abbot of the Monaſtery of *Abbotesbury* by the Kings licenſe, who aſſented to his Election, the Biſhop of *Salisbury* as Ordinary nulled his election, and by his own proviſion preferred *Benedict de Lodres* a Monk thereof to be Abbot, without any new Election, deſiring the King to give his Royal aſſent to this his proviſion, and reſtore his Temporalties: which the King for this time did, out of his ſpecial grace, provided that this his condeſcenſion ſhould not turn to the prejudice of him or his heirs, or be drawn into conſequence for the future.

Clauſ. 25. E. 1. m. 12. De Temporalibus reſtituend.

REX dilecto ſuo *Malculmo de Harlegh* Eſcaetori ſuo citrà *Trentam*, Salutem. Cum venerabilis pater *N. Sarum* Epiſcopus electionem nuper factam in Eccleſia Conventuali de *Abbodesbury* de fratre *Willielmo de Kyngeſton* Priore ejuſdem Monaſterii in Abbatem loci illius, cui prius Regium aſſenſum adhibuimus et favorem, caſſaverit, & eidem Eccleſiæ de fratre *Benedicto de Lodres* Monacho ejuſdem domus providerit, ipſumque *Benedictum* in Abbatem loci illius præfecerit, ac per ſuas patentes literas nos rogaverit, ut proviſioni ſuæ in hac parte Regium præberemus aſſenſum, quod noſtrum eſſet ulterius exequendo. Nos proviſioni hujuſmodi Regium præbentes aſſenſum, hac vice de noſtra gratia ſpeciali cepimus fidelitatem ipſius *Benedicti*, & Temporalia Abbatiæ prædictæ, prout moris eſt, reſtituimus eidem. Ita tamen quod hæc noſtra gratia nobis vel hæredibus noſtris in præjudicium non cedat, nec futuris temporibus in conſequentiam trahatur. Et ideo vobis mandamus, quod eidem fratri *Benedicto* temporalia Abbatiæ prædictæ liberetis, ſicut prædictum eſt. Teſte Rege apud *Clarindon*, ſecundo die *Martii.*

The King having promiſed the Cardinal-Biſhop of *Sabine* at his inſtance, to preſent *Nivianus* (an *Italian*) his Chamberlain, to a Benefice in *Lincolnſhire* then in his gift by the death of an *Italian* the Popes Chaplain, he forgetting his promiſe, preſented his own Clerk thereto; but being reminded thereof, to make good his promiſe, he revoked his firſt preſentation, and preſented *Nivianus* to it, by this Patent.

Pat. 25 E. 1. m. 16. De præſentatione pro magiſtro Antonio de Niviano.

REX venerabili in Chriſto patri *O.* eadem gratia Epiſcopo *Lincoln.* Salutem. Nuper non recolentes, quod ad inſtantiam patris Domini *G.* Epiſcopi *Sabin.* amici noſtri cariſſimi, conceſſimus præſentare Magiſtrum *Antonium de Niviano* ipſius Epiſcopi Camerarium, ad Eccleſiam de *Febuereſham*, veſtræ Dioc. vacantem per mortem Magiſtri *Campani de Novaria*, Domini Papæ Capellani, & ad noſtram donationem ſpectantem, *Johannem de Borham* Clericum noſtrum, paternitati veſtræ poſtmodum præſentavimus ad eandem; Verum quia quæ de labiis noſtris processerant, irrita facere non debemus, præſentationem de eodem *Johanne* factam, ad eandem Eccleſiam totaliter revocantes, prædictum *Antonium* prædictæ veſtræ paternitati ad prædictam Eccleſiam præſentamus; rogantes quatinus ipſum *Antonium* ad ipſam Eccleſiam admittatis, & Perſonam in eadem inſtituatis. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud Sanctum *Albanum*, 17 die *Febr.*

Thus the King, by the mediation of Popes and Cardinals, during their treating of a Truce between him and the King of *France*, was engaged to preſent their *Italian* Chaplains

Chaplains to his vacant Benefices in *England* one after another, to the injury of his own Chaplains, and great prejudice of the peoples fouls, which they never regarded nor intended. *An.* 25 *E.* 1.

Walter Langeton the Kings Treaſurer, Dean of his free-Chappel of *Bruges* being by his licenſe and aſſent elected Biſhop of *Coventry* and *Lichfield*, the King out of ſpecial grace, before his Conſecration licenſed him to hold his Deanry *in Commendam* with his Biſhoprick for five years ſpace, by his gift and prerogative, after his Conſecration, if he ſhould procure a diſpenſation from the Pope, by this Patent.

REX omnibus ad quos, *&c.* Salutem. Sciatis, quod conceſſimus pro nobis et hæredibus noſtris venerabili patri *W. Coventr.* et *Lichefeld* Electo Theſaurario noſtro, ut ipſe Decanatum liberæ Capellæ noſtræ de *Bruges*, quem ex mera donatione noſtra noſcitur obtinere, et qui per ejuſdem Electi conſecrationem eſt vacaturus, et ad noſtram donationem libere ſpectaturus, habeat, et poſt dictam Conſecrationem retineat per quinquennium de dono noſtro et noſtra gratia ſpeciali, et fructus inde percipiat, prout hactenus percipere conſuevit, ſi idem Electus diſpenſationem ab Apoſtolica Sede obtineat, eundem Decanatum poſt dictam Conſecrationem habendi, et, ut dictum eſt, retinendi: Ita tamen, quod per hoc nobis vel hæredibus noſtris imposterum nullum præjudicium generetur. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud Sanctum *Edmundum*, 28 die *Novembr.* Pat. 25 E. 1. m 16. Pro W. Coventr. & Lichf Epiſcopo de Decanatu liberæ Capellæ de Bruges.

Pope *Boniface* having confirmed the Election of * *David Martyn* to the Biſhoprick of Saint *David* in *Wales*, and ſignifying it to the King by his Letters, the King accepting thereof, he thereupon received his Fealty, and iſſued this Writ to reſtore the Temporalties. *Godwin hath only his bare name. Catalogue of Biſhops, p. 410.

REX dilecto ſibi *Roberto Dymmok*, Salutem. Cum Dominus ſummus Pontifex diſcretum virum *David Martyn*, Clericum Eccleſiæ *Meneven.* in Epiſcopum ejuſdem Eccleſiæ præfecerit et Paſtorem, ſicut per literas bullatas ejuſdem ſummi Pontificis nobis inde directas nobis conſtat; nos præfectionem illam de ſpeciali gratia acceptantes, cepimus fidelitatem ipſius Epiſcopi, & Temporalia Epiſcopatus prædicti, prout moris eſt, reſtituimus eidem; Et ideo vobis mandamus, quod eidem Epiſcopo Temporalia Epiſcopatus prædicti liberetis, ſicut prædictum eſt. Teſte Rege apud Sanctum *Edmundum*, 24 die *Jan.* Pat. 25 E. 1. m. 20. De Temporalibus reſtitutis.

Et mandatum eſt Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de Epiſcopatu prædicto, quod eidem *David* tanquam Epiſcopo & Domino ſuo in omnibus, quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, ſicut prædictum eſt. In cujus, *&c.* Teſte ut ſupra.

The Abbeſs of the Monaſtery of *Font-Everard* having by her Letters patents inſtituted a Prioreſs of *Ambresbury*, by the Kings command, to reform and correct the abuſes, diſorders of the Nunnes and Freers in that Monaſtery, deſiring the King to confirm her therein, to reſtore the Temporalties to her, and to command them to receive and obey her as their Prioreſs; the King thereupon iſſued this Patent to her for that purpoſe.

REX omnibus ad quos, *&c.* Salutem. Inſpeximus literas patentes Abbatiſſæ Fontis *Ebroldi* nobis miſſas, in hæc verba. *A tres excellent e tres honorable Prince mon Seigneur* Edward *par la grace de Dieu Roy de* Engleterre, *Seigneur* Dirlande, *et Duc* Daquitaine, *ſon treſches Seigneur e pere, ſuer* Margarite *par la ſuffrance de Dieu homble Abbaeſſe de* Fontenrand, *ſaluz e eſpecials oreyſons au ſaent eſperit; Tres reau Seigneur e Pere nos vos feyſſoms Savoer, qe ou veſtre volante, et de veſtre commandement nous envoyeons Prioreſſe a* Ambresbury, *ſuer* Johenne *de* Gennes, *nonaen de voſtre maeſſon de* Fontenrand, *fame ſage et viguereuſe, pour y eſter guardienne a Prioreſſe, de la quelle nous avons tres graunt confidence, qe par luy ſerra guouvernee la Meſon de* Ambr. *ou layde de Dieu, e de vous,* e leſtat de la Religion garde e defender erpirituelment e tempozelment. *Si vous prions e ſupplyons tres reau pere tant Cheriement come nous poous, quil vous pleſe ali fere render noſtre eſtat, en la avantdite Meſon,* e mander e commander au Convent de nonaens, e aus freres que il la recepvent Pat. 25 E. 1. part. 1. m. 11. intus. Pro Prioriſſa de Ambresbur.

An. 25 E 1. come Prioresse e hobeissent en toutes choses comme a nous, si per de dela estions en nostre presence en telle maniere, quelle puysse user de nostre droit plenement e corriger, e reformer tout ceou qui aura mester de correction e reformation, e qe per ceou les dites nonaens e freres en puissent render lor ames a nostre seignour, come Religion soit nulle saunz hobedience e sanz correction, e destruit par disobedience. E que nos memes qui somes lour chief, e de toute la Religion, en puyssons rendre devant Dieu le pere des ames, sofissente reson au jour de jugement, tant vous plese a feretres reau seignour e pere de ceou, *que par ces biens, e tuz autres nus puyssez venir a la joye de paradis, la quelle deux vous ottroit per se douce pitie, si come nous le desirrous. Adieu soiez vonz trescher seignour e pere qi soit garde de vous. Donn le Dimenche que lan chanta en saenti yglyse*, Cantate Domino laudem; *lan de grace Mil, deus Cenz, quatre vinz, e quatorze.* Nos autem præcibus ipsius Abbatissæ benignum præbentes assensum, mandamus & firmiter præcipimus, quod nullus prædictam Priorissam in præmissis impediat aliquatenus vel perturbet. Et volumus quantum in nobis est, quod eadem Prioriſſa gaudeat & utatur præmissis, juxta tenorem litterarum Abbatissæ prædictæ. In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Clarendon*, 6 die *Marcii.*

* Mat. Westm. An. 1297. p. 411. See Godwins Catalogue, pag. 280.

After the death of *Nicholas de Longespey*, * *Simon Gaunt editus Londini, vir in arte Theologiæ peritus*, being elected Bishop of *Sarum* this year, thereupon;

Pat. 25 E. 1. pars 2. m. 10. De assensu adhibito Electioni.

REX Electioni nuper celebratæ in Ecclesia Cathedrali *Sarum*, de discreto viro, Magistro *Simone de Gandavo*, Canonico ejusdem Ecclesiæ, in Episcopum illius loci, Regium assensum adhibuit et favorem. Et hoc significatum est venerabili patri *R. Cantuar.* Archiepiscopo, totius *Angliæ* Primati; ut quod suum est in hac parte exequatur. In cujus, *&c.* Teste Rege apud Sanctum *Paulum London.* 31 die *Julii.*

The Archbishop confirming his Election soon after, the King issued this Writ to restore his Temporalties.

Ibid. m. 9. de Temporalibus restitutis.

REX dilecto sibi *Adæ de Stoke*, Custodi suo Episcopatus *Sarum*, salutem. Cum venerabilis pater *R. Cantuar.* Archiepiscopus Electionem nuper celebratam in Ecclesia *Sarum*, de discreto viro, Magistro *Simone de Gandavo*, Canonico ejusdem Ecclesiæ, in Episcopum illius loci, cui prius Regium assensum adhibuimus et favorem, confirmaverit, sicut per literas patentes ipsius Archiepiscopi, nobis inde directas, nobis constat. Nos confirmationem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ipsius Electi, & temporalia Episcopatus prædicti, prout moris est, restituimus eidem; Et ideo vobis mandamus, quod eidem Electo temporalia Episcopatus prædicti sine dilatione liberetis in forma prædicta. Teste Rege apud *Cumbwell*, 7 die *Aug.*

Et mandatum est Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de Episcopatu prædicto, quod eidem Magistro *Simoni*, tanquam Episcopo et Domino suo, in omnibus quæ ad Episcopatum prædictum pertinent, intendentes sint et respondentes, sicut prædictum est. Teste ut supra.

The Abbye of *Mira-valle* being run into decay and great debts, the King out of charity and piety issued this Royal Protection to the Abbot and Monastery for their relief, and the better defraying of their debts.

Pat. 25 E. 1. m. 9. Pro Abbatia de Mira valle, ordinis Cisterc.

REX omnibus ad quos, *&c.* Salutem. Non multum merentur ad disparia judicari, nova construere, ac benè constructa omnino diruta consequenter reficere, & in statum antiquum reponere prosperum & fœlicem. Sanè projicientibus nobis nostræ considerationis intuitu multiplices possessiones & amplas, necnon ad divitiarum habundantiam multiformem, quibus Abbatia de *Mira valle*, ordinis *Cisterc. Covent. & Lychf.* Dioc. tempore fundationis suæ insignita extitit & dotata, ac ad honores multimodos & elemosinarum largitiones, ac alia opera pietatis, quæ ex ipsa Abbatia olim consueverant pervenire; necnon ad depauperationem non modicam depressionemque flebilem, & statum miserabilem, quibus extitit dudum depressa, & adhuc deprimitur in immensum. Nos super statu illo & calamitate ac

miseria

miseria Abbatiæ prædictæ, pietate moti, illam cum terris, redditibus, & omnibus possessionibus, ac rebus ad eandem Abbatiam pertinentibus cepimus in protectionem & defensionem nostram specialem; & Abbatiam illam cum omnibus pertinentiis ad requisitionem dilectorum nobis in Christo Abbatis & Conventus ejusdem Abbatiæ, dilecto & fideli nostro *Petro de Leicestr.* quamdiu nobis placuerit, commisimus custodiend. Ita quod omnes exitus, reditus et proventus terrarum et possessionum Abbatiæ prædictæ, salva rationabili sustentatione prædictorum Abbatis et Conventus et hominum suorum, ad exonerationem debitorum suorum, et relevationem aliorum defectuum ejusdem Abbatiæ, reserventur, et eisdem exoneration et relevationi per visum aliquorum de discretioribus illius Abbatiæ per adjutorium et consilium prædicti *Petri*, prout melius fieri poterit, applicentur. Nec volumus quod aliquis Vic. Ballivus, seu Minister noster, aut alius quicunque in Abbatia prædicta, aut Grangiis ad illam spectantibus, quamdiu in custodia præfati *Petri* fuerit, hospitetur, sine ejusdem *Petri* licentia speciali. In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Cidune*, 14 die *Aug.* *An.* 25 *E.* 1.

The Abbot of *Bynedon* being imprisoned, and his goods and chattels violently taken away to a great value by a multitude of riotous persons; the King, as supreme Defender of the Church and Clergy, upon the Abbots complaint thereof, issued this Commission to punish the Trespas according to Law.

REX dilectis & fidelibus suis *Petro Malore* & *Philippo Manbannk*, Salutem. Ex querela dilecti nobis in Christo Abbatis de *Bynedon* accepimus, quod *Johannes de novo Burgo*, *Thom. de novo Burgo*, *Willielmus Burdet*, *Henricus le Glyde*, *Hugo Fillel*, *Robertus de Warener*, *Robertus le Machin*, *Johannes Gayman*, *Johannes de Boxton*, *Johannes Weryng*, *Poleter*, *Andreas Cok*, *Willielmus Brunn*, *Johannes le Narewe*, *Nicholaus* fil. *Nicholai de Caretter*, *Stephanus Medido*, *Richardus Herveys*, *Johannes Lodemor*, & *Henricus le Conestable*, nuper cum ingenti multitudine malefactorum et pacis nostræ perturbatorum vi & armis usque ad Abbatiam de *Bynedon* accedentes, præfatum Abbatem ceperunt et imprisonaverunt, et bona et catalla sua ibidem, et apud *Wynstrod Newburgh* inventa, ad valentiam mille librarum ceperunt, asportaverunt et consumpserunt, et alia enormia, *&c.* ad grave dampnum ipsius Abbatis, et contra pacem nostram. Nos tam enormes Trangressiones, si præfato Abbati taliter illatæ fuerint, transire nolentes impunitas, Assign. vos Justic. nostros ad inquirend. per sacramentum, *&c.* de Com. *Dors.* per quos, *&c.* veritatem præmissorum, & ad transgressiones audiend. & terminand. secund. legem, *&c.* Et ideo vobis mandamus, quod ad certos, *&c.* Inquis. illam faciatis, & transgressiones prædictas aud. & terminetis in forma prædicta. Salvis nobis, *&c.* Mandavimus enim Vic. nostro Com. prædicti, quod ad certos, *&c.* venire fac. *&c.* tot & tales, *&c.* per quos, *&c.* In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Westm.* 20 die *Julii.* Per ipsum Reg. nun. *J. de Bensted.* Pat. 25 E. 1. m. 11. dorso. pro Abbate de Bynedon, de Transf. aud.

King *Edward* writ this complemental Letter to Pope *Boniface* this year, wherein he very earnestly entreated his favour in the behalf of the Bishop elect of *Metz* in *Germany*, being his Kinsman, whose Election was drawn in question before him, with whom friendship and bribes were more prevalent then virtue, piety, right, merit or the instruction and salvation of peoples souls.

SAnctissimo in Christo patri *B.* Divina providentia sacrosanctæ *Romanæ* ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, devotus suus filius *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hyberniæ*, & Dux *Acquitanniæ*, cum omni reverentia & honore devota pedum oscula beatorum. Cum juxta sacræ Scripturæ irrefragabilem veritatem ab exordio sui casus, malignus spiritus & pervigil humani generis inimicus invidiæ stimulis agitatus, non cessat circueundo decipere, & decipiendo ovem gregis Domini devorare, ne divina dispositio de humano genere totaliter frustraretur ex sua provisiva bonitate misericorditer est provisum, ut sicut Angeli Angelis, ita præsint homines hominibus in curæ regimine pastoralis, & in hoc providit divina Clementia profectui utrorumque. Nam per superiorum providentiam inferiores conservantur in merito, et per Curæ diligentiam superiores proficiunt Clauf. 25 E. 1. m. 2. dorso. Literæ Regis deprecatoriæ, directæ Papæ & Cardinalibus pro Theobaldo de Barr.

An. 25 *E.* 1. ciunt in gratia et virtutis augmento. Hinc est, Pater sanctissime, quod cum *Theobaldus de Barro* Canonicus *Remensis*, vir bonæ opinionis & famæ, de illustri prosapia genitus, moribus & scientia decoratus, electus fuerit in Episcopatum *Metensem* per partem Capituli ipsius Ecclesiæ, & *Fredericus* Episcopus *Aurelianensis* per aliam partem dicti Capituli fuerit postulatus in Episcopum dictæ Ecclesiæ *Metensis*, eidemque *Theobaldo* simus multipliciter obligati ratione affinitatis, quæ est inter nos & nobilem virum, *Henricum* Comitem *Barrensem* fratrem suum, virum dilectæ primogenitæ filiæ nostræ. Qui Comes & ejus subditi Comitatus, ex promotione dicti fratris sui & assumptione in Episcopum *Meten.* poterit consequi maximum commodum & honorem; cujus Comitis honorem & commodum, ratione præmissa, nostrum proprium meritò reputamus. Idemque *Theobaldus* tam ratione sui quam generis sit eidem Ecclesiæ utilis et necessarius, ut speramus, Paternitatem vestram attentè requirimus supplicando, ut in præmisso Electionis negotio, amore nostri et precum nostrarum interventu, sitis, si placet, dicto *Theobaldo* in jure suo favorabilis, propitius et promotor. Et licet promotio ipsius sit & cedat, ut prædictum est, ad honorem & commodum dicti Comitis, & per consequens nos exinde dici possumus majorem habere potestatem cum dicti Comitis ex hoc augeatur, noscat vestra paternitas reverenda quantò magis per hæc vel alia amici nostri promoverentur, & honore præditi forent, nos propter hoc, per Dei gratiam, non sumus neque erimus minus parati mandatis vestris tanquam filius bono patri, pro viribus obedire, nec tedeat vestram magnificentiam pro eo, quia tam affectuose vos rogamus super negotio memorato, spes enim, et fides, et dilectio quam in vobis habemus, ad hoc merito nos inducunt. Vivat & valeat vestra Paternitas per tempora longiora. Teste Rege apud *Shireburne*, 28 die *Marcii*.

Pope *Boniface* preferring *Thomas de dono Dei*, (now *de dono Bonifacii*) to the Bishoprick of *Rosse* in *Scotland*, the King accepting thereof and receiving his Fealty, issued this Writ to his Guardian of *Scotland*, to restore the Temporalties thereof to him.

Pat. 25 E. 1. pars 2. m. 1. intus.

REX dilecto & fideli suo *Johanni de Warenna* Comiti *Surr.* Custodi suo Regni & terræ *Scotiæ*, Salutem. Cum Dominus summus Pontifex discretum virum Magistrum *Thomam de Dono Dei* Canonicum Ecclesiæ *Roffensis*, in Episcopum illius loci præfecerit et pastorem, sicut per literas ipsius summi Pontificis bullatas nobis inde directas plenius nobis constat, nos præfectionem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ipsius *Thomæ*, et Temporalia Episcopatus prædicti, prout moris est, restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem *Thomæ* temporalia Episcopatus prædicti cum pertin. sine dilatione liberari faciatis in forma prædicta. Teste Rege apud Sanctum *Paulum*, 31 die *Julii*.

Et mandatum est Militibus, *&c.* Teste ut supra.

a Walsingham ibid. p. 39.

b Script. Brit. Cent. cap. 5. p. 356. Cent. Magdebur. 23. cap. 10. col. 1142. Matth. Westm. Anno 1198. p. 412.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *M.* Dei gratia Sanctæ *Mariæ* in *Portica* Diacono Cardinali; *Edwardus* eadem gratia, &c. ſalutem cum dilectione ſincera. Placita & utilia obſequia nobis per Clericum noſtrum Magiſtrum *Arnaldum Lupy* de *Tilio* multipliciter impenſa condignè merentur, ut circa ea quæ ejus commodum reſpiciunt & honorem opem & operam impendamus. Cum igitur idem *Arnaldus* quædam negotia habeat in præſenti in *Romana* Curia promovenda, Paternitatem veſtram requirimus cum affectu, quatinus perſonam ejuſdem *Arnaldi* cum ad vos venerit commendatam habentes, velitis dicta negotia cum vobis inde conſtiterit, quatinus cum honeſtate fieri poterit promovere in tantum, ut rogatum noſtrum ſibi fructuoſum ſentiat in hac parte. Dat. apud *Weſtm.* 22 die *Aprilis*, Anno Domini 1299. Clauſ. 27 E. 1. m. 15. dorſo. Pro Magiſtro Arnaldo Lupi de Tilio.

How buſineſſes were then tranſacted by the Pope and Court of *Rome*, more by favour, friendſhip, rewards, and the Popes will, then the rules of juſtice, theſe Letters then writ from thence (which I found in the White Tower Chappel) will in part diſcover.

Sire puis ceſte cetee ſeu fete. Le Ren del puy noſtre Dame, le quel l'Apoſtoile vous envoit por la deliveraunce Aumery de Muntfort *me porta une lettre de par mon frere, la quele lettre je vous envey; e per ceo Sire quant vous averes cy la* mandement l'Apoſtoile, *vous me manderes veſtre volente, e que vous voudres,* qe je die a l'Apoſtoile de ceſte buſoigne. Kar je ne diray nul mot de ceſte choſe tant qe je eie mandement de vous. Bundela Brev. de privato ſigillo in Turre London. An. 27 E. 1.

Salutem. Non ſine multis laboribus (prout dominationi veſtræ alias ſcripſiſſe meminimus) procuratum eſt in Romana Curia, *quod vir venerabilis Decanus* Aricien. præſentium exhibitor, Domini Papæ Capellanus, et familiaris Domini Mathæi, nullam *(ſicut credo)* cohercionem habens, renitens et compulſus a Domino Papa in Angliam mittitur, ad inducendum *(ſi fieri poterit)* ſereniſſimum Principem Dominum noſtrum Regem Angliæ ſuper liberatione Domini Amarrici de Montesfort concedenda; *quæ liberatio, ſi caſu fortuito, cum colore aliquo, denegata fuerit,* non credo Dominum Papam ad præſens in dicto negotio ulterius proceſſurum. *Provideat igitur veſtra diſcretio de condigna & celeri reſponſione* ex honorem Domini Regis eidem Decano facienda. *Caterum memoratum Decanum,* qui invitus dictum recepit negotium, ob reverentiam ſedis Apoſtolicæ, et Domini Mathæi, *qui multum poteſt eſſe utilis in poſtulationis articulo reverendi patris* Bathonienſis *Epiſcopi, recommendatum habere velitis,* eundem *(ut expedit)* honorabiliter recipiendo et tractando. *Sane ſi mihi fiat juſtitia de facto meo, credo reportare finem optatum.* Sed quia Dominus Papa plus innititur propriæ voluntati quam rigori juſtitiæ, timendum eſt quem finem meum negotium ſortietur. *Bene & diu valeat,* &c. Ibidem.

The Popes Bulls and proceedings in the great Conteſts and coſtly Appeals between the Archbiſhop of *Canterbury*, and Abbot and Monks of St. *Auguſtines* this year, will moſt fully demonſtrate the Bribery and Injuſtice of this Pope, his Cardinals, Officers, together with the pride, ambition, violence, turbuleney of the Archbiſhop, Abbot and Monks of *Canterbury* in that age; thus regiſtred to poſterity by a Monk of that Monaſtery.

* *Sequitur de proceſſu inter Archiepiſcopum & nos, ſcilicet,* de injuriis et veratronibus nobis illatis, *unde Abbas longa trahens ſuſpiria ait*; Heu, heu, *inquit,* quamdiu * Chron. Wil. Thorne, col. 1970, 1971, 1972.

An. 27 E. 1. quamdiu hiis opprobriis afficiemur! Quamdiu Ecclesia Sancti Doctoris *Anglorum* Apostoli *Augustini* prima mater moniarchalis *Anglorum*, **tot et tantas contumelias, injurias et derationes Archiepiscoporum permissa est sustinere! Quamdiu illa quæ in nativis suis libera fuit, quomodo jam videtur ancillare!** Pro veritate, *inquit*, ad tales injurias evitandas, aut pristina libertate Deo juvante gaudebit, aut communi legi ut cætera subjacebit. *Quid plura?* * **magna summa denariorum tam de diversis dividendis per Conventum receptis et recipiendis, quam de forinsecis omni qua potuit via ad opus hujusmodi levandis, directi fuerunt ad Curiam Romanam, propter hujus negotii expeditionem,** *fratres* Willielmus de Remenal, & Robertus de Fekenhan, *Procuratores cum procuratorio eorundem. Qui quidem Procuratores* **tantum procurarunt,** (by their bribes) *quod istud negotium fuit specialiter commissum Domino* Johanni *Monacho tituli Sanctorum* Marcellini & Petri *Presbytero Cardinali, ad audiendum.* **Insuper concessa est prohibitio, per quam inhibitum fuit Archiepiscopo, ne pendente lite in Curia Romana indecisa, aliquid contra dictos religiosos attemptaret. Pendente vero lite coram eodem Cardinali, impetratum fuit in gravibus expensis ab Apostolico Bonifacio 8. novum privilegium,** *in quo decernit omnia privilegia istius Monasterii antiqua in suo robore permanere, reducendo Monasterium ad statum antiquum. De novo etiam exemit nos,* **non obstante compositione quacunque, et alia multa concedit,** *sicut ex inspectione dicti Privilegii in sequentibus latius apparebit.*

* Ibidem, col. 1971.

* Suggestio facta per Procuratores ad Summum Pontificem.

Supplicant Sanctitati vestræ, vestri humiles filii Abbas & Conventus Sancti Augustini Cant. *expositis vestræ Sanctitati istis gravaminibus, & visis per vos Privilegiis Monasterii prædicti, quatenus Abbatem & Conventum & ipsum Monasterium cum suis membris ad quietis, immunitatis, libertatis & exemptionis plenitudinem per vestrum privilegium reducere, & non obstante quacunque compositione perpetuo robore dignemini permanere, quatinus dictum Monasterium vestrum ne dum in suo statu antiquo, verum sanctissima potestatis vestræ gratia taliter insignitum conservare, ac sic in futurum super eodem Monasterio & ejus statu disponere, & præmissa gravamina processus & sententias contra ipsos præjudicialiter data revocari, vel potius nulla nunciari præcipere dignemini; & mandare quod libertas à tantis & tam sanctis, & præcipuè a beato* Bonifacio *Papa, 4. patribus introducta, ad futuram vestræ Sanctitatis memoriam, & sanctissimæ sedis cui præsidetis honorem, per vos Pater sanctissime* Bonifacium *Papam* 8. *tanquam octava beatitudine percepta, futuris temporibus sub ea stabilitate ac perpetua libertate permaneat, quod vestræ placuerit sanctitati. Hujusmodi igitur precatu,* **immo potius muneribus, redemptus et inclinatus privilegium concessit subscriptum.**

Nota.

Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Sancti *Augustini Cant.* ad *Romanam* Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti *Benedicti,* salutem & Apostolicam benedictionem. Circumspecta Sedis Apostolicæ providentia qualitates agendorum cum summa deliberatione discutiens, fidelium statui libenter prosperitatis incrementa procurat, noxia subtrahit, & molestis viam præcludit eventibus, prout negotii qualitas exigit, personarum & locorum exquirit conditio, et instantia æquitatis exposcit. Et idcirco, **quamvis universæ orbis Ecclesiæ Apostolicæ ledi (quæ disponente Domino super illas principatum obtinet) ordinarie potestate subesse noscantur, aliquas tamen interdum sedes ipsa de suæ authoritatis plenitudine specialius sibi subdit, sic eas a cujuslibet jurisdictione prorsus eripiens, ut nullum sibi nisi** *Romanum* **Pontificem superiorem et Dominum recognoscant, constituendo ipsas quodam singulari privilegio liberas penitus et exemptas, ut earum vitatis noxiis, votivis successibus et quietis plenitudine prosperentur.** Nos quidem ad Apostolicæ dignitatis apicem superna dispositione vocati, ex incumbente nobis pastoralis officii debito circa omnium Ecclesiarum statum solertem considerationem habentes, ad vos & Monasterium vestrum instantia propensioris solicitudinis excitamur, & tantò libentius & favorabilius quietis vestræ commoda, vestrorumque incrementa profectuum promovemus, quanto per amplius beatorum Patrum *Benedicti* & *Augustini* recolendas memorias reveremur, quantoque benignius vos et Monasterium prælibatum, de quorum fama laudabili & virtutum exercitio fragrantiam suavitatis accepimus, paternæ sinceritatis affectibus amplexamur. Sanè petitio vestra nobis exhibita continebat, *quod licet Monasterium vestrum à principio fundationis ipsius, à tempore cujus memoria non existit,*

cum

cum omnibus membris ſuis exiſtentibus ubicunque fuerit exemptum per ſpecialia privilegia ſedis Apoſtolicæ à juriſdictione qualibet ordinaria, prout evidentius in ipſis privilegiis continetur; Vobis tamen poſtmodum, nunc hinc nunc inde vexationibus & anguſtiis fatigatis ſuper hujuſmodi exemptionibus & libertatibus contentis in ipſis, inter bonæ memoriæ *Ricardum* Archiepiſcopum *Cantuarienſem*, cum ſui conſenſu Capituli ex parte una, & quendam *Rogerum* tunc Abbatem cum conſenſu Conventus dicti Monaſterii ex altera, primo, & poſtmodum inter quondam *Simonem de Langedon* Archidiaconum *Cantuarienſem* cum conſenſu ſanctæ memoriæ beati *Edmundi* Archiepiſcopi *Cantuarienſis*, ſucceſſoris dicti *Richardi* & Capituli Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* & quondam *Robertum* Abbatem ipſius Monaſterii cum conſenſu dicti ſui Conventus, ac deindè inter præfatos *Edmundum* Archiepiſcopum & Archidiaconum ac eoſdem *Robertum* Abbatem & Conventum quædam compoſitiones initæ, factæ ſeu habitæ fuiſſe noſcuntur, quarum una ſcilicet cum eodem habita etiam fuit per ſedem Apoſtolicam ex certa ſcientia confirmata. Verum cum per hujuſmodi compoſitiones prædictis veſtris privilegiis & libertatibus non modicum derogetur, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere vobis et ipſi Monaſterio ſuper hiis paterna ſollicitudine dignaremur, vos et illud ad quietis, immunitatis, libertatis et exemptionis plenitudinem reducendo. Nos igitur Monaſterium ipſum condignis efferre honoribus, & communire libertatibus cupientes, ut quo minus aliorum moleſtiis turbatum fuerit, eo amplius divina favente gratia proſperetur, veſtris ſupplicationibus inclinati, hujuſmodi privilegia, exemptiones & libertates eidem Monaſterio & vobis à prædicta ſede conceſſa in ſuo volumus & decernimus robore permanere, ac nichilominus ut in dictæ ſedis ſinu plenius quieſcatis, vos & Monaſterium ipſum cum omnibus membris ſuis et Eccleſiis, Capellis, Cenodochiis, Hoſpitalibus, Cantariis, necnon Caſtris, Villis, Maneriis, Domibus, Grangiis & Poſſeſſionibus, Terris, Redditibus, & quibuſcunque bonis ad vos & præfatum Monaſterium in præſentiarum ſpectantibus, ac hiis quæ ex largitione Principum, collatione fidelium, & aliis juſtis modis & titulis imposterum dante Domino poteſtis adipiſci, in quibuſcunque fuerunt Dioceſibus conſtituta, et omnibus perſonis veſtri ordinis et aliis ſubjectis vobis degentibus in eiſdem, ab omni poteſtate, juriſdictione, ſubjectione, atque dominio tam benebilis fratris noſtri Archiepiſcopi, et dilectorum filiorum Capituli Cantuariæ qui nunc ſunt, et qui pro tempore fuerint, quam quorumlibet Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Capitulorum, Abbatum, et Prælatorum et officialium ſuorum et aliarum quarumcunque Eccleſiaſticarum perſonarum abſolvimus, eximimus, et perpetuo liberamus, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ac ea omnia totaliter et immediate ſoli duntaxat Romano Pontifici et præfatæ Sedi decernimus ſubjacere. Ita quod nec iidem Archiepiſcopus Cantuarienſis jure Metropolitico ſeu Diæceſano, aut legationis vel tuitionis prætextu, quas in Provincia Cant. habere ſe aſſerit, nec Prior et Capitulum dictæ Eccleſiæ Chriſti occaſione hujuſmodi tuitionis, quam in dicta Provincia tempore bacantis Eccleſiæ Cantuarienſis ſibi vendicare dicuntur; nec quibis alius juriſdictionem quamlibet ordinariam in Diæceſi ſeu Provincia Cant. hujuſmodi tempore bacationis exercens, ne vos idem Archiepiſcopus, bel quibis ex eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, ſeu Prælatis, Officialibus ſeu Miniſtris, nec quæbis alia perſona eccleſiaſtica in vos Abbatem et Conventum et prædictum Monaſterium, aut quæbis membra bel loca ſeu bona, ad vos et Monaſterium ipſum ſpectantia, ſeu quæ ſpectabunt in poſterum quocunque modo, bel in veſtros et ejuſdem Monaſterii ſubditos et perſonas præfatas, cujuſcunque ſtatus bel conditionis exiſtunt, utpote omnino libera et exempta, et præfatæ ſedi Apoſtolicæ duntaxat immediate ſubjecta, poſſint ullatenus ex quacunque occaſione bel cauſa juriſdictionem aliquam bel poteſtatem ſibe dominium ſibi bendicare, exactiones facere, collectas imponere, obedientias bel procurationes exigere, viſitationes bel correctiones facere, aut Cenſuram eccleſiaſticam quomodolibet exercere ſine mandato prædictæ ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Nos enim Excommunicationum, Suſpenſionum et Interdicti Sententias, quas contra tenorem exceptionis promulgari, et proceſſus quoſlibet quos contra præmiſſos fieri contigerit et haberi, exnunc irritos decernimus et inanes, et nullius penitus exiſtere firmitatis. Præterea Criſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ordinationes Monachorum & Clericorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, à *Cantuarienſi* ſuſcipiatis Archiepiſcopo ſi gratiam & communionem præfatæ Sedis habuerit, & ea gratis & abſque pravitate aliqua vobis

An. 27 E. 1.

An. 27 E. I. voluerit impertiri, alioquin quemcunque malueritis adeatis antistitem catholicum, qui nostra fretus authoritate quod postulatur indulgeat, nec id vobis audeat aliquatenus denegare; Non obstantibus prædictis et quibuscunque aliis Compositionibus, ordinationibus, constitutionibus, et consuetudinibus seu factis super hoc in contrarium quocunque modo vel tempore hactenus habitis, editis, vel optentis, aut quod in compositione nominata superius, quæ fuit per sedem Apostolicam ut prædicitur confirmata, inter alia continetur, Quod si qua partium prædictarum contra compositionem aliquid impetrasset vel impetraret imposterum, illud inane et irritum haberetur, & confirmatio ipsa firmum robur nichilominus optineret, aut appellationibus interjectis seu quibusdam processibus et specialiter causis nunc motis inter venerabilem fratrem nostrum *Robertum* Archiepiscopum *Cantuariensem* ex parte una, & vos ex altera, super Ecclesiis de *Leynham*, *Plumsted*, *Tenterdenne*, *Sellyng*, *Præston*, *Litleburne*, Sancti *Panli Cant.* Hospitali Sancti *Laurentii*, ac *Cantaria* pro Magistri *Hamonis Doge* anima ordinata, seu super aliis quibuscunque Ecclesiis vobis à sede appropriatis eadem. Etiamsi causa pendeat super præmissis in quocunque foro, vel coram quocunque Judice, aut quibuscunque literis et indulgentiis apostolicis in quacunque forma verborum optentis, de quibus quorumque totis tenoribus debet in nostris literis fieri mentio specialis. Ad indicium autem hujus perceptæ a sede Apostolica libertatis volumus, ut præfatum Monasterium * unam marcam Sterlingorum nomine census, in festo resurrectionis Dominicæ persolvat nobis nostrisque successoribus annuatim; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, exemptionis, liberationis, irritationis, voluntatis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. *Laterani* 4. Kal. *Marcii*, Pontificatus nostri anno 6.

* An high usurpation on the Kings prerogative, and temporalties of the Abbey.

* Chronica W. Thorn, col. 1974.

* *Anno Domini* 1300. *die Lunæ in vigilia sancti* Ealfegi *Archiepiscopi*, *ad Abbatem primò pervenit istud novum privilegium, cum bulla conservatoria ejusdem, cujus forma talis est.*

Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei, dilectis filiis *Westmonasterii*, de *Waltham*, & de Sancto *Edmundo* Monasteriorum Abbatibus, *Londonensis* & *Norwicensis* Diocæsis, salutem & Apostolicam benedictionem. Circumspecta sedis Apostolicæ *(ut supra.)* Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos, vel per alium seu alios, Abbatem, Conventum, Monasterium, personas, membra, Ecclesias, Capellas, Senodochia, Hospitalia, cantarias, castra, villas, maneria, domos, grangias, possessiones, terras, redditus & bona omnia supradicta contra hujusmodi absolutionis, exemptionis, liberationis, irritationis, & constitutionis nostræ tenorem non permittatis a quoquam indebite molestari. Molestatores hujusmodi auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus supradictis, seu si aliquibus a præfata sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Auctoritate hujus privilegii & præcepto conservatorum ejusdem, resumpsit Dominus Abbas cum consensu Conventus sui omnem statum antiquum quoad jurisdictionem exercendam. Sub protestatione tamen, quod si forsan contingeret illum aliud facere, quàm procederet de Summi Pontificis voluntate, paratus esset cum hoc sibi constaret, resumpta revocare. Die Lunæ proximâ ante festum Apostolorum Philippi & Jacobi *anno supra dicto dicta Bulla conservatoria exhibita fuit Abbati* Westmonasterii *apud le* Neyte *juxta* Westmonasterium *per* Ricardum de Cant. *& alios; & die Lunæ sequenti Abbati de* Waltham *per fratrem* Willielmum Byholte *& alios. Qui quidem Abbates mandatum apostolicum reverenter admiserunt; eorumque processum & tenorem venerabilibus patribus Archiepiscopo* Cantuariensi *& Episcopis* Londonensi & Roffensi *eorumque Archidiaconis, Capitulis, & Commissariis universis scripserunt; primò Archiepiscopo sub tali forma.*

* Chron. Wil. Thorne, col. 1975.

* Venerabili in Christo patri Domino *Roberto* Dei gratia, &c. Ejusdem permissione *Westmonasterii* & de *Waltham* Abbates, in hac parte executores & conservatores à sede Apostolica deputati, salutem, et mandatis necnon privilegiis Apostolicis eum ea qua decet reverentia obedire. Præsentato nuper nobis & exhibito Sanctissimi

Patris

Patres noſtri *Bonifacii* Papæ 8. privilegio exemptionis infra tacto ex parte Abbatis & Conventus Sancti *Auguſtini Cantuar.* literas conſervatorias recepimus in hæc verba. *Bonifacius* Epiſcopus, *&c.* Conſiderantes igitur, quod ſi privilegii & literarum prædictarum vobis & cæteris quibus convenit notificatio fiat debita, & notificatio manifeſta ſanctæ & Apoſtolicæ voluntatis, benigna liberalitas ipſorum beneficiorum S. *Auguſtini* in præſcriptis de novo impetratis, verum antiquis ipſorum privilegiis ex decreto Apoſtolico in ſuo robore duraturis, tàm perſonalis quælibet quàm realis contenta immunitas & libertas, vobiſque executionis vel conſervationis officium quod incumbit, liberius, plenius, ac quietius debitum conſequentur effectum; ea omnia & ſingula vobis Pater reverende notificamus, publicamus ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum. Vobiſque nihilominus authoritate Apoſtolica, condigna tamen reverentia monemus & exhortamur in Domino, **et in virtute obedientiæ qua dictæ ſanctæ Sedi tenemini, firmiter injungimus et mandamus, quatinus dictis Religioſis Sancti** *Auguſtini* **ſuiſque ſubjectis qualiſcunque conditionis exiſtant, quam quoad Monaſterium ipſum, membra, Eccleſias, Capellas, Hoſpitalia, Cantarias, Villas, Maneria, poſſeſſiones, redditus, et quæcunque alia bona ſua ubilibet in Diocæſi et Provincia veſtra** *Cantuar.* **conſtituta, quæ in præſenti optinent, vel auctore Domino in futurum adquirent, una cum degentibus in eiſdem quacunque conditione, compoſitione, ſtatuto, conſuetudine editis vel factis non obſtantibus in aliquo, libera exemptione gaudere ob indulgentis et ſanctæ Sedis reverentiam permittatis, nullum omnino verbo vel facto perpetrantes obſtaculum, quominus tam modernæ indulgentiæ quam privilegiorum et ſtatus antiquorum ipſius Monaſterii Clericorum et ſubditorum ſuorum prout per eandem reducuntur ad primævi roboris firmitatem.** Et quid in hac parte decreveris faciendum infra 8. dies, **in virtute ſanctæ obedientiæ nobis reſcribatis.** *An.* 27 *E.* 1.

Et ſimiliter ſcripſerunt Epiſcopis Londonienſi *&* Roffenſi, *& aliis prout viſum fuerat eiſdem expediendum. Præmiſſis vero literis Prælatis prædictis, omnes & ſinguli certificarunt. Primò Archiepiſcopus ſic.*

Religioſo viro & diſcreto Abbati de *Waltham*, executori ſeu conſervatori in hac parte à ſede Apoſtolica deputato, *Robertus* permiſſione divina, *&c.* ſalutem in omnium ſalvatore. Mandatum infraſcriptum 4 Non. *Maii* nuper recepimus ſub hac forma. *Venerabili in Chriſto patri*, &c. **Cui quidem mandato prout tenemur et de jure artamur parere intendimus, ſicut decet.** Valete. *Epiſcopus* Roffenſis *ſub hac forma.* Venerabilibus viris & diſcretis Dominis Dei gratia *Weſtmonaſterii* & de *Waltham* Monaſteriorum Abbatibus, executoribus vel conſervatoribus à ſede Apoſtolica deputatis in hac parte, frater *T.* ejuſdem permiſſione *Roffenſis* Epiſcopus, ſalutem, reverentiam & honorem. Literas veſtras recepimus, *&c.* **Huic ergo mandato paremus reverenter, quatinus poſſumus et de jure tenemur.**

Iſtis ſic habitis anno ſupradicto, die Lunæ *prima die* Junii, *Dominus* Thomas *Abbas hujus loci in Eccleſia ſua pro tribunali ſedens, aſſidentibus ei multis diſcretis viris, comparuerunt coram eo ex citatione Rectoris Sancti* Andræ Cant. *qui recepit in mandatis hoc facere, omnes Rectores & Vicarii, & omnes curam animarum habentes.* **Et hii omnes et ſinguli recognoſcebant eundem Dominum Abbatem ordinarium ſuum et non alium, ſub Domino Papa. Et ipſo inſtanti ſponte Canonicam obedientiam in ſcriptis, et inſpectis Sacroſanctis Evangeliis eidem Abbati corporaliter fecerunt,** *in forma quæ talis eſt.*

Ego *N.* ero obediens ſanctæ *Romanæ* Sedi, & Domino Abbati Sancti *Auguſtini Cant.* qui pro tempore fuerit, & ejuſdem Domini Abbatis Officialibus & Miniſtris quos de conſilio fratrum ſuorum ad juriſdictionis ſuæ exemptæ exercitium aſſignabit, in Canonicis mandatis; Sic me Deus adjuvet & Sancta Dei Evangelia. *Quibus ſic actis, dictus Dominus Abbas ordinavit Decanatum ſub nomine de* Sturre, *aſſignans & nominans Eccleſias de* Sturre, *de* Fordewico, *de* Littleburne, Stodiwerſh, Preſton, Nordborn, Scholdon, Eſtlangedon, *Parva* Monyngham, *Sancti* Pauli, *Sancti* Andrææ, *Sancti* Johannis, *Sanctæ* Mildredæ, *beatæ* Mariæ de Caſtro, Omnium Sanctorum, *beatæ* Mariæ Magdalenæ, *ad dictum Decanatum debere ſpectare in futurum.* *Nota.*

Item ordinavit alium Decanatum, viz. de Eccleſiis de Meſtre, *Sanctorum* Petri, Johannis, *&* Laurentii, *de* Stonore, Chiſtelet, Swaleclive, *& de* Weſtbere, *mandans & præcipiens illum Decanatum vocari de cætero Decanatus de* Menſtre.

Item ordinavit alium Decanatum, viz. de Eccleſiis de Faverſham, *de* Middleton,

de

An. 27 E. 1. *de* Sellyng, *de* Scheldwich, *de* Kenyton, *de* Wynelesburgh, *de* Tenderdene, *de* Swanes, *de* Fretingden, *de* Brocklond, *de* Stone, *de* Borewaremersh, *de* Demecherche, *de* Kyngesdon, & *de* Lenham, *quam caput dicti Decanatus esse voluit & mandavit. Cum vero idem pater sic per Decanatus suam jurisdictionem divisisset, & in singulis eorundem Decanum præfeciſſet,* **ab omnibusque obedientiam recepisset, omnes et singulos sibi subjectos tam præsentes quam absentes monuit, et eis firmiter injunxit, ut decenter in verbis, gestis, et omnibus aliis erga venerabilem patrem Archiepiscopum** Cantuariensem **se haberent, ac reverentiam sibi et suis facerent,** *nec ipsum Archiepiscopum vel suos in aliquo contemnerent, & quod in Ecclesiis & alibi se benè gererent, & hac eadem voluit de omnibus Parochianis subjectis suis; protestans pro se & Monasterio suo extunc se ita existere paratum in omnibus honori dicti patris & suorum sicut unquam prius ante exhibuerat. Demum ordinavit eis Commissarium per talem formam.*

Thomas permissione divina, *&c.* discreto viro fratri *Willielmo* Ecclesiæ nostræ elemosinario, salutem. In omnibus causis & negotiis ad jurisdictionem nostram pertinentibus, una cum consilio fratrum nostrorum exercendam in Civitate & Diocæsi *Cantuar.* vobis vices nostras committimus cum canonicæ cohercionis potestate. Institutionibus & destitutionibus personarum Ecclesiasticarum, ac visitatione Cleri & populi nobis specialiter reservatis. Proviso tamen, **quod jurisdictione moderate utamini, et excessum quemlibet evitetis.** *Eodem anno in Ecclesia de* Menstre *idem* Willielmus *pro tribunali sedens congregatis coram eo & congregatis ejusdem Decanatus, Rectoribus & Vicariis, necnon Clericis & Laicis in multitudine copiosa, Capitulum suum solempniter, pacificè & quietè, & sine contradictione aliqua ibi celebravit,* **faciendo omnia quæ jurisdictionis erant, specialiter et generaliter exercendo quæ in Constitutis et Capitulis consimilibus per regnum** Angliæ **ordinari, fieri et exerceri consueverunt.**

From which Relation, Bulls and Proceedings we may observe: 1. That the contests between the Archbishops, Abbots and Monks of *Canterbury*, about Exemptions, Priviledges and Jurisdiction, was a principal cause of advancing the Popes usurped Jurisdiction over them both, and over the Rights, Prerogatives of the Crown, and Church of *England*. 2ly. The insolency, injustice, corruption, and preposterousness of this *Boniface* and other Popes, in exempting the Abbots, Monks of *Canterbury*, and all their Lands, Hospitals, Churches, Impropriations, Priests, Tenants from all Archiepiscopal, Episcopal, and other Ecclesiastical Jurisdiction whatsoever, and subjecting them solely and immediately to the See of *Rome*; as likewise in subjecting the Archbishop of *Canterbury*, the Bishops of *London* and *Rochester*, to the imperious commands, censures of the Abbots of *Westminster*, *Waltham*, and St. *Edmunds*. 3ly. The pride and insolency of the Abbots, in erecting Deaneries, Officials, Ecclesiastical Consistories, and prescribing Oathes of Canonical obedience upon the Priests and Curates of the Churches belonging to their Monastery. 4ly. The strange injustice and contradiction of Popes Bulls, nulling, repealing each other by *Non-obstantes*, with all former Priviledges granted by themselves, and contracts, compositions, agreements made or ratified by others, through bribery and corruption: Whence

[a] Chron. col. 2002, 2003.

[a] *Will. Thorne* records of this *ambodexter Boniface*; *Iste* Bonifacius **magnis thesauris ab ista Ecclesia** (Cantuar.) **exhaustis, eandem quam lucebe privilegiebat, per partem adversam amplioribus sibi impensis concessum privilegium irritavit, et quasi ad perpetuam enervationem hujus Monasterii, perpetualiter revocavit.** 5ly. The atheistical impiety and hypocrisie of Popes, in pretending such Bulls, Exemptions, proceedings to issue meerly from the Apostolical authority conferred on them by Christ, for the good of the Church, the conscientious discharge of their Pastoral duty, *&c.* when as they proceeded meerly from their own ambition, avarice, bribery, injustice, and tended to the Churches disorder, ruine, by engendring new controversies, schisms, unchristian animosities, suits, appeals between them; as this Historian thus further records.

[b] Chron. Wil. Thorne, col. 1977, 1978.

[b] *In pacifica vero possessione resumpta jurisdictionis fuerunt ipsi Abbas & Conventus per duos menses & amplius nullo reclamante vel contradicente, quousque idem Archiepiscopus & Capitulum Ecclesiæ Christi* Cantuariæ, *& Archidiaconus opposuerunt se,* **appellantes unanimiter ad sedem Apostolicam, dicentes se enormiter esse gravatos de tali jurisdictione resumpta, per quam fuerat ab eisdem plebs revocata, nec ipsis**

ipſis intendebat, ut ſolebat. *Et iſta lite ſic inter partes pendente, idem Archiepiſcopus conſtituit quatuor Commiſſarios,* qui vice ſua rigide procederent contra Rectores et Vicarios, Clericos et etiam Laicos, qui in prædicta juriſdictione reſumpta ipſis Abbati et Conventui intendebant. *Et inſuper inhiberi fecit Archiepiſcopus per eoſdem* ſub pœna Excommunicationis, ne quis Parochianorum ipſis Rectoribus et Vicariis decimas aut proventus ſolvat, aut eis de juribus Parochialibus reſpondeat. *Item Eccleſias beatæ* Mariæ Magdalenæ, *beatæ* Mariæ *de* Caſtro, & *beatæ* Mildredæ *de Civitate* Cantuariæ, & *Eccleſiam de* Kenynton *de facto contulit etiam non vacantes. Item prafatus Archiepiſcopus fratres* Willielmum de Byholte, & W. de Elham *Monachos, Magiſtros* Willielmum de Roucebi, Johannem de Becles *Notarium publicum*, & W. de Caſtro *Clericos & familiares ipſius Abbatis* excommunicavit, et excommunicari fecit, pro eo quod in ſubditos ipſius Abbatis juriſdictionem exercebant. *Item idem Archiepiſcopus prætendens Rectores & Vicarios Eccleſiarum Parochialium, quæ de patronatu noſtro exiſtebat* in excommunicationis ſententia, *quam in eos ut præmittitur tulerat*, ex eo quod nobis parebant et intendebant, per annum et amplius perſeveraſſe, *ipſos Rectores & Vicarios citari mandavit, & fecit quod coram eo comparerent, quicquid haberent pro ſe propoſituri pro termino peremptoriè, & oſtenſuri* quare ipſos de Eccleſiis et Vicariis ipſorum non debet provare. *Commiſſarii ſuprascripti imponebant Abbati quamplures abuſus & exceſſus privilegii conceſſi, & ſtatum & exemptionem ipſorum ſive privilegium ſiniſtræ interpretatione coram Clero & populo ad hoc in Eccleſia Chriſti* Cantuariæ *ſpecialiter convocato interpretantes*, propter quæ populum et Clericos ſimplices Archiepiſcopo majus obedire quam privilegiis Apoſtolicis informarunt. *Idem Archiepiſcopus facto publico ſermone in Eccleſia ſua*, excommunicavit omnes qui Eccleſiæ ſuæ juribus, libertatibus, vel poſſeſſionibus minuerant, quæ prius habuerat vel conſueverat obtinere. Item corpora quorundam qui a ſententia excommunicationis appellarunt defata deceſſerunt, quique in articulo mortis poſiti a Sacerdotibus eorum confeſſiones ipſorum audientibus abſolutionis beneficium fuerant conſecuti, humati in Sanctuaria fecit exhumari, et extra Cimiterium projici. Item una vice lxxx. homines Abbatis et Conventus, quia recuſabant expellere Monachos in Eccleſia de Chiſtelet exiſtentes, carceri Cantuariæ fecit mancipari. Propter quas injurias tam inormes et graves, ſuggeſtum fuit Domino Papæ, *Quod ſcriberet Regi pro defenſione hujus Monaſterii; Quod & factum eſt. Unde petitum fuit ab ipſo Rege, quod ratione dicti privilegii ſcriberet Archiepiſcopo, quod non moleſtaret ipſum Abbatem vel Eccleſiam ſuam in hominibus & rebus ſuis. Item ſupplicatum eſt Regi, quod provideret, ne homines dicti Abbatis per aliquam* Excommunicationem per ipſum Archiepiſcopum latam, quamvis pro ipſorum captione Regiæ Majeſtati ſcribatur, nullo modo capiantur. *Item quod vellet ſcribere Vicecomiti ſuo, quod ſi Archiepiſcopus per violentiam laicæ poteſtatis de facto vellet eoſdem expellere de Eccleſiis ſuis, hujuſmodi laicæ poteſtate, auctoritate regia,* dictum Monaſterium a quoquam offendi non permitteret, ſet defenderet eoſdem, prout eſt per Apoſtolicum rogatus. *Habita vero aliquali deliberatione, Rex in propria perſona reſpondit ſic*; Libenter ſcribemus Domino *Cantuarienſi* pro defenſione veſtra. *Ad ſecundam petitionem reſpondit*; Quod nullus caperetur poteſtate regia ad requiſitionem Archiepiſcopi. *Ad tertiam petitionem ſic reſpondit*; Quod non potuit credere, quod tam diſcretus Prælatus, ſicut eſt ipſe Archiepiſcopus, ipſos Abbatem & Conventum per vim & laicam poteſtatem auctoritate propria expelleret, & propterea non videbatur ſibi, quod ſuper hiis Vicecomiti eſſet ſcribendum. *Adjecit poſtea idem Rex, dicens Abbati in hunc modum*; Dom ne Abbas, requirimus, conſulimus, et præcipimus, quod viriliter defendatis bona veſtra et poſſeſſiones veſtras, et nos cum opus fuerit defendemus et vos juvabimus in hac parte.

An. 27 E. 1.

Nota.

Nota.

Whereupon he iſſued this Writ to the Archbiſhop.

Clauſ. 27 E. 1. m. 13. Pro Abbate Sancti Auguſtini Cantuar. & Chronica Will. Thorne col. 1978, 1979.

REX Archiepiſcopo *Cantuar.* totius *Angliæ* Primati ſalutem. Rogatu et monitione Sedis Apoſtolicæ excitamur, ut Monaſterium Sancti *Aug. Cantuar.* ad *Romanam* Eccleſiam nullo medio pertinens, ob reverentiam dictæ Sedis recommendatum habentes, illud ad cujuſcunque petitionem in rebus ſuis vel hominibus non offendamus in aliquo nec offendi, et quantum in nobis eſt ab aliis permittamus. Sanè

An. 27 *E.* 1. Sanè expoſuit coram nobis Religioſus vir Abbas dicti Monaſterii Sancti *Auguſtini* gravem querimoniam deponendo, quod vos Monaſterium ſuum prædictum quod ad Romanam Eccleſiam ut præmittitur nullo pertinet mediante, ipſum et Conventum ejuſdem loci et bona eorum indebite perſequentes ipſos, ſuper quibuſdam Eccleſiis parochialibus quas in proprios uſus tenent, necnon et ſuper quodam Hoſpitali Sancti *Laurentii* extra Civitatem *Cantuar.* contra privilegiorum ſuorum tenorem, et appellationem ſuam legitimam ad dictam Sedem interpoſitam, per eoſdem moleſtatis multipliciter et gravatis, procedentes alias contra eos, non abſque Monaſterii ſui gravi præjudicio, et prædictæ Sedis cui noſcuntur immediate ſubeſſe injuria manifeſta. Nos ita in exequendis mandatis Apoſtolicis quæ nobis pro præfatis Abbate et Conventu ac eorum Monaſterio in hac parte ſpecialiter ſunt directa, volentes, ut decet debotam et promptam diligentiam adhibere; Paternitatem veſtram requirendam attentè duximus & rogandam, quatinus a prædictis gravaminibus et eorum quolibet penitus deſiſtentes, ſuper Juribus, poſſeſſionibus dictis Eccleſiis vel eorum fructibus aut pertinentiis, ſeu aliis bonis ſuis contra indulta præfatæ Sedis, non moleſtetis in aliquo ſeu turbetis, quinimo deciſionem ejuſdem Sedis in hujuſmodi negotio patienter, cum qua decet reverentia expectatis; Alioquin vos ſcire volumus, quod cum pium arbitremur et congruum indebitis eorum oppreſſionibus ſubvenire, quantum in nobis eſt opportunæ defenſionis remedio, per quod ipſorum Abbatis et Conventus bona tuta permaneant curabimus eis ſuccurrere, ac Regii fulcimento favoris, quatinus juſtitia permiſerit conſovere. Teſte Rege apud *Weſtm.* 11 die *Aprilis.*

Excommunicatio Archiepiſcopo *Roberto* facta per Abbatem Sancti *Auguſtini.*

Chronica W. Thorn, col. 1979.

An. 28 *E.* 1. *Medio hujuſmodi tempore & anno ſupradicto, ſcilicet* 1300. *idem Abbas ſubdelegatus Magiſtri* Petri Roderici *ſuper præpoſitura de* Wyngham *per ſummum Pontificem* Bonifacium 8. *conſtitutus, cum rite in Eccleſia de* Kenyngton *proceſſiſſet contra eundem Archiepiſcopum* Cantuarienſem *& pro ſua contumacia & offenſa manifeſta*, primo ab ingreſſu Eccleſiæ, et ſubſequenter a divinis, et tandem ejus creſcente contumacia, juxta traditam ſibi formam auctoritate apoſtolica excommunicabit, et excommunicatum denunciabit, *pro eo, quod quendam Clericum nomine* Amadæum *ad dictam præpoſituram promovendam multiplicitè impedivit*; unde idem Archiepiſcopus adverſus iſtud Monaſterium acrius inſurgebat, et non obſtantibus noſtris privilegiis, et præcipue novæ exemptionis, cuidam Roberto Paulym primam tonſuram habenti minus voluntarie Eccleſiam prædictam de Kenynton quæ plena fuit duxit conferendam. *Qui vi armata & manu hoſtili cum magna multitudine armatorum, pridie Non.* Martii *anno ſupradicto*, fractis hoſtiis et feneſtris tam ipſius Eccleſiæ quam Rectoriæ, non ſine violenta manum injectione et ſanguinis effuſione Clericorum et Laicorum Abbatis inibi exiſtentium, in eandem Eccleſiam violenter ingrediens nequiter ſe intruſit. *Similiter Eccleſiam beatæ* Mariæ Magdalenæ *cuidam* Jacobo *Præsbytero & Rectori*; *Eccleſiam beatæ* Mildredæ *cuidam* Willielmo; *prædictam Eccleſiam beatæ* Mariæ *juxta Caſtrum cuidam* Thomæ Pycard. *Qui quidem omnes hii intruſores ad prædictas Eccleſias accedentes, manu potenti*, hoſtis cum malleis ferreis cum ſuis complicibus fregerunt, Monachos, Clericos, et alios inibi exiſtentes nequiter expellentes, non ſine ſanguinis effuſione atrociter vulneraverunt. So little did this Archbiſhop regard either the Popes precedent Bulls, exemptions, Mandates, or his Delegates cenſures thus denounced againſt him, in oppoſition to his own Archiepiſcopal authority and juriſdiction, or the Canons of the Church againſt Layforce, and laying violent hands on Prieſts, which muſt all give place to his violence, will and pleaſure in defence of his Primacy and Metropolitical Soveraignty.

Nota.

Nota.

What ſtrange cenſures, tumults, perjuries, revolts from one prevailing party to another theſe differences between the Abbot, Monks and Archbiſhop occaſioned, *William Thorn* thus further relates.

* Chronica W. Thorn, col. 1979.

* *Anno Domini* 1301, *quidam Capellanus nomine* Petrus Mildeſtede *inſtitutus per Abbatem ad vicariam Eccleſiæ de* Faverſham, *qui quidem* Petrus *ob diverſa gravamina univerſis Rectoribus, Vicariis & ſubditis hujus Monaſterii per Archiepiſcopum & ſuos Commiſſarios* dampnabiliter illata, *ſuæ ſalutis immemor*, poſt Canonicam obedientiam

entiam pro vicaria sua ad sancta Dei Evangelia corporaliter præstitam, a præfata obedientia resiliens, et super hoc postmodum in præsentia dicti Abbatis judicialiter convictus et confessus, se sponte voluntati Abbatis et ordinationi submiserat; *Iterum tamen* post præstitum juramentum continuæ residentiæ personalis in ipsa Vicaria, cura sibi commissa deserta, in Ecclesiis adjacentibus divina celebrare, immo potius profanare præsumpserat, *trahendo Parochianos Ecclesiæ de* Faversham *electionibus & machinationibus quibus potuit ad Ecclesias convicinas ad Sacramenta & sacramentalia, in Abbatis & Ecclesiæ suæ de* Faversham *præjudicium non modicum & gravamen. Postmodum super hiis & aliis notoriis criminibus coram dicto Domino Abbate & ejus Commissario multotiens* ad judicium evocatus, *nec aliquo modo comparens,* a celebratione divinorum suspensus, et majoris Excommunicationis sententia, ut inferius per Commissarium dicti Abbatis liquide patebit, innodatus est. *Dominus vero Abbas suscipiens curam ipsius Ecclesiæ & Parochianorum suorum, fecit eis ministrari per suos Monachos & honestos Presbyteros, absentiam prædicti* Petri *adimplentes. Contigit verò quod quidam Parochianus ejusdem Ecclesiæ decesserat jacens in feretro, quem dictus* Petrus *machinatus fuerat cum suis complicibus extra Parochiam de* Faversham *apud* Præston *præjudicialiter humare; unde Monachi Sancti* Augustini *& alii Presbyteri assumptis secum Clericis & Laicis, domum ipsius defuncti cum* manuetudine debita, causa officii mortuorum peragendi adierunt, et invento corpore dicti defuncti in arcba concluso, feretro supposito, cum paratos se offerrent exequias pro defuncto debitas inibi celebrare, et illud corpus ad matricem Ecclesiam de Faversham facere deportari; *ecce* Thomas Everard *Major dictæ villæ & quasi tota communitas ibidem utriusque sexus cum gladiis, lanciis, fustibus, securibus, lapidibus, & aliis diversorum armorum generibus præfatis Monachis, Presbyteris, Clericis cum prædicto corpore in feretro pacificè inermibus versus Ecclesiam incedentibus insultum fecerunt, ipsumque funus rapere & à sepultura debita retrahere nisi fuerunt, necnon quosdam ex eis tam Monachos quam Clericos in Strata publica in Capitibus, brachiis & corporibus suis percusserunt, atrociter vulneraverunt, & lapidibus obruerunt,* non sine enormi sanguinis effusione. *Sed hiis malis non contenti, prædictus Major & maxima pars dictæ communitatis machinati sunt instinctu diabolico, ad destruendum per incendium vel alio modo facinorosa præfatam Ecclesiam de* Faversham. *& domos Rectoriæ ejusdem, & propter hoc domicelli & servientes de Monasterio destinati fuerunt ad dictorum maleficam malitiam reprimendam, & dictam Ecclesiam cum domibus Rectoriæ defendendam; & incontinenti Major cum suis complicibus proclamaverunt vocibus & cornu communi totam ejusdem villa coortem utriusque sexus, & præfatis Monachis, domicellis Clericis & Laicis insultum fecerunt, & eos cum gladiis, arcubus, & aliis diversorum armorum generibus, in maxima multitudine tam ipsius villæ quam patriæ adjacentis hostiliter eos insequentes,* quosdam semivivos reliquerunt, quosdam nequiter vulneraverunt, alios incarceraverunt, et tanquam latrones Presbyteros et Laicos in compedibus et vinculis per longum tempus detinuerunt; *cæteros vero indumentis suis, pecuniarum summis & aliis bonis fraudulenter spoliatis, exanimes in stratis publicis reliquerunt Addentes insuper iniquitatem iniquitati, adhibito sibi* Petro de Mildestede *antedicto perjuro & excommunicato, totius facinoris authore principali cum complicibus suis, Ecclesiam antedictam, & domos sanctuarii ejusdem ausu sacrilego invadentes,* portus et hostia fregerunt, *& ingressi campanile ascenderunt, cordas campanarum amputarunt, trabes quibus penderunt gladiis incidernnt, ornamenta Ecclesiæ una cum indumentis sacerdotalibus & Diaconi ipsius Ecclesiæ, ipso Diacono inibi verberato, malitioseè asportarunt. Insuper verò inimicus noster non dormiens, sed super injuriis nostris manum extendens ad malum,* *Robertus *Archiepiscopus* Ecclesiam de Faversham cum cœmiterio interdici mandabit. *Anno quo supra interrogatus fuit idem* Petrus de M. *in Hospitio suo apud* Faversham *à Magistro* Willielmo Rousby, *si vellet de cætero obedire Domino Abbati & suis Commissariis juxta sacramentum suum? & dixit, Se velle obedire Archiepiscopo. Item interrogatus, Si quid pro se circa statum suum in Curia* Romana *impetraverat super eo, quod à bono obedientiæ dicto Abbati præstitæ resiliendo* perjurium incurrerat, *aut contra canonicas sanctiones commissam sibi dictæ Vicariæ curam deserens* residentiam continue personalem juratam et promissam *præpararet omittendo? Dixit, quod de hiis omnibus non curabat.* (as most Nonresidents do.)

An. 28 E. 1.

Nota.

* By whose encouragement all the premised insolencies were acted by the said Mayor.

An. 28 E. 1.

* Ibidem, col. 1981.

* Sequitur processus contra eum.

Cum dudum præfatus Vicarius non vi nec metu, sed sponte, una cum aliis Rectoribus & Vicariis, nobis Abbati Sancti Augustini *tanquam Ordinario suo fecisset & juraſſet ad sancta Dei Evangelia, tactis & inspectis sacrosanctis, occasione ipsius Vicariæ canonicam obedientiam, sub hac forma.* Ego *Petrus* ero obediens sanctæ *Romanæ* sedi & Domino Abbati Sancti *Augustini Cant.* ad eandem sedem nullo medio pertinenti qui pro tempore fuerit, & ejusdem Domini Abbatis officialibus & ministris quos de consilio fratrum suorum ad suæ jurisdictionis exemptæ exercitium assignabit, in Canonicis mandatis. Sic me Deus adjuvet.

Nuper verò idem Vicarius juramento obedientiæ penitus derelicto, Domino Archiepiscopo tanquam Ordinario suo pro eadem Vicaria corporale præstiterat obedientiæ sacramentum; *& in signum hujusmodi subjectionis unum denarium optulerat in magna altare Ecclesiæ Christi* Cantuariæ. *Pro quibus sic actis idem Abbas assignavit sibi diem peremptorium, videlicet proximum diem juridicum post festum* Exaltationis Sanctæ Crucis *in Ecclesia Sancti* Augustini Cant. *committens vices suas Commissario suo generali sub hac forma.*

Thomas permissione, &c. discreto viro fratri *Willielmo*, &c. in omnibus causis & negotiis, *ut supra in omnibus; præter quod hic non dicitur. Proviso, &c. Cujus authoritate mandati prædictus Commissarius citavit eum per Decanum de* Lenham, *cujus tenor talis est.* Commissarius venerabilis patris Domini *Th.* Dei gratia Abbatis Monasterii Sancti *Augustini Cant.* ad *Romanam* Ecclesiam nullo medio pertinentis in sua jurisdictione exempta de fratrum suorum consilio deputatus, Decano de *Lenham* salutem, in salutis authore. Cum *Petrus* Vicarius de *Faversham* proximum diem juridicum post festum *Exaltationis* proximo præteritum ex præfixione legitima coram Domino Abbate vel suo Commissario habuisset in Ecclesia Sancti *Augustini*, ad faciendum & recipiendum secundum formam prætactorum quod juris foret & rationis; Qui *Petrus* die & loco legitimè proclamatus & diu expectatus, nullo modo comparere curavit, pronunciavimus contumacem, & propter ejus contumaciam ab ingressu Ecclesiæ suspendimus justitia exigente. Idcirco vobis injungimus & mandamus, quatinus ipsum sic suspensum in Ecclesia de Faversham denunciatis seu denunciari faciatis public et solemniter; ipsum nihilominus citetis peremptoriè, quod compareat coram Domino Abbate vel ejus Commissario in Ecclesia Sancti *Augustini Cant.* proximo die juridico post commemorationem *Animarum* proximo futuram; facturum & recepturum quod juris fuerit & rationis. Quid autem super hiis feceritis nos die & loco per literas vestras patentes harum seriem continentes, certificetis.

Certificatorium.

Venerandæ discretionis viro Commissario venerabilis patris Dei gratia Abbatis Ecclesiæ Sancti Augustini Cant. *suus humilis & devotus Decanus de* Lenham *obedientiam, reverentiam & honorem. Mandatum vestrum suscepi in hæc verba, &c. Auctoritate cujus mandati præfatum Vicarium, quod compareat coram vobis dictis die & loco peremptoriè citavi, dicitur tamen vulgariter, quod est absens & vagabundus. Et sic mandatum vestrum secundum sui formam & effectum reverenter quatinus potui sum executus.*

Set cum pluries proclamatus & debitè expectatus per se vel per responsalem aliquem minime compareret, dictus Dominus Abbas ipsum reputavit contumacem, & de jurisperitorum consilio contra eum processit, & pronunciavit in scriptis & forma quæ talis est.

In Dei nomine Amen. Nos *Thomas*, &c. Magistrum *Petrum* qui se gerit pro Vicario Ecclesiæ nostræ de *Faversham*, quem alias pro sua manifesta contumacia, ab ingressu Ecclesiæ, et etiam a divinis, justitia exigente suspendimus et suspendi mandabimus, pro sua multiplicata contumacia excommunicabimus in hiis scriptis; decernentes eum sic suspensum et excommunicatum in dicta Ecclesia de Faversham necnon in aliis Ecclesiis Decanatus de Lenham *fore publicè denunciandum diebus Dominicis & festivis*, donec absolutionis beneficium meruit optinere.

* Chronica W. Thorn, col. 1982, 1983.

* *Anno quo supra in Ecclesia Sancti* Augustini Cant. *in loco publico ubi jus reddi consuevit, prædictus Commissarius sedens pro tribunali fecit publicè præconia voce præfatum* Petrum *ad eosdem diem & locum peremptoriè citatum, & diu expectatus noluit aliqualiter*

qualiter comparere, recitato toto processu contra eum habito, sententiam diffinitivam pro- *An.* 28 E. 1.
tulit in hunc modum.

De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem. Olim in præsentia venerabilis patris Domini *Thomæ* Dei gratia, &c. in Conventuali Ecclesia Monasterii ejusdem pro tribunali sedentis constitutus personaliter propter hoc *Petrus* Vicarius Ecclesiæ suæ de *Faversham*, confitendo expresse dictum Dominum Abbatem sub Ecclesia *Romana* Ordinarium suum, non vi nec metu, sed sponte eidem Domino inspectis Sacrosanctis, pro dicta Vicaria canonicam obedientiam in scriptis & forma, quæ talis. *Ero obediens, &c. ut supra.* Postea cum dictus Vicarius salutis suæ immemor, vesano ductus spiritu ab eadem obedientia resiliens, in suæ salutis dispendium nequiter recesserat, & cum pluries ad judicium pro delictis vocaretur, semel & secundò contumaciter se absentans, & in sua malitia obstinata cervice perseverans, & incorrigibilis existens, animo indurato & contumaciam contumaciis accumulans, comparere vel respondere per se vel per alium non curaret; Nos venerabilis patris Domini Abbatis generalis Commissarius in Civitate & Diocæsi *Cantuariæ* deputatus, considerantes quod in emisso camo ludit cujus maxillas domantis frænum non restringit, et quod secundum Canones nil comparentibus præsentia prodesset, si absentia contumacibus non obesset, ipsum Vicarium reputamus contumacem, & super tot & tantis notoriis criminibus contra eum ad ejus punitionem procedentes, auctoritate nobis commissa, eundem Petrum tanquam excommunicatum incorrigibilem pronunciamus, et ab eadem Vicaria et Domibus. quatenus earundem possessioni de facto incumbit, amovendum esse decernimus per hanc nostram sententiam diffinitivam in hiis scriptis.

* *Anno Domini* 1302. *idem Archiepiscopus* adversus hanc Ecclesiam adhuc infatigatus, *mandavit Commissario suo, quod imponeret Presbyteros in Ecclesiis & Vicariis nostris ad deserviendum in eisdem ipsius auctoritate sub tali forma.* *An.* 29 E. 1. * Chron. Wil. Thorne, col. 1983, 1984, &c.

Robertus permissione divina, &c. Cum Ecclesia de Patronatu Abbatis & Conventus Sancti *Augustini* ac Vicariæ Ecclesiarum ipsis appropriatarum, per privationem nostram & cessionem Rectorum & Vicariorum ipsorum noscuntur vacare, & cura earundem Ecclesiarum ac Vicariarum ad nos immediatè pertineat ipsa vacatione durante; tibi committimus et mandamus, quatinus ipsas Ecclesias et vicarias facias per sacerdotes idoneos deserviri, ita quod debitis non fraudenter obsequiis nec cura earum aliquatenus negligatur: Salvo jure Archidiaconali in fructibus et obventionibus earundem, juxta consuetudinem hactenus observatam.

Ob qualem injuriam tam manifestam *nona die mensis* Julii *in Ecclesia Sancti* Gregorii *coram Archiepiscopo ibidem tunc existente, Vicarius Ecclesiæ Sancti* Pauli, *Procurator Rectorum & Vicariorum, scilicet Sancti* Andrææ, Omnium Sanctorum, *Sancti* Johannis Fordewico, *de* Swaleclive, *de* Stonore, *de parva* Mongeham, *de* Estlangedon, *de* Wynelesberge, *de* Borewarmershe, *de* Brocklond, *de* Fritindenne, *de* Kingesdon. *de* Westbere, *Ecclesiarum Rectores de* Littleburn, *de* Preston, *de* Menstre, *Sancti* Laurentii, *de* Nordburne, *de* Tenterdenne, *de* Lenham, *de* Middelton, *de* Cheldwich *Ecclesiarum Vicarii, habentes virtute mandati sui procuratorii inter cætera potestatem agendi, defendendi, provocandi & appellandi*, et ibidem coram eodem Archiepiscopo pro defensione prædictorum appellavit et apostolos petit cum effectu.

Mandavit insuper Archiepiscopus, hujusmodi appellatione non obstante, *Archidiacono suo, quod compelleret omnes parochianos Decanatus de* Westbere, quod non solverent Decimas et Obventiones dictarum Ecclesiarum, nisi Collectoribus per ipsum assignatis, *per talem formam.* Vacantibus olim Ecclesiis de *Westbere*, de *Swaleclive*, de *Chistelet*, de *Menstre*, sanctorum *Laurentii* et *Johannis* in *Thaneto*, et adhuc tanquam vacantibus in custodia nostri Archidiaconi existentibus, perceptione fructuum & obventionum ipsa vacatione durante ad ipsum Archidiaconum, et non ad alium notoriè pertinente; Vobis mandamus quatinus moneatis canonicè, et efficaciter inducatis omnes et singulos parochianos dictarum ecclesiarum, et omnes tam seculares quam religiosos cujuscunque conditionis aut status existant, terras & bona in parochiis dictarum Ecclesiarum habentes, ut decimas tam bladi quam fæni in campis dimittant per collectores percipiendas, et minutas Decimas, et alia quæ ipsis Ecclesiis et Vicariis debentur fideliter persolvant custodibus vel collectoribus per nos deputatis, sub pœna Excommunicationis majoris, quam in non parentes proferimus in hiis scriptis, Rege, Regina, et eorum liberis ab ista sententia duntaxat

An. 29 E. 1. at exceptis. *Undè propter ista & multa alia gravamina per Archiepiscopum, Archidiaconum, & eorum Commissarios, Officiales & Ministros,* directi fuerunt iterum ad Curiam Romanam *Fratres* Robertus de Fekenham, et *Adam de Rydenne* Procuratores, qui prædicta gravamina contra tenorem privilegii sui, dicto Monasterio, et subjectis ejusdem illata Domino Papæ in scriptis palam demonstrarunt. *Et nota, quod durante ista gravissima tribulatione Abbates* supradicti privilegii concessi conservatores ministerium suum fideliter adimplentes, canonicam ultionem fulminano dicto Archiepiscopo, Archidiacono, Commissariis, Officialibus et ministris eorundem, ne talia attemptarent sub interminatione prohibuerunt; *Protestantes palàm & publicè,* quod non intendunt officium suæ conservationis excedere, nec aliud seu ad aliud quam privilegium exigit ex parte Religiosorum Sancti Augustini vel subditorum suorum procedere in hac parte. *Unde ex parte Archiepiscopi ante portam sancti* Augustini *extitit* appellatum in forma quæ sequitur.

Licet *Westmonasterii* & de *Waltham* Monasteriorum Abbatibus, una cum Abbate Sancti *Edmundi*, *Londoniensis* et *Norwicensis* Diocesis, super exemptionibus religiosis viris Abbati et Conventui sancti *Augustini* ut prætendunt innovatis, et eisdem de novo concessis a Sede Apostolica, prout asseritur conservatoribus deputatis, pro eo quod idem conservatores potestatem & modum conservationis hujusmodi contra venerabilem patrem Archiepiscopum Cantuariensem patenter excesserant, necnon et ex aliis probabilibus conjecturis nomine patris ejusdem, et pro eo adhærentibus, dudum ad sedem Apostolicam extitit provocatum, ne per prædictos conservatores vel religiosos viros sancti *Augustini*, vel eorum nomine aliquid attemptetur, aut aliquid hujusmodi fieri quoquo modo: dicti tamen Abbas et Conventus sancti *Augustini*, præmissis nequaquam obstantibus dictas exemptiones, si quæ sint et vires earum contra justitiam excedentes, jurisdictionem ordinariam nedum in Ecclesiis quas dicunt sibi appropriatis, et parochiis et parochianis earundem, sed etiam in Ecclesiis in quibus jus patronatus habere se asserunt in earum parochiis parochianis ipsarum, cum tamen nulla jurisdictio ordinata vel delegata eis competere liqueat in hac parte, sibi temere usurpare, Officiales et Decanos rurales cæterosque ministros ad exercitium jurisdictionis hujusmodi præficere, Rectores et Vicarios in Ecclesia sui Patronatus instituere in Cantuariensi Civitate et Diocæsi nobiter præsumpserunt, ac jurisdictionem eandem de facto exercentes inhibuerunt seu inhiberi fecerunt, tam Clero quam populo dictarum ecclesiarum, ne Domino Archiepiscopo seu suis officialibus in aliqua obediant vel intendant. Dictarum enim Ecclesiarum Rectores, Vicarios et Præsbyteros ad faciendum et jurandum eisdem Abbati et Conventui tanquam suis Ordinariis obedientiam compulerunt et indies compellere moliuntur.

De Processione Pentecostes ad istam Ecclesiam.

Solempnes insuper processiones quæ à Clero & populo dictarum Ecclesiarum sicut à cæteris dictæ Cantuariensis *Diocesis singulis annis in ebdomada* Pentecostes *ad Ecclesiam Christi* Cant. *matricem, & in ea publicè fieri consueverint sic fieri nuper impedientes vel impediri perperam procurantes, ipsam processionem ad suum Monasterium in ultima Pentecoste publicè fieri procurarunt,* subjectionem debitam et honorem consuetam dicti Archiepiscopi Ecclesiæ suæ nequiter subtrahendo et ipsius jurisdictionem minus prohibe perturbando.

Et nota, quod in illa processione Pentecostes fuerunt Rectores, Vicarii & Sacerdotes Ecclesiarum subscriptarum, videlicet de Westbere, *de* Swaleclyve, *de* Chisteleth, *de* Menstre, *sanctorum* Laurentii, Johannis & Petri *in* Thaneto, Stone, Borewarmersh, Demecherch, Swanes, Wyvelesberg, *de* Broklond, *de* Keninton, *de* Fritenden, *de* Lenham, *cum Capellis de* Rocton, *de* Middelton, *de* Faversham, *de* Sheldwich, *de* Kingesdon, *de* Plumstede, *cum Capella de* Estwicham, *quarum quædam appropriatæ, cætera verò de patronatu, unà cum non modica parte populi earundem publicam processionem & solempnem fecerunt cum oblationibus & cateris devotionibus, secundum consuetudinem observatam in Ecclesiis matricibus dicti regni.*

Subsidium receptum per Archiepiscopum contra nos.

In transitu quoque dicti Patris per Civitatem Cantuariensem *ob reverentiam & honorem ejus,* Campanæ pulsari debeant, *& ab antiquo solebant;* set Religiosi prædicti

dicti reverentiam et honorem hujusmodi subtrahi facientes, hostia ipsarum Ecclesiarum in illius transitu claudi fecerunt, et etiam inhiberi et impediri quominus taliter pulsaretur, in dicti patris injuriam et suæ Ecclesiæ præjudicium manifestum; *unde idem Dominus Archiepiscopus sentiens se & Ecclesiam suam ex hujusmodi* novis præsumptionibus prægravari, ne ulterius ab eisdem talis jurisdictio exerceatur, Sacrosanctam sedem Apostolicam appellat in his scriptis. *Quid plura? Suffraganeos suos consuluit, & ut* Augustinense *Cœnobium deprimere*, et Bullam de nova exemptione annullare devote ab eisdem suffragium flagitavit. Qui omnes pro defensione juris Ecclesiæ Metropolitanæ subsidium copiose dederunt, *videlicet*, de qualibet marca taxæ ipsorum Episcoporum 4 d. præter Archidiaconum, Commissarios, Officiales, et alios ipsius Archiepiscopi familiares; quorum quidam 40 l. et alii 40 marcas, et quidam majus, et quidam minus in omnem eventum largiti sunt; istis habitis et receptis missi sunt Procuratores Archiepiscopi et Capituli sui ad Curiam Romanam, ut averterent judicium et justitiam, Papam et totam Curiam pecunia corrumpentes: (as the Abbot and Monks had done before.) *An.* 29 E. 1.

Processus coram Papa inter Archiepiscopum & nos

* *Anno igitur Domini* 1303. volens Dominus Papa uno dierum partes inibi constitutas audire, *fecit eos vocari in privato Consistorio* 15 *Kal.* Februarii. *Et fuerunt tunc pro parte Archiepiscopi advocati Dominus* Fornya, & Robertus de Casula, Romani, & *duo Monachi Ecclesiæ Christi procuratores, & duo* juris Civilis professores Anglici. *Pro parte vero Abbatis fuerunt Domini* Jacobus de Casulis, & Benenutus de Pusyo *advocati Curiæ* Romanæ, & *duo Monachi, scilicet* Robertus de Fekenham, & Adam de Rydenne *procuratores, & Magister* Johannes de Sancto Claro, Anglicus. *Constitutis igitur partibus in præsentia Domini Papæ jussit partem Archiepiscopi proponere primò; Quæ proposuit, quod privilegium fuit impetratum per falsi suggestionem; & quod privilegia eorum antiqua fuerunt falsa; similiter Abbas & Conventus excesserunt nimis per abusum, jurisdictionem exercendo, capitula celebrando, Clerum etiam & populum ab obedientia & jurisdictione Archiepiscopi nequiter subtrahendo. Objecit etiam, quod ipsi constituerunt Decanos rurales & etiam alios Officiales ad exercitium hujusmodi jurisdictionis contra consuetudines & libertates Archiepiscopi & Ecclesiæ suæ antiquas. Pro parte vero Abbatis fuit propositum de gravaminibus ipsis & eorum subditis per Archiepiscopum & suos Commissarios illatis,* eos videlicet suspendendo, excommunicando, et demum eorum captionem apud regiam potestatem procurando, contra privilegium eisdem a Domino Papa indultum. *Et propter ista & multa alia gravamina ipsis Religiosis illata, petita fuit instanter dicti Archiepiscopi vocatio personalis & suorum Commissariorum. Postquam verò fuerat, ut dictum est, pro utraque parte sic propositum, dixit Dominus Papa*; Ego plantavi, *Apollo* rigavit. Ego, supple *Gregorius* Papa; Ego, sedes ista *Romana* plantavi illam Ecclesiam Sancti *Augustini*; *Apollo* rigavit, hoc est beatus *Augustinus* per Christi gratiam & suam prædicationem *Anglos* baptizavit; Deus incrementem dedit per beatum *Thomam* martyrem. *Et adjecit*, Utraque Ecclesia nobilis est; & ita benè novimus jura & libertates utriusque Ecclesiæ sicut illi Monachi qui ibi stant, erigens faciem ad Monachos procuratores superius nominatos. Una inquit Ecclesia utitur jure communi, alia gaudet privilegio singulari. Et ideo in signum susceptæ libertatis ab Ecclesia Romana in adventu Legati ad illam terram debet Abbas mittere unum Monachum obviam illi usque ad medium maris, qui portabit secum Crucem, et ibi erigent eam, et incipient cantare, *Te Deum Laudamus.* Ipse vero Monachus portabit Crucem erectam ante Legatum, dummodo fuerit in illa terra. Ad hoc quod vos dicitis, quod privilegium fuit impetratum per falsi suggestionem, & quod privilegia eorum antiqua sunt falsa, non est verum. Nos vidimus ipsis illud privilegium. Præterea nos inspeximus privilegium beati *Bonifacii quarti*, satis amplum pro suo tempore, et nos illud corroboravimus; et si adhuc esset dandum, adhuc eisdem daremus; et si non esset eorum Monasterium exemptum de novo erimeremus. *In fine dixit partibus*, quod ipsi ponerent in scriptis ea quæ voluerunt proponere & probare; & sibi liberarent. *Sicque recesserunt à Consistorio. Acta fuerunt hæc coram Domino Papa & Cardinalibus in privato Consistorio.* * Ibid. col. 1986.

Articuli

An. 29 E. 1.

Articuli liberati pro parte Abbatis & Conventus S. *Augustini*, sic se habent.

* Chron. Wil. Thorne, col. 1987, 1988, 1989, 1990.

* *Inprimis, Pater Sanctissime, exponitur quod prefatum Monasterium Sanctissimorum Patrum* Gregorii & Augustini *monitu & instantia, beatus* Ethelbertus *Rex* Angliæ, *quem dictus pater* Augustinus *cum sua gente ad fidem Christi convertit, in sepulturam sui & successorum suorum Regum* Angliæ *& Præsulum prefata Urbis* Cantuariæ *à fundamentis construxit, & bonis propriis ditavit, & ibidem congregationem Monachorum collocavit. Cui Monasterio dictus pater* Augustinus *primo prefecit auctoritate sedis Apostolica* Petrum *Abbatem confessorem per beatum* Gregorium *secum missum ad convertendum* Anglicos. *Quo* Petro *mortuo, Apostolica sedes prefecit* Johannem. *Item prædictum Monasterium, ut premittitur, sic fundatum dictus* Anglorum *Apostolus & sanctissima sedis* Romanæ *Legatus* Augustinus, *authoritate beati Papæ* Gregorii, *& ex ore ejusdem, dominicum esse voluit,* **et Apostolicum ordinavit, ac terras et Ecclesias ad ipsum pertinentes ab omni ordinaria potestate potentatu, dominatu aut imperio eremit et privilegiavit,** *prout in ejusdem privilegio latius continetur. Item prædictum Monasterium sanctus pater Dominus* Bonifacius *Papa quartus, ad preces dicti Sancti* Ethelberti *Regis, & Sancti* Melliti *confessoris tunc* Londonensis *Episcopi, Sancti Regis ad hoc Nuncii & Legati, in generali Concilio* Italiæ *perpetua libertate munivit & privilegiavit. Item prædictum Monasterium virtute dictorum privilegiorum & ipsorum cujuslibet pro tempore suo ab initio fundationis suæ,* **ita liberum fuit et exemptum ab omni ordinaria potestate, tam in capite quam in membris, et omnibus ad idem pertinentibus intus et extra, et notorie habitum pro exempto, et solum sanctissimæ Romanæ Sedi immediate subjectum, quod nullus præter Romanum Pontificem, vel cui ad hoc specialiter committeret, quicquam jurisdictionis vel potestatis in dictum Monasterium, Abbatem vel Monachos, et Clericos, homines vel tenentes de dominio, vel de subjectione ipsorum Abbatis et Conventus, nec in aliquos ipsi Monasterio tributa vel redditus quomodolibet exsolventes nullatenus exerceret, verum Abbas cum suo Conventu omnem Jurisdictionem in omnibus Ecclesiis suis et Parochianis earum, tam in Clericis quam in Laicis, pacifice et plene exercuit et habuit, Clericos in Ecclesiis suis tam suis usibus appropriatis, quam aliis instituit et destituit. Causas etiam Matrimoniales audivit, et omnimodam Jurisdictionem exercuit sicut Episcopi in suis Diocæsibus exercere consueverunt.** *Et istum statum pacificè & notoriè habuit istud Monasterium per* 300 *annos, & ultra; scilicet, usque ad tempus* Lucii *Papæ tertii, cujus tempore licet Archiepiscopus* Cantuariensis *ipsius Monasterii statum exemptionem & jurisdictionem inquietaret, dictus tamen Dominus* Lucius *mandavit per Bullam suam Archiepiscopo* Cantuariensi, *quod non intromitteret se de aliqua jurisdictione quantum ad Clericos vel homines spectantes ad jurisdictionem ipsius Abbatis. Item* **mandavit Abbati, quod jurisdictionem hujusmodi exerceret; et simili modo mandavit Clericis et Laicis dictæ Jurisdictionis, quod non obedirent Archiepiscopo** Cantuariensi **in aliquo, verum dicto Abbati,** *præsertim pendente inquietatione prædicta. Postea Dominus* Celestinus 3. *quoad prædicta jura & alia dictum Monasterium* **privilegialiter communivit.** *In quo statu dictum Monasterium usque ad tempus* Gregorii *Papæ* 9. *permansit & usum est suis libertatibus, ut supra. Iste* Gregorius *mandavit per scripta Apostolica & præcepit tunc Archiepiscopo,* **quod dictos Abbatem et Conventum aliqua non gravaret sententia, et quod ipsorum Ecclesias, Clericos vel homines interdicere vel Excommunicare non præsumeret, vel census sibi debitos solvi minime impediret.** *Item tempore ipsius Domini* Gregorii *propter nimias vexationes & gravamina, quæ sentivit ipsum Monasterium per potentiam Archiepiscoporum, intervenit compositio anno sui Pontificatus* 12. *quæ adeo derogavit præmisso statui illius Monasterii & juri, quod extunc Archiepiscopus* Cantuariensis *& Archidiaconus ibidem inceperunt pratextu dictæ Compositionis habere institutionem & destitutionem in Ecclesiis ipsius Monasterii ad præsentationem Religiosorum, & in suos Clericos & homines jurisdictionem omnimodam exercere, reservatis tamen quibusdam prærogativis præteritæ jurisdictionis & exemptionis Abbati prædicto. Item istius Compositionis forma hinc inde fuit servata, usque ad tempus Domini* Roberti *nunc* Cantuariensis *Archiepiscopi, qui etiam contra Compositionem prædictam* **innumeris gravaminibus ipsum Monasterium solito plus vexabit.** *Primo videlicet recusavit admittere quendam Clericum idoneum præsentatum*

ab

ab ipsis ad Ecclesiam eorum de Fritendenne, *set mandavit ipsis Religiosis per literas suas, quod presentarem certam personam quem in literis suis nominavit; & adjecit, quod nullum alium vellet admittere illa vice. Item subsequenter petiit ab ipso Abbate obedientiam, tam contra pretacta privilegia quàm Compositionem pramissam, quam debuit illis temporibus observare. Item fecit citari dictos Abbatem & Conventum ad terminum nimis brevem & ad locum incertum, nulla abbreviationis causa expressa, ita quod ipsi comparerent coram ipso ubicunque esset in Civitate, Diocesi vel Provincia* Cantuar. *proposituri, ostensuri, necnon probaturi peremptoriè, quo jure vel titulo Ecclesias de* Middleton, *de* Littleburne, *de* Preston, *de* Menstre, *Sanctorum* Laurentii & Petri, *de* Chistelet, *de* Faversham, *de* Scheldwich, *de* Selling, *de* Tanterdenne, *de* Nordborne, *de* Lenham, *& Sancti* Pauli Cantuar. *in usus proprios possiderent, necnon portiones & pensiones quas finxit eosdem habere in certis locis, licet in veritate, nullas haberent ibidem, ac etiam ut dicto termino privilegia super appropriatione Ecclesiarum nostrarum & aliis libertatibus ipsius Monasterii cum gravi periculo delationis exhibendorum pro termino peremptorio exhibituri, & ulterius de die in diem processuri, ubicunque idem Archiepiscopus se transferret. Item ad magis gravandum dictos Religiosos, excitavit adversus eos plures adversarios, citando in Ecclesiis in quarum Parochiis ipsi Religiosi pensiones vel portiones habebant, ac etiam in aliis ubi nichil perceperunt omnino, quod omnes quorum interesset coram ipso Archiepiscopo comparerent se ipsis Religiosis in hujusmodi pensionibus efficaciter opposituri, ita quod à dicta perceptione expelli possent in posterum & excludi. Item licet eidem Archiepiscopo oblatum fuisset multis vicibus ex parte Religiosorum, & ante eorum citationem & post, super omnibus quorum occasione fatigavit eosdem, loco & tempore congruis, & ipsum in illis debite informare, ipsos tamen in hoc audire sæpius recusavit, nec detulit,* **quamvis sibi constaret de eorum appellationibus sed Ecclesias ipsorum Religiosorum nullo juris ordine servato vacantes esse pronunciavit,** *& mandavit eisdem, quod ad ipsas Ecclesias tanquam ad vacantes infra* 40 *dierum spacium idoneos Clericos præsentarent; denunciando eisdem Religiosis, quod alioquin Ecclesias conferret easdem. Item,* **dum dictarum appellationem negotia apud hanc sanctam Sedem de præcepto vestro, Pater Sanctissime, remanserunt, inhibitum fuit eidem auctoritate vestra, ne quicquam in dicti Monasterii seu dictarum appellationum præjudicium attemptaret lite pendente; quibus tamen appellationibus vel inhibitioni Papali non detulit, nec etiam vestræ Sanctitatis privilegiis, licet sibi constaret ad plenum de singulis eorundem.** *Item, cum dictum vestrum privilegium esset eidem necnon Capitulo suo per conservatores super hoc deputatos ostensum, & in eorum præsentia lectum, idem conservatores per suum Commissarium virum providum & discretum, facta tamen sibi prius fide de privilegiis antiquis & de statu antiquo quem habebat ante dictas Compositiones quantum ad institutionem & destitutionem Clericorum in beneficiis, injunxerunt Abbati quod ipse omnem statum antiquum, tàm quoad exemptionem quàm jurisdictionem, plenè resumeret, ac omnia & singula quæ fieri consueverunt ante predictam Compositionem liberè exerceret; dictus verò Abbas sciens statum Ecclesiæ suæ antiquum fuisse ita plenum & liberum, ipsum resumpsit secundum modum observatum antiquitus, & quatenus vestro credebat privilegio convenire. Postmodum idem Archiepiscopus per Officialem suum & alios misit* Cantuariam, *mandans quod Abbas & Conventus coram ipsis in Ecclesia Sancti* Pauli *exemptionem, & privilegia quibus vellent uti contra ipsum, coram ipsis Commissariis notoriè suspectis, & dicti Monasterii inimicis etiam tempore messium exhiberent. Qui Commissarii imponebant Religiosis quamplures abusus & excessus privilegii concessi. Tamen ex parte Abbatis & Conventus facta fuit protestatio, quod non intendebant in aliquo excedere vel illo quoquo modo abuti; verum si quid dubii circa vestrum privilegium emersisset, vel in futurum emergeret, vestræ Sanctitatis declarationem humiliter expectaret, & petebatur quod hoc faceret pars adversa cum effectu. Item,* **dicti Commissarii præmissa omnia vilipendentes, Clericos et homines ipsius Monasterii tributa et redditus solventes, necnon cæteros exemptos in locis ejusdem degentes, excommunicaverunt et præceperunt sub pœna excommunicationis, ne quis Parochianorum suorum de suarum Ecclesiarum proventibus vel juribus Parochialibus responderent.** *Et ut plus viderentur inimici* **vestroque privilegio inobedientes,** *de die in diem tàm contra personas exemptas quàm loca exempta processerunt. Propter quod licet per conservatores vestri privilegii fuissent moniti, quod à talibus excessibus notoriis desisterent, & errata corrigerent,* **sub pœna excommunicationis latæ in eosdem si secus agerent, idem tamen**

An. 29 E. 1.

Nota.

An. 29 E. 1. tamen injuriam injuriis accumulantes, statum et exemptionem ipsius Monasterii inquietarunt, vestræ Sanctitatis privilegium sinistra interpretatione coram Clero et populo exponentes. *Item dictus Archiepiscopus facto publico sermone ad populum in Ecclesia sua*, excommunicavit omnes qui statum suæ Ecclesiæ in juribus, libertatibus vel possessionibus minuerant quæ prius habuerat vel consueverat optinere. *Item* Clericos eorundem *per ejus Commissarium de facto non de jure* excommunicatos, non obstante quod processus et sententia prædicta essent auctoritate vestri privilegii nulla et irrita, etiam per conservatores et habundanti debite revocata, fecit mancipari custodiæ carcerali, regia potestate mediante. *Istis articulis audientia Apostolica sic traditis & liberatis, procuratores Abbatis recesserunt.*

* Chron. Wil. Thorne, col. 1990, 1991.

* *Anno quo supra per spacium temporis, videlicet Idus* Martii, *vocata fuit pars Abbatis & Conventus per se in secretiori Thalamo coram Domino Papa*, qui dixit quasi increpando; Non secundum voluntatem nostram, ut intelleximus, fecerunt ipsi Abbas & Conventus in Ecclesiis juris patronatus eorum, qui instituerunt & destituerunt in eisdem. *Responsum fuit*; Pater Sancte, Non: *sed posuerunt ibi personas idoneas, ut ipsis deservirent quousque aliud scirent de vestra voluntate. Quantum ad pulsationem contra Archiepiscopum, negatum fuit expressè quod nunquam fuit prohibitum, quin pulsaretur contra eum. Tertio inquirebat de Ecclesiis appropriatis quid sentirent. Ad illud fuit allegatum de prascriptione & de statu Monasterii antiquo, ad quem reducti fuerunt per suum privilegium. Tunc dixit Dominus Papa*; Non ponatis vos in talibus, quia talia possunt esse privilegia quæ jurisdictionem populi simul cum appropriatione Ecclesiarum sapiunt, & alia quæ non. *Ad illud quod objecit de excessu quoad institutionem & destitutionem, responsum fuit*; *Pater Sancte, conservatores privilegii vestri viso statu Monasterii antiquo injunxerunt Abbati, quod ipse resumeret omnem statum antiquum quoad exercitium jurisdictionis*; *& ipse hoc fecit sub protestatione tali, Quod si contingeret illum aliud facere, quàm quod de vestra procederet voluntate, paratus esset cum sibi constaret resumpta revocare. Hiis dictis, jussi sunt recedere. Et continuò vocata fuis pars Archiepiscopi & din tractavit cum eis: Denuò vocata fuit pars Abbatis. Constitutis verò partibus coram Domino Papa, objecit pars Archiepiscopi illa quæ superius sunt ostensa. Tunc dixit Dominus Papa, Taceatis; non curamus de talibus, quia totum negotium ad tria puncta restringimus, videlicet, ad* jurisdictionem, pulsationem, & processionem; *& de istis volumus deliberare & ordinare, sicut nobis videbitur expedire*; sicque totum negotium sibi prima vice reservavit; *deinde locutus est Procuratoribus Archiepiscopi, dicens:* Nos audivimus de illo Cantuariensi, quod male se habuit in Parliamento Lincolniæ, quia ipse seminavit zizania inter Regem et Barones; et nisi fuisset sapientia Regis, terram suam imperpetuum amisisset; ipse corruet et finaliter ipse corruet, et * per Deum bene vindicabo Regem de eo. *Respondit Magister* Johannes de Ros *Procurator Archiepiscopi*; Pater Sancte, nisi fuisset sua constantia et prædicatio, multa majora scandala fuissent in illo regno exorta. *Papa respondit*; Tu mentiris, tu mentiris, bene scimus veritatem. *Tunc jussæ sunt ambæ partes recedere.*

* Popes can swear, and take Gods name in vain, even in *Cathedra*, and yet not erre therein.

Post aliquot verò dies, * pecunia mediante Episcopali, *traditum fuit dictum negotium ad Notarium, ut expediretur. Perpendit autem pars Abbatis, quod nota non fuerat benè concepta pro parte ipsorum, & vehementer instabat, quod posset habere accessum ad Dominum Papam. Tandem intervenientibus amicis ingressi sunt, supplicantes sibi pro Dei misericordia, quod sibi placeret habere pietatem de Monasterio suo*; *& respondit*, Ecclesia beati *Augustini* est antiquior in illo regno; & ideò magnum vituperium esset Curiæ *Romanæ*, si non esset exempta ex quo plura Monasteria sunt ibi exempta; nec decet quod sit pejoris conditionis quàm aliæ Ecclesiæ, quæ fuit prima inter eas. Initiatio ibidem religionis Christianæ, antiquitas loci, & veneratio beati *Augustini Anglorum* Apostoli monet nos ad fovendum jura illius Monasterii in quantum possumus cum justitia. *Et hiis dictis recesserunt. Insuper firmiter premissum fuerat eisdem per organum Domini Papæ*, quod negotia benè expedirentur pro parte illorum; *tamen quia Curia fuit in motu versus* Agnaniam, *dicebatur*, quod nihil expediretur quousque illuc venirent. *Igitur venientibus Procuratoribus Abbatis post Pascha* Agnaniam, *requirebant à referendario, quod negotia expedirentur secundum quod promissum eis fuerat. Qui respondit verbis dissimulatoriis*; se ad plenum non scire de voluntate Domini; *unde predicti Procuratores institerunt*,

* *Nota.*

ut faceret finem negotii. Tandem dictum fuit eis, quod irent ad Notarium, & inspicerent quandam notam, quam Dominus præcepit fieri ut dicebatur. Inspecta verò nota, displicuit per omnia, eo quod ex toto fuit eis contraria. *Placuit tamen Procuratori Archiepiscopi, qui instanter egit,* ut imbullaretur. *Venerunt igitur Procuratores Abbatis ad Referendarium, dicentes;* Pater, quid est quod intenditis facere? Si illa nota transeat, imperpetuum confusi erimus nos et domus nostra, nec ausi erimus redire ad propria. Magnum certe peccatum est, quod tantum a *Domo nostra extorsistis pecuniæ, nec quicquam consecuti sumus ampliorjs gratiæ. *Qui respondit;* Quid igitur vultis ut faciam vobis? Nonne sufficere potest vobis, quod habeatis statum aliorum exemptorum? *Responsum fuit,* Pater, sufficit. *Et dixit,* Requiratis ergo statum eorum, & Dominus faciet vobis bonam gratiam. *Unde requisita fuit copia privilegii S.* Albani, *& ad Curiam sub manu publica delata. Quibus exhibitis respondit Dominus Papa;* Quod non satis credidit Notariis *Anglicanis,* nisi hujusmodi privilegia possent inveniri in Curia registrata. *Demum Registris inspectis, compertum est Privilegium* Honorii *tertii Anno ejusdem tertio, de verbo ad verbum: Et illud optimè faciebat pro statu quem petebant. Interea* pendente negotio sub dissimulatione infecto, Procuratores Archiepiscopi impetrarunt plures literas contra Rectores, Vicarios, et alios subditos ipsorum Abbatis et Conventus: *Quibus Procuratores Abbatis contradixerunt. Et cum multa esset pro hujusmodi hinc inde controversia, dixit Auditor contradictoriarum Procuratoribus Abbatis,* Concedo vobis terminum usque ad publicum Consistorium, ut possitis consulere Dominum, si hæ literæ debeant transire, vel non.

In proximo igitur Consistorio publico, scilicet die Sancti Adriani, *inter cætera proposuit pars religiosorum coram Domino Papa & Cardinalibus, quod Procuratores Archiepiscopi impetrarunt literas in audientia contra privilegium novum concessum. Insuper, quod de novo citari fecerunt Procuratores Abbatis coram Domino* Johanne Monacho *Presbytero Cardinali ad procedendum super illa Nota superius memorata. Tunc respondit Dominus Papa,* Nos ob reverentiam beati *Augustini* dedimus eis illud privilegium, & statum illius Monasterii corroboravimus & renovavimus: veruntamen ipsi Monachi non sunt contenti finibus suis; *& adjecit de Causa qua fuerat in dubio coram Cardinali, alloquens ipsum Cardinalem, dicens sic, Johannes* fili, audis tu istam Causam? *Qui respondit,* Pater sancte, Vocati fuerunt coram me, et proposuerunt in Scriptis excipiendo quod vos reservastis vestræ audientiæ: & super hoc petebant Procuratores prædicti instanter vestram Sanctitatem consuli, eo quod vos non agebatis in remotis. *Qui respondit,* Ego tibi præcipio ne amplius istam causam audias, nos enim illam nulli omnino hominum committimus nec committemus: sed nos istud negotium cum omnibus sequelis suis volumus terminare. *Et sub isto modo istam Causam sibi secundò reservavit. Consistorio celebrato, venerunt Procuratores Abbatis nunciantes Auditori contradictoriarum, quæ dicta fuerant à Domino Papa; Qui respondit,* Volumus consulere Dominum, *& quia Procuratores Archiepiscopi valdè fuerant infesti Auditori quod prædicta litera transirent, fecit Auditor partes citari. Quibus coram eo in judicio constitutis, post multas allegationes hinc inde factas, Dixit Auditor.* Quia nos non habemus cognoscere de veritate precum, nos istas literas discernimus absolvi, sub ista tamen conditione, Quod si illæ Ecclesiæ seu personæ, de quibus agitur in prædictis literis, pertinent ad illud Monasterium pleno jure, vel sunt membra ipsius Monasterii, vel si sint Ecclesiæ vel personæ de quibus omnibus causa pendet coram Papa, literæ non procedant contra Abbatem seu aliquas alias personas ipsi Monasterio subjectas. *Non multum post Procurator Archiepiscopi, habito ingressu ad Dominum Papam proposuit coram eo,* Quod Procurator Abbatis impediebat literas communis justitiæ in audientiâ, quo minus transire possent: *& multos alios articulos proposuit coram eo: Papa respondit,* Redigas in scriptis ea quæ probare volueris & trades nobis. Et si probaverimus quod verum dixeris, nos acrius procedemus contra prædictos Religiosos: si autem probaverimus te falsum dixisse, promittimus Deo quod puniemus falsitatem tuam.

* *Igitur proximo Consistorio liberavit Procurator Archiepiscopi Articulos prædictos Domino Papæ, qui sic incipiunt,* Gravamina noviter attemptata; *Dictus tamen Procurator non artavit se ad probandum Articulos in aliquo, nec per publica Instrumenta, seu quovis alio juris ordine; sed in fine Articulorum quasi concludendo dixit,* Pater sancte, hæc omnia recepi literatoriè à Domino meo *Cantuariensi* & Priore Capituli

* Chronica W. Thorn, col. 1992, 1193.

An. 29 E. I.

* Nota.

An. 29 *E.* 1. ejusdem. *Quando verò dicti articuli liberati fuerunt, petita fuit eorum copia instanter per Procuratorem Abbatis. Et incontinenti petita fuit per eosdem*, quod Dominus Papa vellet subsequenter audire partem, causam & articulos Abbatis. *Et respondit*, Satis est; *& adjecit*, Nos ob reverentiam beati *Augustini Anglorum* Apostoli statum illius Ecclesiæ renovavimus, corroboravimus, & multa addidimus. Verumtamen Abbas et ipsi Monachi nimis sunt elati, et faciunt multos Excessus; et similiter Archiepiscopus aliquantulum est elatus, et utinam aliquantulum, quia nimis magnus Theologus est; ipse est de *Ryparii*s, benè novimus eum. *Et dixit*, Consulimus quod utraque pars contenta finibus suis, & placeret nobis quod bona pax esset inter eos: quia si contingat nos tangere illas, utraque pars dolebit. *Et sic recesserunt à Consistorio illa vice. Quibus Articulis Archiepiscopi quanquam nobis omninò contrariis à Domino Papa conceptis, jussit Notam quæ alias fuerat* Anagniæ *concepta procedere. Quod videns Procurator Abbatis, institit viriliter quatinus habere posset copiam dictæ Notæ, dicens*, Se posse proponere & probare per rationes efficaces, quod illa Nota non posset transire. *Quod cùm nunciatum fuisset Domino Papæ, jussit copiam liberari prædicto Procuratori. Tamen Procurator Archiepiscopi constanter egit*, quod prædicta Nota transiret. *Cui tamen responsum fuit*, quod Dominus intellexit quod pars Abbatis haberet plures rationes probabiles & efficaces quare prædicta nota transire non deberet; & idcirco voluit audire partes, & dictum negotium ampliori deliberatione tractare.

Et scito, quod illa Nota quæ dicitur fuisse concepta Anagniæ *erat hæc:* Habeant præsentationem Rectorum & Clericorum, tum, &c. quæ sequuntur in bulla declarationis. *Contra quam notam Procuratores Abbatis rationes produxerunt efficaces in forma quæ talis est*; Habeant Præsentationem, &c. *Hæc dictio tantum absorberet jus Monasterii, quia de jure communi alia competunt patronis quàm præsentatio sola, quia Abbas & Conventus habent custodiam vacantium Ecclesiarum de Patronatu, & percipiunt medietatem fructuum ipsarum tempore vacationis, & etiam sequestrorum. Item retinent claves ipsarum Ecclesiarum vacantium. Item pulsantur Campanæ propter reverentiam Abbatis, quando transit per loca. Et hæc competunt, & competierunt ab eo tempore quo memoria non extat, & etiam per compositiones fuerant reservata expressè. Item Archiepiscopus habeat Spiritualia in eisdem, hoc excepto, quod propter privilegia & compositionem interdicere & suspendere non potest, sicut patet per Compositiones, quinque Ecclesias in Compositione nominatas, ut superius in eadem compositione patebat.* Nec aliàs quam eis ex præsenti declaratione. *Hoc est limitandum quoad Spiritualem jurisdictionem, quia temporalem habuerunt & habent in prædictis ab eo tempore quo non extat memoria.* Permittitur; *Ex hac concessione nihil permittitur, quod jurisdictionem sapiat. Præterea eadem jura habent in hoc genere appropriatarum Ecclesiarum quæ habent in illis quæ sunt de solo patronatu. Et ideò oportet hoc mutari.* Et aliarum quarumcunque Ecclesiarum *Cantuar.* Civitatis & Diocæsis. *Si hoc ita generaliter ponatur, extendetur ad Ecclesias pleno jure eisdem subjectas; & sic inducitur servitus super rem omnino exemptam.* Qualemcunque jurisdictionem habere noscuntur; *Quæ sunt ista? verendum est, ne ex hiis verbis detur materia inposterum litigiis.* In cæteris contentis in eo. *Impropria videntur hæc verba, quia de hiis quæ declarata sunt nichil de privilegiis continetur; & Exceptio non sit, nisi de eo de quo est regula.*

Petitiones Procuratoris Archiepiscopi subsequenter productæ, quæ tales sunt.

Abbas & Conventus Monasterii S. Augustini Cantuarienſis *asseruerunt coram vobis, Quod licet Monasterium eorum à principio fundationis ipsius cum omnibus membris suis fuisset exemptum per sedem Apostolicam à jurisdictione qualibet ordinaria, eis tamen postmodum exactionibus et angustiis fatigatis per nonnullos Archiepiscopos* Cantuarienſes *super exemptionibus eorundem, quædam Compositiones intervenerint inter partes, ex quibus dicti Abbas et Conventus dicentes plurimum derogari libertatibus eorundem, supplicarunt se reduci ad plenitudinem libertatis exemptionis. Unde vos decrevistis Privilegia, Libertates, et Exemptiones, ipsis à dicta Sede concessa, in suo robore permanere, ac nichilominus ipsos et dictum Monasterium cum omnibus membris suis ab omni potestate, jurisdictione, subjectione, et dominio Archiepiscopi et Capituli* Cantuariæ, *et omnium aliorum absolvistis, exemistis, et perpetuo liberastis, et decrevistis ea omnia totaliter et immediatè* Romano *Pontifici subjacere, ita quod nec Archiepiscopus nec quævis alia per-*

sona

sona ecclesiastica in ipsos jurisdictionem aliquam sibi posſunt vendicare: Crisma autem, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, ordinationes Monachorum et Clericorum à Cantuariensi *Archiepiscopo susciperent. Mandatisque certis judicibus, ut non permitterent eos contra exemptionem hujusmodi molestari. Postmodum Archiepiscopus perpendens, quod prædicti Judices excesserant fines mandati, et quod dicti Abbas et Conventus usurpabant sibi jurisdictionem ordinariam, nedum in Ecclesiis eis appropriatis et parochianis earum, set etiam in Ecclesiis in quibus jus Patronatus tantum habebant et parochianis ipsarum, ac impedicbant solempnes Processiones, quæ consueverunt fieri à Clero et populo ipsarum Ecclesiarum ad* Cantuariensem *Ecclesiam, procurando eam fieri ad dictum Monasterium; et quod in transitu ipsius Archiepiscopi per Civitatem* Cantuariæ, *sibi subtrahebant pulsationem Campanarum*, ad Sedem Apostolicam appellavit. *Igitur nunc petitur pro parte Archiepiscopi, ut statutis quod ad Ecclesias* Cantuariensis *Civitatis et Diocesis in quibus dicti Abbas et Conventus obtinent tantum jus Patronatus, et futuris temporibus obtinebunt, et ad ipsarum Ecclesiarum Rectores, Clericos et Parochianos non extendatur vestra hujusmodi exemptio; et quod Ecclesiæ quas habent et habebunt in propr.os usus, et Rectores seu Vicarii, Clerici vel Parochiani earum, quoad jurisdictionem spiritualem seu etiam temporalem per eandem exemptionem non intelligantur exempti, set illas tantum ecclesias et per ipsam exemptionem censeatis exemptas quæ pleno jure ipsi Monasterio sunt subjectæ: et mandetis, quod per eosdem Abbatem et Conventum, per Rectores et alios Clericos Parochianos prædictarum et aliarum* Ecclesiarum Cant. *Civitatis et Diocesis, in quibus ipsi Abbas et Conventus qualemcunque habeant jurisdictionem, faciant ipsi Archiepiscopo obedientiam et reverentiam debitam in pulsando campanis, in processionibus faciendis, et in omnibus aliis in quibus consueverunt et debent. Et quod omnes Processus, sive per prædictos Conservatores, vel per eosdem Abbatem et Conventum, aut per præfatum Archiepiscopum, vel eorum aliquem, vel quemcunque alium factos occasione præmissorum* cassetis et irritetis. Et quia omnes tam majores quam inferiores avaritiæ studuerunt, pecuniæ summopere obtemperantes, petitiones Archiepiscopi justas, ratasque esse judicantes, rationibus religiosorum contra notam privilegii superius conceptis non obstantibus, Dominus Papa declarabit in hunc modum. *An.* 29 E. 1. *Nota.*

**Bonifacius* Episcopus Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monasterii S. *Augustini Cantuariensis*, Ordinis Sancti *Benedicti*, fuit expositum nobis, quod licet eorum Monasterium à principio fundationis ipsius, seu à tempore cujus memoria non extabat, cum omnibus membris suis existentibus ubicunque fuisset exemptum per specialia Privilegia Sedis Apostolicæ à jurisdictione qualibet ordinaria, prout evidentius in privilegiis contineri dicebatur eisdem, eis tamen postmodum per nonnullos Archiepiscopos *Cantuarienses*, qui pro tempore fuerant, nunc hinc, nunc inde berationibus et angustiis fatigatis, quædam Compositiones super exemptionibus & libertatibus contentis in dictis Privilegiis, intervenerunt inter partes. Verùm cùm idem Abbas & Conventus assererent, per hujusmodi Compositiones prædictis eorum Privilegiis & Libertatibus non modicum derogari; Nos eorum supplicationibus inclinati, hujusmodi privilegia, exemptiones & libertates ipsis & dicto Monasterio à præfata Sede concessa, in suo voluimus & decrevimus robore permanere; ac nichilominus ipsos Abbatem & Conventum, dictumque Monasterium cum omnibus membris, Ecclesiis, Capellis, Xenodochiis, Hospitalibus, Cantariis, necnon Castris, Villis, Maneriis, Domibus, Grangiis, Terris, Possessionibus, Redditibus, & quibuscunque bonis suis, in quibuscunque forent Diocesibus constituta, & omnibus personis sui Ordinis, et aliis eis subjectis degentibus in eisdem, ab omni potestate, jurisdictione, subjectione atque dominio, tàm Venerabilis fratris nostri Archiepiscopi, & dilectorum filiorum Capituli *Cant.* qui tunc erant, et qui pro tempore forent, quàm quorumlibet Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum, Prælatorum, & Officialium suorum, & aliarum quarumlibet Ecclesiasticarum personarum, duximus per nostras sub certa forma Literas eximenda, & eis super exemptionis nostræ privilegio, dilectos filios *Westmonasterii* & de *Waltham*, ac super istis sub certâ formâ literis conservatores nichilominus deputavimus. Postmodum autem Venerabili Fratre nostro Archiepiscopo *Cantuariensi* prætendente, quod præfati *Westmonasterienſis* & de *Waltham* Abbates in hujusmodi conservationis negotio procedentes, *Fines mandati nostri in hac parte super certis Articulis patenter excesserant*; & quod memorati * Ibidem, col. 1995, 1996.

An. 29 E. 1. morati Abbas et Conventus Sancti *Augustini* prædictas exemptiones, et vires earum contra justitiam excedentes, jurisdictionem ordinariam nedum in Ecclesiis quas ipsi Abbas et Conventus appropriatas sibi esse dicebant, et Vicariis, Clericis, Parochiis et Parochianis earundem Ecclesiarum, set etiam in Ecclesiis in quibus idem Abbas et Conventus asserebant jus Patronatus duntaxat habere, ac in Rectoribus, Clericis, Parochiis & Parochianis earundem Ecclesiarum sibi temerè usurpare, ac jurisdictionem ipsam in Civitate ac Diocesi *Cantuarienſi* diversis modis exercere. Solennes insuper processiones quæ a Clero & Populo dictarum Ecclesiarum sicut à cæteris Clericis et populis dictarum *Cantuarienſis* Civitatis & Diocesis singulis annis certis diebus ad Ecclesiam Christi *Cantuariæ* publicè fieri consueverunt impedire; pulsationem quoque Campanarum quæ in transitu ipsius Archiepiscopi per prædictas Civitatem & Diocesim *Cantuariæ* ob ejus reverentiam & honorem fieri consueverat ab antiquo, subtrahere, vel subtrahi facere in Ecclesiis prædictis præsumpserat fuerunt tàm pro parte memorati Archiepiscopi *Cantuarienſis* Ecclesiæ, quam sibi adhærentium & adhærere volentium, **diversæ appellationes ad sedem Apostolicam interjectæ. Cumque negotium appellationum hujusmodi** pro parte ipsius Archiepiscopi per ejus Procuratorem præsente Procuratore ipsorum Abbatis & Conventus fuisset propositum coram nobis, nos volentes de ipsius qualitate negotii plenius informari, per viam provisionis & ordinationis negotium ipsum ex officio nostro sub compendio diffinire, Procuratoribus ipsis duximus injungendum, ut tam super exemptione prædicta quam super appellationibus memoratis, nos de juribus pertinentiarum earundem verbo tenus & in scriptis plenius informarent. Qui pro partibus ipsis super earum juribus nos juxtà hujusmodi mandatum nostrum informare curarunt. Nos igitur hujusmodi informatione recepta, volentes super præmissis ipsarum partium cavillationibus obviare, ac **amputare litigiozum et jurgiozum affractus et dispendia inter eos prohibendo et ordinando declaramus, et declarando decernimus,** *Quod præfati Abbas & Conventus Monasterii Sancti* Augustini Cant. *in Ecclesiis* Cantuarienſis *Civitatis & Diocesis in quibus ipsi jus Patronatus duntaxat optinent, & futuris temporibus obtinebunt, habeant præsentationem Rectorum & Clericorum, & alia quæ jura continent patronatus; Archiepiscopus verò* Cantuarienſis, *qui nunc est, & qui pro tempore fuerit, habeat in eisdem Ecclesiis institutionem & destitutionem, & tàm in eis quàm in Rectoribus Clericis & Parochianis ipsarum, etiam alia spiritualia, prout hinc & inde jura communia permittunt. In Ecclesiis quoque ipsarum Civitatis & Diocesis quas idem Abbas & Conventus in proprios usus habere noscuntur, & quas eis in futurum optinere contigerit, & Rectoribus seu Vicariis, Clericis & Parochianis earum, ipsi Abbas & Conventus habeant temporalia sua. Idem autem Archiepiscopus habeat spiritualia in eisdem, nec aliàs quam eis ex præsenti nostra declaratione permittitur, memorati Abbas & Conventus in prædictis Ecclesiis in quibus ipsi, ut dictum est, Jus Patronatus duntaxat habent, vel habebunt, & Rectoribus, Clericis, & Parochianis earum, & in Ecclesiis quas in proprios usus obtinent vel obtinebunt, aut in Rectoribus, seu Vicariis, Clericis, Parochiis, & Parochianis eorum jurisdictionem sibi vendicent, aut in eos exercere quoquo modo præsumant. Declaramus insuper, quod Clausula de personis degentibus in Ecclesiis, Capellis, & cæteris locis eorundem, ad Monachos & perpetuò conversos referatur. Insuper autem per Rectores & alios Clericos, necnon Parochianos prædictarum & aliarum quarumcunque Ecclesiarum* Cantuarienſis *Civitatis & Diocesis in quibus ipsi Abbas & Conventus qualemcunque jurisdictionem habere noscuntur, debitum honorem & reverentiam in pulsando campanas, in processionibus faciendis, & in omnibus aliis in quibus consueverunt & debent, Volumus & præcipimus exhiberi memorato Archiepiscopo, debitis & consuetis temporibus atque locis, præfato exemptionis nostræ privilegio in cæteris contentis in eo in pleno robore duraturo.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire, &c.

Thus this controversie between the Archbishop, Abbot and Monks, (which continued near 8. years space, to their vast expence, trouble, vexation) received this final determination. Wherein we may observe, 1. The detestable Corruption of Pope *Boniface*, his Cardinals, Notaries, and other Officers in the Court of *Rome*, in taking great bribes, rewards, and summes of money from both parties, and thereupon varying, nulling, repealing their Judgements, Sentences, Letters, Orders, Bulls,

Bulls, Priviledges, in favour, disfavour, to the advantage or prejudice of either party, according to the greatneſs or prevalency of their Bribes, without any regard to juſtice. 2ly. Their manifold arts to procraſtinate the final deciſion of the controverſies between them, to exhauſt their purſes, and gain new bribes, rewards from them and their Proctors. 3ly. The ſtrange ambitious, proud, contentious, turbulent ſpirits of the Archbiſhops, Abbots, Monks of *Canterbury*, in that and precedent times, evidenced by the manifold controverſies, violent proceeding, coſtly long-laſting ſucceſſive ſuits between them, by reaſon of Popes contradictory Bulls of Priviledges and exemptions granted to, and purchaſed by them at dear rates; which did but renue, increaſe, perpetuate their conteſts and appeals to *Rome*, inſtead of determining them. 4ly. The publike contempts, ſlightings of Popes Bulls, Mandates, Sentences, both by the Archbiſhop, Abbots, Monks, when they entrenched upon either of their claimed Priviledges or Juriſdictions. 5ly. Their groſs, frequent abuſes of Excommunications and Interdicts, fulminated, denounced againſt each other, upon every pretended contempt or violation of their claimed Priviledges or Juriſdictions.

An. 29 *E.* 1.

After the premiſed Declaration of Pope *Boniface* in favour of the Archbiſhop, he proceeded ſo violently againſt the Abbot, Monks and their adherents, by Excommunications, Interdicts, and other Eccleſiaſtical Cenſures, that he enforced them to ſubmit, and ſue unto him for abſolution and a friendly agreement between them, thus related by * *William Thorn.* *Quæ quidem Declaratio ſic publicata Anno ſupradicto, ſcilicet* 1303. *die Sancti* Dunſtani *Archiepiſcopi, in Eccleſia Chriſti* Cant. *immediatè poſt factam ibidem proceſſionem, præſentibus tunc Clericis & Laicis in magna multitudine ad eundem diem ſpecialiter vocatis & rogatis,* Henricus *Prior Eccleſiæ prædictæ prædicavit populo, cujus thema fuit hoc;* Fili, non dimittas legem matris tuæ, non tranſgredieris terminos quos poſuerunt patres tui; *Declarationem publicavit, notificavit, & in linguâ maternâ publicè expoſuit.* Poſtea vero Dominus Archiepiſcopus, Archidiaconus et eorum Officiales compellebant omnes Parochianos noſtros et tenentes. ac alios qui nobis medio tempore adhæſerunt, viliſſimas et importabiles pœnitentias facere, fuſtigantes circa Eccleſias, et per Merketa, ac ad deferendum cereos ad feretrum Sancti Thomæ contra voluntatem eorum, *videlicet* unumquemque ſecundum facultatem bonorum ſuorum, pro eo quod medio tempore nobis et noſtris fuerant intendentes et obedientes. *Igitur iſta publicatione facta,* omnes et ſinguli Rectores et Vicarii, qui prius Abbati adherebant, ſe a divinis ceſſabant, feſtinantes ſe de querendo gratiam et præſentiam Archiepiſcopi. *Qui in præſentia ipſius conſtituti,* bi et metu ducti, fatebantur ſe ipſos ſententia majoris excommunicationis per ipſum et ſuos Commiſſarios fuiſſe innodatos, et petierunt reformationem ſtatus ſui. Factaque ſibi reſignatione et ceſſione beneficiorum ſuorum, et facto juramento de ſtando mandatis Eccleſiæ, juxta eorum petitionem obtinuerunt. * Et ſic omnia beneficia abſque Paſtoribus manſerunt deſolata, et dicti Rectores et Vicarii irregulares ibidem pronunciati per Archiepiſcopum ſupradictum. Similiter et Capellani Parochiales et alii annalia celebrantes a divinis ceſſarunt, gratiam et benevolentiam ejuſdem humiliter petentes, confitebantur ſeipſos ſententia excommunicationis fuiſſe ligatos, petentes reformationem ſtatus ſui, præſtitoque juramento de ſtando mandatis Eccleſiæ, optinuerunt. Et aliqui eorundem pronunciati fuerunt ibidem irregulares, quidam vero poſtmodum gratiam optinuerunt. *Set Rector de* Brockland *& Vicarius de* Menſtre, *non reputantes ſe aliqua ſententia fuiſſe ligatos, non ſtatim ſubmiſerunt ſe, quia proceſſum Archiepiſcopi tunc pendente cauſa in Curia* Romana *indeciſa, aliquo modo credebant non poſſe valere. Rector Eccleſiæ* Fritindenne *volens ab animarum Curâ exonerari, purè, ſpontè & abſolutè in manus Domini Abbatis in Hoſpitio ſuo apud* Suthwerk *reſignavit.*

* Chron. Wil. Thorne, col. 1997, to 2003.

Nota.

* Nota.

Viſis iſtis doloribus, grabaminibus et anguſtiis, Rectoribus, Vicariis, Capellanis, Parochialibus et Annalia celebrantibus, necnon tenentibus Parochianis et aliis ante Declarationem Abbati adhærentibus per Archiepiſcopum, Archidiaconum, Commiſſarios et alios miniſtros eorundem illatis, et qualiter graviora in poſterum comminantur inferre, *prædicti Abbas & Conventus miſerunt ad eum Dominum* Johannem Tavy *Militem, duos Monachos, cum aliis, tunc apud* Colceſtriam *exiſtentem; Et poſt ſalutationem ſibi factam, idem Dominus* Johannes *dixit Archiepiſcopo,*

An. 29 E. I. *Archiepiscopo, qualiter solebat esse amicus Ecclesiæ Sancti* Augustini, *& rogavit eum ex parte Abbatis & Conventus*, quod illam suam amicitiam antiquam vellet continuare in futurum, et quod placeret ei aliquam bonam viam ordinare, quod pax et concordia esset de cætero inter ipsum et Abbatem, et quod placeret sibi nulla gravamina inferre Clericis vel Laicis adhærentibus prædictis Abbati et Conventui ante publicationem declarationis antedictæ pro dissensionibus, discordiis, et contentionibus inter ipsos prius habitis. *Cui respondit Archiepiscopus*, quod Charitatem habuit essentialem, set eam in effectum ostendere non poterat, quia grabatus fuit per eos sumptibus expensis et laboribus. *Et quando super hiis competens emenda sibi per eosdem fuerit facta, tunc foret amicus sicut solebat esse.*

REX dilecto & fideli ſuo *Rogero de Brabazon*, ſalutem. Cum aſſignavimus vos una cum quibuſdam aliis fidelibus noſtris, **ad Perambulationem in Foreſtis noſtris infra Comitatus noſtros** *Salop*, *Stafford*, & *Derb.* **faciendam**: Vobis mandamus, quod ſitis *Litchfield.* in craſtino *Aſcentionis Domini* proximo futuro, parati exinde cum dictis fidelibus noſtris **proficiſci ad Perambulationem illam faciendam**; quibus mandavimus, **quod tunc ad hoc faciendum modis omnibus perſonaliter ſint ibidem. Et hoc nullo modo omittatis.** Ita quod per veſtrum defectum expeditio dicti negotii infecta non remaneat quoquo modo. Teſte Rege apud *Weſtm.* primo die *Aprilis*. Clauſ. 28 E. I. m. 8. dorſo. De Perambulatione in diverſis Comitatibus.

Eodem modo mandatum eſt *Radulpho de Hengham*, ad Perambulationem in Foreſtis Regis infra Comitat. *Eſſex. Buks. Oxon.* faciend. aſſignato, quod ſit apud * ——— die prædicto.

Eodem modo mandatum eſt Magiſtro *Johanni Lovell*, ad Perambulationem in Foreſtis Regis infra Comitat. *Sommerſet. Dorſet. Devon.* faciend. aſſignato, quod ſit apud ——— die prædicto.

Eodem modo mandatum eſt *Johanni de Berewick*, ad Perambulationem in Foreſtis Regis infra Comitat. *Smith.* & *Wiltes*, faciend. aſſignato, quod ſit apud ——— die prædicto.

Eodem modo mandatum eſt *Willielmo Inge*, ad Perambulationem in Foreſtis Regis infra Comitat. *Glouceſtr. Hereford. Wigorn.* faciend. aſſignato, quod ſit apud ——— die prædicto.

Eodem modo mandatum eſt *Johanni Denel*, *Willielmo Bretenhue*, & *Henrico de Gildeford*, aſſignatis ad Perambulationem Foreſtarum cum *Rogero de Brabazon*, videlicet cuilibet eorum per ſe, quod perſonaliter ſit apud *Litchfield* ad diem prædictam.

Eodem modo mandatum eſt *Willielmo Truſſell*, *Stephano de Graveſend*, & *Willielmo de Sutton*, aſſignati ad Perambulationem faciend. una cum *Radulpho de Hengham*, vid. &c. quod ſit perſonaliter apud, &c.

Eodem modo mandatum eſt *Gilberto de Knovill*, *Johanni Gerbod*, & *Hunfrido de Walden*, aſſignati ad Perambulationem faciend. una cum Magiſtro *Johanne Lovell*, vid. &c. quod ſit perſonaliter apud, &c.

Eodem modo mandatum eſt *Waltero de Glouceſtr. Waltero de Fawely*, & *Johanni de Crokeſly*, aſſignati ad Perambulationem faciend. una cum *Johanne de Berewick*, vid. &c. quod ſit perſonaliter apud, &c.

Eodem modo mandatum eſt *Henrico de Cobham*, *Willielmo de Mortuo Mari*, & *Nicholao Fernham*, aſſignati ad Perambulationem faciend. una cum *Willielmo Inge*, vid. &c. quod ſit perſonaliter apud, &c.

* These blanks for the place are not filled up, but left in the Roll.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni de Litchgrayne*, ſalutem. Cum aſſignavimus vos una cum quibuſdam fidelibus noſtris, **ad Perambulationem in Foreſtis de** *Shirewood*, *Inglewood* & *Galtres* **faciendam**: Vobis mandamus, quod ſitis apud *Ebor.* coram Theſaurario & Baronibus noſtris de Scaccario in die *Paſchæ* in 15. dies, parati exinde cum dictis fidelibus noſtris **proficiſci ad Perambulationem illam faciendam**; quibus mandavimus, **quod tunc ad hoc faciendum modis omnibus perſonaliter ſint ibidem. Et hoc nullatenus omittatis.** Ita quod per veſtrum defectum **expeditio dicti negotii infecta non remaneat quoquo modo.** Teſte Rege apud *Weſtm.* primo die *Aprilis*. Ibidem.

Et mandatum eſt *Johanni Bynn*, *Michaeli de Hartecla*, *Harſculpho de Oresby*, *Ade de Crokedayk*, & *Richardo Oyſell*, **aſſignatis ad Perambulationem faciendam, una cum prædicto** *Johanne*, videlicet quilibet eorum per ſe, quod ad diem prædictum modis omnibus perſonaliter ſit apud *Ebor.* coram prædictis Theſaurario & Baronibus. Teſte ut ſupra.

Yet all theſe Writs and Commiſſions would not ſatisfie the jealous Earls and others, that the Perambulation of the Foreſts would be really effected, or ſpeedily accompliſhed by the King: Whereupon, as * *Walſingham* and *Knyghton* ſtory, *Rex Angliæ ſub his diebus* **Parliamentum tenuit** Stamford, *ad quod convenerunt Comites & Barones*

* Walſingham Hiſt. Angl. p. 48. Ypodigma Neuſtr. p. 88. Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 13. col. 2528.

An. 28 E. 1. *Barones cum equis & armis, eo prout dicebatur propoſito,* **ut executionem Chartæ de Foreſta hactenus dilatam, extorquerent ad plenum. Rex autem eorum inſtantiam et importunitatem attendens, eorum voluntati in omnibus condeſcendit;** (or as *Knyghton*, **de qua re Rex integre et plene eorum voluntatem implevit ad vota.**) Moreover the King at *Stamford* iſſued theſe Writs to the Sheriff of *Lincoln*, and all other Sheriffs, for the reading, proclaiming four times in the year, and obſerving of the Statute of *Wynton* in all its Articles, as he had of the *Great Charter*, and *Charter of the Foreſt* by former Writs.

Clauſ. 28 E. 1. m. 7. dorſo. De ſtatuto Winton. Magna Charta, & Charta de Foreſta tenendis.

REX Vic. *Lincoln.* ſalutem. Quia modernis temporibus multò plures malefactores & pacis noſtræ perturbatores quàm ſolebant temporibus retroactis vagantur infra regnum noſtrum de patria in patriam, & diſcurrunt, roborias, incendia, & homicidia, in læſionem pacis noſtræ manifeſtam multipliciter perpetrantes, eo quod ſtatutum noſtrum quod apud *Wintoniam* octavo die *Octobris*, anno regni noſtri tertio decimo, pro conſervatione pacis noſtræ in dicto regno, de communi conſilio ejuſdem regni fieri fecimus, hactenus non exſtitit obſervatum; per quod volumus, quod ſtatutum illud quod tibi mittimus ſigillo noſtro conſignatum, in omnibus & ſingulis Articulis ſuis de cætero firmiter teneatur, & inviolabiliter obſervetur. Tibi præcipimus, **quod ſtatutum prædictum in pleno Comitatu quatuor per annum, ad terminos ad quos Magnam Chartam de Libertatibus** *Angliæ*, **et Chartam de Foreſta, pro te in eodem Com. legi nuper præcepimus et publicari, legi et publice proclamari, et illud in omnibus et ſingulis Articulis ſuis, quantum in te eſt, obſervari facias firmiter et teneri:** Et hoc nullatenus omittas. Teſte Rege apud *Stamford.* 2 die *Maii.*

Conſimiles literæ diriguntur ſingulis Vicecomitibus per *Angliam.* Teſte ut ſupra,

The King 8. dayes after being at St. *Edmunds*, to ſatisfie his Earls and Nobles, iſſued theſe memorable Writs to the 3. Knights and others elected in each County, for the obſervation of the Articles in the *Great Charter*, the *Charter of the Foreſt*, and the Statute of *Winton*, and puniſhing all offences againſt them, not formerly puniſhable by the Common Law of the Realm, and Kings Juſtices.

Pat. 28 E. 1. m. 14. De Articulis in Magna Charta contentis, & ſtatuto Regis apud Winton. edito obſervand.

REX dilectis & fidelibus ſuis *Johanni de Harington, Johanni de Aungervill,* & *Johanni de Holt*, ſalutem. **Quia Magna Charta de Libertatibus** *Angliæ*, **et Charta de Foreſta,** quas Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* pater noſter **populo regni ſui ad utilitatem ejuſdem regni conceſſit, pro eo, quod pœna in tranſgreſſores ſeu vententes contra tenores Chartarum prædictarum prius ordinata non erat, non fuerunt in quibuſdam ſuis Articulis obſervatæ. Nos ad requiſitionem Prælatorum, Comitum, Baronum, et aliorum fidelium noſtrorum, plenam ſub certa forma contra omnes illos qui contra Chartarum dictarum tenores vel aliquem Articulum earundem quodliſmodo de cætero ventre præſumpſerint, ordinandam duximus et etiam ſtatuendam, ita quod Chartæ illæ adeo plene ſicut eas conceſſimus, renovavimus et confirmavimus, exnunc teneantur et obſerventur in ſingulis Articulis earundem, et ad Chartas illas in Com.** *Leic.* **in ſingulis ſuis Articulis in quibus remedium prius per Communem Legem provium non fuerat firmiter obſervandas, aſſignavimus vos Juſtic. noſtros ad querelas omnium et ſingulorum de eodem Com. tam infra Libertates quam extra, conquerencium ſeu conqueri volencium de omnibus illis qui contra tenores Chartarum prædictarum in aliquo Articulorum ſuorum venerint ſeu deliquerint in Com. prædicto, tam videlicet de Miniſtris noſtris extra placeas ſuas, quam etiam de aliis quibuſcunque audiendas, et ad hujuſmodi querelas de die in diem, non allocando dilationes quæ per Legem Communem allocantur, celeriter terminandas, et etiam ad omnes illos quos contra tenores Chartarum prædictarum in aliquo Articulo earundem, ubi prius per Communem Legem remedium non fuerat, ut prædictum eſt, venire ſeu delinquere et inde convinci contigerit coram vobis, per impriſonamentum, redemptionem vel amerciamentum, ſecundum quod tranſgreſſio exegerit puniendos.** Aſſignavimus etiam vos ad faciendum ſtatutum per nos nuper de communi conſilio regni noſtri pro conſervatione pacis noſtræ apud *Winton.* editum, **quod ad ſingulos Comitatus regni noſtri ſub ſigillo noſtro mittimus,** jam de novo, de cætero in

ſingulis

singulis suis Articulis sub pœnis in eodem Statuto contentis, in Com. prædicto ob- *An.* 28 E. I.
servari firmiter & teneri, & ad omnes transgressores & contravenientes puniendos, juxta formam statuti ejusdem; Ita videlicet, quod si vos omnes ad hæc faciend. quociens opus fuerit intendere non possitis, tunc duo vestrum quos præsentes esse contigerit nichilominus ea faciant & exequantur in forma prædicta. Et ideo vobis mandamus, quod ad præmissa facienda & explenda diligenter intendatis, sicut prædictum est; **Salvis nobis redemptionibus, amerciamentis et aliis ad nos inde spectantibus.** Mandavimus enim Vic. & omnibus Ballivis & Ministris Com. prædicti, tam infra libertates quam extra, quod vobis omnibus & duobus vestrum in præmissis omnibus & singulis intendentes sint et respondentes, quociens eis scire feceritis ex parte nostra. Nolumus autem nec intendimus quod virtute istius potestatis vobis datæ, placitum aliquod in casu in quo secundum legem communem per breve provisum remedium prius erat, per vos teneatur, seu legi communi præjudicetur, aut dictis cartis in aliquo derogetur. In cujus, &c. Teste Rege apud Sanctum *Edmundum* 10 die *Maii*, Anno 28 E. I.

Eodem modo assignantur Milites & alii subscripti in Comitatibus subscriptis, *videlicet*,

Nicholaus de Weyland, Johannes de Peyton, & Johannes de Biskele, *in Com.* Suff.

Walterus de Paveley, Robertus de Vernoun, & Johannes de Grimestead, in *Com.* Wiltes.

Johannes le Bretton, Johannes de Cokefield, & Robertus de Burgulion, *in Com.* Norff.

Johannes de Clynton de Coleshill, Philippus de Gayton, & Johannes de Lodbrook *in Com.* Warr.

Thomas de Scalleriis, Galfridus Wardeleyes, & Baldewinus de Colne, *in Com.* Kant.

Johannes de Dene, Robertus de Bayons, & Willielmus de Pappeworth, *in Com.* Hunt.

Willielmus de Cressey, Richardus de Bingham, & Robertus de Staunton, *in Com.* Nott.

Egidius de Meynell, Henricus *filius* Herberti, & Johannes Deynecurt *in Com.* Derb.

Radulphus Reynell, Johannes de Paybenham, & Willielmus de Hotot, *in Com.* Bedford.

Rogerus de Tirringham, Johannes Neytmitt, & Laurentius de Bluntesdon, *in Com.* Buks.

Richardus de Wyndesore, Adam de Brampton, & Johannes de Spershop, *in Com.* Berks.

Johannes de Sancto Claro, Johannes de Langham, Richardus Damory, & Johannes de Elsfield, *in Com.* Oxon.

Richardus le Baskervill, Robertus le Petit, & Thomas Pickhard, *in Com.* Heref.

Henricus Tregaz, Henricus Husee, & Willielmus Eckingham, *in Com.* Sussex.

Warresius de Valloignes, Thomas de Insula, & Lucas de Porta, *in Com.* Cantebr.

Willielmus de Fokerham, Edmundus de Grafton, & Richardus de Griminhall, *in Com.* Wygorn.

Robertus de Glamorgan, Willielmus de Brembesheate, & Nicholaus de Pershete, *in Com.* Sutht.

Willielmus de Chambernoun, Andræas de Trestock, Willielmus le Graunt, *in Com* Devon.

Richardus de Heydon, Robertus de Sancto Claro, & Richardus Pick, *in Com.* Somerset.

Willielmus de Brok, Rogerus de Suthcoate, & Simon de Kenfiton, *in Com.* Middlesex.

Henricus de Kighley, Robertus de Holland, & Alanus de Norreys, *in Com.* Lancastr.

Lucas Tailboys, Willielmus de Faunes, & Willielmus de Swethorp, *in Com.* Northumbr.

Hugo Peverell, Reginaldus de Bevill, & Johannes de Restminster, *in Com.* Cornub.

An. 28 *E.* 1. Hugo de Multon, Johannes de Goldington, & Robertus de Wessington *in Com.* Westmerl.

Willielmus de Sancto Quintino, Petrus Bocard, & Johannes de Kirkeby, *in Com.* Eborum.

Hugo Wake, Elias de Preston, & Thomas Wale, *in Com.* Northampton.

Robertus de Frigesthorp, Petrus Levener, & Robertus ad Aulam *in Com. Roteland.*

Willielmus de Enneis, Johannes Aynell, & Thomas de Harpesfield, *in Com.* Heref.

Johannes le Britton, Jollanus de Dureme, & Petrus de Suthherch, *in Com. Essex.*

Johannes de Hamme, Henricus de Gildford, & Walterus de Gedding, *in Com.* Surr.

Petrus Crok, Walterus de Helyn, & Johannes de Langele *in Com.* Glouc.

Robertus Corbet, Richardus de Harley, & Thomas de Rosscale, *in Com.* Salop.

Johannes Goland, Ranulphus de Treskenny, & Thomas de Burnham, *in Com.* Linc.

Willielmus de Stafford, Robertus de Pype, & Willielmus de Wrotesley, *in Com.* Stafford.

Richardus de Havering, Stephanus Pruwett, & Johannes de Stok *in Com.* Dorset, (*elected by the premised Writs, and after thus Commissioned by the Kings Patents.*)

Pat. 28 E. 1. m. 14. De intend. Justic. ad Articulos & Statutum prædict. Assign.

REX Vicecomiti *Leyc.* & omnibus Ballivis & Ministris de eadem Com. tam infra Libertates quam extra, salutem. Quia *Magna Charta*, &c. (*ut supra*, usque *ibi firmiter observandas.*) Assignavimus dilectos & fideles nostros *Johannem de Harrington, Johannem de Aungervill*, & *Johannem de Holt*, **Justiciarios nostros ad querelas omn.** &c. (*ut supra*, usque ibi *exigeret puniendos.*) Assignavimus etiam eosdem *Johannem, Johannem*, & *Johannem* ad faciend statutum, &c. (usque ibi *ita videlicet*) quod si ipsi omnes, &c. (*ut supra*) tunc duo ipsorum quos præsentes esse contigerit ea faciant & exequantur, prout in Literis nostris Patentibus præfatis *Johanni, Johanni*, & *Johanni* inde confectis plenius continetur. Et ideo vobis mandamus, firmiter injungentes, quod eisdem *Johanni, Johanni*, & *Johanni*, & duobus eorum in præmissis omnibus & singulis intendentes sitis & respondentes, quociens ipsi, aut duo eorum vobis scire fecerint ex parte nostra. Et hoc nullo modo omittatis. Teste Rege ut supra.

Eodem modo mandatum est singulis Vicecomitibus Comitatuum suprascriptorum, & omnibus Ballivis et Ministris de eisdem Com. tam infra Libertates quam extra, quod Militibus in Com. illis assign. ad querelas, &c. *ut supra.* et ad faciend. statutum, &c. intendentes sint & respondentes, sicut prædictum est. Teste ut supra.

Ibidem. De potestate data recipiend. Sacram. a quibusdam assign. ad prædictos Articulos & Statutum observandum.

REX dilecto & fideli suo *Petro Crok* salutem. De fidelitate vestra plenius confidentes, Dedimus vobis potestatem recipiendi in pleno Com. *Glouc.* **Sacrament. dilectorum et fidelium nostrorum** *Walteri de Heylin*, & *Johannis de Langele*, quos una vobiscum **assignavimus Justic. nostros, ad transgressiones quas contra tenores** Magnæ Chartæ & Chartæ de Forestæ **fieri continget in eodem Com. audiend. et terminand.** Ac etiam ad observationem Statuti nuper apud *Wynton.* de communi Consilio nostro, juxta potestatem vobis et ipsis per Literas nostras Patentes inde traditam, **quod bene et fideliter faciant et exequentur, et quæ pertinent ad officium suum in hac parte, juxta formam potestatis ejusdem.** Et ideo vobis mandamus, quod **Sacramentum prædictorum** *Walteri* & *Johannis* **recipiatis in forma prædicta.** Mandavimus enim Vic. nostro Com. prædict. quod præfatos *Walterum* & *Johannem* coram vobis in pleno Com. suo venire fac. ad præstand. ibidem Sacramentum suum, sicut prædictum est. In cujus, &c. Teste Rege apud *Sanctum Edmundum*, decimo die *Maii.*

Consimilem potestatem habent Milites subscripti recipiendi Sacramentum subscriptorum secum in Com. subscriptis Assignatorum, videlicet.

Nicholaus de Weyland, & Johannes de Peyton, *recipiendi Sacramentum* Johannis de Biskele.

Johannes de Cokefeld & Robertus le Burgulion, *recipiend. Sacramentum* Johannis le Bretun.

Johan

Johannes de Dene & Willielmus de Pappworth, *recipiend. Sacramentum* Roberti de Bajosis. *An.* 28 *E.* 1.

Radulphus Peynell, *recipiendi Sacramentum* Johannis de Pabenham, & Willielmi de Hotot.

Rogerus de Tirringham & Johannes Neirwit, *recipiend. Sacramentum* Laurence de Bluntsdon.

Richardus Damory & Johannes de Ellesfield, *recipiend. Sacramentum* Johannis de Sancto Johann de Langham.

Johannes Tregaz & Henr. Husee *recipiend. Sacramentum* Willielmi de Eccenebam.

Ricardus de Havering, *recipiendi Sacramentum* Stephani Prewet & Johannis de Stoke.

Robertus de Glamorgan & Nicholaus de Persbete, *recipiendi Sacramentum* Willielmi de Brembesbete.

Willielmus de Chambernoun & Andreas de Trestok, *recipiendi Sacramentum* Willielmi de Graunt.

Robertus de Sancto Claro, *recipiendi Sacramentum* Richardi de Heydon & Richardi Pyk.

Willielmus de Brok, Rogerus de Suthcoate, *recipiendi Sacramentum* Simonis de Kensinton.

Robertus de Holland, *recipiendi Sacramentum* Henrici de Kighly, & Allani de Norreys.

Hugo Wake & Thomas Wale, *recipiendi Sacramentum* Eliæ de Preston.

Johannes de Goldington *recipiendi Sacramentum* Hugo de Mutment & Roberti de Wessington.

Moreover the King not long after issued this Writ to the Treasurer and Barons of the Exchequer for the observation of the *Grand Charter* in all matters before them in all its Articles, wherein there is no mention of the *Charter of the Forest*.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario, salutem. Quia volumus quod **Magna Charta** Domini *Henrici* quondam Regis *Angliæ* Patris nostri **de Libertatibus Angliæ, quam confirmabimus et etiam innovabimus, in omnibus et singulis Articulis suis firmiter et inviolabiliter observetur**; Vobis mandamus, **quod Chartam prædictam in omnibus et singulis suis Articulis, quantum in vobis est, coram vobis in dicto Scaccario observari faciatis firmiter et teneri.** Teste Rege apud *Dunfres* 23 die *Octobris*. Clauf. 28 E. 1. dorf. 2. De Articulis contentis in Magna Charta observandis in Scaccario.

The King to receive the returns of the Perambulations of the *Forests*, and to hear and determine all just Exceptions against them, issued this memorable Writ of Summons to the Sheriffs for a Parliament to be held at *Lincoln* for that and other arduous affairs of the Realm.

REX Vic. *Cumbr.* salutem. **Cum nuper pro communi utilitate populi regni nostri concessimus, quod** CARTA DE FORESTA **in singulis suis Articulis observaretur, assignando quosdam de fidelibus nostris in singulis Comitatibus regni in quibus Foreste nostræ existant, ad Perambulationem illam distincte et aperte factam, ad Nos, antequam aliqua executio vel aliquid aliud inde fieret, reportarent: & quod Juramentum nostrum, jus Coronæ *Angliæ*, rationes & calumpnia nostra, necnon jus, rationes & calumpnia aliarum omnia salva forent. Nos licet dilecti & fideles nostri nunc primo ad Nos detulerunt quod fecerint in negotiis memoratis, quia tamen Prælati, Comites et Barones et cæteri Magnates dicti regni, in quorum præsentia nostras et aliorum proponi et audiri volumus rationes, et de quorum consilio in eodem negotio, prout alias dirimus, intendimus operare. Maxime cum ipsi ad observand. et manutenend. jura Regni ac Coronæ nostræ prædicta una Nobiscum juramenti vinculo sunt astricti, juxta latus nostrum tunc temporis non fuerunt: Ac pro eo similiter, quod illi qui suas rationes quatinus illud negocium illos tangit proponere debeant, indè præmuniti non erant, eodem negotio sine ipsorum Consilio finem imponere non potuimus bono modo. Et quia negotium illud quantum possumus cupimus maturari, ita quod per Nos non fiet absque** Cl. 28 E 1. m. 3. dorso De Militibus, Civibus & Burgensibus mittendo ad Parliament. Regis. See the 2d Part of my Brief Register & Survey of Parliamentary Writs, p. 53, 54, 55, & Part 4. p. 12, 13.

An. 28 *E.* 1. que ulteriozis dilationis incommodo, (quin) effectum debitum soztiatur. Volentes cum Prælatis, Comitibus, Baronibus & Magnatibus supradictis, ac cum aliis de Communitate dicti Regni super hoc, et quibusdam aliis arduis negotiis Nos et statum regni prædicti tangentibus habere colloquium et tractatum. Tibi præcipimus firmiter injungentes, quod venire facias coram Nobis ad Parliamentum nostrum apud *Lincolniam* in Octabis Sancti *Hillar.* prox. futur. duos Milites de Balliva tua, illos videlicet qui pzo Communitate Com. prædicti ad Parliamentum nostrum ultimo præteritum per præceptum nostrum venirent: et etiam de qualibet Civitate infra Ballivam tuam eosdem Cives, et de quolibet Burgo eosdem Burgenses qui ad prædictum Parliamentum nostrum aliàs sic venerunt. Et si fortè aliquis Militum, Civium aut Burgensium prædictorum mortuus fuerit, aut infirmus, per quod ad dictos diem & locum venire nequit, tunc loco illius mortui aut infirmi, unum alium idoneum ad hoc eligi, & ad dictum Parliamentum nostrum venire facias; ita quod Milites, Cives & Burgenses prædicti, dictis die & loco modis omnibus interfint, cum plena potestate audiendi et faciendi ea quæ ibidem in præfatis negotiis ozdinari contigerint pzo communi commodo dicti regni. Et eisdem Militibus de Communitate Com. prædicti, & Civibus de Civitatibus, & Burgensibus de Burgis prædictis, rationabiles expensas suas habere facias in veniendo ad Parliamentum nostrum, ibidem mozando, et exinde redeundo. Tibi insuper præcipimus, sicut prius, quod per totam Ballivam tuam sine dilatione publicè proclamari facias, Quod omnes illi qui Perambulationem in aliquo calumpniari voluerint, quod sint coram Nobis in Parliamento nostro prædicto, ostensuri in hac parte rationes suas et calumpnias si quas habent: Et habeas ibi nomina Militum, Civium & Burgensium & hoc Breve. Teste Rege apud *le Rose*, 20 die *Septembris*,

Consim. literæ diriguntur Vic. subscriptis in quorum Com. Forestæ existunt, *viz.* Vic. *Westmerland. Eborum, Nottingham, Derby, Northampton, Bucks, Huntindon, Essex, Surr. Suthhampt. Wiltes, Sommerset, Dorset, Devon. Gloucestr. Wygorn, Hereford, Roteland, Oxon, Salop, Stafford, Warr.*

REX Vic. *Lincoln.* salutem. Cum nuper pro communi utilitate, &c. (*ut supra*, usque ibi *pro communitate dicti regni.*) Et habeas ibi nomina prædictorum Militum, Civium & Burgensium & hoc breve.

Eodem modo mandatum est Vic. subscriptis, in quorum Com. non sunt Fozestæ, viz. *Norff. Suff. Cantebr. Bedf. Kent, Sussex, Middlesex, Lezcestr. Northumbr. Cumbr. Lancastr. Heref.*

The Parliament being met together at *Lincoln*, *In octabis Sancti* Hilarii (as * *Matthew Westminster* informs us) *tenente Rege Parliamentum suum* Lincolniæ, conquesti sunt Comites et Barones, de toztuosis et violentis depzædationibus, undique per ministros et familia Regis factis. Kursum petierunt, ut libertates in Magna Charta contentæ, ex tunc in suo robozе pzimitivo in perpetuum perdurarent. *Item postulaverunt*, ut deaffozestationes pzo quibus angustiabantur omnes divites plebis, a Rege sæpius concessas, sed hactenus opere non completas, remota ulteriozi dilatione, fieri juberet decretas. His et quibusdam aliis articulis instantissime a Rege postulatis, pzocrastinatis quampluribus diebus; *demum videns Rex*, quod non desisterent ab inceptis, nec adquiescerent sibi in necessitatibus suis, ut populo generatim gratam faciat; *respondit*, Se esse paratum concedere et ratificare petita, et si qua alia quoquo tempozе poscerent, vel ducerent confirmanda. Renobatæ sunt igitur Chartæ de Libertatibus, et de Foresta, sigilloque Regio munitæ, et in unoquoque Comitatu per Angliam deferuntur. *Quibus coram populo divulgatis*, violatozes earum *Maiozi Excommunicationis Dominus Archiepiscopus Cantuariensis cum cæteris Coepiscopis, innodabit. *Porro pro hoc confirmationis effectu, concesserunt Comites & Barones Regi quintamdecimam partem bonorum suorum mobilium, infesto Sancti* Michaelis *proxime tunc futuro.* *Ea res* (as *Polydor Virgil* observes) ita omnium animos devinxit, *ut populus ex decima parte fructus prædiorum unius anni, tributum perpenderat*, quo Pzinceps sentiret suum beneficium in vulgus gratum esse. Sed Robertus Archiepiscopus Cantuariensis (such was his treachery, obstinacy and ingratitude to the King, notwithstanding his pardon and restitution to his Protection, Temporalties, and Goods, for his *former delinquen-

* Flores, Hist. An. 1300. P. 415, 426. Polydor. Virgil, Angl. Hist. P. 343.

* See here, p. 743, 744, 745.

*Here, p. 721, 732, 787.

cy

cy of this kinde) pro Clero nihil voluit concedere, neque de temporalitate annexa Ecclesiæ, sine licentia Summi Pontificis speciali. Such a devoted vassal was he to the Pope, and his Antimonarchical Decrees. *An.* 28 & 29 *Edw.* 1.

The King hereupon to satisfie his Prelates, Nobles, Commons, issued these new Letters Patents under his Great Seal to all Counties within the Realm, for the observation of the *Great Charter* and *Charter of the Forest* in all their Articles, and nulling all Statutes against any Article of them, by the *Common Counsil* of the Realm in due manner; 4. whereof I found extant in the *Tower* under his Great Seal.

An. 29 *E.* 1.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis, quod cum Nos Magnam Chartam Domini *H.* quondam Regis *Angliæ* patris nostri de Libertatibus Angliæ, una cum Carta de Foresta concesserimus, ac confirmavimus ac innovabimus per Cartam nostram, præcepimusque quod Cartæ illæ in singulis suis articulis tenerentur et firmiter observentur. Volumus et concedimus pro nobis et hæredibus nostris, quod si quæ statuta fuerint contraria dictis Chartis vel alicui articulo in eisdem Chartis contento, ea de communi consilio regni nostri modo debito emendentur, vel etiam adnullentur. In cujus rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Lincoln.* 19 die *Februarii*, Anno regni nostri vicesimo nono.

In *Rotulo* Perambulationum Forestarum, An. 29 E. 1. m. 18. the Transcript of these Letters Patents is inrolled *verbatim* as before, with this subscription. *Et est ista Carta pro Com.* Bedf. *Consimiles Cartæ fiant pro Com. subscriptis, viz. Pro Comitatibus* Cornub. Warr. Sutht. Linc. Kanc. Stafford, Huntind. Derb. Northt. After which followes the several *Perambulations* of the Forests then made by special Justices, Commissioners and Juries upon Oath in form ensuing.

Ex Rotulo Perambulationum Forestarum, Anno 29 E. 1. m. 18.

Staff. EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberaiæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis, quod cum Communitas Regni nostri nobis concesserit quintamdecimam omnium bonorum suorum mobilium quæ habebunt in festo Sancti Michaelis proximo futuro extunc tarandorum, quæ quidem Quintadecima post hujusmodi taxationem colligi debet, levari et fideliter nobis solvi. Volumus et concedimus pro nobis et hæredibus nostris, quod Perambulationes factæ coram dilecto et fideli nostro Rogero le Brabanzon, et sociis suis ad hoc assignatis, per præceptum nostrum de Forestis nostris in Com. Stafford. de cætero teneantur et observentur, per metas et bundas contentas in eisdem perambulationibus, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum. *La puralee de la* Foreſt *en la Conte de* Stafford *fece devant Monsire* Rogier Brabazun, *Monsire* Williame Bontevileyne, *Monsire* Johan Druwell, *o Sire* Henr. de Guldeford *Justices nostre Seigneur le Roi a cele puralefere, Mescredy en la Semeyne de* Pentecuste, *l'an du Regne le Roi* Edward *vint utisme, de la Foreſt du* Cannok, *en la presence* Williame Trumwyn, Estevene de Elmedon, *Foresters de lavantdite Foreste de fee, en la presence* Johan de Heravile, Richard de Barton, Robert de Wiston, *Verders de la vantdite foreſt*, per le Serment Robert de Estaundon, Williame de Mere, Geoffrey de Gresley, Johan le Wasteneys, Henr. Maunesin, Henr. de Creswall, Huwe de Weston *Chivalers*, Williame de Wrottesley, Robertus le Hunt, Estevene de Wollaston, Richard Sprigenell, Michell de Norton, Henry de Alrewas, Robertus de Semford, Thomas de Titnesmere, Robert de Sewalfield, Henr. de Verdoun, William de Tymmor, Richard de Berkbury, Robert de Horseley, Williame de Tamenham, & Johan de Cressewell. Qui dient par lieur serment, *qe nostre Seigneur le Roi qe ore est, si ad quatre hujus en la vantdite* Foreſt *dehors* Watlinstrete, *vers le North. Cestassavoir la hay de* Hopewas, *la hay de* Alrewas, *&c.* (there at large recorded) *la Vile de* Wolaston, *une partie de terre de* Swynesford, *de* Bellemor, *de* Haagaley, *de* Brome, *la vile de* Chirchhull, *la vile de* Vennorton, *une party de terre de* Yeldentre, *de* Chadeste, *de* Hurcote, *une parte de Waste de* Kydderminstre, *e la vile de dune lent* Hethey *e la vile de* Wolnardeley, *le vile de* Kynningfard, *la vile de* Arley, *la vile de* Eveneſſend, *de* Morf de Luteley, *e de* Bobbinton, *oue les* bois, *e les* wastz, *ove les Appurtenances, sont aforesters puis la Coronement*

An. 29 *E.* 1. *ment le Roi* Henri Besael *nostre Seignour le Roi qe ore est. En tesmoigne des queux choses les Jurors avantditz a ceste puralee ont mis leur seaus.* **Ita quod quicquid per istas Perambulationes ponitur extra Forestam, remaneat extra Forestam, et residuum remaneat Foresta, secundum metas et bundas prædictas imperpetuum.** In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Lincoln.* 14 die *Febr.* Anno, &c. vicesimo nono. After which the Perambulation of the other Forests follow in that Roll.

Thus were these two Great Charters fully and absolutely ratified, and this grand businesse of the Perambulations of all Forests settled, confirmed, after all these successive Parliamentary contests between the King and his Nobles concerning them, to the Nobles and Commons great content and satisfaction, though not with so much sincerity on the Kings part as they imagined, which he afterwards discovered * to his great dishonour, and justification of the Earls and Nobles jealousies of his sincerity therein.

* Walsingham Hist. Angl. p. 6. & Daniels History, p. 200.

An. 28 *E.* 1. In Turre London An. 28 E. 1.

In the Bundles of Writs in the White Tower, *An.* 28 *E.* 1. there are only these 3. Writs extant, (the rest being lost, or putrified) for holding and prosecuting Suits in Court Christian by the usurping Clergy. Edwardus, &c. *Vic.* Not. &c. *Pone*, &c. Thomam *Archiepiscopum* Ebor. *quod sit coram Justiciariis nostris*, &c. *apud* Ebor. & *Magistr.* Robertum de Carebelesby *Clericum suum, ad respondend.* Willielmo Pyking, & Matil. *uxori ejus*, &c. *quare Magister* Robertus *tenuit placitum in Curia Christianitatis de catallis & debitis, quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio*, **contra Prohibitionem nostram**, &c. *Teste.* J. de Metingham *apud* Ebor. 10 *die* Nov. *Anno regni nostri* 28. *Vic.* Hereford. **quod attach.** Johannem de Chattley, &c. *ad respondend.* Nicholao Jereyn; *quare ipse, simul cum* Roberto *Vicario Ecclesiæ Sancti* Petri Hereford. *secutus fuit (consimile) placitum in Curia Christianitatis*, **contra Prohibitionem nostram**, &c. *Teste* J. de Metingham *apud* Ebor. 12 *die* Novembr. *Anno regni nostri* 28. And *Vic.* Kanc. *Si* Johannis Abadam & Elizabeth *uxor ejus*, &c. *pone*, &c. Robertum *Archiepiscopum* Cantuar. & *Magistr.* Henr. de Nassington, *quod sint*, &c. *ostensuri*, **quare tenuerunt placitum in Curia Christianitatis de Advocatione domus Sancti** Marci de Billeswyk *juxta* Bristoll, **contra Prohibitionem nostram.** *Teste meipso apud* Beverlacum 24 *die* Novembr. *Anno regni nostri* 28.

The Archbishop of *Canterbury* intending this year to visit the Kings Free-Chappel of *Hastings*, and the Prebends belonging thereunto, by his Metropolitical authority, to the prejudice of his Royal Prerogative, the King thereupon issued this Prohibition to him, entred in the Clause Roll.

Clauss. 28 E. 1. m. 14. dorso. Prohibitio pro Capellis Regis.

REX venerabili in Christo Patri *R.* eadem gratia Archiepiscopo *Cantuar.* totius *Angliæ* Primati, salutem. **Cum libera Capella nostra de *Hastinges*, cum Præbendis ad eandem Capellam spectantibus, sicut aliæ liberæ Capellæ nostræ in regno nostro ab omni jurisdictione ordinaria exempta sit, libera penitus et immunis: Ac vos visitationis officium in Capella nostra et Præbendis prædictis jam intendatis, sicut accepimus, exercere. Nos attendentes nostræ regiæ dignitati per hoc posse de facili derogari; Vobis prohibemus, ne jurisdictionem aliqualem in prædictis Capella et Præbendis exercere, vel quicquam quod in nostri seu Coronæ aut Regiæ dignitatis nostræ præjudicium, seu libertatis prædictarum Capellæ et Præbendarum læsionem cedere possit aliqualiter attemptare præsumatis.** Teste Rege apud *Blidham* 17 die *Januarii*.

The Bishop of *Chichester* challenging a Jurisdiction in and over this Free-Chappel, and its Prebends, had a day given him to declare his right in Parliament, against which time the Prebends were ordered to search out and bring all evidences and Inquisitions they could finde, to maintain the Kings Interest and Prerogative therein.

Placita Parl. An. 28 E. 1. See Ryley, p. 227. Adjornamentum Episcopi Ciceastriæ.

DIes datus est Episcopo *Ciceastriæ* per Magistrum *Henricum Gerlaund*, qui pro ipso Episcopo sequitur **versus Dominum Regem, pro jurisdictione quam idem Episcopus clamat habere in Capella Regis de *Hastinges*, et ejusdem Capellæ Præbendis, usque ad proximum Parliamentum futurum.** Et dictum est *Egidio*

Egidio de Garderoba, & *Waltero de Agmondesham* Præbendariis præfatæ Capellæ, **quod interim per se et alios Præbendarios**, &c. **scrutari faciant et inquirere quicquid Domino Regi et sibi ipsi valere potuit in negotio prædicto. Et id quod invenerint tunc ibidem habeant per se aut alios Præbendarios**, &c. Et sciendum, quod quædam Inquisitiones captæ per *Robertum de Burghesche* super negotio prædicto, & aliæ evidentiæ dictum negotium quæ ad illud Parliamentum ostensæ fuerunt, remanent in Cancellaria, &c. *An.* 28 E. I.

The Bishop of *Worcester* having by his usurped Episcopal authority publickly and inhumanly inhibited under pain of Excommunication in the City of *Glouncester*, that no person of that Town should presume to sell any bread, wine, beer or victuals to the Prior and Canons of St. *Oswald* (whom he had excommunicated) for their necessary sustenance, or to buy any thing of them; whereat the King admired, and was much moved, as manifestly redounding to the no small prejudice and hurt of his Royal Crown, Dignity, Government, and the liberty, commerce of his Subjects; he thereupon issued this memorable Writ to him, to make no such Inhibitions for the future, and speedily to revoke this and all such his illegal Excommunications grounded thereon, else he in default thereof would provide other remedy against such proceedings.

REX venerabili in Christo Patri *G.* eadem gratia *Wigorn.* Episcopo, salutem. Intelleximus, quod vos in Villa nostra *Glouc.* **publice et inhumane sub pœna Excommunicationis, ne quis Priori et Canonicis Sancti *Oswaldi* ejusdem Villæ panem, vinum, cervisiam, aut aliqua victualia ad sustentationem eorum necessaria vendere, vel ab eis aliqua emere præsumeret prohiberi fecistis, de quo miramur non modicum et movemur. Et quia hujusmodi Inhibitio, si eo modo processerit, in Coronæ nostræ præjudicium, nostræque dignitatis Regiæ non modicam læsionem manifestam redundat; Nosque tantam insolentiam tollerare non possumus, sicuti nec debemus, set potius volumus, quod omnes de regno nostro indifferenter, et alii quicunque ad fidem et pacem nostram existentes, victualia et alia quæ venalia fuerint vendere possint, et emere in eodem regno. Vobis mandamus firmiter inhibentes, ne aliquas hujusmodi inhibitiones de cætero facere attemptetis, et si quas forte fieri fecerittis vel sententias aliquas Excommunicationis protuleritis ex hac causa, eas faciatis celeriter revocari. Ita quod in vestri defectum aliud remedium nos apponere non oporteat in hac parte.** Teste Rege apud *Dunfres* 23 die *Octobris*. A Writ worthy the consideration of such, who have since revived or practised such illegal and inhuman Excommunications. Clauſ. 28 E. 1. m. 2. dorso. Pro Priore & Canonicis S. Oswaldi Glouc.

The King sending the Archdeacon of *Richmond* to the Court of *Rome* this year, granted him this safe conduct.

REX omnibus amicis suis ad quos, &c. salutem. Cum mittamus dilectum Clericum nostrum *Gerardum de Waspeynes* Archidiaconum *Richmund.* **ad Curiam Romanam** pro quibusdam negotiis nos, & regnum nostrum specialiter tangentibus, vos rogamus quatinus eidem *Gerardo*, aut hominibus suis in Comitiva sua existentibus, in eundo versus Curiam prædictam, ibidem morando, & inde redeundo, in personis aut rebus suis non inferatis, seu quantum in vobis est inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aut gravamen, set eis potius nostri contemplatione, cum per partes vestras transitum fecerint, salvum & securum conductum habere faciatis, quociens ab ipsis super hoc ex parte nostra fueritis requisiti. In cujus, &c. per biennium duraturas. Teste Rege apud *Sanctum Albanum* 13 die *Aprilis*. Pat. 28 E. 1. m. 18. De conductu.

Consimiles literas de conductu habent subscripti, **missi per Regem ad Curiam prædictam pro quibusdam negotiis ipsum Regem et Regnum suum specialiter tangentibus**; videlicet, Magister *Petrus Aymerici*, Magister *Reymundus Arnaldi de Rama*, *Galfridus Russel*. Teste Rege apud *Sanctum Albanum* 15 die *Aprilis*.

The King likewise issued this Prohibition to the Archdeacon of *Richmonds* Vicegerent, not to compell *Adam de Osgodeby* his Clerk, continually imployed in his

An. 28 *E.* 1. service, to reside upon his Benefice whiles so imployed about his affairs, against the antient Priviledge of his and his Royal predcessors Clerks, which they had enjoyed time out of minde.

Clauſ. 28 E. 1. m. 2. dorſo. Pro Adam de Oſgodeby perſona Eccleſiæ de Haukeſwell.

REX dilecto ſibi Gerenti-vices Magiſtri *Gerardi de Wyſpaynes* Archidiaconi *Richmund.* ipſo agente in partibus tranſmarinis, ſalutem. **Cum dilecti Clerici noſtri ad ordines ſuſcipiendos, vel ad faciendam in ſuis Beneficiis reſidentiam perſonalem dum noſtris immorantur obſequiis aut alias ſuper eiſdem, moleſtari vel inquietari non debeant:** Noſque & progenitores noſtri Reges *Angliæ* **hujuſmodi libertate ſeu privilegio pro Clericis noſtris a tempore quo non extat memoria ſemper hactenus uſi ſumus;** * **quod nec ipſi Clerici noſtri, vel progenitorum noſtrorum prædictorum aliquibus retroactis temporibus ſuper hujuſmodi compelli, vel alias ſuper Beneficiis ſuis moleſtari vel inquietari conſueverint:** Vobis inhibemus, **ne dilectum Clericum noſtrum** *Adam de Osgodeby* **Perſonam Eccleſiæ de** *Haukeſwell* **in Archidiaconatu prædicto, qui per præceptum noſtrum noſtris jugiter intendit obſequiis, dum eiſdem obſequiis immoratur, ſuper hujuſmodi compellatis, aut alias ſuper Beneficio ſuo inquietetis: Et ſequeſtrum ſi quod in fructibus aut bonis Beneficii ſui hujuſmodi occaſione fieri fecerittis, ſine dilatione relaxari factatis.** Teſte Rege ut ſupra.

* See the Regiſter of Writs part 2. f. 58. b. Fitz. Natura brev. f. 44. g.

The Abbot of *Cluny* ſending his Proctors into *England*, to demand and collect to his uſe (in name of a Subſidie) a great ſum of money from the Priors and Monaſteries of that Order in *England*, and from all Eccleſiaſtical perſons on whom they had conferred Benefices, without the Kings licenſe or aſſent, not uſed in the time of his Progenitors, which Subſidie might tend to the prejudice not only of the ſaid Priors, but of him and the whole Realm; iſſued this memorable Inhibition to them, not to exact, levy or receive the ſaid Subſidie without his ſpecial licenſe and aſſent, upon any pretences whatſoever; together with a Writ to the Warden of the Cinqueports, not to permit any Monk of that Order, or any other Servant or Meſſenger to paſſe the Seas, or carry over any monies without his ſpecial licenſe.

Clauſ. 28 E. 1. m. 14. intus. De ſubſidio non exigendo ad opus Abbatis Cluniacenſis, ſine licentia Regis.

REX Procuratoribus Abbatis *Cluniacenſis* in *Anglia*, ſalutem. Datum eſt nobis intelligi, **quod prædictus Abbas vos in** *Angliam* **ſpecialiter deſtinavit, ad petendum et levandum ad opus ipſius, nomine Subſidii, quandam magnam pecuniæ quantitatem a Prioribus ordinis** *Cluniacenſis* **in** *Anglia*, **et omnibus perſonis Eccleſiaſticis quibus iidem Priores Eccleſiaſtica Beneficia contulerunt. Verum quia nunquam alias tale ſubſidium conſuevit in regno noſtro exigi ſeu levari abſque noſtra vel progenitorum noſtrorum licentia et aſſenſu, poſſetque hujuſmodi ſubventionis inordinatæ Subſidium in noſtri, et Priorum prædictorum, ac totius regni noſtri præjudicium de facili redundare: Vobis firmiter inhibemus, ne præfato Abbati ſub nomine ſubventionis, auxilii, mutui ſive doni, aut alio quocunque colore quæſito infra idem regnum exigatis, levetis, ſeu etiam recipiatis, ſine noſtri aſſenſu et licentia ſpeciali.** Teſte Rege apud *Blidam* 17 die *Januarii*.

Ibidem. De non permittendo Monachos Ordinis Cluniacenſis tranſire ad partes tranſmarinas.

REX dilecto & fideli ſuo *Roberto de Burgherſh*, cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, ſalutem. Datum eſt nobis intelligi, **quod Abbas** *Cluniacenſis* **quoſdam ex ſuis Monachis in** *Angliam* **ſpecialiter deſtinavit,** &c. (ut ſupra, uſque ibi) **Vobis mandamus firmiter injungentes, quod nullum Monachum ordinis prædicti, Walletum ſeu alium Nuncium quemcunque pecuniam deferentem ad partes tranſmarinas tranſire permittatis, ſine noſtra licentia ſpeciali.** Teſte ut ſupra.

After which the King at the requeſt of the Abbots of that Order, permitted them to repair to their General Chapter, ſo as they carried over no money, ſilver, plate of any kinde with them.

Clauſ. 28 E. 1. m. 8. Pro Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis.

REX præfatis Cuſtodibus, ſalutem. Licet vobis ſicut cæteris Cuſtodibus aliorum Portuum noſtrorum nuper mandaverimus, **et ex certa cauſa inhibuerimus, ne aliquos Abbates** *Ciſtercienſis* **ordinis de regno noſtro in Portu prædicto tranſfretare permitteretis ſine noſtra licentia ſpeciali;** Vobis nichilominus mandamus,

damus, quod prædictos Abbates ad Generale Capitulum suum Cistercii proficisci volentes, cum ad portum prædictum causa transfretandi accesserint, sine impedimento transfretare permittatis, non obstante inhibicione nostra prædicta. Proviso tamen, quod nullam monetam argenteam vel aliam monetam albam de nostro vel alterius cuneo, vel vasa aliqua argentea, seu argentum aliquod in massa vel alio quovis modo, per portum prædictum ad partes transmarinas per eosdem Abbates deferri seu duci permittatis quoquo modo, contra formam ordinationis nostræ inde factæ. Teste Rege apud Sanctum *Albanum* 13 die *Aprilis*. *An.* 28 *E.* 1.

After the death of *Henry de Newerke*, **Thomas Corbridge* being elected Archbishop of *Yorke*, repaired to *Rome* for his confirmation, where after long attendance, for expedition sake, he was enforced to resigne his right of election into the Popes hands, and to receive the Archbishoprick from him by way of provision; who thereupon not only confirmed, but consecrated him Archbishop at *Rome* and gave him his Pall, and this ensuing Bull, the Original whereof I found in the *White Tower*, directed to King *Edward*, wherein he relates all the proceedings concerning his election and consecration, praying the King to restore his Temporalties.

* See Polydor Virgil, Angl. Hist. l. 1. p 342 H. de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 13. col 2528.

BONIFACIUS Episcopus, Servus servorum Dei, charissimo in Christo filio *E.* Regi *Angliæ* salutem, & Apostolicam benedictionem. Divinæ gratia Majestatis acquiritur, si Ministris ejus, & his præcipuè qui Pontificali sunt præditi dignitate, pro ipsius reverentia condignus honor impendatur, & favor necessarius exhibetur. Dudum siquidem *Eboracen.* Ecclesia per obitum bonæ memoriæ *Henrici Eboracensis* Archiepiscopi solatio destituta pastoris, Dilecti filii Capitulum ipsius Ecclesiæ certa die ad eligendum præfixa, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt & poterunt commodè interesse pro futuri substitutione Pastoris insimul convenerunt; & invocata Spiritus sancti gratia (ut est moris in hujusmodi negotio per viam scrutinii procedere) eligentes tres de dicto Capitulo fidedignos, videlicet dilectos filios *Johannem de Metingham*, *Johannem de Cadomo*, & *Robertum de Pickering* ejusdem Ecclesiæ Canonicos assumere curaverunt: qui vota sua primò, & deindè singulorum de Capitulo ipso diligentius scrutarentur, eaque redigentes in scriptis, illa mox in ejusdem Capituli præsentia publicarent. Cumque scrutatores hujusmodi super hoc juxta formam eis traditum processissent, demum publicato scrutinio per publicationem hujusmodi compertum extitit, in venerabilem fratrem nostrum *Thomam* Archiepiscopum *Eboracen* (tunc ipsius Ecclesiæ Canonicum) majorem & saniorem partem prædicti Capituli direxisse in hujusmodi scrutinio vota sua; & subsequenter prædictus *Robertus Pickering*, qui (sicut præmittitur) erat unus de scrutatoribus supradictis, de mandato & consensu dictorum Capituli ac suo & ipsius Capituli nomine, eundem *Thomam* in Archiepiscopum elegit; Dictusque *Thomas* electione hujusmodi de se factæ consensum suum infra tempus à jure statutum, ad ipsius Capituli instantiam impendere, procuravit se propter hoc cum certis procuratoribus memorati Capituli super hujusmodi electionis negotio specialiter constitutis, ad Apostolicam sedem personaliter conferendo. Et præsentato nobis hujusmodi electionis Decreto super eadem electione confecto, ac ipso *Thomu* & dictis procurantibus, ut electionem ipsam confirmare de apostolicæ benignitatis clementia dignaremur; tandem dictus *Thomas* in nostra & fratrum nostrorum præsentiæ constitutus, jus, si quod sibi ex electione memorata competere noscebatur, ex considerationibus certis inductus, sponte ac libere in nostris manibus resignabit. Nosque hujusmodi resignatione recepta, provisionem ipsius Eboracensis Ecclesiæ ea vice dispositioni et ordinationi nostræ ac sedis Apostolicæ duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus a quoquam scienter vel ignoranter contingeret attemptari. (A new Papal fraud and device, to defraud the King, electors, and elected Archbishops, and other Bishops duly elected of their rights, and ingrosse the power of conferring all Archbishopricks and Bishopricks into his own hands by his *Provisions*.) Et tandem considerantes attentius, laudanda probitatis merita, honestatem morum, & aliarum virtutum dotes multiplices, quibus idem *Thomas* noscitur insignitus, ac propterea firma ducti fiducia, quod per ipsius *T.* circumspectionem providam & providentiam circumspectam

In Turre London. De Thoma Archiep. Ebor.

An. 28 *E.* 1. prædicta *Eboracensis* Ecclesia in spiritualibus & temporalibus (Deo propitio) suscipiet incrementa, deliberatione cum fratribus ipsis super hoc habita diligenti, de dicto *Thoma* præfatæ *Eboracensis* Ecclesiæ de ipsorum fratrum consilio et apostolicæ potestatis plenitudine duximus providendum, præficientes ipsum eidem *Eboracen.* Ecclesiæ in Archiepiscopum et Pastorem, curam sibi et administrationem ipsius *Eboracensis* Ecclesiæ spiritualiter et * temporaliter committendo, dicto *Thomæ* sicut sequenter nostris manibus munere consecrationis impenso, pallium plenitudinem videlicet pontificalis officii de † corpore beati *Petri* sumptum, et ab eodem T. cum ea qua decuit instantia postulatum, ad nomen et usum ejusdem *Eboracensis* Ecclesiæ per dilectos filios nostros *Matthæum* Sanctæ *Mariæ in Portica*, ——— Sancti *Adriani*, *Franciscum* Sanctæ *Mariæ* in *Cosmedyn*, & *Petrum* Sanctæ *Mariæ novæ* Diaconos Cardinales, fecimus exhiberi. Cum itaque, fili charissime, sit virtutum opus Dei ministros, et præsertim Pontificali dignitate præditos, benigno favore prosequi, ac eosdem verbis et operibus pro Regis æterni gratia venerari, excellentiam Regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eidem Archiepiscopo ob reverentiam apostolicæ sedis et nostram, temporalia seu regalia ejusdem *Eboracensis* Ecclesiæ, quæ per te vacationis ejusdem tempore teneri dicuntur, sine qualibet difficultate restituens, te sibi reddas in regio favore munificum et cunctis opportunitatibus gratiosum. Ita quod idem Archiepiscopus tuæ Celsitudinis fulcitus auxilio, in commissa sibi cura Pastoralis officii possit, Deo propitio, prosperari; & tibi exinde à Deo perennis vitæ præmium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Dat. *Lateran.* 7. Idus *Martii*. Pontificatus nostri anno sexto.

* This was an Innovation & Usurpation on the Crown.

† Never clad with any such Pall: Therefore a notorious lye.

The King upon receit of this Bull issued a Writ to restore his Temporalties, * *dilectis & fidelibus suis* Galfrido Russell & Lamberto de Trykingham *Custodibus suis Archiepiscopatus* Eborum. *Teste Rege apud* Staunford 30 *die* Aprilis. *Per breve de Privato Sigillo*, at large recited in the Record.

Pat. 28 E. 1. m. 17. De restitucione temporalium.

Thomas Stubs renders us this account of this Archbishops election, consecration, and of an high contest that happened soon after between the King and him, about the Chappel of St. *Sepulchres* in *Yorke*, for which King *Edward* seised his Temporalties and detained sundry of them till his death, for obeying the Popes Provision & Commands before the Kings Writ, in refusing to admit his Clerk to this Chappel, and to remove the Popes Clerk whom he had placed therein by his Papal Provision. * Thomas de Corbrigge, *Custos & Sacrista Capellæ S.* Sepulchri Eboraci *ex collatione venerabilis in Christo patris* Johannis *dicti* Romani Eboracensis *Archiepiscopi fuerat effectus. Hic itaque* Thomas 2 *Idus* Novembris, *anno* 1299. *electus in Pastorem*, Curiam petiit Romanam, *ubi tertio Kal.* Martii *eodem anno consecratus est* a Papa Bonifacio 8. *Quo quidem consecrato*, Dominus Papa (by his usurped Authority) custodiam dictæ Capellæ uni ex clericis propriis consanguinitate sibi propinquo, eo quod in † Curia vacabat, indilate concessit. Nec multo post per mortem dicti Clerici dicta capella vacavit. *Qui cum adhuc vivens in extremis jam constitutus jaceret velut exanimis, resumpto tamen spiritu*, vocavit ad se Dominum Papam, *dicens*, De pro Capella *Eboracensi*, eo quod proventus ejus inutiliter expenderat, immensa meruisse supplicia; *unde Dominum Papam suppliciter rogavit pro salute animæ suæ*, quatinus custodiam dictæ Capellæ alicui discreto corporalem in ea residentiam facturo concedere dignaretur. *Nec mora*, idem Dominus Papa per literas mandavit Thomæ Eboracensi Archiepiscopo, quatinus custodiam dictæ Capellæ alicui excellenti theologo, quem ipsemet duceret eligendum quamtocius conferret. At ille mandatis obtemperans apostolicis, ipsam Capellam Magistro Gilberto de Segrave egregio sacræ theologiæ Doctori, Lincolniensis Ecclesiæ Canonico contulit, et ipsum in eandem instituit. *Hiis peractis*, *Rex* Edwardus *filius Regis* Henrici *Archiepiscopum pluries rogavit*, quatenus ipsam Capellam Johanni Bush *Notario suo* conferre non negaret. Inter hæc vero Archiepiscopus super collatione ejusdem Capellæ penes Regem se sæpius excusavit, asserens ipsam virtute mandati Apostolici fuisse collatam et plenam existere. Quocirca Rex iratus tres Baronias Archiepiscopatui Eboracensi ex antiquo collatas et eidem annexas, post multas persecutiones et irrogatas Archiepiscopo injurias seisiri fecit, et eas usque ad obitum Archiepiscopi in manu sua tenuit. *Quo infra breve defuncto, sedeque vacante*, Decanus et Capitulum Ecclesiæ Petri Eboraci ad instantiam Domini Regis expulso dicto Magistro Gilberto

* Actus Pontif. Ebor. col. 1728, 1729.

† A Novel Usurpation.

Nota.

Gilberto cuſtodiam dictæ Capellæ præfato Johanni contulerunt, ac ipſum in eadem inſtituerunt. *Vixit autem venerabilis Pater* Thomas *in Archiepiſcopatu annis tribus, menſibus ſex, diebus vero* 10. *Quibus tranſactis obiit apud* Lanum 10 *Kal.* Octobris, *Anno Pontificatus ſui* 4, *Dominicæ incarnationis* 1303. *Regni autem Regis* Edwardi *filii Regis* Henrici 31. *& in Eccleſia collegiata* Suthwell Eboracenſis *Dioc. ſepultus eſt.* I find this Caſe of his thus alleged by *Baſſet* in the Argument of a * *Quare non admiſit* broughtby the King againſt the Biſhop of *Lincoln*, Trin. 19 E. 3. (remembred by Sir † *Edward Cooke* in his Caſe *De Jure Regis Eccleſiaſtico:*) *Le Roy* E. *laiel port* Quare non admiſit *vers* T. *Archeveſque de* E. *& Leveſqe* alleg qe le Pape long temps devant avoit purvew a meſme Leglise, et il ne oſoit ne avoi power de lui ouſter, &c. * Barbazon Juſtice lui dit, que ceo qe vous allege pur non power nous tenoumus nient beyler, pur qe il fuit attaint de contempt, et ſes Temporaltes ſeiſées, et demeurent en main le Roy tout le vie le Archevesqe.

An. 28 E. 1.

* Fitzh. Abr. Quare non admiſit, 7.
† 5 Report, f. 12. b.
* Brabazon.

In this memorable caſe the Kings Judges reſolved, 1. That where the Kings legal Writs or commands came in competition with the Popes Mandates or Proviſions, our Archbiſhops and Biſhops (though then ſworn and devoted to the Pope) ought to obey the King, before the Pope; & not to diſpute, but execute the Kings Writs, as well as his Temporal Officers, according to St. *Pauls* and St. *Peters reſolutions*, Rom. 13. 1, to 8. 2 Pet. 2. 13, 14, 15, 17. 2ly. That their not obeying the Kings Royal Writs and Legal Mandates, is ſuch an high offence, contempt againſt the Kings Crown and Dignity, that the King by the Lawes of *England* might then juſtly ſeiſe and confiſcate their Temporalties during life. Biſhop * *Godwin in his life* hath this memorable paſſage; *He ſate in all but* 3. *years*, 7. *moneths, and* 10. *dayes. Whether it be that few mens mindes be ſo great*, as to ſuſtein the burthen of a Princes diſpleaſure, or that God who promiſeth a long life to ſuch who obey their Superiours, in his juſt judgement doth ſooneſt cut off ſuch as are backward in this duty: So ſurely it hath fallen out for the moſt part, that thoſe Biſhops who have preſumed moſt in oppoſing themſelves againſt their Princes, have leaſt time endured, and ever been quickly taken away, whereof I could yeeld infinite examples.

Godwins Catalogue of Biſhops, p. 471.

I find that this Archbiſhops Liberties in *Beverley* were ſeiſed into the Kings hands *Anno* 29. of his reign for a contempt, committed by him in the Kings preſence, but afterwards reſtored to by him this Writ,

REX dilecto ſibi *Richardo Oyſel* Ballivo ſuo de *Holderneſſe*, ſalutem. Mandamus vobis, quod libertatem venerabilis patris *Tho. Eborum* Archiepiſcopi quam nuper pro quodam contemptu apud *Beverlacum* in præſencia noſtra nobis facto, capi fecimus in manum noſtram, eidem Archiepiſcopo replegiari faciatis ad voluntatem noſtram. Teſte Rege apud *Everſle* 14 die *Junii*.

Claus. 29 E. 1. Pro Tho. Archiepiſcopo Eborum.

The Clergy of the Province of *York* having formerly granted the King a certain number of Armed men againſt the *Scots*, he now iſſued theſe Writs for their ſpeedy raiſing, and ſending them to *Berewick* by a certain day.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni de Crepping*, ſalutem. Cum dudum de communi aſſenſu Cleri Archiepiſcopatus *Ebor.* ordinatum et conceſſum fuiſſet, quod Clerus ille pro cuſtodia Marchiæ *Scotiæ* nobis inveniret certum numerum hominum armatorum, & jam neceſſe habeamus quod homines illi tunc ad arma ceſſati nomine dicti Cleri, ad partes *Scotiæ* cum corpore noſtro vadant, per quod mandavimus cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Ebor.* ſede vacante, quod præfato Clero det firmiter in mandatis et eis injungat, ipſoſque modis et viis ſingulis quibus melius expedire viderit inducat, ut dictos homines uſque *Berewicum* ſuper *Twedam* modis omnibus ad nos mittant. Ita quod ſint ibidem die Dominica in feſto Sanctæ *Luciæ* Virginis proximo futuro ad ultimum, parati ad proficiſcendum exinde cum corpore noſtro ad vadia noſtra ad partes *Scotiæ* ſupradictas; Vobis mandamus firmiter injungentes, quod eidem cuſtodi ad præmiſſa facienda, conſulentes ſitis & auxiliantes quociens opus fuerit, & per ipſum ſuper hoc ex parte noſtra fueritis requiſiti. Teſte Rege apud *Burton Archiepiſcopi*, 23 die *Novembris*.

Clauſ. 28 E. 1. m. 17. De hominibus armatis uſque Berewicum mittendis per Clerum Archiepiſcopatus Ebor.

REX

An. 28 *E.* 1.

Ibidem.

REX dilecto ſibi in Chriſto cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Ebor.* ſede vacante, ſalutem. **Cum dudum de communi aſſenſu Clerí Archiepiſcopatus prædicti ordinatum et conceſſum fuiſſet,** &c. *ut ſupra.* Vobis mandamus firmiter injungentes, **quod præfato Clero dictis firmiter in mandatis et eis injungatis, ipſoſque modis et viis ſingulis quibus melius expedire viderítis inducatis, ut dictos homines uſque** *Berewicum* **ſuper** *Twedam* **modis omnibus ad nos mittant.** Ita quod ſint ibidem die Dominica in feſto Sanctæ *Luciæ* Virginis proximo futuro ad ultimum, parati **ad proficiſcendum exinde cum corpore noſtro ad partes noſtra ad partes** *Scotiæ* **ſuperadictas.** Mandavimus enim dilecto & fideli noſtro *Johanni de Creppingh.* quod vobis conſulens ſit & auxilians in præmiſſis quociens neceſſe fuerit, & per vos ſuper hoc ex parte noſtra fuerit requiſitus. Teſte Rege apud *Burton Archiepiſcopi*, 22 die *Novembris.*

The Biſhops, Abbots, Priors and Commonalty of *North* and *Weſt-Wales* having granted the King this year a Subſidie to carry on his Wars againſt the *Scots*, the King thereupon granted them theſe enſuing Patents for him and his Heirs, that it ſhould not turn to the prejudice of them, their heirs or ſucceſſors, nor be drawn into conſequence for the future.

Pat. 28 E. 2. m. 6. Pro Epiſcopis, Abbatibus, & tota Communitate Northwalliæ & Weſtwalliæ.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, **quod cum dilecti et fideles noſtri Epiſcopi, Abbates, Priores, et tota Communitas** *Northwalliæ*, **quandam ſubvencionem pecuniæ in ſubſidium guerræ noſtræ** *Scotiæ* **nobis fecerint liberaliter et gratanter**; volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, **quod dicta ſubvencio ſic per eos nobis facta, eis vel eorum ſucceſſoribus aut hæredibus non cedat in præjudicium, ſeu trahatur in conſequentiam in futurum.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *la Roſe* 21 die *Septembris.*

Conſimiles literæ fiunt pro Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & toti Communitati *Weſtwalliæ.*

Ibidem. Pro Communitatibus de Flynt, terrarum de Bowelt, Montis Gomeri, & PowysGriffyn.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum Communitas Comitatus de *Flynt* quandam ſubvencionem pecuniæ in ſubſidium guerræ noſtræ *Scotiæ* nobis fecerit liberaliter & grataner, volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, **quod dicta ſubvencio taliter nobis facta dictæ Communitati non cedat in præjudicium ſeu trahatur in conſequentiam in futurum.** In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

Conſimiles literæ fiunt Communitatibus ſubſcriptis; videlicet Communitati terræ de *Bowelt*, Communitati terræ *Montis Gomeri*, Communitati terræ de *Powys Griffyn.*

He likewiſe returned the Commonalty of *Flintſhire* and others theſe Letters Patents of thanks and indempnity.

Ibidem. Literæ de regratiando præfatas Communitates de ſubventione Regi per eas facta.

REX Communitati Comitatus de *Flynt*, ſalutem. **De illa ſubventione pecuniæ quam nobis ex mera curialitate veſtra in ſubſidium guerræ noſtræ** *Scotiæ* **jam feciſtis, vobis referimus multas grates, et ne ſubvencio illa vobis cedat aliqualiter in præjudicium in futurum, vobis ſuper hoc noſtras patentes literas deſtinamus.** Teſte Rege ut ſupra.

Conſimiles literæ diriguntur Communitatibus ſubſcriptis; videlicet, Communitati terræ de *Bowelt*, Communitati terræ *Montis Gomeri*, Communitati terræ *Powys Griffyn.*

Pat. 28 E 1. m. 7. De tribus Capellanis aſſignatis per H. de Newerk nuper Archiepiſcopum Eborum ad celebrandum divina apud Cawode, Burton & Wylton.

The King this year out of his piety and Eccleſiaſtical Soveraignty confirmed the penſions granted by the late Archbiſhop of *Yorke* to 3. Chaplains to maintain a Chantry in 3. Chappels, during the vacancy of the Archbiſhoprick in his hands, as well as during the plenarty.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Cum bonæ memoriæ *Henricus de Newark* quondam Archiepiſcopus *Eborum* quandam placeam terræ apud *Kingſton ſuper Hull* ad Archiepiſcopatum *Eborum* pertinentem de uno ædificio ædificatam,

tam, & in omni alia ſui parte vacuam habuiſſet. Idemque Archiepiſcopus de voluntate & aſſenſu Capituli ſui *Eborum* ordinaſſet, ut placea prædicta decenter ſuis ſumptibus ædificata **aſſignarentur tres Capellani per Archiepiſcopum** *Eborum* **qui pro tempore fuerit,** ſeu per Decanum & Capitulum *Eborum* ſede ejuſdem Archiepiſcopatus vacante, in tribus Capellis Maneriorum dicti Archiepiſcopatus, videlicet, de *Cawode*, *Burton*, & *Wylton*, & unus per eoſdem Decanum & Capitulum, ſeu per idem Capitulum Decano minime exiſtente; in Eccleſia beati *Petri* ad altare Sancti *Willielmi*, **pro animabus Regum, Reginarum** *Angliæ*, **Archiepiſcoporum** *Eborum*, **et ſua, divina imperpetuum celebraturi.** Recepturique ſinguli eorum, placea prædicta, ut prædicitur ædificata, ad ſuſtentacionem ſuam Centum ſolidos annuos per æquales portiones, in feſtis Sancti *Martini* in hyeme & *Penteçoſtes*, per manus Archiepiſcoporum *Eborum* prædictorum de redditibus domorum inibi conſtructarum; Ac executores ejuſdem defuncti nobis humiliter ſupplicaſſent, ut ſinguli Capellani prædicti temporibus vacationum dicti Archiepiſcopatus, **in manu noſtra ſeu hæredum noſtrorum exiſtentis, prædictos centum ſolidos annuos per manus Cuſtodum noſtrorum prædicti Archiepiſcopatus, ſeu hæredum noſtrorum,** de redditibus domorum prædictarum ad prædictos terminos habere & libere percipere valerent, concedere dignaremur. **Nos ſanctam ejuſdem defuncti devotionem quam ad cultus divini augmentationem habuit pro remedio animarum prædictarum propenſius attendentes, et affectionem quam erga ipſum occaſione laborioſi obſequii,** quod nobis præſtitit dum vixit in terris, ad memoriam reducentes, ac etiam ſupplicationi prædictorum executorum benignius annuentes, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod ſinguli Capellani prædicti in dictis locis divina (ut prædictum eſt) celebraturi, **prædictos centum ſolidos annuos ad ſuſtentationem ſuam, de redditibus prædictis per manus Cuſtodum noſtrorum, ſeu hæredum noſtrorum, omnibus temporibus vacationum dicti Archiepiſcopatus in manu noſtra ſeu hæredum noſtrorum exiſtentis, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſtic. Vicecomitum, Eſcaetorum, et omnium aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque habeant et libere percipiant terminis antedictis ordinationem prædictam pro temporibus Archiepiſcoporum (ut prædictum eſt) factam, quantum in nobis eſt, acceptantes ipſum pro nobis et hæredibus noſtris tenore præſentium confirmamus.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 28 die *Marcii.*

Per Petitionem de Conſilio.

The Kings Chancellor preſenting a Clerk in his name to a Benefice, without his privity or ſubſequent confirmation, he thereupon revoked and granted it to another, by this Patent.

REX venerabili in Chriſto patri *J.* eadem gratia Electo *Lincoln*, ſalutem. Ad Eccleſiam de *Wynewyk* vacantem, & ad noſtram donationem ſpectantem, ratione Epiſcopatus *Lincoln.* nuper vacantis, & in manu noſtra exiſtentis, dilectum Clericum noſtrum *Rogerum de Aſſherugg* vobis præſentamus intuitu charitatis; Rogantes quatinus eundem Clericum noſtrum ad eandem Eccleſiam admittatis, & Perſonam conſtituatis in eadem. Præſentationem vero de *Johanne de Stokes* **per Cancellarium noſtrum noſtro nomine prius factam, penitus revocantes. Præſertim cum præſentatio illa ab initio a conſcientia noſtra non emanaverit, nec eam ex poſt facto ratam habuerimus ſive firmam.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Sanctum Albanum* 13 die *Aprilis.* Pat. 28 E. 1. m. 18. De Præſentationes.

John de Dalderby a Canon of *Lincoln*, being elected this year Biſhop thereof, by the Kings licenſe and Royal aſſent thereto, his election was ſignified by his Writ to the Archbiſhop, *apud Weſtm. 7 die Maii*; who being thereupon confirmed by the Archbiſhop, the King iſſued a * *Writ* to reſtore his Temporalties, *dilecto Clerico ſuo* Richardo de Junnere; *Teſte Rege apud Weſtm.* 18 *die Marcii.* * Pat. 28 E. 1. m. 26, 27. See Godwins Catalogue, p. 243.

Robert le Beel and *Robert de Blida* having been impriſoned above three years ſpace in *Newgate*, for counterfeiting Popes Bulls and other Letters, the King at laſt ſent this Writ to enlarge them, upon their petition to his Counſil.

REX

An. 28 E. 1.

Clauſ. 28 E. 1. m. 9. Pro Roberto le Beel & aliis.

REX Vicecomitibus *London.* ſalutem. Cum *Robertus le Beel, Robertus de Blida, & Willielmus de Gildeford* **pro controfactura Bullarum et quarundam aliarum Literarum, cum** *Waltero de Maydenſtan* **inventarum,** coram Theſaur. & Baronibus noſtris de Scaccario eis impoſita, **in priſona noſtra de** *Newgate* **per tres annos et amplius extiterint,** ut dicitur. Nos præfatos *Robertum, Robertum, & Willielmum* in priſona illa occaſione prædicta diutius detineri nolentes; vobis præcipimus, quod ipſos à priſona illa, ſi ea occaſione & non alia detineantur in eadem, ſine dilatione deliberari faciatis. Teſte Rege apud *Totenham* 5 die *Aprilis.*

Per Petitionem de Conſilio.

The Monaſtery of *Jeddeworth* in *Scotland* being ſo waſted and impoveriſhed by the *Scottiſh* Wars, and incurſion of Enemies, that it was unable to maintain the Canons thereof, nor they able to reſide there in ſafety to ſerve God; the King thereupon out of his piety and Eccleſiaſtical Prerogative, ſent ſome of them to other Religious Houſes of the ſame Order in *England*, to be there received and maintained, till that Houſe was repaired and reſtored to a better condition, as this Writ for *Ingeram de Colonia* to the Prior and Covent of *Bridlington* aſſures us.

Clauſ. 28 E. 1. m. 17. intus. Pro Ingelramo de Colonia Canonico domus de Jeddeworth.

REX dilectis ſibi in Chriſto Priori & Conventui de *Bridlington*, ſalutem. Mittimus ad vos fratrem *Ingelramum de Colonia* Canonicum Domus de *Jeddeworth* in *Scotia*, ordinis veſtri, præſentium portitorem; in qua quidem Domo idem *Ingelramus* **ad famulandum ibidem altiſſimo,** ut deceret hiis diebus, **facere moram nequit, tum propter incurſus hoſtium, tum quia Domus illa per frequentes guerras** *Scotia* **habitas adeo lapſa eſt facultatibus et deſtructa, quod ad ſuſtentationem Canonicorum eſuſdem ipſius non ſuppetunt facultates:** Devotionem veſtram rogantes attentè, quatinus dilectum *Ingelramum* **in Domum veſtram ad deſerviendum ibi Deo ſub habitu veſtro inter vos, juxta profeſſionis ſuæ votum, Dei intuitu noſtriſque precibus admittatis, et fraterna charitate in Domino pertractetis, ſaltim quouſque dicta Domus de** *Jeddeworth* **relevetur, et in melius reformetur.** Teſte Rege apud *Ebor.* 16 die *Novembris.*

The King this year iſſued theſe Letters to the Prelates and Clergy of *Ireland*, to grant him a Subſidie for the preſervation of his Crown, the common defence and peace of the Church, Realm, and people of *England* and *Ireland.*

Pat. 28 E. 1. m. 28. De ſubſidio à Clero Hibern. petendo ad opus Regis.

REX Venerabilibus Patribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, necnon Abbatibus, Prioribus, Decanis, Capitulis, Archidiaconis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis totique Clero terræ noſtræ *Hiberniæ*, ſalutem. **Ad hoc duas in hoc mundo, Eccleſiaſticam videlicet et Temporalem inſtituiſſe videtur Dominus dignitates, ut exigente neceſſitate ſibi deberent adinvicem ſuffragari, mutuaque ſubventione, altera alterius ſubſidio adjuvari. Hinc eſt, quod cum pro ſalvatione Coronæ noſtræ Regiæ, communique utilitate Cleri et populi regni, et terrarum noſtro dominio ſubjectarum, necnon pro tranquilitate et quiete ſanctæ Eccleſiæ, regni, terrarumque prædictarum mediante divino ſubſidio procurandis, quædam nobis incumbant ad præſens ardua facienda, quæ ſine veſtro conſilio et auxilio commode non poterimus adimplere.** Aſſignavimus dilectos & fideles noſtros *Richardum de Burgo* Comitem *Ulton. Johannem Wogan* Juſtic. noſtrum, & Magiſtrum *Thomam Cantok.* Cancellar. noſtrum *Hiberniæ*, una cum Baronibus noſtris de Scaccario *Dublin.* **ad petendum et requirendum nomine noſtro a vobis et quolibet veſtrum ſubſidium, quod ad tam arduorum negotiorum felicem conſummationem, ac noſtri et veſtri honorem, commodum et quietem veſtræ gracioſæ liberalitati videbitur opportunum, et ad omnia alia et ſingula facienda, quæ præfati Comes, Juſticiarius, Cancellarius, et Barones, ſeu aliqui ex ipſis quos ad hoc vacare contigerit, ſuper præmiſſis et ea contingentibus viderint facienda.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Blidam* 17 die *Januarii.*

Iſta litera præcedens fuit duplicata de verbo ad verbum, præter hoc, quod in altera duplica non fuit *Richardus de Burgo* Comes *Ulton.* aſſignatus.

The

The King this year issued this Writ to restore the Temporalties to *Walter Veel* B. shop elect of *Dare* in *Ireland*. *An.* 28 E. I.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo *Hibern.* vel ejus locum tenenti, salutem. Cum nos **electioni nuper factæ** in Ecclesia *Darensi* de discreto viro Magistro *Waltero de Veel* Cancellario ejusdem Ecclesiæ, **in Episcopum illius loci, regium assensum adhibuerimus et favorem,** & mandaverimus custodi Spiritualitatis Archiepiscopatus *Dublin.* ut quod suum est in hac parte exequatur; volentes eidem Electo, **ut laboribus et expensis suis parcatur gratiam in hac parte facere specialem, vobis mandamus,** &c. **Acceptis tamen,** &c. (as in other Writs of this kinde.) In cujus, &c. Teste Rege apud *Novum Monasterium* 5 die *Januarii*. Pat. 28 E. 1. m. 31. De assensu adhibito electioni, & temporalibus post fidelitatem captam restituendis.

Per ipsum Regem, nunciante W. Cov. & Lych. *Episcopo.*

Pope *Boniface* the 8. confirming the election of *Richard* Archbishop of *Dublin*, and inserting some words into his Bull to the King concerning his promotion thereunto, and the Temporalties thereof, which seemed prejudicial to the Kings Crown and Royal dignity, in the judgement of the King and his Counsil, when presented to them by the Archbishop; the King thereupon refused to restore his Temporalties, untill the Archbishop publickly renounced all clauses in the Popes Bull, openly or tacitly, directly or indirectly prejudicial and derogatory to his Crown and Royal dignity, as this memorable Patent for his restitution attests to posterity.

REX custodi suo Archiepiscopatus *Dublin.* salutem. Accedens ad nos venerabilis pater *Richardus* Archiepiscopus *Dublin.* **literas Domini** *Bonifacii* **divina providentia Summi Pontificis, super promotione sua in** *Dublinensem* **Archiepiscopum factas, nobis præsentavit; et quia in literis illis quædam verba continebantur quæ nobis et Coronæ nostræ, nostræque regiæ dignitati præjudicialia videbantur, dictus Archiepiscopus se super hoc excusando, publice et expresse asseruit et professebatur, Quod dicta verba in literis prædictis ad procurationem suam, aut de sua conscientia apposita non fuerunt; nec unquam intentionis suæ extitit nec existit quicquam impetrare, facere vel prosequi, per quod nobis aut Coronæ seu dignitati nostræ Regiæ posset præjudicium aliquod generari; et ob hoc omnibus et singulis in dictis literis Apostolicis contentis, quatenus nobis aut Coronæ seu dignitati nostræ Regiæ tacite vel expresse, directe vel indirecte, præjudiciales sunt vel esse poterunt quomodolibet, renunciavit sponte, pure, simpliciter et expresse, supplicans humiliter et devote, ut temporalia Archiepiscopatus prædicti de nostra gratia et mera liberalitate Regia sibi restituere dignaremur. Nos igitur hujusmodi excusatione et renunciatione receptis, ipsius Archiepiscopi supplicationibus annuentes, cepimus fidelitatem ejusdem Archiepiscopi, et temporalia Archiepiscopatus prædicti eidem Archiepiscopo restituimus de nostra gratia speciali.** Et ideo vobis mandamus, quod ipsi Archiepiscopo vel ejus certo attornato, temporalia dicti Archiepiscopatus sine dilatione liberetis, **de nostra gratia suprædicta.** Teste Rege apud *Rykehale* primo die *Junii*. Pat. 28 E. 1. m. 14. De restitutione temporalium.

Eodem modo mandatum est *Waltero de Glouceſtr.* Escaetori ultra *Trentam*, quod eidem Archiepiscopo, &c. temporalia, &c. Teste Rege ut supra.

Et mandatum est Militibus, &c. In cujus, &c. Teste Rege ut supra.

Eodem modo mandatum est Canonicis liberæ Capellæ Regis de *Pencriz*, quod eidem Archiepiscopo **tanquam Decano suo,** &c. In cujus, &c. Teste Rege ut supra.

The original renunciation of the clauses in Pope *Boniface* his Bull, prejudicial to the Kings Crown and dignity, made by this Archbishop, mentioned in this Patent to restore his Temporalties, I found extant under his own Archiepiscopal Seal in a bundle of Writs and Privy Seals in the White Tower, which I shall here present you with as a rarity.

UNIversis ad quos præsentes literæ pervenerint, *Richardus* permissione divina *Dublinensis* Archiepiscopus, salutem in amplexibus Salvatoris. Noverit universitas vestra, **quod cum in literis Apostolicis super promotione nostra in Archi-** Brevia Regis An. 28 E. 1. in Turre Lond.

 episcopum

An. 28 E. 1. **epiſcopum** *Dublinenſem* **confectis**, & ſereniſſimo Principi Domino noſtro Domino *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, Domino *Hiberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*, **per ſanctiſſimum patrem Dominum** *Bonifacium* **Papam** 8. **dedicatis, et per nos præſentatis eidem, quædam verba contineantur quæ idem Dominus Rex et ſuum Conſilium ſibi ſuæque Regiæ dignitati Coronæ eſſe præjudicialia prætendebant,** & quædam verba alia quæ in conſimilibus literis Apoſtolicis ſolita oponi ſint in præfatis literis noſtræ promotionis **omiſſa. Nos publice et expreſſe dicimus et profitemur, quod nunquam noſtræ intentionis extitit vel exiſtit, quicquam impetrare, facere vel proſequi, quod in ejuſdem Domini Regis, cujuſque dignitati Regiæ, vel Coronæ præjudicium poſſet aliqualiter redundare. Unde omnibus et ſingulis in dictis literis Apoſtolicis contentis, quatenus prædicto Domino Regi ejuſque dignitati Regiæ vel Coronæ tacite vel expreſſe, directe vel indirecte præjudiciales exiſtunt, vel eſſe poterunt quovis modo, pure, ſponte renunciamus, atque ſimpliciter et abſolute. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.** Dat. apud *Ebor.* 31 die *Maii*, Anno Domini 1300.

I found this Appeal *An. Dom.* 1299. in the White Tower, made againſt a ſentence of Excommunication denounced by the Archbiſhop of *Canterbury* and his Auditors of Cauſes, by *Ralph de Ebor.* his Proctor, in caſe of a Preſentation to the Church of *Griſton*, thus exemplified under the hand of a publick Notary.

Anno 28 E. 1. in Turre London.

IN Dei Nomine Amen. Anno Domini ab Incarnatione 1299. Indictione 13. 7 Idus *Decembris*, in præſentia mei *Gilberti* Notarii publici infraſcripti, *Roberti* filio *Johannis de Totranho* Clerici, & *Thomæ de Totranho*, teſtium ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, *Richardus de Eboraco* Clericus, Procurator Magiſtrorum *Radulphi de Ebor.* ad Eccleſiam de *Griſton Norwicenſis* Diocæſis præſentati, & *Radulphi de Thorny* Rectoris Eccleſiæ de *Beringewell* apud *Suthmalling*, innovavit & notificavit Domino *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, & ejuſdem cauſarum auditoribus generalibus, **quandam Appellationem prius (ut dicebat) interpoſitam, et Apoſtolos petit ſub hac forma.** *In Dei Nomine Amen. Quia vos Domine* Cantuarienſis *Archiepiſcope, nuper per auditores veſtros, ſcilicet Magiſtros* Willielmum de Glouceſtr. Willielmum de Chadeleſhunte, & Richardum de Morceſtr. *apud* Lambeth, *me* Radulphum de Thorny *Procuratorem Magiſtri* Radulphi de Ebor. *ad Eccleſiam de* Griſton *præſentatum, pro eo quod quoddam privilegium dicti Domini mei in cauſa inter dictum Dominum meum ex parte una, & Dominum* R. *nuper* Norwicen. *nunc* Elien. *ex altera, ſuper non admiſſione Eccleſiæ de* Griſton *prædictæ, ad quam dictus Dominus meus canonicè extiterat præſentatus, in Curia veſtra* Cantuariæ *aliàs exhibitum, iteratò non exhibui,* **non obſtantibus provocationibus et appellationibus meis, ac etiam inhibitione Sedis Apoſtolicæ;** *de quibus omnibus & ſingulis vobis & eiſdem auditoribus ad plenum innotuit,* **in Domini mei præjudicium, et Sedis Apoſtolicæ contemptum, contra juſtitiam excommunicaſtis, ſeu etiam excommunicarunt auditores ſuprascripti:** *Sentiens Dominum meum & me ex hoc indebite pragravari,* **dictam Sedem Apoſtolicam in hiis ſcriptis appello, et Apoſtolos peto.** *Et ego* Richardus *Procurator antedictus,* **in ipſa Appellatione nunc innovata et interpoſita in termino juris exiſtens, inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſime,** *à vobis Domino* Cantuarienſi *Archiepiſcopo, veſtrisvè auditoribus prædictis conjunctim & diviſim, quatenus jura permittunt,* **Apoſtolos iterato peto, et cum effectu requiro, quod ſi mihi denegaveritis, iterato ut prius appello.** Acta ſunt hæc Anno Domini, Indictione, die & loco prædictis, præſentibus teſtibus memoratis.

Et ego *Robertus Nicholai, Simonis de Lutegarſhale, Saresbur.* Diocæſis publicus Imperiali authoritate Notarius, prædictis omnibus & ſingulis unâ cum teſtibus ſuprascriptis præſens interfui; & ea ſic fieri, vidi, audivi & publicavi, meoque ſigno conſueto, & nomine ſignavi rogatus.

The King by his Royal Prerogative writing to the Abbot and Covent of *Coggeſhale*, to ſettle a *Corody* during life on *Richard de Ry*, which they did by their Deed; the *Corody* being uncertain, he iſſued this other Writ to them to aſcertain it, and certifie him what it was; who thereupon returned him this Certificate.

Excellentiſſimo

An. 28 E. I.

Bundela Brevium de Privato figillo, &c. An. 28 E. 1. in Turre London.

EXcellentiſſimo Principi Domino *Edwardo*, Dei gratia illuſtri Regi *Angliæ*, Domino *Hiberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*, ſui humiles & devoti fratres, *Johannes* Abbas de *Coggeſhale*, & ejuſdem loci Conventus, (ſi placet) ſalutem, cum omni reverentia & honore. Cum nuper per vos fuerimus requiſiti, ut *Ricardo de Rye* vitæ neceſſaria in domo noſtra, quoad viveret, miniſtraremus; ac nos, ob reverentiam veſtram, & ad mandatum veſtrum, eidem *Ricardo* conceſſerimus, quod ſit in domo noſtra ad aulam noſtram, & ibidem comedat cum libera familia, & habeat ibidem vitæ neceſſaria, quoad vixerit; et ſuper hoc literas noſtras eidem Ricardo fecimus patentes. Quam quidem Conceſſionem nimis nudam reputatis, pro eo, quod in dictis literis noſtris, quid de quotidiano victu, et quid pro roba et calceatura, per annum percipere debeat, nihil eſt expreſſum, et ſuper hoc vos certiorare nobis mandaſtis. Excellentiæ veſtræ ſignificamus, quod aliis ſerbientibus per vos, ſeu per veſtros Progenitores in caſu conſimili ad nos miſſis, temporibus retroactis, (a good evidence of the Kings ancient right to Corodies in that Monaſtery and others) nihil certum fuerat conceſſum; nec ſcimus quid certum exprimere, præter illud quod patria dederit, ſeu quod venale in confinio repertum fuerit; nec aliud certum, qui in domo noſtra pro ſuo dando modo conſimili perhendinant. Pro ſua roba & calceatura certitudinem eidem *Ricardo* aſſignavimus & providimus, de qua ſe non contentum arrogando & minas inferendo proteſtatur. Dominationem igitur veſtram, omni qua poſſumus humilitate & devotione, requirimus, Quatinus pietate ducti, ſpiritu compaſſionis indigentiæ noſtræ miſerere dignemini, quia indebitati ſumus in Quingentis et xl. libris Sterlingorum, præter multas et magnas liberationes, quæ quotidie deferuntur per diverſos extra domum noſtram. Valeat & creſcat Dominatio veſtra per tempora longiora cum ſalute plurima.

The King writing to the Abbot and Covent of *Certeſy* for a like Corrodie during life for *Hugh de Hibernia*, they returned him this anſwer.

Bnndela ibid.

EXcellentiſſimo Principi Domino *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, ſuus humilis & devotus Capellanus, *Bartholomæus* Abbas de *Certeſeye*, & ejuſdem loci Conventus, ſalutem in eo per quem Reges regnant & Principes dominantur. Mandatum veſtrum recepimus in hæc verba: Edwardus, &c. *dilectis ſibi in Chriſto Abbati & Conventui de* Certeſeye, *ſalutem. Diutinum & gratuitum ſervitium, quod dilectus nobis* Hugo de Hybernia *nobis & chariſſimæ Conſorti noſtræ* Alianoræ *quondam Reginæ* Angliæ *hactinus impendit, meritò attendentes; vos rogamus ſicut aliàs rogavimus*, quatinus eidem Hugoni quandam libertatem, unde juxta ſtatum ſuum poſſit idem Hugo cum uno garcione decenter ſuſtentari, velitis noſtri intuitu concedere, in domo veſtra prædicta, quoad vixerit, percipiendam; *pro quo vobis teneamur ad actiones uberes gratiarum: vel cauſam ſignificetis*, quare mandato noſtro alias vobis inde directo parere noluiſtis, vel non debuiſtis. *Teſte meipſo apud* Weſtm. *primo die* Aprilis, *Anno Regni noſtri viceſimo octavo.* — Speramus, quod Excellentia veſtra exilem domum noſtram onerare non affectat, ſed ad memoriam reducere dignoſcetur, quod nuper ad mandatum veſtrum, Laurentium de Batſhete admiſimus, et ſibi omnia in victu et veſtitu neceſſaria gratanter conceſſimus et benigne: unde voluntatem veſtram ad præſens, & propter alia quæ domum noſtram quotidiè gravant & moleſtant, adimplere non valemus. Valeat Dominatio veſtra per tempora longiora. Dat. apud *Certeſeye* 13. die *Maii*. Anno Regni veſtri ſupradicto.

I pretermit others of like nature this year.

Anno Gratiæ 1300. (as [a] *Walſingham* computes it) Papa Bonifacius 8. (to enlarge his Papal Juriſdiction, fill his own purſe, and empty the peoples, by a new pious fraud inſtituted a *Jubilee* after the Jewiſh Cuſtome, *indultum faciens omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui per anni præſentis ſpacium*, et per quemlibet annorum centeſimum futurum, Romam, *ac beatorum Apoſtolorum* Petri & Pauli *baſilicas* voto peregrinationis humiliter acceſſerint et debote, cunctorum ſuorum conceſſit indulgentiam peccatorum, quo multi peregrinati ſunt ad Romam. Jubilæum Judaico more primus inſtituit (addes *Balæus* in his life) & Romam *adeuntibus indulgentias plenarias ac peccatorum remiſſiones ſufflavit*, ut eo pyrbis confluxo agnatos et amicas nocturnas ditaret. [b] *Conradus à Leichthenaw* Abbot

[a] Hiſt. Angliæ p. 45. Polychron. l. 7. c. 40. Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 13. col. 2528.
[b] Rerum Memorabil. Paraleipomena, P. 343.

An. 28 E. 1.

Abbot of *Usperge*, [c] *Crantzius*, and [d] *others* record, That during this Jubile, Albertus *ab electoribus Rex* Romanorum *declaratus, et postquam* Aquisgrani *coronatus* (after his conquest and slaughter of the Emperor *Adolphus*) *et missis ad urbem* Romam *oratoribus, voluntatem de se electorum Principum Pontifici* Bonifacio 8. *jussit intimari*, ut electionem de se factam confirmaret. *Celebraverat jam Papa iste primus* a se institutum Jubilæum *magno ad urbem concursu: usque ad illum Pontificibus non venerit in mentem tàm festo negotio commovere Christianismum. Legationem ad se factam ab electo Rege animosius insinuatam*, rejecit Pontifex animosioz longe, quod sine sua authoritate electio facta robur non haberet; nam utriusque penes se unum gladii potestatem manere affirmabat; quod ipso apparatu in eo qui tum agebatur in urbe Jubileo solenniter fertur ostentasse. *Primo quidem solenni die in Pontificalibus apparens populo, apostolicam illis benedictionem impartitur:* postera autem die imperiali habitu, insula nihilominus Cæsarea insignis, Gladium ante se nudatum fussit deferri, et sedens alta voce testatur, ECCE DUO GLADII, HIC. Vide O Petre successorem tuum, et tu salutifer Christe tuum cerne Vicarium. Vide quo ascendit superbia servozum tuozum. (adde these two Pontifician Writers.) Upon which [e] *Johannes Balæus* hath this observation, *Ut se declararet Pontificem maximum*, et Imperatozem supzemum atque Monarcham totius ozbis, instructum duobus cozнibus æmulantibus Christi potentiam. Si hoc diabolicum monstrum, urbibus ac regibus formidabile, ANTICHRISTUS ILLE MAGNUS NON SIT, tantam sibi in terris potestatem arrogans; Nullus unquam futuro expectandus erat.

c Saxoniæ, l. 8. c. 36. p. 224, 225.

d Cent. Magd. 13. c. 10. col. 1016. Platina Balæus, & Hermannus Schedel. in Bonifacio.

e Script. Brit. Cent. 4. c. 76. Appendix, p. 358.

Moreover, he issued this Bull to the Bishop of *Miden* and Dean of *Dublin* in *Ireland*, to collect and pay in all the arrears of the six years Disme granted by Pope *Nicholas* to King *Edward* towards the relief of the Holy Land (though he never sent any ayd thereto) and to pay and assign them to the *Italian* Merchants of his Papal Chamber in the Name of the Church of *Rome*, (not to the Kings Collectors) notwithstanding any former mandates or assignments to the contrary; the exemplification whereof I found in the *White Tower*.

Brevia Regis de Privato sigillo, &c. Anno 29 E. 1. in Turre London

IN Dei nomine Amen. Hoc est exemplum quarundam literarum Domini Papæ, cum vera Bulla publica & filo serico, non abolitarum, non obrasarum, & non vitiatarum in aliqua parte sui, ac omni suspitione carentium: Quarum Literarum tenor talis est. *Bonifacius* Episcopus Servus servozum Dei, venerabili fratri Episcopi *Medensi*, & dilecto filio Decano Ecclesiæ *Dublinensis*, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum olim fælicis recordationis *Nicholaus* Papa 4. Prædecessor noster, collectionem Decimæ omnium Ecclesiasticozum Reddituum, Pzobentionum, ac Obventionum *Armachen. Dublinensis, Cassellensis & Tuamensis* Pzovinciarum, quam pzo ser annis Pzædecessoz ipse concesserat charissimo in Chzisto filio nostro *E.* Regi *Angliæ* Illustri, ad pzosecutionem commodiozem et efficaciozem negotii Terræ Sanctæ, quod idem Rex personaliter pzosequendum assumpserat, duxerit nobis per suas sub certa fozma literas committendam. Discretioni vestræ, præsentium tenore, distincte pzæcipiendo mandamus, quatinus dilectis filiis *Rogerio* & *Lapo Spine*, *Guidoni Bertaldi*, *Cino Bosi*, & aliis eorum sociis, de societate *Spinorum* de *Florentia*, nostræ Cameræ Mercatozibus, vel alicui seu aliquibus eorundm, de quorum legalitate ac sufficientia facultatum plenè confidimus, aut eorum Procuratori seu Procuratoribus specialiter ad hæc ab eis constitutis, has nostras deferentibus literas, quicquid est de dicta Decima collectum per vos vel vestrum alterum, aut per Sub-collectozes vestros vel alterius vestrum, quod nondum sit alii vel aliis de speciali mandato Sedis Apostolicæ assignatum, infra duozum mensium spatium a receptione pzæsentium, et Colligendum etiam de dicta Decima, si quid restat, quod vos habere cantigerit in futurum, sine diminutione aliqua, integre, omni occasione, difficultate, ac moza postpositis, Ecclesiæ Romanæ nomine assignare curetis. Facientes de assignatione hujusmodi confici publica Instrumenta; quæ, ipsorum similibus penes vos retentis, una cum vestris literis continentibus quid, & quantum, & quibus de prædicta Decima duxeritis assignandum, nobis per fidelem nuncium transmittatis: Non obstante aliquo mandato contrario, a dicta Sede vel a nobis olim facto super ipsa Decima vel ejus parte aliis quibuscunque Mercatozibus assignanda. Sic vos in hac parte ac in executione Officii prælibati vigilanter, fideliter, & efficaciter habituri,

habituri, quod redargui de negligentia non poſſitis, ſed debetis potius de diligentia commendari. Dat. *Anagniæ* 5. Idus *Julii*, Pontificatus noſtri anno quinto. *An.* 28 E. 1.

Ego *Barone de Signa Florentin.* Dioceſis, Jndex Ordinarius, atque Notarius Publicus, filius *Aliotti*, Præſens exemplum ex Originali ſuo fideliter ſumpſi & exemplavi; nil, quod ſenſum vel intellectum mutet, minuens ſive addens. Ideoque ſubſcripſi & publicavi, & ut hiis adhibeatur plena fides meum teſtimoniale ſignum apposui publicè me ſubſcribente.

This Pope not content with theſe arrears, out of his inſatiable avarice and rapin to carry on his Wars againſt the King of *Aragon*, [a] *Hoc anno* Dominus Papa Bonifacius Decimam omnium bonorum Eccleſiaſticorum in Anglia, (and likewiſe in *Ireland*, as the [b] *Annals of Ireland* relate) per triennium uſurpavit, as a Subſidie to the Church of *Rome* againſt her Enemies. Porro illis diebus (as *Matthew Weſtminſter* complains) ſal terræ, et caput bulgi in magnam hydropem ceciderunt: quanto enim plus pecuniam (humorem nequam) hauriebant, tanto amplius eam ſitiebant. *Et quod iſte de temporalitate, non ſponte ſuam imminutum reliquerat*, ille non coactus de ſpiritualitate contaminatum carpebat. Sedit ergo in triſtitia fidelium Eccleſia, deducta per vocales tutores ſuos miſerabiliter ſub tributo.

a Mat. Weſtm. Flores Hiſt. An. 1301. p. 416.
b Cambdens Britannia, p. 163.

What uſurped Juriſdiction this avaritious bribe-taking Pope *Boniface* exerciſed this year over the Biſhop of *Cheſter*, *Walter de Langton* the Kings Treaſurer, and other Biſhops elect in *England*, *Matthew Weſtminſter* thus relates. * *Dominus* Walterus de Langtona *Epiſcopus* Ceſtriæ & *Theſaurarius* Angliæ, apud Dominum Papam ſuper variis facinoribus et facinoroſis criminibus graviter diffamatus, reſponſurus in propria perſona ſuper eiſdem coram Summo Pontifice citatur. Qui erhauſta in Curia non modica pecunia, quia noverunt ipſum præ multis bovem valde pinguem, tamen parum profecit, *Remiſſus namque fuit ad Archiepiſcopum* Cantuar. ut ipſe in abſentia ſua, per certas perſonas purgationem ſumeret accuſati, et per eundem Walterum, negotii inſcium, reſcriberet Summo Pontifici, quid geſtum fuerit, quidve factum. Quidve plura? ſumpta purgatione ſua per Archiepiſcopum a Laicis et Civibus bonæ opinionis ſuper aliquibus criminibus, et a viris religioſis magnæ famæ de reliquis, prout decuit hos et illos cognoſcere, ad Papam iterum eſt reverſus. Papa autem intelligens Purgationem Epiſcopi ſagacem et ordinatam per Archipræſulem ſibi miſſam, Epiſcopum Walterum famæ priſtinæ reſtitutum cum uberiori gratia remiſit ad propria. *Porro Miles qui cum accuſaverat* Johannes, *poſt non multum temporis, & ipſe ſuper homicidio & aliis facinoribus accuſatur. Conſcius vero ſibi vendicat jus Eccleſiæ; Qui etſi ſit uxoratus, ait ſe Diaconum fuiſſe priuſquam eam duxiſſet.* Tandem condemnatus, carceri Epiſcopali liberatur, in per dies quinque nec amplius ſuperviſit. Sumat ſibi ex eo ſpeculum malitia Laicalis, viros Eccleſiaſticos accuſare. *Obierunt hoc anno* Elienſis & Wygornienſis *Epiſcopi, & electi ſunt duo Monachi in loco ipſorum.* Qui non invenientes gratiam conſecrationis ab Archiepiſcopo Cantuar. ad Sedem Apoſtolicam profecti ſunt. Quos cum perveniſſent diſcuſſo electionis utriuſque ordine coram Papa, electio Prioris Elienſis eſt confirmata, Wygornienſis autem Monachi penitus eſt quaſſata. Dedit ergo Dominus Papa Epiſcopatum illum cuidam de Ordine Fratrum Minorum, by his own Papal Proviſion; to wit, to † *William de Gainsborough*, *Sacri Palacii Lector* Romæ. *Et quia hanc in Concionibus & Scholaſticis congreſſibus defendebat doctrinam*, Papam non poſſe errare, neque a quoquam eſſe judicandum, licet mille Chriſtianorum animas ad orcum detruſerit, factus eſt a Bonifacio 8. execrabiliſſimo Romanæ ſedis monſtro Wygornienſis Epiſcopus, ex Franciſcano prodigioſus Pontifex; as *John Bale* relates.

* Anno 1301. p. 417, 418. Godwins Catalogue of Biſhops, p. 261.

† Balæus Scriptorum Brit. Cent. 4. c. 91. p. 36. Godwins Catalogue, p. 364.

Circa præſens tempus (as * *Tho. Walſingham* ſtories, Anno Dom. 1300,) *divulgatum fuit* Romanæ *Curiæ*, quod Sanctimoniales Angliæ (like the *common Harlots* deſcribed by *Solomon*, *Prov.* 7. 11, 12. & c. 9. 14, 15.) vagabundæ inutiliter diſcurrebant per patrias (encouraged by the Popes new Jubile to travel as far as *Rome*, to purchaſe pardons for their whoredomes, and then, yea there to play the Whores afreſh); *quæ vagatio* etſi omnibus religioſis eſſet contraria, nimirum mulieribus eſſet tollenda, *præſertim*, Cum omne quod in mundo eſt, aut eſt concupiſcentia oculorum, aut concupiſcentia carnis, aut ſuperbia vitæ. *Cupiens ergo Summus Pontifex* ſanctæ

* Hiſt. Angliæ p 47. Sanctimoniales vagabundæ.

1 John 2.

An. 28 E. 1. sanctæ providere conversationi (though himself was accused publikly of whoredom) *talibus inordinatis discursibus finem imposuit: quamvis decreta Pontificum* velut fundamenta montium inconvulsis ligaminibus fixa sunt, (which yet every Pope could shake and subvert by their dispensations, and *non-obstantes*) *& dictas sanctimoniales hactenus necessitatis causa extra cellas suas exire permiserant*, cum plerumque tempestatibus et turbinibus secularium rerum religio sanctæ Dei Ecclesiæ maculis reprobrorum dissipatur. *Idcirco pro futurum succedentibus posteris esse decrevit, ut ea quæ salubri consilio ordinantur, & communi assensu fratrum definiantur sine robore suarum robore literarum. Quapropter Summus Pontifex* Bonifacius *octavus scripsit Archiepiscopo* Cantuariensi Roberto, *& aliis Episcopis & Suffraganeis districtè*, præcipiens in virtute sanctæ obedientiæ et injungens, ut omnes Sanctimoniales in suis Diocæsibus habitantes includi facerent, et non de cætero liceat eis de Cellis suis progredi, quia non expedit animabus earum. Dedit etiam idem Apostolicus Archiepiscopo et suis Suffraganeis unicuique in sua Diocæsi, potestatem visitandi, terminos limitandi, ordinandi et exponendi in Cellis dictarum Sanctimonialium, quos terminos et limitationes præterire non licebit, quavis causa necessitatis, *ut decretalis inde confecta testantur.* Which King *Edgar* and other of our Kings by their Royal Charters and Prerogatives did, and King *Edward* might have legally done, without this Popes authority.

The Clergie of *England* having purchased the Kings favour and protection, by granting him such Aides and Subsidies as he demanded of them, against Pope *Boniface* his *premised Decree, without his special license, by which they conceived they had incurred his actual Excommunication; as likewise by procuring the Kings protection and officiating in their cures; imployed their Proctors at *Rome* to purchase and procure special Absolutions from the *Pope* from the said Excommunication, though done only *through force, and such fear as might happen even to a constant man*; who thereupon authorized the Archbishop of *Canterbury*, (the procurer and prosecuter thereof,) to absolve them, upon their petitions and acknowledgement of their offences therein, and submission to such penance as should be imposed on them for that offence, after a short suspension, and promise that they would alwayes thenceforth obey the Mandates of the Pope and Church of *Rome* for the future, and this Constitution in particular; as is evident by certain Instruments of Absolution (remembred by none of our Historians) registred in the *Leiger Booke* of the *Priory of Bath*; out of which I have transcribed some of them, relating to that Priory and Diocesse of *Bath* and *Wells*, not unworthy publike knowledge.

* Here, p. 684, 685, &c.

* Page 210, 211, 212.

VEnerabili in Christo Patri Dei gratia Archiepiscopo *Cantuar.* vel ejus Vicario in Spiritualibus, Frater *Gentilis*, miseratione divina Ecclesiæ Sancti *Martini* in *Montibus* Presbyter Cardinalis salutem, & sinceram in Domino Caritatem. Ex parte *Johannis de Godmer* perpetui Vicarii Ecclesiæ de *Chedder. Bathon. & Wellen.* Dioc. Nobis oblata Petitio continebat, Quod ipse olim per vim et metum qui cadere posset in constantem, invitus Ministris seu Collectoribus illustris Regis Angliæ, contra novæ Constitutionis tenorem sanctissimi Patris Domini Bonifacii divina providentia Papæ octavi, Talleas sive Collectas persolvit; per quod sententiam Excommunicationis incurrit, in tales generaliter promulgatam, et sic ligatus; (non tamen in contemptum Clavium) in suis ordinibus ministrabit, et alias se ingessit divinis. Super quibus supplicari fecit humiliter sibi de absolutionis beneficio et dispensationis gratia per Sedem Apostolicam salubriter provideri. Nos igitur auctoritate Domini Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, circumspectioni vestræ committimus, quatinus si ita est, ipsum Vicarium a dicta Excommunicationis sententia, juxta formam Ecclesiæ absolvatis. Proviso attentè, quod idem Vicarius super hoc mandatis Domini Papæ, et Romanæ Ecclesiæ semper parebit, et faciet illam pœnitentiam quam sibi duxerit injungendam, eoque ad tempus prout expedire videritis a suorum Ordinum executione suspenso. Demum Suffragantibus ei meritis, alioque Canonico non obstante super irregularitate dicto modo contracta, cum eo misericorditer auctoritate dispensetis prædicta. Datum *Agnan.* sexto Idus *Augusti*, Pontificatus Domini Papæ *Bonifacii* octavi Anno sexto.

Sancto

An. 28 *E.* I

SAncto Patri in Chriſto & Domino reverendo *R.* Dei gratia *Cantuar.* Archiepiſcopo, totius *Angliæ* Primati, ſui filii humiles & devoti, *Thomas* Prior & Conventus *Bathon.* ſalutem, & devotus obedientiæ & reverentiæ ſpiritus, cum omni honore debito tanto Patri. **Ad petendum et recipiendum a veſtræ clementia ſanctitatis, beneficium Abſolutionis ſuper Excommunicationis ſententia quam incurriſſe veremur, ex eo quod contra Conſtitutionem Sanctiſſimi Patris et Domini *Bonifacii* divina prȣvidentia Papæ octavi editam, contra omnes qui collectas et exactiones a Miniſtris, Nunciis, ſeu Collectorȣibus illuſtris Regis *Angliæ* perſolverunt nolentes vel invitti, prȣtectionem Domini Regis ſuper hoc impetrantes et recipientes;** dilectum nobis in Chriſto *Hugonem Godmer* Præcentorem Eccleſiæ noſtræ *Bathoniæ* Commonachum noſtrum, noſtrum in hiis conſtituimus Procuratorem. Dantes eidem liberam & plenam poteſtatem, **veſtra in hac parte recipiendi mandata, quæ ſecundum Deum ad ſalutem animarum noſtrarum juxta tenorem, formam, vim et effectum mandati Apoſtolici ſuper hoc vobis directi, nobis duxeritis injungenda, una cum poteſtate jurandi in animas noſtras, ſecundum quod poſtulaverit ordo juris.** In cujus rei teſtimonium ſigillo noſtro communi ſignari fecimus hanc ſcripturam. Datum Capitulo noſtro *Bathon.* 5 Idus *Novembris*, Anno Domini 1300. Ibidem.

UNiverſis præſentes literas inſpecturis pateat evidenter, quod nos *Thomas* Prior *Bathon.* & ejuſdem loci Conventus, ordinis Sancti *Benedicti*, *Bathon.* & *Wellen.* Diocæſis, **bona fide prȣmittimus, et ſub ypotheca omnium bonorum Monaſterii noſtri cavemus, quod nos ſemper Romanæ Eccleſiæ et Domini Papæ mandatis parebimus, ſuper Excommunicationis et Interdicti ſententiis quas incurrimus, prȣ eo quod dudum contra Conſtitutionis tenorem Sanctiſſimi Patris noſtri Domini *Bonifacii* Papæ octavi, Nunciis ſeu Miniſtris Domini Regis *Angliæ* ſubſidium de bonis noſtris Eccleſiaſticis contribuimus, prȣpter vim et metum qui cadere poterit in conſtantes.** In cujus rei teſtimonium, &c. Datum in Capitulo noſtro *Bathon.* 5 Idus *Novembris*, Anno Domini 1300. Ibidem.

UNiverſis præſentes literas inſpecturis, *Robertus* permiſſione divina *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, æternam in Domino ſalutem. Literas venerabilis patris Domini *Matthæi* Dei gratia *Portuenſis* & Sancti *Ruffinæ* Epiſcopi, **Sanctiſſimi Patris Domini *Bonifacii* Papæ 8. Pœnitentiarii, recepimus,** tenorem qui ſequitur continentes. *Venerabili in Chriſto patri* R. *Dei gratia Archiepiſcopo* Cantuarienſi, *vel ejus Vicario in Spiritualibus*, *Frater* Matthæus *miſeratione divina* Portuenſis *ac S.* Ruffinæ *Epiſcopus*, *ſalutem & ſempiternam in Domino* caritatem. **Ex parte Prȣcuratoris et Conventus Monaſterii** Bathonienſis, *ordinis Sancti* Benedicti, **fuit prȣpoſitum coram nobis, quod ipſi olim vi et metu qui cadere poterit in conſtantem, Miniſtris, Nunciis, ſeu Collectorȣibus illuſtris Regis** Angliæ, **contra Conſtitutionem et tenorem Sanctiſſimi Patris et Domini, Domini *Bonifacii* divina prȣvidentia Papæ octavi, nobiliter editæ, contra talleas, collectas et exactiones ſibi impoſitas perſolverunt; prȣpter quod Excommunicationis incurrunt ſententiam ex ipſius Conſtitutionis tenore in omnes et ſingulos contra facientes generaliter prȣmulgatam: Et ſic ligati in ſuis, non tamen in contemptum clavium, miniſtraverunt Ordinibus, et aliis divinis ſe ingeſſerunt officiis, ſicut prius. Verum cum parati ſint Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus obedire mandatis, ſupplicari fecerunt humiliter eis per Sedem Apoſtolicam ſalubriter prȣvideri. Nos igitur ipſorum ſupplicationibus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuentes, auctorȣitate et mandato Domini Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, prȣvidentiæ veſtræ prȣſentium tenore committimus, quatinus ſi eſt ita, ipſos et eorum quemlibet a reatu exceſſus hujuſmodi et excommunicatione quam prȣpter hac incurrunt, abſolvatis, juxta formam Eccleſiæ conſuetam: Interdictum ab ipſo Monaſterio amovendo, et injuncta eorum cuilibet prȣ culpæ modo pœnitentia ſalutari, et alia quæ talibus debent et conſueverunt injungi; quodque ſtabunt mandatis Eccleſiæ, et facient illam pœnitentiam, quam Sedes Apoſtolica eis duxerit injungendam; Super irregularitate er prȣmiſſis contracta diſpenſetis authorȣitate et mandato prȣdictis, alio non obſtante Canonico impedimento miſericorȣiter** Ibidem.

An. 28 *E.* 1. misericorditer eisdem, prout secundum Deum animarum ipsorum saluti viderit is expedire. *Datum* Lateran. 3 *Non.* Martii, *Pontificatus Domini Papæ* Bonifacii *octavi anno sexto.* Nos igitur dictos Priorem & Conventum Monasterii *Bathon.* & eorum quemlibet in persona fratris *Hugonis Godwer* Procuratoris ipsius Ecclesæ *Bathon.* Commonachi & Procuratoris sui, **a majoris Excommunicationis sententia memorata, præstita nobis primitus ab eisdem idonea cautione, quod stabunt mandatis Ecclesiæ, et facient illam pœnitentiam, quam Sedes Apostolica eis duxerit injungendam, authoritate nobis in hac parte commissa juxta formam Ecclesiæ absolvimus, et eis injunximus pœnitentiam salutarem, Interdictum de ipso suo Monasterio amovendo. Et super irregularitate quam ea occasione sic ligati in suis Ordinibus ministrando, et alias se divinis officiis immiscendo contraxerant, cum eisdem et eorum quolibet misericorditer auctoritate dispensavimus prælibata, prout secundum Deum animarum ipsorum saluti vidimus expedire.** In testimonium vero præmissorum sigillum præsentibus est appensum. Datum apud *Lymirge* 17 Kal. *Decembr.* Anno Domini 1300. Consecrationis nostræ septimo.

Ibidem. VEnerabili in Christo Patri Domino R. Dei gratia *Cantuar.* Archiepiscopo, totius *Angliæ* Primati, suus filius devotus *Jordanus*, Vicarius Ecclesiæ de *Weston* juxta *Bathon.* obedientiam & reverentiam debitam cum honore. Gravi corporis ægritudine perpetua detentus, ad vestram venerabilem præsentiam accedere non valens, dilectum mihi in Christo *N.* Clericum, **ad petendam meam absolutionem pro excommunicatione, quam contraxi pro protectione Regia quam recepi compulsus; necnon ad dispensationem super irregularitate, si quam contraxi in miscendo me divinis sic ligatus, coram vobis meum constituo Procuratorem.** Dans eidem potestatem liberam & plenam recipiendi mandatum vestrum, **super iis quæ in mandato Apostolico super hoc vobis directo continentur; et jurandi in animam meam, et omnia facere alia vel faciendi quæ ad salutem animæ meæ, juxta dictum mandatum Apostolicum volueritis ordinare.** In cujus rei testimonium sigillum meum, una cum sigillo Archidiaconi *Bathon.* præsentibus est appensum. Dat. apud *Weston*, 8 Idus *Novembris*, Anno Domini 1300.

No doubt all the rest of the Prelates, Abbots, Priors, Covents, Parsons, Vicars and Clergy of *England* purchased the like Absolutions, under the self-same hard terms and conditions, for obeying God and the King, against this Popes Antichristian Constitution; such Vassals were they to the Papal Chair.

This year I finde this exemplification of Pope *Boniface* his Bull for prolonging the Truce between the Kings of *England* and *France*, attested before the Archbishop of *York*, and Bishop of *Coventry* and *Litchfield*, entred in the * *Patent* and *Almain Rolls.*

* Rot. Patent. An. 28 E. 1. m. 17. intus. Rot. Aleman. Anno 22 E. 1. usque 31. m. 10. intus, nu. 17.

UNiversis præsentes literas inspecturis, miseratione divina *Thomas* Archiepiscopus *Ebor. Angliæ* Primas, & *Walterus Coventr. & Litchfield.* Episcopus, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos vidisse & diligentius inspexisse literas Sanctissimi in Christo Patris Domini *B.* divina providentia Sanctæ *Romanæ* ac Universalis Ecclesiæ Summi Pontificis, vera Bulla ipsius cum filo deserico bullatas formamque sequitur continentes. *Bonifacius* Episcopus, &c. (*verbatim* as before, Here p. 763.) Dat. *Anagniæ* 12 Kal. *Augusti*, Pontificatus nostri anno quinto. In cujus rei testimonium, & ad pleniorem fidem imposterum faciendam, præsentes literas patentes exinde fieri fecimus, & nostrorum sigillorum munimine roborari. Dat. apud *Thorp* juxta *Ebor.* 4 Idus *Julii*, Anno Domini 1300.

Thereupon the King to settle a speedy, firme, final Peace between himself and his Confederates, and the King of *France* and his Adherents, in pursuance of Pope *Boniface* his premised award, concerning all differences between them not fully determined therein, and to execute the same, issued this large Commission to his Proctors therein named, finally to conclude and execute the same, for the general good of Christianity, and relief of the Holy-Land, which he directed and signified to the Pope, thus entred on record.

Sanctissimo

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *B.* divina providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, *Edwardus* ejuſdem gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, devota pedum oſcula beatorum. Cum ſuper negotio reformationis pacis inter Regem *Franciæ* & nos, **juxta formam pronunciationis per vos in quem tanquam in privatam perſonam et Dominum** *Benedictum Gaytanum*, **tam per dictum** *Franciæ* **Regem, quam per nos et confederatos noſtros extitit compromiſſum, virtute compromiſſi ejuſdem factæ plura reſtent veſtræ Sanctitatis arbitrio terminanda, et etiam exequenda. Nos ad honorem Dei, et commodum Terræ Sanctæ affectantes ea celeriter terminari, ad petendum et audiendum, recipiendum et acceptandum complementum, perfectionem et conſummationem, pronunciationes ac reformationis pacis prædictarum,** dilectos & fideles noſtros venerabilem in Chriſto patrem *Johannem Winton.* Epiſcopum, fratrem *Willielmum de Geynesburgh* de ordine Minorum, *Gerardum* Archidiaconum *Richmund. Galfridum de Geynvall*, & *Galfridum Ruſſell* Milites, **Procuratores noſtros et Nuncios ſpeciales,** necnon dilectos Clericos noſtros Magiſtros *Reymundum Arnaldi* de *Rama Vaſaten.* & *Petrum Aimerici* Sancti *Severini Burdegalem* Canonicos, **ad veſtræ Sanctitatis præſentiam deſtinamus.** Dantes & concedentes eiſdem Epiſcopo, Fratri, Archidiacono, Militibus & Clericis, **plenam, generalem et liberam poteſtatem** ac **ſpeciale mandatum, complementum, perfectionem ac totalem conſummationem pronunciationis ac reformationis prædictarum, et omnia alia et ſingula** (quæ **ſuper reformatione pacis, et ſuper omnibus guerris, diſcordiis, litibus, controverſiis, cauſis, quæſtionibus, dampnis et injuriis, petitionibus et actionibus realibus, perſonalibus et mixtis, quæ fuerunt, et ſunt, vel eſſe poſſent inter dictum Regem** *Franciæ* **et nos occaſione quacunque, et præmiſſa quoquomodo contingentibus veſtræ Sanctitatis circumſpectio duxerit diffinienda, arbitraliter ſententianda, præcipienda, ordinanda, diſponenda, pronuncianda, addenda, minuenda, corrigenda, interpretanda, ſeu etiam declaranda, petendi, audiendi, recipiendi, acceptandi, omologandi, roborandi et vallandi per Juramentum in animam noſtram præſtandum, et aliis modis et formis de quibus eis videbitur expedire: Necnon tractandi, paciſcendi, concordandi, et etiam tranſigendi, et omnia alia et ſingula faciendi, quæ ad plenam pacem et concordiæ omniumque prædictorum perfectionem et confirmationem quoquomodo pertinent et poterunt pertinere, et quæ nos faceremus vel facere poſſemus ſi præſentes eſſemus, etiamſi mandatum exigant ſpeciale.** Volumus etiam & concedimus, quod præfati Epiſcopus, Frater, Archidiaconus & Milites, quatuor vel tres ex ipſis, ſi forſan ipſos quinque inſimul ad hoc concurrere non contingat, plenam, generalem & liberam habeant in præmiſſis omnibus & ſingulis: poteſtatem promittentes nichilominus, **nos ratum imperpetuum habituros et firmum quicquid per prædictos Epiſcopum, Fratrem, Archidiaconum, Milites aut Clericos, aut per ipſos Epiſcopum, Fratrem, Archidiaconum et Milites, quatuor aut tres ex ipſis Epiſcopo, Fratre, Archidiacono et Militibus, ſi ipſi quinque ad hoc, ut præmiſſum eſt, inſimul non concurrant, petitum, acceptatum, omologatum, vallatum, aut alias factum fuerit in præmiſſis et quolibet præmiſſorum, ſuper quibus etiam per noſtras literas approbandis, tenendis, ſervandis et complendis nos et hæredes noſtros, ac omnia bona noſtra ſpecialiter obligamus. Et hæc ſanctæ paternitati veſtræ ſignificamus, et omnibus quorum intereſt vel intereſſe poteſt aut poterit in futurum per noſtras patentes literas ſigilli noſtri munimine conſignatas.** Dat. apud *Sanctum Albanum* 15 die *Aprilis*, Anno Domini 1300. *An.* 28 E. 1.

Pat. 28 E 1. m. 17. intus. Literæ Regis de Procuratorio miſſæ ad Curiam Romanam,

In purſuance whereof the King granted this licenſe to the Biſhop of *Wincheſter* and his Servants, to repair to *Rome* for the publick affairs of him and his Realm, with their money, plate and harneſſe, notwithſtanding all former general reſtraints of that kinde.

REX Cuſtodibus paſſagii Portus ſui *Dovor.* ſalutem. Licet vobis nuper mandaverimus, **quod nullam monetam argenteam vel aliquam aliam monetam albam de noſtro vel alterius cuneo, vel vaſa aliqua argentea, ſeu argentum aliquod in maſſa vel alio quovis modo per Portum prædictum ad partes tranſmarinas deferri permitteretis ſine noſtra licencia ſpeciali;** Vobis nichilominus mandamus,

Clauſ. 28 E. 1. m. 8. Pro Johanne Epiſcopo Winton.

An. 28 & 29 Edw. 1.

mus, quod venerabilem patrem *Johannem Wynton.* Episcopum, pro quibusdam negociis Nos et regnum nostrum specialiter tangentibus ad Curiam Romanam profecturum, cum tota familia sua et toto harnesio suo, et rebus suis sine scrutinio inde faciendo per portum prædictum versus Curiam prædictam transfretare permittatis, non obstante mandato nostro suprædicto. Teste Rege apud Sanctum *Albanum* 15. die *Aprilis*.

Per ipsum Regem.

The like License he granted to the Earl of *Lincolne* and his followers, with a restraint to others who shrouded themselves under his advocation and license.

Clauſ. 28 E 1. m. 2. De non permittendo transfretacionem fieri sub advocatione Comitis Linc.

REX Custodibus passagii Portus sui *Dovorr.* salutem. Quia intelleximus quod quidam Milites sub advocacione dilecti & fidelis nostri *Henrici de Lacy* Comitis *Lincolniæ*, ad partes transmarinas versus Curiam Romanam pro quibusdam arduis negociis Nos et regnum nostrum specialiter tangentibus, profecturi, nituntur ad partes prædictas sine nostra licencia transfretare; Vobis mandamus, quod prædictum Comitem, ac Willielmum le Lungs. Johannem le Espring, Milonem de Stapelton, Rogerum le Sauvage, Mauricium le Brun, Johannem de la Mare, Johannem de Molington & Bartholomæum de Badlesmere, Milites, et familiares prædicti Comitis, cum rebus, harnes. & familia sua ad partes prædictas absque impedimento transire permittentes, alios Milites nomine ipsius Comitis licet per prædictum Comitem advocaberint transire nullatenus permittatis, contra formam inhibitionis nostræ inde factæ. Teste Rege apud *Karliolum* 13. die *Octobris*.

Per ipsum Regem, nunciante *W. Cov.* & *Lichf.* Episcopo.

During the Negotiations of the Kings Ambassadors at *Rome* to settle a final Peace, the Kings Proctors sent to the King of *France*, concluded this temporary Truce between them, wherein the *French King* cunningly included the late *King of Scots* and the *Scotish Nation*, as his *allies*, by virtue of their former League with him, which they* *had publikely abjured* before King *Edw.* and his *Nobles*, thus published by King *Philips Letters*, which I found in the *White Tower*, with this brand of dislike prefixed to it.

* See here, p. 602, to 606. 647, to 670.

Treugæ initæ inter Angliæ & Franciæ *Reges per eorum Procuratores & Nuncios, Anno Gratiæ* 1301. *pro quibus* dicti Nuncii Regis Angliæ reprehensi fuerunt, non solum per ipsum Regem et Prælatos et Nobiles, sed etiam per Communitatem Regni prædicti; pro eo, quod permiserunt Regem et gentes Scotiæ includi in treugis prædictis ex parte Francorum Regis, ratione Confœderationis prius initæ inter Francorum et Scotorum Reges prædictos.

An. 29 E. 1. in Turre London.

PHELIP par la grace de Dieu Roy de *France*, a tous ceus qui cestes presentes lettres verront, salutz. Sachent touz, qe come ascuns Tretiz aient este euz entre nous pur nous et en nostre noun d'une parte, et les gentz le Roy *Dengleterre* nostre treschier Cousin, pur lui & en soun noun d'autre part, en la manere qui sensuit. Tretez est & accordez a *Anyers* entre les gentz du noble Prince *Philipp* par la grace de Dieu Roy de *France*, cestassavoir le Counte de *Seint Poole*, le Counte de *Brit.* Monsieur *Hugh de Blouille*, & *Piers Flote*, Chivalers de celuy Roy d'une part, & les gentz du Noble Prince *Edward* par meisme cele grace Roy *Dengleterre*, cestassavoir Leveseque de *Cestre*, le Counte de *Nycole*, Lercediacne de *Richemonde* & *Johan de Berewik* Chanoyne *Deverwik*, dautre; Qui come ascuns traitiz de Pees assent & porra este eux entre les gentz le Roy de *France* & les gentz le Roy *Dengleterre*, & a ce qe il traitiz venissent plus leucrement a effect. Lui dit Roi de *France* eust envoie au dit Roy *Dengleterre* ses Messages, Cestassavoir L'abbe de *Compigne*, Monseur *Aubert de Hanget*, & Meistre *Pierre de Flamgne*; par les queux il sist requere le Roy *Dengleterre*, sicome il avoit autrefoiz fait par plusours autres Messages & lettres especiales, qui des guerres, des molestations, et des greifs qil fesoit au noble Prince J. Roy Descoce, et as Escotz, *et alliez et confederez du dit Roy de France il se suffrist et cessat, et la dite boye pur parlée ou traitée dessusdit, nust pas este lors pursuie par ascuns certeins empeschements, et le dit Roy *Dengleterre* eit novelement enboie ses solempnes Messages au dit Roy de France pur la pursuite du dit traitiz de pées. Trayte est & accordez entre les gentz de devantdit Roy de *France* & les gentz le Roy *Dengleterre* desusdiz, qe les Messages de lun & de lautre Roys de *France* & *Dengleterre* sassembleront a *Monstroill* a la Quinzeine de *Pasch.* procheine-

* Here, p. 602, to 606.

procheinement avenir, pur le dit traitiz de Pees, pur ſuere & mettre a ſyn al ayde de celui qui eſt feſour & actour de Pees. Et pur ce qui le dit traitiz requer proces & aſcun enloignement de temps. Treue eſt, acorde & priſe entre le dit Roy de *France*, pur lui *et pur la dite Roy *Deſcoce*, pur les *Eſcotz*, et pur les autres alliez, & le dit Roy *Dengleterre* pur lui et ſes Alliez, desmeintenont juſques a la feſte Seint *Andreu* qe ſerra lan de grace 1302. le jour decele feſte enclos en la dite treue. Les Conditions & les Declarations qui furent miſes en lautre treue priſe à *Turnoy* entre les ditz Roys de *France* e *Dengleterre*, ſicome elles ſount contennes es lettres faites ſur ce eues, pur miſes & pur expreſſes en ceſte preſente treue taunt come elles ſount ou pount faire a la ſcurte & a la fermete & declaration de la garde de ceſte treue. Et exceptez qui entendu ne doit moi eſtre qui lui *quiens* de *Barre* & les *Burgoynons*, qui ſount venuz a pees au dit Roy de *France*, ne *Guy* jadis Counte de *Flaundres*, et ſes enfans ſoient tenuz pur alliez du dit Roy *Dengleterre*. Et ſauf ce qui lui Roy de *France* tendza en ſa main les terres et les choſes immobebles pzíſes ſur les *Eſcotz*, ſicome il eſt en deſouz eſcript. Item il eſt accordez, qui les terres, poſſeſſions, rentes, heritages, et totes les choſes immobebles qui le dit Roi *Dengleterre* ad pzis et occupies ſur le Roy *Deſcoce* ou ſus les *Eſcotz*, depuis qui les Meſſages le Roy de *Fraunce* deſuznomez bindzent a lui, ou ſerront pzíſez abant la ratification de ceſt pzeſent traitiz fait par le Roy *Dengleterre*, ſerront en la main du Roy de *France* juſqes a la tous ſeintz pzoſchein avenir. Les queles terres, ceſtaſſavoir teles que le devantdiz Rois *Dengleterre* et les Counte de *Nycole* tienent ils ount deſoze endzoit mis par paroles en la main du dit Roy de *France*, et les mettront par fait dedens la quinzeime de la Chandelure pzoſchein avenir, et les autres terres tenuz par autres dedens meiſme cele terme. Item il eſt accorde, qui les Chaſteaux, les Fozteleſces, les Juſtices, les Seignours, et les governementz des dites terres, le devantdit Roy de *France* ſerra tenir et garder en ſa main durant la dite treue par le Duc de *Burgoyne*, ou par celuy ou ceux qil y eſtablira pur lui a ce qui ne ſoit ou ne ſoient ſuſpecionous notoyzement : Sil envent ou poet prendre la Cure & la garde, ou par le Counte *Dambrevill.* ou par celui ou ceux qil mettra pur lui qui ne ſoit, ou ne ſoient ſuſpecionouz notoirement, ſi le Duc ne ſe voleit ou ne poiet entremettre. Et les terres gaynables deſuſdites purra faire le Roy de *France* bailler a gayner et a retiner par quicunq; gentz lui plerra, & les fruitez, & les Rentz, les Iſſues & les Profiz des dites terres tant gaynables come autres ; le dit Roy de *France* purra retenir a ſoy, ou doner a qui lui plerra, et enfaire du tout ſa volunte, durant le temps qil les doit tenir ; ſauve & excepte, qui la meine poeple du pays gaygnours des terres, qui ſount en lour propres heritages, qil avoient, avant qui les ditz Meſſages du Roy de *France* veniſſent au Roy *Dengleterre* de heritage ou a certeine temps ſolonc la cuſtume du Pays, ne ſerront pas oſtez, & luy rendront ceux qui tignent les terres agayner a temps a certein penſion, cele penſion par le dit temps qil doit tenir les dites terres : les queles choſes taunt terres gaynables, come Chaſteaux, Juſtices, Forteleſſes, & toutes les autres choſes, qui ſerront miſes en le main du Roy de *France* per ceſte rayſon en la manere qe elles yſerront miſes ; Il promet en bone foy pur lui et pur ſes heirs, qil rendra enterement, & remettra en la main du dit Roi *Dengleterre* ou de ſes heirs, ou de ceux qil eſtablira ou eſtabliront pur eux a ce dedeinz la feſte de la touz ſeintz proſcheine avenir, ſi effect qe ja navigne, ne ſenſivoit du traitiz de ſuſdiz ; & ſi pees ne ſoit face de deins le dit terme. Et devient les ditz Roys *Dengleterre* & ſoun fuiz aynez doner ayde a garder de fource ceux qui ſerront eſtabliz as gardes des dites terres, & lour dourra & ferra doner le dit Roy *Dengleterre* ſeur & ſauf conduſt par tout ſoen poer puis la treue faillie, ſi pees qui navigne ne ſenſuoit du dit traitiz a ce partir ove totes les choſes des dites terres & a retourner de lour lieux. Et ad bien de dit Roy de *France* fait retenue qe ſaube ſoit a lui et au dit Roy *Deſcoce* et as *Eſcotz* ſes alliez pur la ſuite des choſes deſſuſdites, et des autres, qe le dit Roy *Dengleterre* ad pzis ou occupez ſur eux puis la dite pzimere treue, et des ſuppzíſes et des damages qe ount eſte faitz par lui ou par ſa partie au Roy de *France* ou as *Eſcotz* deſſuſditz, ou as autres alliez du dit Roy de *France*, durantz les treues. Et come les Meſſages du Roy *Dengleterre* facent retenne, qe ſauve ſoit a celui Roy la purſuite des ſuppriſes des occupations & autres Damages qil dient, qui lui ount eſt faitz par le dit Roy de *France*, ou par les ſoeus durant la treue avantdite, il pleſt bien as gentz le Roy de *France* en noun de lui, qe

* *Nota.*

An. 28 & 29 *Edw.* 1. si aſcuns damages ount eſte faitz au dit Roy *Dengleterre* ou as ſoens par le Roy de *France*, ou par les ſoens durant la treue, qil ſoient remandez & redreſcez ſolonc la fourme de la treue, ou de la ſouffrance. Et totes foiz voent & promet le dit Roy de *France*, qui les dites terres, Chaſteaux, Seignouries, & Forteleſſes, & tores les choſes, qui ſerront miſes en ſa main pur ceſte cauſe ſoint rendues & rebaillies entierement au dit Roy *Dengleterre* ou a ſes heires, ou a ceux qil eſtablira ou eſtabliront par eux a ce, ſicome deſſuz eſt dit dedeinz le jour de la touz ſeintz avantdit, noun contreſteaut Article ou Proteſtation contenuz en ſes lettres, ou autre choſe qui a venir puiſſe ſi la pees ne ſe feſoit, ſicome deſſuz eſt dit. Et toutes les choſes deſſuſdites & cheſcune de elles, ſicome ellez ſount deſſuz deviſez les gentz le Roy de *France* deſſuz diz tendront, gardront & acompliront tant come in eux eſt, & procuront qui le dit Roy de *France* les tendra, acomplira & gardera fermement & loiaument, & de ce envoyera ſes lettres overtes au dit Roy *Dengleterre* contenantz les Paroles deſſuſdites. Et eſt aſſavoir, qe ia ſoit ſe, qui les gentz le Roy de *France* appelent touz jours *Johan* Roy *Deſcoce*, et dient qe lui et les *Eſcotz* ſount alliez de Roy de *France*, Les Meſſages le Roy *Dengleterre* meintenent touz le contraire, et le appelent *Johan de Baillol*, et dient qil neſt pas Roy *Deſcoce*, ne lui ne les *Eſcotz* ne ſount alliez au dit Roy de *France*. *Nous le traitiz deſſuzditz & toutes les choſes cy dedens eſcriptes, ſicome elles ſount deſſus expreſſes & deviſees, voloms, looms, agreoms & approvoms; Et promettons en bone foy les tenir & accomplir fermement & loyaument tancome en nous eſt. En teſmoigne de queu choſe nous avoms fait ſeeler ceſtes preſentes lettres de noſtre ſeele. Faites & donees a Seint* Benoyt *ſur* Leyre *le jour de* Noel *Lan de grace* 1301.

These Letters Patents of King *Philip* concerning the Truce being brought to King *Edward* by his Meſſengers, the King before they were read, made a publike Proteſtation againſt the clauſes that concerned the King of *Scots* and the *Scotiſh* Nation, thruſt into them by the King of *France* in favour of the *Scots*, againſt his Commiſſioners wills and proteſtation, as diſhonourable to his former Judgement and proceedings againſt them, and derogatory to his Soveraign Dominion over them and the Realm of *Scotland*, which Proteſtation he cauſed to be ſolemnly regiſtred and drawn up by the Popes publike Notary, which I found in this Original Inſtrument in Parchment in the *White Tower*.

An. 29 E. 1. in Turre London.

IN Nomine Dñi, Amen. Anno Incarnationis ejuſdem Milleſimo triceſimo ſecundo, Indictione tertio, die ultimo menſis Aprilis, *ſcilicet pridie Kal.* Maii *in Capella Caſtri de* Deviſes Sarisburienſis *Dioceſis, coram magnifico Principe* Edwardo *Dei gratia Rege* Angliæ, *Domino* Hiberniæ, *& Duce* Aquitaniæ, *in præſentia mei Notarii publici infraſcripti, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & etiam rogatorum. Magiſter* Bertrandus Grymeward *Clericus perſonaliter conſtitutus, dicit Regi eidem, quod ipſe ſibi, unà cum Magiſtro* Philippo Martel *conſortio ſuo quaſdam literas patentes detulit, ſigillo excellentiſſimi Principis Domini* Philippi *Regis* Franciæ *ſigillatas ſuper ratificatione & approbatione quarumdam Treugarum initarum & concordatarum, ut dicit, apud* Anyers *in* Francia *per Regum Nuncios prænotatos, et quod ipſos ei traderet, dum tamen placeret recipere & videre. Et concitò Dominus Rex* Angliæ *ſupradictus voluit et mandavit, quod Dominus* Johannes de Beneſtede *Clericus, qui præſens aderat,* quaſdam pzoteſtationes ſuo nomine faceret cozam eo et teſtibus infraſcriptis; *qui ſtatim vivo vocis oraculo* pzoteſtabatur in lingua Francigena *ſub verbis quaſi conſimilem habentibus intellectum.* Seigneurs, le Roy de *France* enueit vues Lettres a noſtre Seigneur le Roy per ceſte Clerke qui ci eſt, de ratifiement e de appreuvement des treues priſes e accordees nadgares a *Anyers* par les meſſages le Roy de *France*, e les Meſſages noſtre Seigneur le Roy qi eſt preſent, a tenir a eux deux e a leur alliez. Je fatz deſore pzoteſtation en ſon noun pardevant vous, qe par nullées parolles contenues ou expzeſſes en y celes Lettres de ratefiement ne par nul receibze deles, nentent noſtre Seigneur le Roy qe *Johan de Bayllol*, ne les *Eſcotz* ſoient alliez au Roy de *France*, auſi come il ne ſunt mye, ne quil aſſente en aucune manere qil ſoient enclos en celes treues a la requeſte du Roy de *France*, au de ſes Meſſages par cel acheſon qe pozrant, oui pozteit plus le gerement appzochier a la pées entre celi Roi de *France* e Monſeigneur le Roi *Dengleterre*, ne quedent nentent mye

noſtre

noſtre Seigneur le Roi qil endebient come deſoze aber advantage, ou pzoffit ; Pur ce qe pus laſſent des treues abantdites les *Eſcotz* benantz contre la du foi de celes les quels il bien ſavoient, cozurent obe gzant company des Gentz e a chibaux darmes en les terres, e ſur les gentz qi tindzent de noſtre Seigneur le Roy *Dengleterre*, e qi eſtoient a ſa foi e a ſa pées, e encoze ſunt, e furent aizous homicides e robbarpes tant des biens de Seint Egliſe come des biens ſeculers, e autres come gentz de Keligion malement treterent, e furent autres damages aſſez gziebouſes encontre le bien, e le deboir de meſme celes treues par quoi je facz encoze pzoteſtation en ſun noun, qil nentent point qe les *Eſcotz* ſoient enclos en celes treues, ne qe par celes ne doit creſtte a eur abantage ne pzofit. *An.* 28 *E.* 1

Quibus proteſtationibus ſic peractis, pzæfatus Dominus Rex Angliæ eaſdem pzoteſtationes ratificabit, ac etiam appzobavit, et ſuper hiis ſibi publicum inſtrumentum confici requiſivit. *Acta, dicta, mandata, & proteſtata fuerant omnia ſupraſcripta, Anno, Indictione, die & loco præſcriptis, præſentibus Dominis* Johanne de Merk, & Johanne de Weſton *Militibus, ac Domino* Roberto de Cottingham *Clerico teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis.*

Et ego Johannes *dictus* Boulis *de* London. Domini Papæ authozitate Notarius Publicus, *actis, dictis, proteſtatis, ratificationi, et approbationi interfui ſupraſcriptis, & ſcripſi omnia, prænotaea, ac etiam publicavi, meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus.*

I find 2. or 3. diſtinct Records more in K. *Edward* the 3d his reign, wherein theſe Articles which concern the *Scots* are particularly recited, extracted out of K. *Philips* Letter, teſtifying the Kings, Prelates, Nobles, Commons diſlike and reprehenſion of the Commiſſioners for conſenting to them. After which follows, *Infraſcripta ſunt quædam ex cauſis timoris*, pzopter quas non erat aliquis ex Epiſcopis ſeu Comitibus, aut cæteris pzocur. et Nunciis ſolempnibus per avum Domini noſtri Regis ad Curiam Romanam et ad Franciam Regem ſolite deſtinatis pzo pace refozmanda et treugis ozdinandis, et pzozogandis inter Reges pzædictos et eozum Subditos ei Confæderatos, qui a tempoze ozdinationis treugarum infraſcriptarum quo ad illam partem in qua Rex et Gentes Scotiæ ſunt incluſa, ex parte Franciæ Regis ratione confæderationis inter Franc. et Scotiæ Reges pzius initæ, audebat ſibi aſſumere onera officii Pzocuratozis et Nuncii ad pzoſequend. et continuand. pzoceſſus et tractatus ſuper hiis inchoatos, quouſque illa remedia fuerunt adhibita, *de quibus fit mentio in duobus* rotulis indorſatis*, de ſubditorum ſingularitate, & negligentia, guerrarum materia, & inimicorum audacia. *Et ſpecialiter, quouſque de ordinatione vel aſſenſu majorum ex dictis Epiſcopis & cæteris dicti Regis* Angliæ *Conſiliariis, Procuratores conſtituti fuerunt per Magiſtros & Marinarios Navigii dicti Regis* Angliæ, *ad proſequend. in* in dicta Curia Romana contra Francorum Regem et ſuos per viam peccati ſuper guerrarum materia in Anglia, Scotia, Wallia, Vaſconia, et in Mari Angliæ, ac aliis Terris et Inſulis Cozonæ Angliæ annexis. *Et quouſque certus erat, quod in proceſſu per Papam* Bonifacium 8. inchoat. ad pzoſecutionem Pzocuratozum, Magiſtrozum et Marinariozum pzædictozum, contra Regem Franciæ et ſuos latæ fuerunt in eozum perſonas excommunicationis, et in eozum terras interdicti ſententiæ, et ad hujus ſententiarum executionem faciend. Ozdinatum fuit auxilium bzachii Secularis, cum Crucis ſignatione et aliis materiis ; *Et hujus cauſæ oſtendi non poſſimus ad præſens ex cauſis aliàs exprimend.*

In Turre London.

* Which I found in the White Towet Chappel.

Prima cauſa hujus timoris, in proceſſu per Dominum Papam inchoat. ad Gallicorum et Scotorum inſtantiam, againſt the King of *England*, concerning his claim to the Superior Dominion over the Realm of *Scotland*; thus related by *Thomas Walſingham* and other of our Hiſtorians.

* *Per idem tempus* Scoti *cognoſcentes* Romæ omnia venalia, donis Dominum Papam uberius ditaverunt, petentes ab eo conſilium pariter et auxilium contra Dominum ſuum Regem Angliæ. *Quibus Papa promiſit*, et bene remedium contemplatione† donariozum, *jubens ut celeriter ſine tumultu repatriarent : Igitur Papa promiſſionis ſuæ non immemor, illico direxit quendam* Lumbardum *ad Archiepiſcopum* Cantuar. (his ſworn creature) *jubens*, ut ſuæ legationis bices ageret in hac parte, et Regem adiret cum literis imbullatis, eique mandata Papalia demonſtraret. *Archiepiſcopus verò poſt trium hebdomadarum ſpacium pervenit ad Regem cum prædicto*

* Hiſtoria Angliæ, p. 46, 47. Ypodigma Neuſtr. p. 88, 89.

† denariorum

An. 28 E. 1. dicto Lumbardo, *quem invenit contra* Scotos *demicantem.* Ostendit ei igitur Papale mandatum, *cujus tenor fuit*, ut Rex desisteret Scotos inquietare de cætero, quorum regio et personæ exemptæ specialiter suæ Capellæ, ut asserit, pertinebant. Neque prout dicebat, esse poterat, quin Civitas Jerusalem suos Cives protegeret, et confidentes in Domino sicut Mons Sion confoveret. *Rex autem intellectis hiis apicibus, mox alta voce sic respondit*; Per sanguinem (*inquit*) Dei propter *Sion* non tacebo, & propter *Jerusalem* non quiescam, dum spiritus fuerit in naribus meis; quin jus meum toti mundo cognitum toto posse defendam. Post aliquot dies Scoti frett Papali favore, superciliose mandaverunt Regi Angliæ, ut permitteret illos tranquille vivere donec pares suos et Regem Franciæ consuluissent; communicantes nisi faceret, quod Papa pro illis interponeret suas partes. *Ad hæc Rex indignando subrisit, dicens*; Ex quo vos omnes et singuli mihi fecistis homagia tanquam præcipuo Domino Regni Scotiæ, putatis me tenendum per ampullosa mendacia, ut (tanquam carens viribus) jus quod in vos habeo prætermittam? Cavete ne de cætero coram me cum tali mandato compareatis, quod si feceritis, Dominum testor, a mari usque ad mare totam Scotiam devastabo: (An heroick answer.) *E contra* Scoti *satis audacter asserunt*, se in hac causa sanguinem suum fusuros pro defensione justitiæ & patriæ libertate. *Rex* Angliæ (upon this occasion) *direxit Nuncios ad Papam, Comitem videlicet* Lincolniæ, & *Dominum* Hugonem le Spencer, *qui declararent injurias sibi magnas per* Scotis, *& eorum falsitatem manifestarent. Insuper & Dominum Papam deprecarentur*, ne mendacii fabricatoribus, Scotis videlicet veritatem odientibus, proditoribus et homicidis sinum aperiret de cætero protectionis, quorum fraudulenta falsaque persuasio Papalem sollicitudinem circumvenerat fraudulenter. Papa vero cujus stomachus a corruptione Scotorum nondum gestus fuerat, *etsi noscet justam petitionem Regis*, tamen preces armat et Regi mandat, ut sui contemplatione, Scotis *treugas indulgeat, à die* Omnium Sanctorum *usque ad* Pentecosten; *quod & factum est.*

a Walsingham Hist. Angl. p. 48, 49, 50. Ypod. Neustr. p. 89, 90, &c. b Flores Hist. p. 417, 418. c De Event. Angl. l. 3. c. 13. col. 2529. * See here p. 797, 798.

Soon after, as [a] *Walsingham*, [b] *Mat. Westminster*, and [c] *Henry de Knyghton* story, *Eodem anno Papa* Bonifacius *per* Scotos *informatus, direxit literas Regi* Angliæ *secundarias, in quibus asserit*, Regnum Scotiæ ad jus Romanæ Ecclesiæ pertinere, Regemque Angliæ subjectionem ejus, contra Deum et justitiam, et in præjudicium Sedis Apostolicæ vindicare; (against his own concession but the year before, upon the * delivery of *John Baliol* to his Legate, whereof I found two special Records in the White Tower) *allegans subscriptas ratiunculas.* Primò, *quia cum Rex* Henricus *pater istius obtinuisset auxilium in werra sua contra* Simonem de Monte forti *à Rege* Scotorum Alexandro, ne hoc auxilium jure subjectionis cujuslibet, aut debiti petitum, aut præstitum putaretur, *idem* Henricus *per literas suas patentes recognovit*, non ex debito recipisse, sed ex gratia speciali. Item, *ad coronationem hujus Regis vocatus per literas, ut ei præsentiam amicabilem in tantis solempniis tanquam amicus exhiberet*, non venit ex debito, sed ex gratia speciali. *Insuper pro terris de* Tindale & Penreth *in regno* Angliæ *positis, cum Rex* Scotiæ *ad præsentiam Regis* Angliæ *se personaliter contulisset, eidem fidelitatem impensurus pro eisdem terris, tanquam in* Anglia *sitis*, non ut Rex Scotiæ, nec pro Regno Scotiæ, fidelitatem eandem exhibuit, *quia palam coram protestatum erat*, quod pro Regno Scotiæ fidelitatem Regi Angliæ facere non debebat. Item, *quod prædictus* Alexander *Rex reliquit puellam hæredem, nomine* Margaretam, *neptem Regis* Angliæ, *tunc minoris ætatis, cujus custodia non ad Regem* Angliæ, *velut ad Dominum Supremum pervenit, sed ad certos ejusdem Regni* Scotiæ *Proceres, ad hoc electos.* Rebarguebat etiam Papa Regem, *eo quod post mortem dicti* Alexandri *Regis*, Scotos tanquam acephalos et ducis suffragium non habentes, ipsos per vim sibi subjugavit et metum, in præjudicium et gravamen non modicum Romanæ Ecclesiæ. *Adjiciens*, quod cum Dominus Papa officium Legationis alicui committit erequendum in regno Angliæ, causa solutionis Decimæ, vel etiam quavis alia causa rationabili, et hujus Legatio literis et privilegio speciali Apostolicæ Sedis ad dictum Regnum Scotiæ se non extendat. *Resistendum est & obsistendum hujusmodi Legationi, prout tempore fœlicis recordationis* Adriani *contigit evidenter. Nam Legatus ipse ad præfatum Regnum* Scotiæ aliquatenus admissus non extitit, donec per literas Apostolicas speciales, sibi Legationis officium fuit in eodem commissum. *Item addidit*, quod idem

Regnum

Regnum per beati Petri Apostoli venerandas reliquias non sine superni dono muneris conversum extitit ad fidei Catholicæ unitatem. *Et qualiter in antiquis temporibus* Eboracen. *Archiepiscopus, qui tunc erat, mota per eum supra jure Metropolitano, versus Prælatos* Scotiæ *quæstione, pro se nequivit sententiam obtinere. His propositis movit Regem Dominus Papa per literas suas*, quod Episcopos, Abbates, * Electos, et omnes alios Regni Scotiæ, quos detinebat captivos in carcere, libere abire permitteret, et quod officiales suos de Regno Scotiæ memorato revocaret, quos in præjudicium, injuriam, et grave scandalum fidelium populorum, et oppressionem justorum in dicto Regno statuerat et ordinaverat, ita quod acceptior et gratiosior fieret Deo, et favorem Apostolicæ Sedis in hoc sibi adquireret plenius. *Et si in eodem Regno* Scotiæ *vel aliquo ejus parte, jus aliquod habere se asseret*, per Procuratores et Nuncios ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus juribus et munimentis hujusmodi negotium tangentibus, ad Sedem Apostolicam destinaret, super præmissis plene complementum justitiæ recepturus. In pursuance whereof, Papa mandat Archiepiscopo Cantuar. quod præsentet Regi Angliæ literas quas sibi mittit pro Scotis; by this most insolent imperious Bull, printed in *Matthew Westminster*, the original with another decayed transcript whereof I found in the *White Tower Chappel*. *An.* 28 *E.* 1. * Clericos.

* *Bonifacius* Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo *Cantuar.* salutem & Apostolicam benedictionem. Frequens & inculcata fidedignorum assertio, ac famæ divulgantis eloquium nostro patefecerunt auditui, excessus, molestias, turbationem, dampna, injurias et jacturas, per charissimum in Christo filium nostrum *Edwardum* Regem *Angliæ* illustrem, & officiales ac gentem ipsius, contra Regnum *Scotiæ*, ac Prælatos et Clericos, et personas Ecclesiasticas, Religiosas et Seculares, necnon Ecclesias, Monasteria, et alia Religiosa loca, et habitatores et incolas dicti Regni, et bona eorum etiam attemptata. Nosque nolentes, sicut nec debemus, talia sub dissimulatione transire, Regem ipsum per literas nostras quas tibi mittimus, per te præsentandas eidem seriosas, hortamur, Frater, ut Episcopos, Clericos, et personas Ecclesiasticas dicti Regni, quos adhuc tenere dicitur captivatos, restitui faciet pristinæ libertati, et officiales revocet, quos in eodem Regno asseritur posuisse, atque ad præsentiam nostram suas mittat Procuratores et Nuncios, cum omnibus juribus et munimentis suis, si crediderit in præfato Regno, vel aliqua ejus parte jus aliquod se habere. Nichilominus lites, quæstiones et controversias quaslibet inter ipsum Regem et præfatum Regnum Scotiæ, ac Prælatos, Clericos, et personas seculares ejusdem Regni suborias, et quæ possint in posterum ex quibuscunque causis præteritis exoriri, totumque negotium ad decisionem et determinationem Sedis Apostolicæ, per dictas nostras reducimus literas et etiam reservamus, ac decernimus irritum et inane, si secus scienter vel ignoranter a quoquam in hac parte contigerit attemptari. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ, et sub pœna suspensionis ab administratione Spiritualium et Temporalium districte præcipiendo mandamus, quatinus præfatas literas nostras eidem Regi, sublato dilationis obstaculo repræsentas, ac ipsum ad ea quæ sibi scribimus, ut in exhortationibus acquiescat efficaciter animes et inducas. Diem quoque quo sibi prædictas præsentaveris literas, et quicquid feceris, quidve ipse responderit et fecerit in hac parte, nobis per tuas literas patentes, harum seriem continentes, fideliter et seriosius intimare procures. Datum *Anagniæ* 4 Kal. *Julii*, Pontificatus nostri anno quinto. * Mat Westm: p. 419, 420, & in Turre London.

Nota.

Litera missa Regi Angliæ Edwardo *primo per* Bonifacium *Papam*, quod Regnum Scotiæ pertinet ad Ecclesiam Romanam: (two antient parchment Transcripts whereof I found in the *White Tower Chappel*, and another enrolled in the *Black Book* of *Scotland*.) Mat. Westm, p. 420, to 424. & in Turre London.

Bonifacius Episcopus, Servus servorum Dei, charissimo in Christo filio *Edwardo* Regi *Angliæ* illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Scimus, fili, & longo jam temporis spatio, magistra nos rerum experientia docuit, qualiter erga *Romanam* matrem Ecclesiam, quæ te gerit in visceribus charitatis, Regiæ devotionis affectus exuberat, reverentiæ Zelus viget, quodque promptus & sedis ejus votis obtemperas, beneplacitis acquiescis. Quamobrem spem firmam gerimus, plenamque fiduciam

An. 28 E. 1.

duciam obtinemus, quod regalis sublimitas verba nostra benignè recipiat, diligenter intelligat, efficaciter prosequatur. Sanè ad Celsitudinem Regiam potuit pervenisse, & in tuæ libro memoriæ nequaquam ambigimur contineri, qualiter * ab antiquis temporibus regnum *Scotiæ* pleno jure pertinuit, et adhuc pertinere dinoscitur ad Ecclesiam supradictam; quodque illud sicut accepimus, progenitoribus tuis regni *Angliæ* Regibus, sibe tibi feudale non extitit nec existit. Qualiter etiam, claræ memoriæ *Henricus* Rex *Angliæ*, pater tuus, tempore discordiæ sive belli inter ipsum & quendam *Simonem de Monteforti* suosque fautores & complices suscitatæ, à recolendæ memoriæ *Alexandro* ejusdem *Scotiæ* Rege, ac ipsius *Henrici* genero auxilium sibi petit exhiberi. Et ne hujusmodi auxilium jure cujuslibet subjectionis aut debiti petitum seu præstitum notaretur, præfatus *Henricus* eidem Regi *Scotiæ* suas patentes duxit literas concedendas, per eas firmiter recognoscens, prædictum auxilium recepisse, bel se recepturum duntaxat de gratia speciali. Præterea, cum successu temporis præfati Regis *Scotiæ*, tui fororii, tunc viventis, in tuæ coronationis solempniis habere præsentiam, non ex debito, sed tantum ex gratia intendebas. Et cum etiam Rex ipse pro *Tindaliæ* ac de *Poynerre*, terris in regno *Angliæ* positis, se ad præsentiam tuam personaliter contulisset, tibi fidelitatem solitam impensurus, idem in præfatione fidelitatis hujusmodi, multis tunc præsentibus, vivæ vocis oraculo publicè declaravit, quod pro terris eisdem sitis tantum in *Anglia*, non ut Rex *Scotiæ*, neque pro Scotiæ regno fidelitatem exhibeat eandem, quinimo ipsam exitit protestatus, quod pro regno ipso tibi fidelitatem præstare seu facere aliquatenus non debebat, utpote tibi penitus non subjecto. Tuque sic oblatam fidelitatem hujusmodi admisisti. E tua quoque non creditur excidisse memoria, qualiter eodem Rege de medio quondam sublato, *Margareta* puella, nepte tua, tunc minoris ætatis, hærede sibi relicta, non ad te velut ad Dominum pervenit custodia memorati, sed certi ejusdem regni Proceres, ad ejus custodiam extiterunt electi, quodque postmodum dispensatione ab Apostolica sede obtenta super matrimonio contrahendo inter dilectum filium nobilem virum *Edwardum* natum tuum et *Margaretam* prædictam dum viveret, si ad id Procerum dicti regni accederet vel haberetur assensus, tu eisdem Proceribus per tua scripta caviisse dinosceris, priusquam vellent hujusmodi matrimonio consentire, quod regnum ipsum penitus liberum, nullique subjectum, seu quobismodo submissum in perpetuo remaneret, quodque in pristinum seu talem ipsius statum restitueretur omnino, si ex hujusmodi matrimonio contrahendo liberos non extare contingeret, ac nomen et honorem, ut prius, pariter retineret, tam in suis sibi servandis legibus et præficiendis officialibus dicti regni, quam Parliamentis tenendis, tractandis causis in ipso, et nullis ejus incolis extra illud ad judicium evocandis. Et quod in *tuis patentibus literis inde confectis hæc plenius & serioSius contineri noscantur. Præfata insuper *Margareta* de præsenti luce subtracta, & tandem super successione dicti regni *Scotiæ* suborta dissentionis materia inter partes, ipsius regni Proceres, metuentes sibi dictoque regno posse occasione hujusmodi præjudicium generari, non aliter ad tuam præsentiam extra ipsius accedere limites voluerunt, nisi per te patenti scripto caveretur eisdem, quod id non fiebat ex debito, sed ex gratia speciali; Quodque nullum exinde ipsius regni libertatibus posse dispendium imminere. Et licet (ut dicitur) super statu ejusdem regni *Scotiæ*, ac ejus prius habita libertate, regno ipso tunc carente præsidio Defensoris, per ipsius regni Proceres, tunc velut acephalos, et ducis bel aurigæ suffragium non habentes, sibe per illum cui præfati regni regimen, licet indebite, diceris commisisse, contra morem solitum aliqua fuerint hactenus innobata, ea tamen, utpote per vim et metum, quæ cadere poterant in constantem * illicita, nequaquam debent de jure subsistere, aut in ejusdem regni præjudicium redundare. Cæterum nobis nullatenus venit in dubium, quin potius certi sumus, quod cum Apostolicæ sedis præcellens auctoritas per suas literas in *Angliæ* ac *Scotiæ* regnis simul alicui legationis committit officium exequendum, vel pro quavis causa, quam rationabilem reputat, Decimæ solutionem indicit, hujusmodi Apostolicæ literæ ad præfatum *Scotiæ* regnum se aliquatenus non extendunt, speciali prædictæ Sedis privilegio *Scotis* indulto penitus obstante, prout tempore fælicis recordationis *Adriani* Papæ Prædecessoris nostri, tunc Sancti *Adriani* Diaconi Cardinalis, & per ipsius Sedis literas simul in regnis ipsis legati, cum quo familiariter tunc eramus, contigit evidenter. Nam Legatus ipse ad præfatum regnum *Scotiæ* aliquatenus admissus non extitit, donec per

* An impudent false averment.

* Here, p. 395, to 398. & in 2 Parchment Rolls 1 found in the White Tower

* Therefore Kings Johns Charter of resignation of his Realms & Crown to Pope Innocent by force, fear and fraud was much more voyd by this his Papal resolution; See Tom. 2. p. 326, 327, 328.

per literas ſpeciales Apoſtolicas, ſibi legationis ſuit commiſſum officium in eodem. Præterea noſcere poteſt Regia Celſitudo, qualiter regnum ipſum per beatæ * *Andreæ* Apoſtoli venerandas reliquias, non ſine ſuperni numinis grandi dono acquiſitum, et converſum extitit ad fidei catholicæ unitatem. Qualiter etiam antiquis temporibus *Eborum* Archiepiſcopus, qui tunc erat, mota per eum ſuper jure Metropolico adverſus Prælatos *Scotiæ* quæſtione, in qua dictum antiquitus fuiſſe commemorat; Memento quod ſumus tui, ut cætera quæ indè ſequuntur ſilentio relinquamus, pro ſe ſententiam obtinere nequivit, quamvis alia plura & varia, quæ in hac parte rationabiliter proponenda ſe offerunt; ex quibus ad hæc tibi ſcribenda movemur, prætereat calamus, ne indè forſitan ſenſibus Regiis tædium generetur. Hæc profectò (fili chariſſime) infra clauſtra pectoris ſollicite conſiderare te convenit, & attendere diligenter, ex quibus nulli in dubium veniat, regnum *Scotiæ* prælibatum ad præfatam *Romanam* Eccleſiam pertinere, quod tibi nec licet nec licuit, in ipſius Eccleſiæ ac multorum præjudicium, per violentiam ſubjugare, tuæque ſubjicere ditioni. Cum autem, ſicut habet fidedigna, & noſtris jam pluries auribus inculcata relatio, famæque præcurrentis affatibus divulgatur, tu præmiſſa (ut debueras) non attendens, neque debita conſideratione diſcutiens, et ad occupandum et ſubjugandum ditioni Regiæ regnum ipſum, tunc Regis auxilio deſtitutum, vehementer aſpirans, et tandem ad id exercens potentiæ tuæ vires, venerabilibus fratribus noſtris *Roberto Glaſguenſi* & *Marco Sodorenſi* Epiſcopis, et nonnullis Clericis et aliis perſonis Eccleſiaſticis dicti regni (ut dicitur) captis et carceralibus vinculis traditis; quorum aliquos (ſicut aſſeritur) ſqualore Carceris violentis extinxit: Ac etiam occupatis Caſtris, et (prout fertur) Monaſteriis, aliiſq; Religioſis locis quamplurimis dirutis, ſeu deſtructis, ac dampnis gravibus ejuſdem regni habitatoribus irrogatis, in ejuſdem regni partibus Officiales Regios poſuiſti, qui Prælatos, cæteros Clericos, et Eccleſiaſticas ac etiam Seculares dicti regni perſonas, multimodis perturbare moleſtiis et afflictionibus variis et diverſis impetere non verentur, in divinæ Majeſtatis offenſam, Sedis memoratæ contemptum, Regiæ ſalutis et famæ diſpendium, Juris injuriam, et grave Scandalum fidelium plurimorum. Regalem itaque Magnificentiam rogamus et hortamur attente, et obſecramus in eo, qui eſt omnium vera ſalus, quatinus ſolerter attendens, quod ex debito Paſtoralis Officii noſtris humeris incumbentis, ad conſervanda et gubernanda ſollicite bona et jura omnia Eccleſiæ ſuprædictæ tenemur, quodque homini plus quam Deo deſerre non poſſumus nec debemus, prædictos Epiſcopos, Clericos, et perſonas Eccleſiaſticas, quos adhuc Carcer Regius tenet incluſos, pro Divinæ et Apoſtolicæ Sedis, ac noſtra reverentia (ſublato difficultatis et dilationis objectu) benigne reſtitui facias priſtinæ libertati, dictoſque Officiales de regno *Scotiæ* reboces memorato. Sic te in hiis prout ſperamus et cupimus promptis et efficacibus ſtudiis habiturum, ut apud cœleſtem Regem pro minimis grandia rependentem, non immerito reddaris acceptior, gratior haberis, et præter laudis humanæ præconium tibi proinde probaturum, Apoſtolicæ ſedis favorem et gratiam poſſis uberius promereri. Si vero in eodem regno *Scotiæ*, vel aliqua ejus parte jus aliquod habere te aſſeris, volumus, quod tuos Procuratores et Nuncios ad hoc ſpecialiter conſtitutos, cum omnibus juribus et munimentis tuis, hujuſmodi negotium contingentibus, infra ſex menſes a receptione præſentium numerandos, ad noſtram præſentiam mittere non omittas; cum parati ſumus tibi tanquam dilecto filio plene ſuper præmiſſis exhibere juſtitiæ complementum, et Jura, (ſi qua habes) inviolabiliter obſervare. Nos enim nichilominus extunc lites, quæſtiones, et controverſias quaſlibet inter te denique et regnum *Scotiæ*, ac Prælatos, Clericos, et perſonas Seculares ejuſdem ſuborias, et quæ poſſunt in poſterum ex quibusvis cauſis prædictis exoriri, totumque negotium prædict. contingens, aut aliquod eorundem, ad cognitionem et determinationem ſedis ejuſdem, præſentium tenore reducimus, et etiam reſervamus. Decernentes irritum et inane, ſi ſecus ſcienter vel ignoranter a quoquo in hac parte contigerit attemptari. Datum *Anagniæ*, quinto Kalend. *Julii*, Pontificatus noſtri Anno quinto.

An. 28 E. I.

Not *S. Petri* Apoſtoli: Ergo, it is a part of St. Andrews, not of St. Peters Patrimony, upon this account.

Nota.

What the trayterous Archbiſhop did in purſuance thereof in obedience to the Pope, againſt his duty, oath and allegiance to the King and kingdome, this his certificate to the Pope will fully inform us.

* *Certificatio*

An. 28 E. 1.

Mat. Westm. p. 424, 425.

* *Certificatio Archiepiscopi, Domino Papæ missa, super negotia* Scotiæ.

Sanctissimo in Christo Patri & Domino suo reverendo, si placet, Domino *Bonifacio*, divina providentia Sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, suus filius devotus *Robertus* permissione divina *Cantuariensis* Ecclesiæ Minister humilis, pedum oscula beatorum, cum promptitudine justa posse parendi mandatis papalibus ac præceptis. *Mandatum sanctæ & reverendæ paternitatis vestræ sub Bullâ plumbea nuper recepi, tenorem continens infrascriptum.* Bonifacius Episcopus, &c. (*de verbo ad verbum recitando totam Bullam proximo præcedentem.*) *Cujus delator quasdam alias literas Apostolicas nobili Principi Domino* Edwardo *Dei gratiâ Regi* Angliæ *illustri directas*, et per me et injuncto paternitatis vestræ præsentandas incontinenti, exhibuit, quasi sub eodem contextu. *Quo quidem mandato vestro, una cum literis suprascriptis* reverenter admisso, ac statim coram me recitato, *præparavi sartiunculas, victuras & sumptus, extunc de die in diem, & familiam ordinavi ad veniendum pro exposizione & expeditione eorum, quæ mihi per vos mandabantur ad ipsum Dominum Regem, qui tunc agebat in remotioribus partibus regni sui, versus* Scotiam *distantibus, à loco ubi mandatum vestrum receperam, per viginti vel circiter moderatas dietas. Et antequam venirem continuatis dietis cum omni festinatione ad Civitatem* Carleolum, *quæ est in Marchia* Scotiæ, *ingressus fuit idem Rex cum exercitu suo partem regni* Scotiæ, *quæ vocatur* Galvedia. *Cumque diligenter explorando recepissem à viris fidedignis, secularibus & religiosis, ipsius patriæ notitiam habentibus, quod ad Regem usque ad* Kriandbright, *in arctissimis locis* Galwediæ, *mihi tutus non patebat accessus; tamen propter* Scotos *sine capitis regimine existentes, & alios latrunculos, prædas & sanguinem* Anglorum *sitientes, qui cum duce exercitus eorundem occupaverant media loca inter* Carleolum *et ipsum Dominum Regem, distantem ab eadem Civitate ferè per quadraginta Milliaria, cum propter victus & hospitii defectum, qui in itinere medio, vastata tota patria, reperire vel per eam asportare nequibant; Ego per* obedientiæ necessitatem *ex parte una, et per tanta pericula in tàm longinquis partibus de mea Diocesi & Provincia, quæ ex altera nimium non urgebant arctatus*, maxime non invento inter Seculares vel religiosos quoquam, qui adventus mei causam ipsis *Scotis* verbotenus, vel per literas meas propter mortis periculum auderet deferre, et mihi securum conductum petere ab eisdem; *aliud remedium prout potui exquirens, direxi duos de familiaribus meis ad Dominum Regem prædictum, cum literis meis, navigio per quosdam periculosos transitus maris, significans sibi per easdem adventum meum & ejus causam, et petens*, quod propter reverentiam sedis Apostolicæ, cujus eram nuncius sibi, significaret ubi, qualiter, et quando, ad eum tute accedere possem propter viarum discrimina, quæ sibi per easdem meas literas nunciavi. *Cujus responsio ab eisdem Nunciis, non minima pericula in mari & itinere eundo & redeundo evasis, per literas Regias mihi delato, quibus continebatur, quod ipse Dominus Rex nihil securi pro me scivit ad vitanda dicta pericula, quàm quod cum Domina Regina uxore sua, pro qua miserat, venirem ad partes* Gerewikes, *ad locum ubi disposuit eidem Dominæ obviare, deficiente navigio, quo una cum equis et familiaribus meis necessariis vehi possem per mare, quod dum nuncii mei transierunt tam periculosè versus Regem, ventis etiam quasi continuis validis & contrariis existentibus, morabar in confiniis* Scotiæ, *quærendo de loco in locum victus sufficientiam potius quam abundantiam, circa sex septimanas securioris progressus ad Regem opportunitatem non tam dispendiosè quàm anxiè expectando. Denique cum audirem diligentius explorando, quod idem Dominus Rex cum exercitu suo in redeundo versus Castrum de* Caerlandrock, *quod prius ceperat, in* Scotia *fixisset tentoria, juxta novam Abbathiam de Duzques in* Galvedia, malens periculo me, meos ac mea exponere, *quàm in tam longinquis partibus quodammodo vacuis, extra meam Diocesim & Provinciam diutius sic languere, latitans in quibusdam locis secretis juxta mare, quod dividit* Angliam & Galvediam, *captata temporis opportunitate in refluxu maris, ductus ab hiis, quos non oportebat viæ transitus ignorasse, transivi per quatuor meatus aquarum maritimos cum equis et phaleris, nomine magis (ratione profunditatis aquarum) quam litoris & vivorum sabulorum introitu & exitu periculosos; & quasi inopinatè veni die Veneris proximo post festum sancti* Bartholomæi *Apostoli, ultimo jam transacto, ad dictum Regem, in medio exercitu suo tunc in prædio existentem, & quia non potuit, ut dicebat, eo die vacare, mandavit mihi illo die in sero per duos de majoribus Comitibus, qui tunc assistebant ei, quod in crastino, videlicet Sabbato sequente audi-*

ret

ret me benignè. Adveniente igitur ipso die Sabbati coram devotissimo juveni Domino Edwardo *filio dicti Regis, Comitibus, Baronibus, & aliis Militibus sui exercitus in magna multitudine confluentibus, ac dicto Domino Regi assistentibus, recitato mandato vestro pradicto mihi transmisso,* **literas Sanctæ Paternitatis vestræ præfato Domino Regi directas, authoritate ejusdem mandati præsentavi eidem, quas ipse Dominus Rex reverenter recipiens, eas publice legi coram omnibus, et in** Gallica **lingua fecerat patenter exponi.** *Quibus auditis patienter à singulis,* **animavi ipsum et induri modis quibus potui et scivi, quod vestris exhortationibus, quoad ea quæ in dictis literis exponebantur, pareret in omnibus reverenter.** *Postmodum me secedente ab eo cum Clericis meis ad mandatum suum, dum deliberaret super hiis cum dictis Proceribus suis, ac demum revocato, respondit mihi coram eisdem per interpositam personam sub hac forma.* An. 28 E. 1.

* Responsio Regis Archiepiscopo *Cantuar.* ad literas Apostolicas. * Mat. Westm. p. 426, 427.

Domine Archiepiscope, feciſtis ex parte superioris & reverendi patris Domini Papæ, quandam monitionem, contingentem ſtatum & jus regni Scotiæ; **verum quia consuetudo est Regni** Angliæ, **quod in negotiis contingentibus statum ejusdem Regni, requiratur consilium omnium quos res tangit, ac instans negotium Regni** Scotiæ **tangit statum et jus Regni** Angliæ, **pluresque sunt Prælati, Comites, Barones, et alii Regni** Angliæ **Proceres absentes, qui non sunt nec fuerunt in isto exercitu, quos dictum contingit negotium; quibus etiam inconsultis respondere non poterit dicto summo Patri nostro aut vobis finaliter;** *In hac parte intendit Dominus noſter Rex ſuper contentis in literis dicti patris, quàm citius poterit commodè, eoſdem abſentes & nunc præſentes ſimul conſulere, & cum eiſdem deliberatius tractare, ac per Nuncios proprios eidem Summo Pontifici ſuper hiis de communi eorum conſilio reſpondere. Quod quidem reſponſum idem Dominus Rex ſic in ſua præſentia nomine ſuo factum ratificavit, & etiam expreſſè approbavit. Dum igitur cum tali reſponſo coram tanta multitudine Magnatum & aliorum fidedignorum mihi facto, licentiatus divertiſſem ab eo, & verſus propria revertiſſem, audivi, quod idem Dominus Rex ſtatim infra quatriduum poſt receſſum meum, rediit cum exercitu ſuo ad partes* Angliæ, *& ſingulis quaſi de exercitu ſuo ad propria cum equis & armis remeantibus, idem Dominus Rex exercitu ſic diſperſo, paucis *enim comitantibus & ſecum retentis, perhendinare diſpoſuit, ut dicebatur communiter, apud quandam Abbatiam, quæ vocatur* Holmcoltram, *in confiniis* Scotiæ *ſuper mare.* **Et sic mandatum vestrum cum omni qua potui diligentia, sum reverenter in omnibus executus.** *Valeat ſemper & creſcat in Domino ad ſuæ Eccleſia regimen Apoſtolica Celſitudo veſtra. Datum apud* Otteford 8 *Idus* Octobris, *Anno Dom.* 1300. * eum.

Thus we see how over-diligent and officious this Archbishop was in executing the Popes imperious Antichristian Mandates, in high derogation of his own Kings Crown, Dignity, and Soveraign Dominion over *Scotland*, which this Pope laid claim to by a false pretended antient Right, as a part of St. *Peters* Patrimony, and the Church of *Romes* Demesn.

The King upon the receipt of this Bull from the Pope, delivered to himself by the Archbishop, (on which I finde this *Memorandum* endorsed; *Memorandum quod Dominus Rex tradidit Domino* J. de Langeton *Cancellario ſuo apud* Northampton. 24 *die* Decembris, *anno regni ſui* 29. **Bullam quam Archiepiscopus** Cantuariensis **tulit eidem Domino Regi apud** Cartanoks *in* Scotia, *cujus tenor Bullæ continetur hic infra*;) upon his return into *England* out of *Scotland*, summoned a Parliament at *Lincoln, in Octabis Sancti Hilarii*, to advise with his Prelates, Nobles and Commons how to defend the Rights of his Crown, against this New Papal claim: In the * *Writs of Summons* to the Archbishops, Bishops, Abbots and Priors thereunto, as well as in those to the Earls and Barons, he inserted this memorable clause; **Maxime cum ipsi ad observandum et manutenendum jura Regis et Coronæ nostræ prædictæ una nobiscum, juramenti vinculo sint astricti.** Moreover he issued special Writs to several Deans, Archdeacons, and other learned Scholars to appear at *Lincoln*, to advise with the Lawyers and others of his Counsil concerning his antient Right to the Realm of *Scotland*, penned in this forme.

* Clauſ. 28 E. 1. m. 3. dorſo. See my First Part of a Brief Register of Parliamentary Writs, p. 12, 344, 345. & Here, p. 855.

An. 28 E. 1.
Clauſ. 28 E. 1. m. 3. dorſo.

REX *dilecto Clerico ſuo Magiſtro* Reginaldo de Brandon, *ſalutem.* **Quia ſuper jure et dominio quæ Nobis in regno** Scotiæ **competit, et quæ anteceſſores noſtri Reges** Angliæ **in eodem regno** Scotiæ **habuerunt temporibus retroactis, cum Juriſperitis et aliis de Conſilio noſtro ſpeciale Colloquium habere volumus et Tractatum:** *Vobis mandamus firmiter injungentes, quod modis omnibus ſitis ad Nos apud* Lincoln. *in Octabis Sancti* Hilarii *prox. futur.* **Nobiſcum et cum cæteris de Conſilio noſtro ſuper præmiſſis tractatur, veſtramque Conſilium impenſur. Et hoc ſicut Nos, et honorem et commodum regni noſtri diligitis nullatenus omittatis.** *Teſte Rege apud* le Roſe 28 *die* Septembris.

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis; viz. Magiſtro Willielmo de Grenfeld *Decano* Ciceſtr. *Magiſtro* R. *Decano Sancti* Pauli London. *Magiſtro* Willielmo de Sardene *Official.* Cantuar. *Magiſtro* Roberto de Radeſwell *Archidiac.* Ceſtr. *Magiſtro* Petro de Inſula *Decano* Wellen. *Magiſtro* Johanni de Derby *Decano* Lichf. *Magiſtro* Johanni de Crancumbe *Archidiac.* Eſtriding, *Magiſtro* Philippo Martell, *Magiſtro* Willielmo Pikering, *Magiſtro* Roberto Pikering, *Magiſtro* Willielmo de Kilkenny, *Magiſtro* Richardo de Plumpſted, *Magiſtro* Thomæ de Lugore, *Magiſtro* Petro de Dene, *Magiſtro* Johanni de Lacy.

He likewiſe ſent this Writ to the Chancellor and Univerſity of *Oxford* to ſend 4. or 5. of the diſcreteſt and moſt expert Scholars in the written Law, to conferr with him and his Counſil upon the premiſed buſineſſe of *Scotland*.

Clauſ. 28 E. 1. m. 3. dorſo. The First Part of my Brief Regiſter, p. 345.

REX dilectis ſibi in Chriſto **Cancellario et Univerſitati** *Oxon.* ſalutem. **Quia ſuper jure et dominio quæ Nobis in regno** *Scotiæ* **competit,** &c. (*verbatim*, as in the precedent Writ.) Vobis mandamus firmiter injungentes, **quod quatuor vel quinque de diſcretioribus et in jure ſcripto magis expertis Univerſitatis prædictæ ad Parliamentum noſtrum apud** *Lincoln.* **mittatis**; ita quod ſint ibi in Octabis Sancti *Hillarii* prox. futur. ad ultimum, **Nobiſcum et cum cæteris de Conſilio noſtro ſuper præmiſſis tractaturi ſuumque conſilium impenſuri. Et hoc ſicut Nos, et honorem et commodum regni noſtri diligitis, nullatenus omittatis.** Teſte Rege ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt **Cancellario et Univerſitati** *Cantebr.* **quod mittant ad dictum Parliamentum duo vel tres de diſcretioribus et magis in jure ſcripto expertis Univerſitatis prædictæ,** &c. Teſte ut ſupra. Wherein it is obſervable, that the Univerſity of *Oxford* was placed before *Cambridge*, and a double Number to be ſent from thence to the Parliament to thoſe of *Cambridge*; as being more eminent, and abounding with more learned men in that age, then *Cambridge* Univerſity.

To theſe Writs the Chancellors and Convocations of the Univerſities of *Oxford* and *Cambridge* made theſe diſtinct returns, which I found in a * *Bundle of Writs* in the *White Tower* Chappel.

* Bundela Brevium & Literarum, An. 28 & 29 E. 1. in Turre London.

EXcellentiſſimo Principi & ſereniſſimo Domino, Domino *E.* Dei gratia Illuſtri Regi *Angliæ*, ſui (ſi placet) **Cancellarius Univerſitatis** *Oxoniæ*, **Cœtuſque unanimis Magiſtrorum,** Devotionis obſequium & reverentiæ debitum cum honore. Literas Regiæ Majeſtatis ſuſcepimus, continentes, *ut ad veſtrum Parliamentum* Lincoln. *pro arduis Regni negotiis pertractandis cum cæteris de Conſilio, quatuor ſaltem mitteremus Magiſtros.* Sanè præceptis Regiis obtemperare propenſius congaudentes, **Serenitati Regali Magiſtros quatuor deſtinamus, quorum facta et nomina apud Scholaſticos extolluntur, viros utique Scientia Juris præditos, et moribus benuſtatos, veſtrique honoris et famæ ferbidos Zelatores; Rogantes humiliter, ut Regiæ liberalitatis immenſitas et affluentia bonitatis ipſos dignetur recommendatos habere, atque remittere proſperatis veſtro pro beneplacito negotiis expeditos.** Dierum longitudinem cum ſalute adjiciat vobis ille, per quem Reges regnant & Principes dominantur.

Ibidem.

EXcellentiſſimo Principi Domino, Domino *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ* Illuſtri, **devoti ſui Cancellarius** *Cantebrig.* **et tota Univerſitas cum humili recommendatione;** Seipſos ad mandata paratos, & in Rege Regum feliciter triumphare,

phare. Ad mandatum Serenitatis veſtræ providos viros & diſcretos Magiſtros, *Simonem de Waldene* Monachum, & *Hugonem Sampſonis* Juriſperitos, ad veſtræ dominationis præſentiam deſtinamus, ut in hiis quæ vos et regnum veſtrum contingere dinoſcuntur, pareant in omnibus & intendant. Conſervet vos, &c. *An.* 28 & 29 *Edw.* 1.

The King alſo iſſued Writs to theſe following Abbots, Priors, Deans and Chapters, to ſearch out and ſend all their *Chronicles* to this *Parliament*, to make good his ancient Title to the Realm of *Scotland*.

REX dilecto ſibi in Chriſto Abbati & Conventui *Weſtm.* ſalutem. Quia ſuper jure et dominio quæ Nobis in regno *Scotiæ*, &c. (as before, *uſque tractatum*) Vobis mandamus firmiter injungentes, quod ſcrutatis diligenter omnibus Chronicis, Archibis et ſecretis domus veſtræ, quicquid inbenire poteritis quod tangat dictum regnum *Scotiæ* quoquo modo, Nobis ad Parliamentum noſtrum apud *Linc.* in Octabis Sancti *Hillarii* proximo futur. per aliquem de veſtris, de quo confidentiam habueritis, et qui in hujuſmodi negotio majorem noticiam habuerit, tranſmittatis. Et hoc ſicut Nos, et honorem ac commodum regni noſtri diligitis, nullatenus omittatis. Teſte Rege apud la *Roſe*, 26 die *Septembris*. Claus. 28 E 1. dorſo 3, 2.

Codſimiles literæ dirigantur ſubſcriptis, videlicet, Abbati de *Waltham*, Abbati S. *Auguſtini* in *Cantuar.* Priori & Conventui Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* Abbati de Sancto *Edmundo*, Abbati de Sancto *Albano*, Abbati de *Eveſham*, Abbati Sanctæ *Werburgæ Ceſtr.* Priori & Conventui *Dunelm.* Priori & Conventui *Karliol.* Abbati de *Malmesbury*, Priori & Conventui *Roffen.* Abbati de *Barlinges*, Abbati beati *Petri Glouceſtr.* Abbati de *Furneys*, Abbati de *Holmcoltran*, Abbati de *Cirenceſtr.* Abbati de *Jerovall*, Abbati de *Fontibus*, Abbati de *Radynges*, Abbati *Glaſton*, Abbati de *Rameſeye*, Abbati beatæ *Mariæ Ebor.* Abbati de *Burgo S. Petri*, Abbari S. *Auguſtini Briſtoll*, Abbati de *Thorneye*, Priori & Conventui S. *Swithuni Wynton.*

Conſimiles etiam literæ diriguntur Decanis & Capitulis, Abbatibus & Prioribus ſubſcriptis, videlicet, Decano & Capitulo Eccleſiæ Sancti *Pauli London.* Decano & Capitulo Eccleſiæ beatæ *Mariæ Sarum*, Decano & Capitulo Eccleſiæ *Ciceſtr.* Decano & Capitulo *Exon.* Decano & Capitulo *Wellen.* Priori & Conventui *Bathon.* Decano & Capitulo *Hereford.* Priori & Conventui *Coventr.* Decano & Capitulo *Litchf.* Decano & Capitulo *Linc.* Priori & Conventui *Elyen.* Priori & Conventui *Norwycen.* Decano & Capitulo *Ebor.* Abbati & Conventui *Oſeneye*, Abbati & Conventui de *Abyndon*, Abbati & Conventui de *Alnewyke*, Abbati & Conventui de *Novo Monaſterio.*

Upon reading the Popes Bull, there were divers debates among the Kings Counſil and Parliament, how the King ſhould proceed in anſwering the Popes Bull, or whether he ſhould return any anſwer at all thereto; and how he might avoyd the perils and difficulties that might enſue upon his proceedings therein; as this memorable parchment Roll I lately found in the *White Tower* (then drawen up and preſented to the King and his Counſil) will inform us: containing reaſons *pro & contra* to 5. Quæres then propounded and debated concerning it; the firſt whereof, with the beginning of the ſecond are torn or eaten off from this remaining part, which I ſhall preſent you with. It ſeems the ſecond Quære then propounded, was; Whether the King ſhould ſend any Meſſengers to the Pope to declare and defend his right to the Realm of *Scotland?* to which theſe Reaſons *pro & contra* were propounded and engroſſed in this Roll. The Reaſons againſt it therein remaining, are theſe. In Turre London, An. 29 E. 1.

ITem, Quia (ſic) eſſet Papa Judex in propria cauſa.

Item, Rex Angliæ revocaret in dubium jus et poſſeſſionem ſuam regni Scotiæ, aggrediendo litem.

Item, ammitteret ſecundum formam literæ ſupradictæ approbare reductionem et reſervationem litium, quæſtionum, et controverſiarum ſuborarum, quæ poſſent imposterum exoriri ex quacunque cauſa inter Regem et regnum Scotiæ, ad cognitionem et determinationem Sedis Apoſtolicæ, et etiam decretum ſubſequens, per quod decernit

An. 28 *E.* 1. decernit irritum et inane si secus, &c. per quæ videtur interdicere manum militarem in subditos et rebelles regni Scotiæ, et auferre potestatem jurisdictionem, coercionem in eosdem justitiam faciendi, et sua facta et jura regalia annullare.

Item, cum Papa asserit, in libro memoriæ Regis contineri, ipsius regnum Scotiæ ad Romanam Ecclesiam pertinere pleno jure; *ac etiam concludit*, dictum regnum in bonis seu de bonis Ecclesiæ Romanæ esse; periculosum esset apud Sedem Apostolicam coram Papa litigare; maxime cum Rex contra Papam (qui Papa se asserit judicem et partem) nullum in Curia Romana consilium vel auxilium inveniret. Et periculosum esset ibi Instrumenta et Munimenta deferre, quæ etiam etsi valida essent, ea contra se et suam assertionem forsan nullatenus approbaret.

Si verò non mittat Rex Angliæ *secundum formam mandati prædicti, deliberandum est cujusmodi possent ex hoc pericula evenire. Tamen videtur quibusdam, quod si illud verbum* (volumus, &c.) *importat vim denunciationis, tunc erit his effectus*, quod Dominus Rex Angliæ prosequatur jus suum infra tempus præfixum; alioquin cedat ab actione, ut, sicut destitutus a possessione, excludatur a jure. *Si verò illa verba* (volumus, &c.) *cadant in vim citationis vel artationis* (*ut quidam opinantur*) *tunc creditur posse evenire*, ut sic Rege non mittente juxta formam literarum prædictarum, contracta contumacia vel mittetur Ecclesia Romana in possessione regni Scotiæ, vel excluso Rege Angliæ et vendicatione juris regni Scotiæ, per decretum declarabit, regnum Scotiæ ad Romanam Ecclesiam pertinere, vel ad alias pœnas Domino Regi præjudiciales, tam spirituales quam temporales saltem, de facto usurpando jurisdictionem, potest extendere manus suas in personam scilicet vel in rem; præsertim cum Papa offerat eidem Regi plene exhibere justitiæ complementum, et jura si quæ habeat inviolabiliter observare: Unde Rege non mittente, forsan Papa reputaret Regem oblatæ sibi justitiæ et authoritatis sedis Apostolicæ contemptorem, et de observatione etiam jurium suorum similiter oblata * nullo curare.

* nolle.

Circatertium: An sit mittendum ad declinandum judicium, cognitionem, jurisdictionem et forum; vel ad excusandum, quare non mittat secundum formam mandati? *Deliberandum est ex quibus causis competentibus Rex possit sic declinare vel excusare, et quæ possent ex hiis pericula evenire. Et videtur quibusdam*, quod si Rex declinet Papam, quod non sit Judex suus in temporalibus, quia Papa non debet judicare de Laico feodo, et Papa asserat Regem Angliæ esse Vassallum suum; posset forsan esse periculum, quia Papa reputans eum negasse vassallagium suum, præsumperet in pronunciationes Domino Regi præjudiciales super feudo, quod dicit eum tenere ab Ecclesia, et forte declinationem illam non admitteret, cum asserat regnum Scotiæ ad Romanam Ecclesiam pleno jure pertinere, et sic ipsum regnum sibi subesse in jurisdictione temporali. *Et si sic declinaret*, quodammodo sibi attribueretur cognitio in dubio, an sua sit jurisdictio, cum unus asserat, et alius neget; nec est verisimile, quod pronunciaret contra assertionem suam vullatam, immo potius pro eadem; et ulterius ad alia deteriora et Regi præjudicialia procederet.

Item, cum Papa reducat ad se omnes quæstiones et lites exortas inter Regem Angliæ et regnum Scotiæ, et quascunque personas de regno eodem; et in præcedentibus literis Apostolicis narretur de injusta incarceratione Episcoporum, Prælatorum et Clericorum Scotiæ, et de destructione Monasteriorum et aliorum locorum Religiosorum regni ejusdem, et aliis excessibus et damnis datis, Rege comparente coram Papa per Procuratores et Nuncios ad hoc specialiter deputatos, *sicut in præfatis literis Apostolicis continetur*, quilibet in regno Scotiæ (ut videtur) posset contra Regem denunciare prædicta, et accusare eum de eisdem. Et sic haberet necesse omnibus de se conquerentibus respondere in Curia memorata.

Circa quartum: Si vero se excuset, quia jura Coronæ suæ non potest in judicium deducere sine consensu Procerum et Magnatum regni sui; quodammodo videretur eum reputare Judicem suum.

Item, si excusat se, quia Proceres regni sui positi ad rationem, concorditer dicunt se nolle permittere Regem jura Coronæ suæ, ad quorum conservationem et defensionem juramenti vinculo sunt astricti, contra libertates, leges et consuetudines regni Angliæ coram Papa in judicium deducere, nec jus et possessionem suam regni Scotiæ, quæ clara sunt et certa, in judicium deducere, nec in dubium ac scrupulum quæstionis ponere quoquo modo. Et quod ipsi Proceres illud idem ita scribent: Deliberetur an sit expediens; quia timetur, quod Papa reputaret istam excusationem

frivolam

frivolam, et procederet forsitan ad pœnas præjudiciales præscriptas spirituales et temporales, in personam scilicet et rem, supponendo se esse suum judicem competentem. *An.* 28 E. 1.

Circa quintum verò, videlicet de mittendo informationes correspondentes literis Apostolicis; si hoc videatur Consilio expediens, deliberetur de modo mittendi; an per Nuncium cum literis de credentia, qui extrajudicialiter prædictas informationes Papæ seriatim exponat, et de periculis qui possent inde contingere. *Et videtur quibusdam periculum esse,* quod cum laicum sit mandatum credentiæ et incertum, per interrogationes subtiles et astutas faciendas a Papa, posset Nuncius hujusmodi injuncta sibi excedere, et aliqua præjudicialia forte fateri.

Item, cum Nuncius credentiam plenam habens, quandoque major sit omni procuratore propter generalitatem credentiæ, posset forsan compelli respondere et alia dicere quam sibi erant injuncta, quorum nulla vel difficiles valde foret revocatio in futurum.

Item, sic mittendo Nuncium cum talibus informationibus, jus quod habet in regno Scotiæ contingentibus, videretur parere quodammodo, cum ibi contineatur, quod mittat nuncios cum juribus, &c. et infra certum tempus; Nec protestationes facto contrariæ valerent.

Item, forsan Papa tali Nuncio talia proponenti præfigeret terminum, vel Regi in persona sua, ad ostendendum et probandum jura et allegata coram eo; vel forsan si proposita insufficientia et tanquam probata rejiceret et cassaret, et ulterius ad præjudicialia procederet contra Regem et regnum Scotiæ.

Item, Si mittantur informationes per literas Regias sub Regis sigillo, si videretur expediens, consilio deliberetur de periculis quæ possent accidere. Et timetur, quod Papa informationes hujusmodi et literas tanquam insufficientia documenta et munimenta reputabit; et ob hoc procedens ad alia, pronunciabit aliqua præjudicialia, ut supra. Et cavendum est summopere, ne aliquid obscurum, scrupulosum, dubium, vel præjudiciale, quod possit contra Regem interpretari, in dictis literis inserantur; pro eo quod ipsæ literæ, si mittantur ad Papam, ad perpetuam rei memoriam remanebunt.

Item, sic mittendo et informando, videtur quodammodo parere mandato et voluntati Domini Papæ, et sibi obedire in temporalibus, et ei tribuere facultatem examinandi jura sua in eisdem informationibus sibi missa; et forsan Papa decerneret Regem fore vocandum, ad docendum et ostendendum jura in hujusmodi literis comprehensa et allegata.

Item, Papa intelligens in parte esse sibi paritum et non plene, præcludet Regi viam quoquam ulterius proponendi seu probandi.

Si vero Rex Angliæ nullo modo compareat nec mittat Procuratorem, nec Nuncios, nec informationes extrajudiciales, nec se excuset, nec judicium declinet; tamen quia literæ Apostolicæ non videntur habere vim citationis nec monitionis, nec ipsum Regem artare ad mittendum, prout in ipsis literis continetur; præcipue cum Papa non reputetur Judex in Laico feudo; tamen quia etiam hujusmodi literæ aspera, insolita, et inaudita, ac juri communi contraria videntur continere, (in quo casu etiam, etsi Papa esset Judex competens, videretur secunda jussio expectanda) tunc forsan Papa contra Regem, tanquam contra contumacem et indefensum, ad pronunciationes, præclusiones, et juris Ecclesiæ Romanæ declarationes, et ad alia procederet præjudicialia, *prout supra.*

a Claus 29 E. 1. m. 10. dorso. Ryley Placita Parl. Append. p 496
b Mat. West. An. 1301. p. 427. to 435.
c Tho. Walsingham, Hist. Angl. p. 49, &c. Ypodigma, p. 89, to 95.
d Henry de Knyghton de Event. Angl. l. 3. c. 4. col. 2484, to 2490.
e Polyd. Virgil, Fabian, Caxton, Holinshed, Speed, Stow, Daniel.

After mature, serious debate, and consideration of these Questions and Reasons *pro & contra* in the Parliament at *Lincoln*, *Rex Apostolicis literis* et deliberato *apud* Lincolniam convocato Concilio, pro jure suo declarando, literas hujus tenoris rescripsit, (inrolled in perpetuam rei memoriam in the [a] Records in the *Tower*, and registred at large to posterity, by [b] *Matthew Westminster*, [c] *Thomas Walsingham*, [d] *Henry de Knyghton*, and more briefly by [e] others.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *Bonifacio*, divina Providentia, Sanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*; Devota pedum oscula beatorum. Infrascripta non in forma nec in figura judicii, sed omnino extra judicium pro serenanda

An. 29 *E.* I. nanda sanctæ paternitatis vestræ conscientia vobis transmittimus exhibenda. Altissimus inspector cordium, * nostræ scrinio memoriæ indelebili stylo novit inscribi, quod Antecessores et Progenitores nostri, Reges *Angliæ* jure superioris et directi dominii ab antiquissimis retro temporibus Regno *Scotiæ*, et * ipsius Regibus, in temporalibus et anneris eisdem præfuerunt, et ab eisdem Regibus pro regno *Scotiæ*, et ejusdem regni Proceribus, a quibus habere volebant, ligea homagia et fidelitatis juramenta receperunt: nos Juris et dominii possessionem continuantes hujusmodi, pro tempore nostro, eadem * tam a Rege *Scotiæ*, quam ab ipsis regni Proceribus recepimus: quinimo tanta juris et dominii prærogativa super regnum *Scotiæ* et ejusdem Reges gaudebant, quod regnum ipsum suis fidelibus conferebant, Reges etiam ex justis causis amovebant, et constituerunt sub se loco ipsorum alios regnaturos, quæ proculdubio ab antiquo notoria fuerunt et existunt *; licet aliud fortè paternis auribus per pacis æmulos & rebelliones filios fuerit falsa insinuatione suggestum; quorum machinosa & imaginaria figmenta vestra providentia, quæsumus, aspernetur. (Which *Matth. Westminster* and *Walsingham* thus relate, Licet aliud forsitan paternis vestris auribus, &c. suggestum fuerit à quorum machinosis & imaginariis figmentis, ut vestræ Sanctitatis oculus avertatur, suppliciter quæsumus, & paternam clementiam & excellentiam devotis affectibus exoramus, ut brevitatis causa, gestis antiquorum temporum salvis, quædam exempli causa tangamus.) * Sub temporibus itaque *Ely* & *Samuelis* Prophetæ, viz. quidam strenuus & insignis, *Brutus* nomine, de genere *Trojanorum*, post excidium urbis *Trojæ*, cum multis nobilibus *Trojanorum*, applicuit in quandam Insulam, tunc *Albion* vocatam, à Gigantibus inhabitatam, quibus sua & suorum devictis potentia & occisis, eam nomine suo *Britanniam*; socioisque suos *Britones* appellavit, & ædificavit Civitatem, quam *Troinovantum* nuncupavit, quæ modo *Londonia* nominatur. Et postea regnum suum tribus filiis suis divisit, scilicet *Locrino* primogenito illam partem *Britanniæ*, quæ nunc *Angliæ* dicitur; & *Albanacto* secundo natu, illam partem quæ tunc *Albania* à nomine *Albanacti*, nunc vero *Scotia*, nuncupatu; Et *Cambro* filio minori partem illam, nomine suo tunc *Cambriam* vocatam, quæ nunc *Wallia* vocitatur; reservata *Locrino* seniori Regia dignitate. Itaque biennio post mortem *Bruti* applicuit in *Albania* quidam Rex *Hunorum* nomine *Humber*, & *Albanactum* fratrem *Locrini* occidit: quo audito, *Locrinus* Rex *Britonum* persecutus est eum, qui fugiens submersus est in flumine, quod de nomine suo *Humber* vocatur; & sic *Albania* revertitur ad dictum *Locrinum*. Item *Dunwallo* Rex *Britonum Scatarium* Regem *Scotiæ* sibi rebellem occidit, & terram ejus in deditionem recepit. Item duo filii *Dunwallonis*, scilicet *Belinus* & *Brennius* inter se regnum patris sui diviserunt: Ita quod *Belinus* senior Diadema Insulæ cum *Britannia*, *Wallia* & *Cornubia* possideret; *Brennius* vero, sub eo regnaturus, *Scotiam* acceperet; (Petebat enim *Trojana* consuetudo, † ut dignitas hæreditatis primogenito perveniret.) Item, *Arturus* Rex *Britonum* Princeps famosissimus, *Scotiam* sibi rebellem subjecit, & penè totam gentem delevit; & postea quendam nomine * *Anguselum*, in Regem *Scotiæ* præfecit. Et cum postea idem Rex *Arturus* apud Civitatem *Legionum* festum faceret celeberrimum, interfuerunt ibidem omnes Reges sibi subjecti; inter quos † *Anguselus* Rex *Scotiæ* servicium pro regno *Scotiæ* exhibens debitum, gladium Regis *Arturi* detulit ante ipsum; & * successibe omnes Reges Scotiæ omnibus Regibus Britonum † fuere subjecti. Succedentibus autem Regibus *Anglis* in prædicta Insula, & ipsius Monarchiam & dominium obtinentibus, subsequenter (An. Gratiæ 907.) *Edwardus* dictus senior filius *Eluredi* Regis *Angliæ*, *Scotorum*, *Cumbrorum*, & *Strege Wallorum* Reges, sibi, tanquam superiori Domino, subjectos habuit et submissos. (Anno Gratiæ 933.) *Adelstanus* Rex *Angliæ Constantinum* Regem *Scotorum*, sub se regnaturum, constituit, dicens, Gloriosius est Regem facere, quam Regem esse. Et * est dignum memoria, quod idem *Adelstanus*, intercedente Sancto *Johanne de Beverlaco* quondam Archiepiscopo *Eborum*, *Scotos* rebellantes ei † dimicavit, qui gratias Deo devotè agens, Deum exoravit, petens quatenus interveniente beato *Johanne*, sibi aliquod signum evidens ostenderet, quatinus tàm succedentes quàm præsentes cognoscere possent *Scotos Anglorum* regno jure subjugari. Et videns quosdam Scopulos juxta quendam locum propè *Dunbar* in *Scotia* prominere, extracto gladio de vagina, percussit in silicem; qui Lapis ad ictum gladii, Dei virtute agente, ita cavatur, ut mensura ulnæ longitudine posset coaptari; & hujus rei hactenus evidens signum appa-

ret,

* vestræ

* omnibus

* Juramenta, Here, p. 506, to 536. 649, to 665.

* apud omnes

* See Here, p. 490, to 496.

† quod

* Ancelmum

† Ancelmus

* successione

† fuerunt

* in memoria

† divicit

ret, & in *Beverlacenſi* Eccleſia, in legenda Sancti *Johannis* quaſi ſingulis Hebdomadis per annum ad laudem & honorem S. *Johannis* pro miraculo recitatur. Et de hoc extat celebris memoria tàm in *Anglia* quàm in *Scotia* uſque ad præſentem diem. Item *Conſtantinus* Rex *Scotorum*, & *Eugenius* Rex *Cumbrorum* ad prædictum Regem **Angliæ Adelſtanum*, poſt aliqualem diſſentionem inter eos habitam venientes, ſe cum ſuis regnis eidem *Adelſtano* dedidere; cujus facti gratia filium *Conſtantini* ipſe *Adelſtanus* de ſacro fonte ſuſcepit. Item (Anno gratiæ 948.) *Edredo* Regi *Angliæ Scoti* ſine bello ſe ſubdiderunt, et eidem Regi *Edredo* tanquam Domino fidelitatem debitam juraverunt, quodam *Yricio* Rege ſuper ipſos *Scotos* ſtatuto. Item (Anno gratiæ 974) cum *Edgarus* Rex *Angliæ* Regem *Scotorum Kinadum*, & *Cumbrorum Malculmum*, Regem plurimorum Inſularum *Makkum*, alios quinque Subregulos, ſcil. cet *Dunevaldum*, *Syferth*, *Huwal*, *Jacob*, & *Inchil*, per fluvium *Dehe* remigare feciſſet, (in quadam navi pro-proram ſediſſet) fertur ipſum dixiſſe, Succeſſores ſuos gloriari ſe Reges *Anglorum* eſſe, cum tanta honorum prærogativa fruerentur, ut ſubjectam haberent tot Regum potentiam. Poſt dictum *Edgarum* ſucceſſive ſucceſſerunt Reges *Angliæ*, Sanctus *Edwardus* Martyr, *Egelredus* frater ejus, *Edmundus* dictus *Hirenſide* filius *Egelredi*, & *Knutus* (Anno gratiæ 1017.) qui eorum temporibus regnum *Scotiæ* in ſua ſubjectione pacifice tenuerunt; hoc duntaxat excepto, quod anno quintodecimo regni *Knuti* prædicti, idem *Knutus Scotiam* rebellantem, expeditione illuc ducta Regem *Scotiæ Malcolinum* parvo ſubegit negotio; ſubdituſque eſt ei idem *Malcolinus*. Quibus *Heraldus* filius *Knuti*, & *Hardeknutus* frater ejus, unus poſt alium Reges *Angliæ* ſucceſſerunt; qui, eis ſic regnantibus, ſibi ſubjectionem regni *Scotiæ* pacifice habuerunt. Item (Anno gratiæ 1054) Sanctus *Edwardus* Rex *Angliæ* regnum *Scotiæ* dedit *Malcolmo* filio Regis *Cumbrorum*, de ſe tenendum. Item (Anno gratiæ 1072) †*Willielmus* dictus *Baſtardus* Rex *Angliæ*, cognatus dicti *Edwardi*, à *Malcolmo* Rege *Scotorum*, tanquam a ſuo homine ſibi ſubdito, homagium recepit. Item (Anno gratiæ 1091.) *Willielmo Ruffo* Regi *Angliæ* prædictus *Malcolmus* Rex *Scotorum* juramento fidelitatis ſubjectus fuit. Item (Anno gratiæ 1092.) prædictus Rex *Willielmus Donewaldum* de regno *Scotiæ* et juſtis cauſis amobit, et loco ejus *Duncanum* filium *Malcolmi* Regem *Scotiæ* præfecit, et recepit ab eo fidelitatis juramentum; dictoque *Duncano* doloſè perempto, dictus Rex *Willielmus* præfatum *Donewaldum*, qui iterum Regem *Scotiæ* invaſerat, amobit ab eodem, & *Edgarum* filium dicti *Malcolmi* Regem *Scotiæ* conſtituit, et eidem illud regnum donabit; Cui ſucceſſit *Alexander* frater ejuſdem *Edgari* conceſſu Regis *Angliæ Henrici* primi, fratris dicti Regis *Willielmi Ruffi*. Item (Anno gratiæ 1126) *Matildi* Imperatrici filiæ & hæredi Regis *Henrici* prædicti, Rex *Scotiæ David* fecit homagium et fidelitatem. Item Regi *Anglorum Stephano Henricus* filius dicti Regis *David* homagium fecit. Item *Willielmus* Rex *Scotorum* pro regno *Scotiæ*, & *David* * frater ſuus, et Comites et Barones regni *Scotiæ*, devenerunt homines *Henrici* filii Regis *Angliæ Henrici* Secundi in craſtino Coronationis prædicti *Henrici* filii *Henrici* ſecundi, patre vivente, et fidelitatem ei juraverunt contra omnes homines, ſalva fidelitate debita patri vivanti. Anno vero viceſimo regni Regis *Henrici* Secundi prædicti, dictus *Willielmus* Rex *Scotorum* rebellare incipiens, venit in *Northumbriam* cum Exercitu magno, & exercuit in populo ſtragem magnam: Cui occurrentes Milites Comitatus *Eborum* apud *Alnewyk* ipſum ceperunt, & dicto *Henrico* Regi *Angliæ* reddiderunt. Annoque ſequenti (1135) ſcilicèt 15. Kal. *Martii* eſt idem *Willielmus* permiſſus liberè abire. Poſtea vero apud *Eborum* anno eodem 17 Kal. *Septembris*, idem *Willielmus* Rex *Scotorum*, de conſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, Procerum, & aliorum Magnatum regni *Scotiæ*, Domino ſuo Regi *Angliæ Henrico* filio *Matildis* Imperatricis prædicto, ſuis literis patentibus caviſſe noſcitur, quod ipſe et hæredes et ſucceſſores ſui Reges *Scotiæ* Epiſcopi et Abbates, Comites etiam et Barones, et alii homines regni *Scotiæ*, de quibus Dominus Rex habere voluerit, facient Regibus *Angliæ* homagium, fidelitatem, et ligeantiam ut ligio Domino contra omnem hominem. Et in ſignum ſubjectionis hujuſmodi, idem *Willielmus* Rex *Scotiæ* Capellum ſuum, et Cellam atque Lanceam ſuper Altare Eccleſiæ beati *Petri Eboracenſis* optulit; quæ in eadem Eccleſia uſque in hodiernum diem remanent et ſervantur. Item, Epiſcopi, Comites et Barones dicti regni *Scotiæ* conventionaverunt (ut verbis ejuſdem Conventionis utamur) Domino Regi & *Henrico* filio ſuo prædictis, Quod ſi Rex *Scotiæ* aliquo caſu a fidelitate Regum

* See Here, p. 490, 491.

† See p. 491, 492.

* filius ejus.

An. 29 E. 1. Angliæ et Conventione prædicta recederet, ipsi cum Domino Rege Angliæ tenebunt, sicut cum ligio Domino suo, contra Regem Scotiæ, quousque ad fidelitatem Regis Angliæ redeat. Quam quidem compositionem felicis recordationis Gregorius Papa 9. in diversis rescriptis Regibus Anglia & Scotiæ directis, mandavit firmiter observari; continentibus etiam inter cætera, quod Willielmus et Alexander Reges Scotorum, Regibus Angliæ Johanni et Henrico ligium homagium et fidelitatem fecerunt, quæ tenentur successores eorum, Comites et Barones regni Scotiæ, ipsis et suis successoribus exhibere. *Et iterum*, quod cum idem Rex Scotiæ homo ligius sit ipsius Henrici Regis Angliæ, et eidem fidelitatis præstitit juramentum, quo se principaliter astrinxit, quod in ipsius Regis et regni Angliæ detrimentum nihil debeat penitus attemptare. Et Papa Clemens scribens Regi Angliæ, pro Johanne Episcopo S. Andreæ, expulso ab Episcopatu suo per Regem Scotiæ, inter cætera rogavit, quod Willielmum Regem Scociæ moneret et induceret; et (si necesse fuerit) districtione Regali quæ ei præeminet, et concessa suæ Regiæ Celsitudini potestate compelleret, ut dicto Episcopo omnem rancorem remitteret, et Episcopatum suum habere in pace permitteret. Et post Conventionem prædictam in Ecclesia beati Petri Eborum coram prædictis Regibus Angliæ & Scotiæ, & David fratre suo, & universo populo, Episcopi, Comites, Barones, Milites de terra Regis Scotiæ juraverunt Domino Regi Angliæ, & Henrico filio suo et hæredibus eorum, fidelitatem contra omnem hominem, sicut ligeis Dominis suis. Et (Anno gratiæ 1194) idem *Willielmus Rex Scotorum ad mandatum Regis Henrici prædicti venit apud Norhampton, ad Parliamentum Domini sui, adducens secum omnes Episcopos, Abbates & Priores totius regni sui. Et venit etiam ad ejusdem Angliæ Regis mandatum in Normanniam. Et idem Rex Willielmus post decessum dicti Regis Henrici veniens Cantuariam, Ricardo Regi Angliæ filio & hæredi dicti Henrici fecit homagium. Quo Ricardo viam universæ carnis ingresso, sæpefatus Willielmus Johanni Regi Angliæ fratri & hæredi prædicti Regis Richardi extra Civitatem Lincolniæ supra quendam montem, in conspectu omnis populi fecit homagium, et jurabit ei fidelitatem super Crucem Huberti tunc Cantuariensis Archiepiscopi; et eidem Johanni tanquam Domino suo per Cartam suam concessit, quod Alexandrum filium suum sicut hominem suum ligium maritaret; promittendo firmiter in Charta eadem, quod idem Willielmus Rex Scotorum & Alexander filius suus, Henrico filio Regis Angliæ Johannis, tanquam ligio Domino suo contra omnes mortales fidem et fidelitatem tenerent; à quo quidem Willielmo Rege Scotorum postmodum, pro eo quod desponderat filiam suam Comiti Boloniæ præter ipsius Regis Johannis Domini sui assensum, pro transgressione et temeraria præsumptione hujusmodi, debitam satisfactionem accepit. Item Alexander Rex Scotorum, sororius noster, Regi Angliæ Henrico patri nostro, pro regno Scotiæ, & postea nobis, homagium fecit. Vacante deinde regno Scotiæ post mortem Alexandri Regis illius, & subsequenter per mortem Margaretæ ejusdem regni Scotiæ Reginæ & Dominæ, Neptis nostræ, *Episcopi, Abbates, Priores, Comites, Barones, Proceres, & cæteri Nobiles & Communitates totius regni Scotiæ, ad nos, tanquam ad legitimum Defensorem, Ducem, Aurigam, Capitaneum, et Dominum capitalem ejusdem regni sic vacantis gratis et spontanea voluntate accedentes, prout tenebantur de jure, jus nostrum, progenitorum, et antecessorum nostrorum, ac possessionem superioris et directi dominii in regno eodem, et ipsius regni subjectionem ex certa scientia pure, simpliciter et absolute recognoberunt, et præstitis nobis ab eisdem tanquam superiori et directo Domino Scotiæ debitis et consuetis fidelitatum juramentis, ac Civitatibus, Burgis, Villis, Castris, ac cæteris munitionibus regni ejusdem in manu nostra traditis ad Custodiam, ejusdem regni nostri certos jure nostro Regio Officiales et Ministros deputabimus, quibus ipsi tempore vacationis hujusmodi concorditer fuerant obedientes et intendentes in nostris præceptis Regiis et mandatis. Postmodum autem diversæ personæ super successione in dictum regnum Scotiæ jure hæreditario inter se contendentes, ad *Nos, tanquam ad superiorem Dominum regni Scotiæ accesserunt, petentes super jure succedendi in regnum prædictum sibi per nos exhiberi justitiæ complementum, volentes et expresse consentientes coram nobis tanquam superiore et directo Domino regni Scotiæ stare juri. Et demum earundem partium petitionibus et juribus coram nobis tanquam superiore et directo Domino judicialiter propositis, ac sufficienter auditis, rimatis, examinatis et diligenter intellectis, in præsentia omnium Prælatorum et Nobilium

* Here, p. 492, 493.

* Here, p 494, &c.

* Here, p 497, to 529.

Nobilium quasi totius regni Scotiæ, et de voluntate et assensu expresso eorundem procedentes, Johannem de Balliolo debite * præfecimus in Regem Scotorum, quem tunc in successione ejusdem regni hæredem legitimum et jura habere invenimus potiora. Qui quidem Prælati, Comites, Barones, Communitates ac cæteri Incolæ ejusdem regni hujusmodi sententiam nostram expresse omologarunt, acceptarunt et expresse approbarunt, et ipsum Johannem de mandato nostro virtute hujusmodi judicii in Regem suum admiserunt. Ac idem Johannes Rex Scotiæ pro regno suo, præstito nobis † homagio debito et consueto, ac fidelitatis juramento, ad Parliamenta nostra de mandato nostro veniens, eisdem tanquam noster Subditus, sicut alii de regno nostro interfuit, et nostris tanquam Domini sui superioris dicti regni Scotiæ paruit beneplacitis et mandatis, nobis in omnibus obediens et intendens; quousque idem Johannes Rex Scotiæ, et Prælati, Comites, Barones, Nobiles, Communitates, ac cæteri Incolæ majores regni ejusdem ex præconcepta malitia at prælocuta ac præordinata proditione, factiones, confederationes, conspirationes et conjurationes, in exhæredationem nostram et hæredum nostrorum, ac regni nostri, contra debitum homagii sui et fidelitatis juramentum inter se inierunt, in crimen læsæ majestatis nequiter incidendo. Unde cum præmissa ex fideli relatione, fama publica consentiente, ad aures nostras perveniissent, volentes futuris periculis præcavere, quæ ex hiis & aliis possent nobis, regno nostro, & regni nostri Incolis verisimiliter provenire, †pro assecuratione regni nostri accessimus ad confinium regni utriusque, pluries mandantes eidem Johanni tunc Regi Scotiæ, quod ad certa loca in confinio prædicto ad nos accederet, super præmissis et aliis, pro statu, tranquillitate et pace utriusque regni assecurationem facturus, et alia per nos et Consilium nostrum sibi expedienda auditurus, et super hiis et ea contingentibus justitiam recepturus: Qui spretis mandatis nostris, contumaciter in sua persistens perfidia, ad bellicos apparatus cum Episcopis et Clericis, Comitibus, Baronibus regni Scotiæ, ac etiam aliis exteris conductitiis, contra nos, regnum nostrum et Incolas regni nostri hostiliter se convertens accinxit, et ad hostiles aggressus et incursus procedens regnum nostrum invasit; quasdam villas regni nostri Angliæ per se et suos deprædatus est, easque vastabit incendio; homines nostros interfecit, et nonnullis Nautis nostris per eos peremptis, naves hominum nostrorum regni Angliæ comburi fecit: Et e vestigio * redditis nobis homagio et fidelitate per Regem Scotiæ, tam pro se quam pro aliis quibuscunque regni sui Incolis, per verba effectum diffidentiæ exprimentia, Comitatus nostros Northumbriæ, Cumbriæ, et Westmorlandiæ regni nostri Angliæ, congregato ingenti exercitu, hostiliter per se et suos invasit, stragem innumeram hominum nostrorum, incendia Monasteriorum, Ecclesiarum et Villarum inhumane perpetrando, et patriam undique depopulando, infantes in cunis, mulieres in puerperio decubantes immisericordi et atroci sævitia trucidarunt; et quod auditu horrendum est, a nonnullis mulieribus mamillas atrociter absciderunt; parvos Clericulos primas literas et Grammaticam addiscentes ad numerum circiter ducentorum in Scholis existentes, obstructis hostiis Scolarum, igne supposito concremarunt. Nosque cernentes tot dampna, opprobria, facinora et injurias in exhæredationem nostram et destructionem populi regni nostri proditionaliter irrogari; Nec volentes ratione juramenti, quo ad conservationem jurium Coronæ regni nostri sumus astricti, tam execranda et nefanda facinora ulterius tolerare, nec jura nostra relinquere indefensa, cum idem Johannes et gens Scotorum nostri Subditi per leges se justificari minime permisissent, ipso regno Scotiæ, quod a longissimis temporibus, sicut superius exprimitur, nobis et progenitoribus nostris feudale extitit ex causis præmissis, commisso deinde bello juxta leges et consuetudines regni nostri contra eos de consilio Procerum et Magnatum nostrorum vadiato, contra dictum Johannem et gentem Scotorum vires potentiæ nostræ extendimus, prout de jure nobis licuit; et processimus contra ipsos tanquam notorie proditores, contumaces, et publicos hostes nostros. Subacto itaque regno Scotiæ jure proprietatis nostræ ditioni, præfatus * Johannes Rex Scotiæ ipsum regnum Scotiæ, quatinus de facto tenuit, sponte, pure et absolute reddidit in manum nostram; proditiones et scelera memorata coram nobis et Proceribus regni nostri publice recognoscens. Quo peracto, * Prælati, Comites, Barones, Nobiles et Communitates regni Scotiæ quos ad pacem nostram Regiam suscepimus, subsequenter homagia et fidelitates nobis tanquam immediato et proprio Domino ejusdem regni Scotiæ fecerunt, ac etiam præstiterunt.

An. 29 *E.* 1.

* Here, p. 520. to 542.

† Here, p. 529, 530, 531.

† Here, p. 645, to 650.

* Here, p. 647, 648.

* Here, p. 650.

* Here, p. 647, to 665.

An. 29 *E.* I. ſtiterunt. Ac redditis nobis ejuſdem regni Civitatibus, Villis, Caſtris, Munitionibus, et cæteris locis omnibus ad dictum regnum ſpectantibus, Officiales noſtros et Miniſtros ad regimen ejuſdem regni Scotiæ præfecimus jure noſtro. Cumq; Jure pleni dominii in poſſeſſione ejuſdem regni exiſtente dinoſcamur, omittere non poſſumus nec debemus, quin inſolentiam ſubditorum noſtrorum rebellium, ſi quos inbenerimus, præeminentia Regia, prout juſtum fuerit et expedire viderimus, reprimamus. Quia vero ex præmiſſis et aliis conſtat evidenter et notorium exiſtit, quod prælibatum regnum Scotiæ tam ratione proprietatis quam poſſeſſionis ad nos pertinet pleno jure, nec quicquam fecerimus vel cabetimus ſcripto vel facto, ſicuti nec poſſemus, per quæ juri vel poſſeſſioni prædictis debeat aliqualiter derogari; Sanctitati veſtræ humiliter ſupplicamus, quatinus præmiſſa probida meditatione penſantes, ex illis veſtri motum animi dignemini informare, ſuggeſtionibus contrariis æmulorum in hac parte vobis factis fidem ſi placet nullatenus adhibendo, quinimo ſtatum noſtrum et jura noſtra Regia ſuprадicta habere velitis, ſi placet, paternis affectibus commendata. Conſervet vos Altiſſimus ad Regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora proſpera & longæva. Dat. apud †*Kemeſeye* ſeptimo die *Maii*, Anno Domini 1301. & regni noſtri viceſimonono.

† Kynardeſey.

† Mat. Weſt. Anno 1300. p. 416. Walſingham, Hiſt. Angl p. 54, 55. Ypodig. Neuſtriæ, p. 94. Cooks 2 Inſtitutes, p. 98.

Quantum vero ad hoc, quod petivit Papa, quod ſi Rex Angliæ jus haberet in regno Scotiæ, vel in aliqua ejus parte, Procuratores et inſtructos mitteret, et fieret ei juſtitiæ complementum. Rex per ſe noluit, ſed hoc commiſit Comitibus, et aliis terræ Proceribus, *qui ſuper hæc Domino Papæ hujus tenoris literas, reſcripſerunt*: or as he † *elſewhere* expreſſeth it, *Concordati itaque Rex & Barones, ordinaverunt Domino Papæ elegantem Epiſtolam*, ſignatam centum Sigillis, *petitoriam*, ut jus Anglorum in regno Scotiæ ab initio habitum, juſte protegeret, et falſis ſuggeſtionibus perjuratorum Scotorum aurem minime inclinaret.

* Mat. Weſt. An. 1301. p. 435, 436.

*SAnctiſſimo in Chriſto Patri, Domino *Bonifacio*, divina providentia Sanctæ *Romanæ* ac univerſalis Eccleſiæ *Summo Pontifici*, ſui devoti filii, *Johannes* Comes *Warenn. Thomas* Comes *Lancaſtriæ*, *Radulphus* de *Monte Hermeti* Comes *Glouceſtriæ* & *Hertfordiæ*, *Humfridus de Bohun* Comes *Hereford.* & *Eſſex.* & Conſtabularius *Angliæ*, *Rogerius Bigot* Comes *Norff.* & Mareſcallus *Angliæ*, *Guido* Comes *Warwic.* &c. (to the number of 100 Earls, Barons and Great men.) Devota pedum oſcula beatorum, &c. Sancta *Romana mater Eccleſia*, per cujus miniſterium fides Catholica in ſuis actibus cum ea, ut firmiter credimus & tenemus, maturitate procedit, **quod nulli præjudicare, ſed ſingulorum jura conſervari velit illæſa.** Sanè covocato nuper per Sereniſſimum Dominum noſtrum *Edwardum* Dei gratia Regem *Angliæ* illuſtrem, *Parliamento* apud *Lincolniam* generali, idem Dominus noſter quaſdam literas Apoſtolicas, quas ſuper certis negotiis conditionem & ſtatum regni ex veſtra parte receperat, in medio exhiberi ac ſeriosè nobis fecit exponi. **Quibus auditis et diligentius intellectis, tam ſenſibus noſtris admiranda, quam hactenus inaudita in eis audivimus contineri. Scimus enim, pater ſanctiſſime, et eſt notorium in partibus noſtris, ac nonnullis aliis non ignotum, quod a prima inſtitutione regni Angliæ, Reges ejuſdem regni, tam temporibus Britonum quam Anglorum, ſuperius et directum Dominium regni Scotiæ habuerunt in poſſeſſione, vel Capitanei ſuperioritatis et recti dominii ipſius Scotiæ ſucceſſibis temporibus extiterunt, nec ullis temporibus ipſum regnum in temporalibus pertinuit vel pertinet, quovis jure, ad Eccleſiam veſtram ſuprадictam. Quinimo idem regnum Scotiæ progenitoribus dicti Regis noſtri, Regibus Angliæ, atque ſibi feodale extitit ab antiquo; nec etiam Reges Scotorum et regnum aliis quam Regibus Angliæ ſubfuerunt vel ſubjici conſueverunt. Neque Reges Angliæ ſuper juribus ſuis in regno prædicto, aut aliis ſuis temporibus, coram aliquo judice Eccleſiaſtico vel ſeculari ex præeminentia ſtatus ſuæ Regiæ dignitatis, et conſuetudinis cunctis temporibus irrefragabiliter obſervatæ, reſponderunt, aut reſpondere debebant. Unde habito tractatu et deliberatione diligenti ſuper contentis in literis veſtris memoratis, communis, concors et unanimis omnium noſtrum et ſingulorum conſenſus fuit, eſt, et erit inconcuſſe, Deo propitio in futurum, quod præfatus Dominus noſter Rex ſuper juribus regni Scotiæ, aut aliis ſuis temporalibus nullatenus reſpondeat judicialiter coram vobis, nec judicium ſubeat quoquo modo, aut jura ſua prædicta in dubium quæſtionis de-**

Nota.

ducat,

ducat, nec ad præsentiam vestram Procuratores aut Nuncios ad hoc mittat; præ- *An.* 29 E. 1.
cipue cum præmissa cederent manifeste in exhæredationem juris Coronæ regni Angliæ et Regiæ dignitatis, ac subversionem status ejusdem regni notoriam, necnon in præjudicium libertatis, consuetudinum, et legum paternarum, ad quarum observationem et defensionem ex debito præstiti juramenti astringimur, et quæ manu tenebimus toto posse, totisque viribus cum Dei auxilio defendemus. Nec etiam permittimus, nec aliqualiter permittemus, sicut non possumus nec debemus, præmissa jam insolita, indebita, præjudicialia, et alias inaudita, præliba-tum Dominum nostrum Regem, etiam si vellet facere, seu modo quolibet attemptare. Quocirca Sanctitati vestræ reverenter et humiliter supplicamus, quatenus eundem Dominum nostrum Regem, qui inter alios Principes orbis terræ Catholicum se exhibet et Romanæ Ecclesiæ devotum, jura sua, et libertates, et consuetudines, et leges prædictas, absque diminutione et inquietudine pacifice possidere, ac illibata persistere benignius permittatis. *In cujus rei testimonium* sigilla nostra, tam pro nobis quam pro tota Communitate prædicti regni Angliæ, præsentibus sunt appensa. *Datis & actis* Lincolniæ *Anno Domini* 1301.

This memorable Epistle of the Earls, Barons, Great men, and Commons of *England*, sealed with * *one hundred of their seals*, together with the premised Epistle in the Kings name, unanimously agreed and sent to the Pope in a full and famous Parliament specially summoned upon this occasion, is 1. A most remarkable evidence of the King of *Englands* antient indubitable Right to, and Soveraign Dominion over the Kingdom and Kings of *Scotland* in all ages. 2ly. An irrefragable refutation of this Popes pretended Claim, Title to, and Soveraignty over it. 3ly. A pregnant proof of his usurped Antimonarchical Innovation, in summoning the King of *England* to declare and defend his Title to it before his Papal Tribunal. 4ly. A magnanimous resolute Protestation against his Antichristian claim, judicially to determine the Right or Title of our Kings or other Princes to their Crowns or Temporal Dominions. 5ly. A clear demonstration of their admirable prudence in opposing this Antichristian Popes endeavoured Usurpations over the Kingdoms, Crowns, Kings of *England* and *Scotland*, with so much deliberation, resolution, magnanimity and unanimity, which they endeavoured with greatest care to perpetuate to posterity, as a president for all succeeding Parliaments and Peers upon the like occasions.

* Cooks 2 Inst. p. 98.

How and by what means, degrees, and for what ends the precedent Bulls of Pope *Boniface* were procured, by the confederacy of the Kings of *France*, *Scotland*, & *Scots*, this memorable Record thereof (which I found in two several Rolls in the White Tower, compiled upon the like occasion in the reign of King *Edward* the 3d. by advice of his Counsil, and represented to the Pope) will inform us; which I shall here insert, as worthy publick view, relating wholly to these Transactions by his Grandfather King *Edward* the 1.

Infrascriptæ sunt tres viæ quibus Francorum *Rex & gentes* Scotiæ *instabant erga* Bonifacium *Papam* 8. ad inchoandum processum contra E. *quondam Regem* Angliæ, *Avum Domini nostri Regis, ad fines inferius contentos.* In Turre London.

INprimis, instabant erga dictum Papam pro cognitione habenda in Curia Romana via processus arbitralis, contra Regem Angliæ prædictum, super juribus dictam terram Scotiæ tangentibus, et super attemptatis per dictum Regem Angliæ et suos contra hujusmodi jura terræ prædictæ, et contra conventiones treugarum inter dictos Angliæ et Franciæ Reges pro ipsis et eorum subditis et confederatis initarum *Anno gratiæ* 1297. *videlicet*, super homicidiis, incendiis, et terrarum surpriisis, rapinis, et aliis dampnis per ipsum Regem Angliæ et suos datis gentibus dictæ terræ Scotiæ treugis durantibus suprædictis. Et specialiter super corruptelis et defectibus dictæ terræ Scotiæ prædicto Papæ denunciatis ex parte dicti Franciæ Regis, et gentium terræ Scotiæ prædictæ, contra jura, leges et consuetudines in foro seculari in regno Angliæ observata; ac etiam super erroribus, iniquitatibus et nullitatibus ex parte dicti Franciæ Regis et gentium Scotiæ prædictarum propositis contra processus factos per dictum Regem Angliæ et Curiam suam, et contra judicia lata in Curia sua prædicta pro ipso Rege Angliæ contra Regem et gentem

An. 29 E.1. gentem terræ Scotiæ prædictæ, super jure quocunque tam antiquo quam novo dicto Regi Angliæ pertinente in terra Scotiæ suprædicta. Et hoc fieri petebant virtute quorundam compromissorum factorum in dictum Papam, tanquam in privatam personam et Benedictum Gaitanum, per dictorum Angliæ et Franciæ Regum Procuratores, super omnibus guerris et dissentionibus, causis, quæstionibus, actionibus realibus et personalibus, &c. ac etiam virtute treugarum prædictarum, et cujusdam confederationis initæ *Anno gratiæ* 1295. inter dictum Franciæ Regem ex una parte, et Regem et gentes dictæ terræ Scotiæ ex altera, contra dictum Regem Angliæ et nationem Anglicanam.

Item, quando illa via expedire non poterant, *propter rationes & causas per dictum* Angliæ *Regem & Consiliarios ejus ordinatas, & coram dicto Papa per dicti* Angliæ *Regis Procuratores propositas*, instabant pro cognitione via ordinarii processus in dicta Romana Curia habenda contra Regem Angliæ prædictum, super hujusmodi juribus terræ Scotiæ, et cæteris omnibus attemptatis suprædictis. Et hoc fieri petebant virtute Superioritatis et directi dominii, quæ suggerebant dicto Papæ ad Ecclesiam Romanam pertinere in temporalibus regni Scotiæ prædictæ, prout in Bulla dicti Papæ prædicto Regi Angliæ inde directæ, plenius continetur.

Item, quando illa via expedire non poterant, propter rationes et causas contentas in literis per Comites et Barones, et alios Nobiles regni Angliæ dicto Papæ directis, respondendo pro dicto Rege Angliæ ad defensionem juris Regii et Coronæ prædictæ, ad quædam ex contentis in Bulla suprædicta, instabant pro cognitione habenda loco quo super via processus ordinarii super homicidiis, et Ecclesiarum et domorum Religiosarum incendiis, et omnibus dampnis datis per dictum Regem Angliæ et suos Episcopis, et aliis personis Ecclesiasticis terræ Scotiæ prædictæ. Et hoc fieri petebant virtute Superioritatis quam dictus Papa habuit in personis Ecclesiasticis et rebus Spiritualibus terræ Scotiæ prædictæ: Et alibi super omnibus guerris in terris quibuscunque inter Regem Angliæ et suos subditos, confederatos et adjutores ex una parte, et alios quoscunque Christianos ex altera inchoatis, ad destructionem sanguinis Christiani, et succursus Terræ Sanctæ impedimentum, prout in supplicationibus, denunciationibus, accusationibus, et querelis dicto Papæ factis et delatis ex parte dicti Franciæ Regis, et gentium terræ Scotiæ prædictæ, contra dictum Regem Angliæ et suos, *ab anno gratiæ* 1297. *finiente, usque ad mensem* Decembris *anno* 1302. plenius apparet.

Fines ad quos processum erat per tres vias prædictas.

In eodem Rotulo.

Infrascripti sunt fines ad quos dictus Franciæ *Rex, & gentes terræ* Scotiæ *prædictæ, instabant erga dictum Papam* pro cognitione habenda in Curia Romana super præmissis, et pro sententia seu arbitrio ferend. et executioni censura Ecclesiastica demandand.

INprimis, ad compellendum dictum Regem Angliæ ad supersedendum in guerra sua contra inimicos suos inchoata.

Item, non solum ad annullandum omnes hujusmodi processus factos per dictum Regem Angliæ et Curiam suam, ad declarandum Superioritatem immediatam quam idem Avus habuit et habere debuit ratione forisfacturæ Domini Johannis de Balliolo quondam Regis Scotiæ, propter confederationem initam inter ipsum Regem Scotiæ ex una parte, et P. Francorum Regem tunc inimicum Regis Angliæ ex altera; una cum ceteris forisfacturæ causis alias plenius exprimendis; sed etiam ad annullandum omnes processus per dictum Regem Angliæ factos ad declarandum et superius dominium, quod ipse Rex Angliæ et ejus antecessores Angliæ Reges jure hæreditario habuerunt in terra Scotiæ prædicta.

Item, ad roborandam confederationem quondam initam inter ipsum Francorum Regem ex una parte, et dictum Dominum Johannem de Balliolo, ac Prælatos et Nobiles, et Universitates et Communitates Civitatum et Villarum dicti regni Scotiæ, pro ipsis et eorum hæredibus et successoribus ex altera. Et etiam ad includendum dictum Dominum Johannem et cæteros omnes terræ Scotiæ prædictos in treugis inter dictos Angliæ et Franciæ Reges initis pro ipsis et eorum hæredibus, subditis, et confœderatis ad fines infrascriptos.

Item

Item, ad ſuſtinendum Prælatos et Nobiles, ac alios ſupradictos dictæ terræ Scotiæ in libertate in ſecretis tractatibus eis promiſſa. *An.* 29 *E.* I.

Item, ad adquirendum dictis Prælatis et Nobilibus ac cæteris omnibus incolis dicti regni Scotiæ, damna paſſis per Angliæ Regem et ſuos durantibus treugis ſupradictis, et eidem Francorum Regi hujuſmodi damna paſſorum nomine, Actionem contra Regem Angliæ et ſuos, ad æſtimationem damnorum prædictorum.

Item, ad adquirendum eidem Francorum Regi et ſubditis ſuis et confœderatis, bias et coleres intrandi regnum Angliæ, ac cæteras terras Domino Regi Angliæ ſubjectas, et ad complendum quaſdam ordinationes factas contra nationem Anglicanam, ad finem univerſalis exhæredationis et diſtructionis dicti Regis Angliæ et nationis Anglicanæ prædictæ, per Excommunicationis et Interdicti ſententias, et per Cruceſignationem, et invocationem brachii ſecularis. Quas quidem ordinationes et confœderationes dictus Abus et ejus Conſiliarii magis timere ſolebant inter cætera omnia pericula nationi Angliæ imminentia, et contra quas magis laborabant remedia adhibere, ordinando, proſequendo et ad finem contrarium judicialiter et extrajudicialiter operando a tempore quo ipſis conſtabat de effectu finali proditionis, propter quam T. de Turbervill. erat ſuſpenſus, prout in dictis proceſſibus & aliis, ac Procuratorum & Nunciorum ipſius Avi credentiis & Summis Pontificibus & *Franciæ* Regi expoſitis, & in aliis tractatibus literis & memorandis, & Nobilium regni *Angliæ* reſponſionibus ſuper hiis factis plenius continetur. (Of which I found ſundry Records and Memorials in the *White Tower* Chappel.)

Supraſcripta oſtenduntur ad præſens ad finem, quod conſideratis literis Apoſtolicis et literis Francorum Regis dicto Domino noſtro nuper directis, et articulis credentiarum Nunciorum eorundem dicto Domino noſtro expoſitis, ſi appareat quod hujuſmodi articuli tendant ad aliquem finem ex ſupraſcriptis, vel ad aliquem alium ſimilem in effectu, idem Dominus noſter et ejus Conſiliarii uti valeant defenſionibus juris et facti, per Avum ſuum et ejus Conſiliarios quondam ordinatis et obſervatis, contra pericula imminentia ipſis et Nationi Anglicanæ in præmiſſis, quouſque defenſiones meliores inveniantur.

Item, ad finem quod Nobiles regni Angliæ, et Procuratores Communitatis Subditorum regni prædicti, admittantur per ipſum Dominum Regem ad hujuſmodi defenſiones proponend. prout eorum anteceſſores ab Avo dicti Domini noſtri erant admiſſi. Et quod Conſiliarii et Nuncii ipſius Domini noſtri conſilio et auxilio eis diligenter aſſiſtant, ſub forma tempore Avi ſui prædicti obſervata.

Item, ad quædam alia facienda et ipſorum nomina proponenda et proſequenda, quæ ex certis cauſis alias ſunt ſecretius exprimenda.

I likewiſe found two other Records in the *White Tower* Chappel, relating to and ſeconding the premiſes, in nature of a Popular Petition to the Kings *Chancellor*, thus relating all the proceedings in this affair.

Cancellario Domini noſtri Regis;

Iſta Petitio eſt popularis, facta ad proſecutionem quorundam Nautarum dampna paſſarum per inimicos nationis Angliæ.

In Turre London, relating to An. 29, 30, &c. E. 1.

Quia pro certis cauſis contentis in Rotulo ſignato per *B.* & ex aliis cauſis de quibus apparet in Rotulo de defenſionibus et remediis contra tres vias procedendi ſignatos per *B.* videbatur Avo Domini noſtri et ejus Conſiliariis, quod damnoſum et periculoſum eſſe poterit Epiſcopis et aliis perſonis Eccleſiaſticis proponere aliqua tendentia ad declinand. cognitionem Domini Bonifacii quondam Papæ 8. inchoatam ad inſtantiam *Franc.* Regis & confœderatorum ſuorum terræ *Scotiæ*, & aliunde ſervire Coronæ *Angliæ* in contingentibus terram *Scotiæ* prædictæ, virtute compromiſſi in ipſum Papam ſanciti per Procuratores Regum prædictorum; Et ſpecialiter aliqua tendentia ad juſtificand. guerram dicti Regis *Angliæ* contra gentes terræ *Scotiæ* prædictæ, & ad continuand. guerram ſupradictam, Dominus *Robertus* de *Burgherſech* conſtitutus erat Procurator. dicti Regis *Angliæ* ad proponend. Articulum contentum in Cedula præſentibus annexo, & alios articulos, tendentes non ſolum ad juſtificand. guerram prædictam, et etiam ad ipſam confirmand. contra rebelles ſuos in terra Scotiæ ſupradictæ, et ad retinend. dictam terram Scotiæ perpe-

tuo

An. 29 E. 1. tuo et immediate annexam Coronæ Angliæ, et patrimonio Regum Angliæ incorporatum, ita quod nunquam poni poterat extra manus Regum Angliæ prædictorum, nec a dicta Corona segregari.

Item, quia postquam ad instantiam Procuratorum dicti Regis *Franciæ* & confæderatorum suorum terræ *Scotiæ* prædictæ, dicto Papæ suggerentium, non solum superioritatem terræ Scotiæ in spiritualibus dictæ terræ set etiam in temporalibus ad Ecclesiam Romanam pertinere, processus per dictum Papam contra dictum Regem Angliæ erat inchoat. ad finem ipsum compellendi per excommunicationis et interdicti sententias ad supersedend. in guerra sua contra Scotos prædictos, necnon ad annullandum omnia judicia per Curiam Angliæ lata contra dictos Scotos super corporum et bonorum korisfactura, sed etiam ad restituend. dictis Scotis omnes eorum terras per ipsum Regem Angliæ et suos, tam tempore guerræ, quam treugarum occupatas, et ad satisfaciend. eis de omnibus dampnis eis datis tempore treugarum prædictarum, necnon ad privand. ipsum Regem Angliæ omnimoda superioritate quam habuit in terræ Scotiæ, et ad alios fines contentos in dicto Rotulo signato per B. Videbatur dicto Regi *Angliæ* et ejus Consiliariis, quod dampnosum et periculosum esse poterit non solum Episcopis et cæteris personis Ecclesiasticis regni Angliæ, set etiam sibi † assumere. Unde per ordinationem Consilii in Parliamento Lincoln. Anno Gratiæ Millesimo Trecentissimo, omnes Comites et Barones, et cæteri Nobiles dicti Regi Angliæ ibidem præsentes, ipsorum nomine et totius Communitatis regni prædicti dictum onus assumpserunt, ut apparet per eorum literas dicto Papæ directas sub sigillo eorundem, et contentas in dicto Rotulo signato per B.

† onus defensionis.

Item, quia Anno Gratiæ 1301. quando *Franc.* Rex & ejus confæderati tantum confidebant de solitis singularitate & dissensione, & aliis Consuetudinibus quarundam gentium nationis *Anglicanæ*, et aliarum terrarum Coronæ *Angliæ* annexarum, et specialiter de assensu seu conniventia quarundam personarum aliàs secretius nominandarum, quod noluerunt consentire ulteriori prorogationi treugarum inter ipsos et Regem Angliæ prædictum, nisi dicti Scoti includerentur in dictis treugis, tanquam Francorum Regis confæderati, & Comites & cæteri dicti Regis *Angliæ* confederati de terris *Flandr. Barr.* & *Burgund.* exciperentur a Treugis suprædictis, prout per literas * *Francorum* Regis super hiis treugis factas, Anno 1302. & nunciorum & procuratorum dicti Regis *Angliæ* tractatus & excusationes plenius apparet.

* Here, p. 875, 876.

Item, Quia Episcopi & alii solempnes nuncii & procuratores dicti Regis *Angliæ* per quos & alii ipsius Consiliarii, de quorum Consilio & ordinatione compromissum fuit in Papam *Bonifacium* 8. super guerris & discordiis, &c. duæ primæ viæ tractandi et procedendi coram dicto Papa & aliis ad pacem reformand. inter dictos *Angliæ* & *Franc.* Reges et eorum subditos quondam ordinatæ fuerunt, & per septennium et amplius continuatæ, et informationes factæ dicto Papæ & Cardinalibus, & aliis Domini Papæ nunciis super hujusmodi guerrarum materia, et super hiis petita erant remedia primis duabus viis supradictis, in tantum reprehensi fuerunt non solum per dictum Papam, set etiam per homines Nationis Angliæ, et specialiter per quosdam conquerentes de dampnis & gravaminibus eis datis durantibus treugis, tractatibus, et processibus morosis supradictis, non solum in laboribus et expensis, set etiam onerosis et Custumarum impositionibus insolitis.

Item, dicti Episcopi & cæteri prædicti tantum timebant hujusmodi conquerentium comminaciones et guerras, resistentias & rebelliones quæ ex præmissis potuerunt in *Angliam* more solito provenire; et quia duæ primæ viæ prædictæ adeo erat desperatæ, ad tollendam principalem materiam guerrarum *Scotorum* & aliorum inimicorum Nationis *Anglicanæ*, seu impossibiles videbantur omnibus notitiam habentibus materiæ supradictæ, et conditionum personarum præstancium dictis inimicis auxilium & favorem contra rationem prædictam, & contra incolas terrarum Coronæ *Angliæ* annexarum dictæ Nationi adhærentes, & eorum confæderatos, adjutores & amicos. Et quod via denunciationis vel querelæ ratione peccati procedere oporteret, contra inimicos prædictos. Et quod hujusmodi via denunciationis vel querelæ tantum erat odiosa in Curia Romana et alibi, et periculosa esset personis Ecclesiasticis, et Comitibus et aliis Nobilibus regni Angliæ pro remediis necessariis impetrandis contra dictos inimicos prosequentibus, quod nullus ipsorum audebat onera officii Procur. et Nuncii assumere in præmissis; (Whereupon) Procuratores

res Nautarum Portuum regni *Angliæ*, et aliarum terrarum & Insularum Coronæ *Angliæ* annexarum, assumpserunt de ordinatione dicti Regis Angliæ et ejus Consilii, onus defensionis Jurium Coronæ Angliæ in præmissis contra dictæ Nationis Angliæ inimicos, et eorum adjutores et confœderatos, via denunciationis et querelæ, coram quibusdam Cardinalibus per Dominum Papam Bonifaciam assignatis hujusmodi guerrarum materiam in scriptis proponendo, et dictis inimicis prædictam materiam imponendo, unà cum passagii transmarini impedimentis, & aliis dampnis quampluribus dicto Regi *Angliæ* & suis per dictos inimicos præstitis & illatis per 17 Annos & amplius, contra protectionem Sedis Apostolicæ ipsi Regi Angliæ et suis ratione crucesignationis concessam, et in dictæ Sedis contemptum, et totius Christianitatis præjudicium. Ac dictus Dominus Papa ad hujusmodi Procuratorum instantiam, contra dictum Francorum Regem et suos super propositis contra ipsos inimicos, ratione peccati inchoavit processum Mense *Decembris*, Anno 1302. Cujus virtute, dictus Rex Franc. excommunicatus erat, et regnum suum interdictum, ante diem Sancti *Johannis Baptistæ* proximo sequentem. Et eodem die appellatum erat per dictum Franc. Regem et Prælatos et Nobiles regni sui prædicti ab hujusmodi Excommunicationis et Interdicti sententiis ad Generale Concilium, ad præsentationem Domini Willielmi de Neugaretto et aliorum denunciantium Crimen Hæresis et alia crimina contra Papam prædictum; de fine vero dicti processus nichil dicendum est ad præsens ex causa. *An.* 29 *E.* 1.

Item, dicti Nautæ à tempore mortis dicti Papæ *Bonifacii* extra adeò singulares fuerunt, negligentes & remissi ad prosequend. coram Summis Pontificibus via denunciationis & querelæ, ad finem resumendi & continuandi processum supradictum, vel inchoandi similem in effectu contra dictæ Nationis *Anglicanæ* inimicos, et eorum hæredes, confederatos & adjutores, quod ex hujusmodi eorum singularitate & negligentia, dictæ Nationis inimici audaciam sumentes insurgendi, & tam in terra quam in mare guerras movendi contra gentes Nationis prædictæ, et incolas terrarum, Insularum Coronæ *Anglie* annexarum, ex quibus mala infinita pervenerunt, tàm in personis quàm in bonis Gentium prædictarum, et adhuc provenire non cessant,

Placeat Paternitati vestræ reverendæ, instare erga Dominum nostrum Regem & ejus Consilium, quod mandetur dictis Nautis, quod constituant Procuratores sufficientes ad prosequendum coram Summo Pontifice & ejus Nunciis in *Anglia* tunc præsentibus ante ipsorum recessum, vel saltem unius eorundem, ad finem resumpsionis & continuationis processus supradicti, & ad alios fines per dicti Domini nostri Consilium ordinand. & specialiter ad duos fines vel tres alias secretius exprimendos ex causa.

I shall conclude this History, with * *Polydor Virgils* Narrative. Bonifacius *Pontifex à* Scotis *precibus* fatigatus, et subiratus, *quod* Edwardo Balliolo *filio* Johannis *non essent restitutæ possessiones, quas ille in* Angliæ *habebat*, interdixit Edwardo Regi, ne amplius post hæc Scotos bello vexaret, quod id regnum antea in Romani Pontificis fidem et potestatem a Scotis ipsis permissum fuisset, et ideo asserebat, sibi soli integrum esse cuicunque liberet dare auferrebe: Edwardus *accepto Pontificis rescripto, habuit primo quoque tempore Principum Concilium, de eaque re maturè consuluit*: postea, tam per literas quam per Nuncios Pontificem docuit, jus proprietatis terræ Scotiæ ad se pertinere, secumq; facere, et propterea non passurũ se eo perperam privari. His cognitis Bonifacius statim refrixit, ut scil. si pertinacius contenderet, ne inhoneste causa caderet. And so the imperious vapouring Bulls, and claims of this usurping Pope to the right and dominion of the Realm of *Scotland*, vanished into smoake; and King *Edward* vigorously pursuing his declared right thereunto, † *In festo* Pentecostes *finitis Treugis quæ cum* Scotis *initæ fuerunt, Rex contra festum Sancti* Johannis Baptistæ *in* Scotiam *proficiscitur* exercitu adunato, *& in* Scotia *denique hiemavit.*

* Angl. Hist. l. 17. p. 342.

† Tho. Walsingham, Hist. Angliæ, p. 55. Ypodigma Neustriæ, p. 95.

After the Parliament held at *Lincoln*, and the premised Letters of the King and Nobles sent to Pope *Boniface* concerning his Soveraign dominion over *Scotland*; the King writ and sent this complemental Letter of thanks to him for his great favour (in granting him a *Disme* for the pretended relief of the *Holy Land*, as I conjecture)

An. 29 *E.* 1. and to desire him speedily to compleat and put a final end to all remaining differences between the *French* King and him for the common good of the whole Christian Repuplick; (which the Pope delayed for his own private ends;) for which end he formerly and now again dispatched several Ambassadors and Proctors to him therein nominated.

Claus. 29 E. 1. m. 3. dorso. Pro Rege.

SAnctissimo in Christo Patri *B.* &c. *Edwardus* &c. Quantæ mansuetudinis gratiæ & quo liberalitatis munere nos fueritis hactenus prosecuti, non possumus esse immemores; nam quantò illud perspicaciori intuitu contemplamur, tantò nostris intellectibus altius se extollit, & in ejus consideratione Deo & vobis exinde laudes referimus pleniores. Dum itaque in mente revolvimus **continuatas liberalitates et promptas quibus non pluries visitastis, et inter cætera munificentiam illam magnam per dilectum Clericum nostrum** *Ger.* Archidiaconum *Rych*, nobis nuper ex parte vestra **delatam, qua nos liberaliter honorastis,** quantum vobis astringimur et tenemur nequivimus exprimere, neque sufficimus. **Ut condignas super hoc vobis gratias exolvamus, set pro illis superna clementia inestimabilis boni vobis præmium recompenset.** Cæterum **finem et exitum negotii reformationis pacis quod est inter Regem** *Franciæ* **et** *Nos*, quod adhuc pendere dignoscitur coram vobis, pro quo aliàs solempnes Nuncios nostros ad præsentiam vestram transmisimus, & pro quo etiam dilectos & fideles nostros *Walterum Coventr.* & *Litchf.* Episcopum, *Amadeum* Comitem *Sabaudiæ*, *Ottonem* de *Grandissono*, Militem, & prædictum Archidiaconum, Procuratores & Nuncios nostros ad vos mittimus iteratò, **desiderabiliter expectantes Sanctitati vestræ omni prece qua possumus supplicamus, quatinus eosdem Nuncios,** paternis affectibus recommendatos habentes, sic si placet circa expeditionem finalem & consummationem ipsius negotii curam sollicitam dignemini adhibere, quod pro bono & utilitate **totius Reipublicæ Christianæ, ad prosperum et optatum divina cooperante clementia perducatur effectum.** Credentes, si placet, quæ præfati Nuncii, vel tres ex ipsis, ex parte nostra vestræ beatitudini viva voce exponenda duxerint in præmissis. *Conservet &c. Dat apud* Glasgu 24 *die* Augusti.

He likewise issued and sent this Patent of Procuration by them to the Pope, to put an end to this long-deferred Treaty of Peace.

Pat. 29 E. 1. m. 2. intus. Procuratorium Regis missum ad Curiam Romanam.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *B.* Divina providentia, &c. *Edwardus*, &c. Devota Pedum oscula Beatorum. **Super expeditione negotii reformationis Pacis inter magnificum Principem Regem** *Franciæ* & Nos, juxta formam vestræ pronunciationis virtute compromissi per dictum Regem & nos **in vos facti, dudum habitæ seu prolatæ nunc authore Domino finaliter terminandi**, dilectos & fideles nostros *Walterum Coventr.* & *Litchfelden.* Episcopum, & Nobiles viros *Amadeum* Comitem *Sabaudiæ*, *Ottonem* de *Grandissono* Militem, & *Ger.* Archidiaconum *Richmund*, Procuratores & Nuncios nostros ad vestræ sanctitatis præsentiam destinantes; **Damus eis et concedimus generalem, plenam et liberam tenore præsentium potestatem et speciale Mandatum** petendi, audiendi, recipiendi & acceptandi complementum, perfectionem, ac totalem consummationem pronunciationis ac reformationis prædictarum, & omnia alia & singula quæ super reformatione Pacis prædictæ, ac etiam **super omnibus Guerris, discordiis, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, damnis et injuriis, petitionibus et actionibus realibus et personalibus atque mixtis, quæ fuerunt et sunt, vel esse possent inter prædictum Regem** Franciæ **et nos occasione quacunque, et præmissa quoquo modo tangentibus vestra prohibentia** duxerit arbitranda, laudanda, diffinienda, **arbitraliter** sententianda, **præcipienda, ordinanda, disponenda, pronunciandа, addenda, minuenda, corrigenda, interpretanda seu declaranda, ac ea omologandi, roborandi, et vallandi per juramentum in animam nostram præstandum**; Nec non **tractandi, paciscendi, concordandi, et etiam transigendi**, et omni alia **et singula faciendi quæ ad plenam pacem et concordiam, ac pacis et concordiæ omniumque prædictorum perfectionem et consummationem, quoquo modo pertinent et poterunt pertinere, et quæ nos faceremus vel facere possemus, si præsentes essemus**, etiamsi ea vel eorum aliquod mandatum exigant, vel exigat speciale. Volumus insuper & concedimus, quod tres ex ipsis, si forsan ipsos quatuor insimul ad hoc concurrere non contingat, plenam, generalem,

generalem, & liberam habeant in præmiſſis omnibus & ſingulis poteſtatem. Promittentes nichilominus, Nos ratum & firmum perpetuo habituros quicquid per prædictos Epiſcopum, Comitem, Militem & Archidiaconum, aut tres ex ipſis, ſi ipſi quatuor ad hoc ut præmittitur inſimul non concurrant, petitum, acceptatum, omologatum, vallatum, aut aliàs factum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum. Super quibus etiam per noſtras literas approbandis, tenendis, ſervandis atque complendis, nos et hæredes noſtros & omnia bona noſtra ſpecialiter obligamus: Et hæc Sanctitati veſtræ ſignificamus, & omnibus quorum intereſt, vel intereſſe poteſt aut poterit in futurum, per noſtras patentes literas ſigilli noſtri munimine conſignatas. Dat. apud *Glaſcu*, 24. die *Auguſti*, Anno 1301. Regni vero noſtri 29. *An.* 29 E. 1.

The King ſoon after for the haſtier and ſpeedier diſpatch of this grand affair, and all other his buſineſſes in the Court of *Rome*, (where nothing could then be obtained or ſpeedily affected without Bribes and Penſions to the *Roman* Cardinals and other Officers) granted 4. Annuities of 50. *Marks a year* out of his Exchequer, payable at the Feaſts of *Eaſter* and St. *Michael* to 4. of the principal ſwaying Cardinals, all of one date, thus recorded to poſterity.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Attendentes affectionis ſinceritatem et diligentiæ ſollicitudinem quas venerabilem Patrem *Lucam de Fliſco*, Sanctæ *Mariæ* in *via lata* Diaconum Cardinalem, Conſanguineum & amicum noſtrum Cariſſimum erga Nos, et negotiorum noſtrorum expeditionem gerere nobimus, et habere, quinquaginta Marcas ſterlingorum annuatim per æquales portiones ad Scaccarium noſtrum, videlicet in Feſtis *Puſchæ* & Sancti *Michaelis* percipiendas duximus concedendas. In cujus, &c. Dat apud *Dony Pas* 14. die *Octobris*. Pat. 29 E 1. m. 6. intus. De penſionibus Cardinalibus Romæ per Regem conceſſis.

Per breve de Privato Sigillo.

Conſimiles literas habet Venerabilis Pater Dominus *Petrus de Piperne*, Sanctæ *Mariæ novæ* Diaconus Cardinalis, amicus Regis Kariſſimus, de quinquaginta Marcis ſterlingorum percipiendis ad Scaccarium prædictum in feſtis prædictis. Teſte ut ſupra.

Per breve de Privato Sigillo.

Conſimiles literas habet Venerabilis Pater Dominus *Willielmus de Pergamo*, Sancti *Nicholai in Carcere Tulliano* Diaconus Cardinalis, amicus noſter Chariſſimus, de quinquaginta Marcis ſterlingorum annuatim percipiendis ad Scaccarium prædictum in feſtis prædictis. Teſte ut ſupra.

Conſimiles literas habet Venerabilis Pater *Franciſcus*, Sanctæ *Mariæ in Coſmedyn* Diaconus Cardinalis, et amicus Regis Kariſſimus, de quinquaginta Marcis ſterlingorum annuatim percipiendis ad Scaccarium prædictum in feſtis prædictis. Teſte ut ſupra.

Per breve de Privato Sigillo.

In a Bundle of Writs and Letters in the *White Tower* Chappel, I found this Writ of the King under the privy Seal to his Chancellor, to write Letters in his name to acquaint theſe Cardinals what Penſions he had granted them; and to direct other letters to them in uſual form in his name, on the behalf of the Biſhop of *Cheſter*, his Treaſurer.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirland*, & Ducs *Daquitaine*, a noſtre chere Clerc, et feal, *Johan de Langeton* noſtre Chanceler, ſaluz. Pur ce qe Leveſque de *Ceſtre* noſtre Treſorier, irra prochainement a la Court de *Rome* en nuſtre Meſſage, et nous luy aboms graunte noſtre Protection et general Attorne pur luy et pur les Siens, qi vount oveuk luy, a durer par taunt de temps, come le dit Eveſque voudra; Vous mandoms, qe ſur ce, li facez aver nos lettres en duwe fourme. E pur ce qe Leveſque ad a faire de nos lettres de priere tot ne y aloſt il point al Apoſtoille, et a Cardinaux, et a aucuns autres de cele Court, pur ſa beſoigne propre; Vous mandoms, que bous lui facez aver al Apoſtoille, et as autres qil vous fera aſaboir, bones et eſpecieles tieles come Leveſque voudra debiſer, de ſicome bous ſabez la deſautes qe nous averoms de luy tant come il eſt en ceu boiage et plus averioms de li, ſil ne revenſiſt toſt deſaute. E pur ce qe le dit Eveſque, le Counte de *Savoye*, Monſeur *Otto de Grauntſon*, & Lercediakne de *Richemonde* vount en noſtre Meſſage al Apoſtoille, pur le beſoigne dentre le Roy de *France* et Bundela Brevium & Literarum, in Turre London An. 29 E 1.

An. 29 E. 1. nous fetes loz faire nos lettres obertes en loz nouns, ſur tiele fourme, come nos Meſſages ount eu, qi y ſont autre foiz alez; E come nous foioms abiſez a doner ſéez a 4. Cardinaux; Les queux Lercediakne de *Richem.* vous fera aſſaver, a cheſcun 50. mark par an, nous boloms qe bous loz enfacez nos lettres tieles come autrefoiz ont eſte faitez a Cardinaux de ſemblable doun. Don ſouz noſtre prive Seale a *Glaſgu*, le 25 jour de *Augſt*, l'an de noſtre Regne 29.

The *Earl of Savoy*, and *Otto de Grandiſon*, beſt acquainted with the ſtate of the Kings affairs, and differences between him and the King of *France*, refuſing to undertake this new Embaſſie and Procuration to the Pope, for the reaſons * *premiſed*, though oft times importuned thereunto by the King; he thereupon the next year authorized his other Proctors to proceed therein by this Writ.

* Here, p. 896.

Cl. 30 E 1. m. 15 dorſo. Rot. Alemanniæ ab An. 22 E 1. uſq 31. m. 6. Procuratorum Miſſorum ad Curiam Romanam.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *B.* Divina Providentia Sanctæ *Romanæ* et univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, *Edwardus* ejuſdem gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Acquitaniæ*, devota pedum oſcula beatorum. Nuper ſanctiſſime Pater ante terminum feſtivitatis Sancti *Andreæ* Apoſtoli prox præteritum, dilectos & fideles noſtros *Walterum Coventren.* & *Litchfelden.* Epiſcopum, & nobiles viros *Amadæum* Comitem *Sabaudiæ*, *Ottonem de Grandiſſono* Militem, & Magiſtrum *Gerardum de Wyppeyns* Archid. *Richmund.* ad veſtræ Sanctitatis præſentiam providimus deſtinandos, quos ſimul vel ſaltem tres ex eis ad audiendum complementum, perfectionem ac totalem conſummationem pronunciationis & reformationis pacis in negotio compromiſſi per magnificum Principem Regem *Francia* & Nos in vos facti, juxta formam & continentiam ejuſdem, Procuratores noſtros & Nuncios fecimus ſpeciales. Et licet ſupradictos Comitem & Militem, qui jus noſtrum & ſtatum negotii pro parte noſtra præcipuè noverunt, & aliàs Nuncii & Procuratores noſtri in eodem negotio compromiſſi, (prout veſtra novit Sanctitas) extiterunt, ſpecialibus literis et Nunciis cum magna precum inſtantia, ad aſſumendum laborem ad veſtram præſentiam accedendi, requiſiverimus diligenter, ipſi tamen ob quamplures notabiles cauſas et evidentes rationes (*expreſſed in the premiſed Records and Petition to the Chancellor) ſe in hac parte multipliciter excuſarunt, prout jam de novo ad noſtrum pervenit auditum. De quo tedio afficimur in immenſum. Ne igitur veſtra finalis pronunciatio in memorato compromiſſi negotio, quantum ad Nos attinet, propter ipſorum Comitis & Militis abſentiam impediatur, quod abſit, quomodolibet, vel etiam differatur, prælibatis Epiſcopo & Magiſtro *Gerardo* & utrique eorum in ſolidum; ita quod non ſit melior conditio occupantis, ad audiendum pro nobis, & noſtro nomine pronunciationem veſtram, voluntatem & beneplacitum ſuper hiis quæ inter Regem *Franciæ* & nos per vos, virtute compromiſſi prædicti reſtant pronuncianda vel etiam facienda, per alias noſtras patentes literas poteſtatem nos noveritis commiſiſſe. Conſervet vos altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora proſpera & longæva. Dat. apud *Derlington* quinto die *Marcii*, Anno Regni noſtri 30.

* Here, p. 896, 897.

But theſe Commiſſioners likewiſe delaying, or refuſing to act any further therein, the King in *September* following, conſtituted and ſent New Proxies to conclude this long-delayed buſineſſe, by this Patent.

Pat. 30 E 1. m. 9. intus. Procuratorium miſſum ad Curiam Romanam.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *B.* Divina Providentia Sacroſanctæ *Romanæ* & Univerſalis Eccleſiæ, Summo Pontifici, *Edwardus* ejuſdem gratia Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oſcula beatorum. Super expeditione negotii reformationis pacis inter magnificum Principem Regem *Francia* & nos juxta formam veſtræ pronunciationis, virtute compromiſſi, per dictum Regem & nos in vos facti dudum habitæ ſeu prolatæ nunc authore Domino finaliter terminandi, Religioſos viros fratres *W. de Geinsburgh*, & *H. de Hertlepole* de Ordine Fratrum Minorum, & dilectos Clericos noſtros Magiſtros *Johannem de Sancto Claro* Canonicum *Lond.* & *Philippum Martell* Juris Civilis profeſſorem, ac *Willielmum de Dene* Militem, Procuratores & Nuncios noſtros ad veſtræ Sanctitatis præſentiam deſtinantes; damus eis & quatuor vel tribus eorum, ſi eos ſimul adeſſe non contigerit, ac concedimus generalem, plenam et liberam tenore præſentium poteſtatem et ſpeciale mandatum petendi,

tendi, audiendi et recipiendi complementum, perfectionem, ac totalem consummationem pronunciationis et reformationis prædictum, et omnia alia et singula quæ super reformatione pacis prædictæ; ac etiam super omnibus guerris, discordiis, litibus, controversiis, causis, questionibus, damnis, injuriis, petitionibus et actionibus realibus et personalibus atque mixtis, quæ fuerunt, et sunt, vel esse possent inter prædictum Regem *Franciæ* et nos, occasione quacunque, et premissa quoquomodo tangentibus, vestra providentia duxerit arbitranda, laudanda, diffinienda, arbitraliter sententianda, præcipienda, ordinanda, disponenda, pronuncianda, addenda, minuenda, corrigenda, interpretanda seu declaranda, et etiam omnia alia et singula faciendi, quæ ad plenam pacem et concordiam, ac pacis et concordiæ, omniumque prædictorum perfectionem et consummationem quoque modo pertinent et poterunt pertinere. Promittentes nichilominus nos ratum & firmum perpetuò habiturus quicquid per prædictos Fratres, Clericos & Militem, aut quatuor vel tres ipsorum petitum, receptum, actum, gestum, seu aliàs factum fuerit in præmissis & quolibet præmissorum, super quibus etiam per nostras literas approbandis, tenendis, servandis atque complendis nos & Heredes nostros, & omnia bona nostra specialiter obligamus. Et hæc sanctitati vestræ significamus, & omnibus quorum interest, vel interesse potest aut poterit in futurum per nostras Patentes Literas sigilli nostri munimine consignatas. Dat apud *Arundel* 9 die *Septembris*, Anno Domini 1302. Regni verò nostri tricesimo. *Anno* 29 & 30 *E.* 1.

What proceedings the Pope made in this Affair to the excommunicating of the King, and interdicting the Realm of *France*, you have heard * before, and I shall hereafter more fully relate. * Here, p. 897.

In the Bundles of Writs I discovered in the *White Tower* of *Anno* 29 *E.* 1. I found these ensuing at the Kings, or Parties Suites, for holding and prosecuting Suites for Goods, Chattles, Trespasses, Advowsons and Freeholds in Court Christian, against the Kings Crown, Dignity and Prohibitions. Bundelæ Brevium in Turre London, de Anno 29 E. 1.

Edwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Vic* Suff. *&c. Pone*, *&c.* Johannem *personam Ecclesiæ de* Tudenham, *&c. ostensurus quare cum placita de Catallis & Debitis quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio* **ad nos et coronam et dignitatem nostram, et non ad alium pertineant in regno nostro;** idem Johannes, *&c.* **secutus est placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis Prioris Canonicorum de** Thetford, **quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio, in læsionem Coronæ et dignitatis nostræ, et contra prohibitionem nostram.** Teste meipso apud *Glascou*, 8 die *Septembris*, *an. r. n.* 29. Edwardus, &c. *Vic.* Suff. *Pone*, &c. *Magistr.* Johannem *de* Nassington **sentorem**; *Quare*, *&c.* (ut supra) *tenuit placitum in Curia Christianitatis de catallis & debitis* Jacobi *de* Mohune *personam Ecclesiæ de* Brompton: **quæ non sunt,** &c. **in læsionem Coronæ et dignitatis nostræ,** &c. **Pone etiam** Willielmum de Roynene, Willielmum Haldeyn, Robertum de Mundesby, (and three others) **quare secuti sunt idem placitum in eadem Curia contra prohibitionem nostrum.** *T. meipso apud* Hereford, 26 *die* Aprilis, *an. r. n.* 29. Edwardus, &c. *Vic.* Glouc. &c. *quod ponat Magistr.* Rogerum de Stoke, *quod sit*, *&c. ad respondend. Magistr.* Radulpho de Leycestre, & Thomæ de Mitcham, *quare ipse simul cum Magistro* Johanne de Ebor icis *persona Ecclesiæ de* Tredyngton *secutus fuit* (consimile) *placitum in Curia Christianitatis* **contra prohibitionem nostram,** &c. *T.* E. de Mekingham, 23 *die* Febr. *an. r. n.* 29. *Vic.* Not. &c. *quod distringas* Willielm. de Peterings *per omnes terras & catalla*, *&c. ad respondend.* Radulpho de Bedyngton, & Johanni de *Eylesion*; *quare ipsi simul cum Magistr.* Roberto de Candelbey, **tenuerunt** (consim.) **placitum in Curia Christianitatis,** &c. *Et ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. T.* J. de Metingham *apud* Ebor. 16 *die* Maii, *an. r. n.* 29. *Vic.* Ebor. &c. *Si* Robertus Ughtred, &c. *pone*, *&c. Magistr.* Johannem de Nassington, & *Magistr.* Johan. de Berenys, &c. *ostensuri quare* **tenuerunt** (consimile) **placitum de catallis et debitis quæ non sunt.** *Pone etiam* Michaelem Chapeleyn, Johannem de Northaveron, *Magist.* Rogerum de Hoselerton, & Thomam de Hoselerton, **quare secuti sunt idem placitum contra prohibitionem nostram,** &c. *T. meipso apud* Aberford, 27 *die* Novembris, *an. r. n.* 29.

Edwardus, &c. *Vic.* Essex, *si* Rogerus de Gras, &c. *Pone*, *&c.* Willielmum Atteforde *personam Ecclesiæ de* parva Badowe, &c. *ostensurus quare* **secutus est placitum**

in

An. 29 E 1. in Curia Christianitatis de Advocationis Capellæ *beatæ* Mariæ *de* parva Badowe contra prohibitionem nostram. *Teste meipso apud* Strivelyn, 8 *die* Octobr. *Anno regni nostri* 29.

Edwardus, &c. *Vic.* Linc. &c. *Si* Christiana West, *&c. pone, &c. Magistr.* Benedictum *de* Muchewell, *&* Robertum *personam medietatis Ecclesiæ de* Stoks, *&c. ostensuri*, quare cum placita de Transgr. contra pacem nostram factis in regno nostro, ad nos, &c. idem Benedictus et Robertus tenuerunt placitum in Curia Christianitatis de hujusmodi Transgressionibus, in læsionem Coronæ et dignitatis nostræ, et grave dampnum ipsius Christianæ, et contra Prohibitionem nostram, &c. *Teste meipso apud* Newelham, 28 die *Januarii*, *An. r. n.* 29.

Edwardus, &c. *Vic.* Hereford, &c. *Si* Johannes *fil.* Adæ de Mariſco, &c. *pone, &c.* Richardum Episcopum Hereford, *&c.* ostensurus, quare tenuit placitum in Curia Christianitatis de Laico feodo prædicti Johannis *in Proma Canonicorum* contra prohibitionem nostram. Pone etiam, &c. *Magistr.* Robertum de Glouceſtr. quare secutus est idem placitum in eadem Curia contra prohibitionem nostram. *Teste meipso apud* Linlinscu. 2. *die* Nov. *An. r. n.* 29.

But the principal Writs of this kinde, and of greateſt concernment this year, are thoſe which concern the Earl of *Lancaſter* (made by adviſe of the Kings Counſil, Nobles and others upon mature conſideration) againſt *John de Ferrers* for proſecuting, and the Archbiſhop of *Canterbury* and his Commiſſaries, for holding Plea of ſundry of his Caſtles, Manors, Villages and Freeholds in ſeveral Counties in Court Chriſtian, againſt the Kings Prohibitions; which I found in the *White Tower* Chappel, iſſued under the Kings privy Seal, and after under his Great Seal by the Chancellor.

Bundela Brevium de Privato Sigillo, &c. in Turre London, An. 29 E 1.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, &c. a noſtre chier Clerk & foial *Johan de Langeton* noſtre Chancelier, ſaluz. Nous avoms reſceu la fourme des lettres, qe vous et noſtre Conſeil a *Everwyk* avez ordene ſur la buſoigne qui touche la Conte de *Lancaſtre* noſtre Neveu, dont nous vous mandaſmes nadgires & lavoms monſtree as Contes, Barons, et as autres bones gentz qui ſont en noſtre compeigne, & vous feiſoms aſſavoir, quil nous ſemble, et a eux auſint, que la dite fourme eſt renable et feiſable en ceſt cas; par quoy nous la vous renvoions et mandoms, qe vous facez nos lettres contenantz meiſme la fourme, et les livres as gentz de dit noſtre Neveu don ſouz noſtre prive Seal a *Pebles*, le 10 jour *Daugſt*, l'an de noſtre regne vint & noeviſme.

EDward, &c. a ſon chier & foial *Johan de Fereres*. Per ceo, qe nons aboms entendu qe vous, un plai de lai fee, dount la coniſſance apent purement a noſtre Curt, ſuez en la Curt Chriſtiene vers *Thomas* Conte de *Lancaſtre*, en grant prejudice de nous et de noſtre Reaume, et en blemiſſement, de noſtre Corone, e de noſtre Dignitie Royale; as queux ſauver, meinteinir et garder vous eſtez tenuz e liez par le Serement qe vous nous abes fait; Nous mandoms e enjoignoms en la homage qe vous nous avez fait, e la foy qe vous nous debez, e le Serement avantdit, e ſur forfeiture de quanque vous nous poez forfere, Qe vous par vous, ne par autre, le dit play ne ſuez en la Curt Chriſtiene avandite; e ſi nule Suite enavez fait ou mande e faire, ſanz delay le repelez e faitez repeler. E vous meimes ſoiez devant nous a trois ſimoines de la Seint *Michel* ou qe nous ſeoms, pur fere a reſceivre en les choſes avantdites, ceo qe dreit enſerra. E nous adunges ſerroms prez de vous fere dreit en cele buſoigne, ſi avant come la coniſſance apent a nous, e a noſtre Curt: E eyes illoeqes ceſt bref.

Clauſ. 29 E 1. m. 7. dorſo.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni de Ferrariis* ſalutem. Quia intelleximus quod vos quoddam placitum de Laico feodo, cujus cognitio ad noſtram Curiam mere ſpectat, in Curia Chriſtianitatis verſus dilectum Nepotem & fidelem noſtrum *Thomam* Comitem *Lancaſtriæ* proſequimini, in regni noſtri præjudicium manifeſtum, et Coronæ noſtræ noſtræque dignitatis Regiæ non modicam læſionem, ad quas tenendas, manutenendas, et etiam obſervandas, aſtricti eſtis vinculo nobis præſtiti Juramenti, Nobis ſub debito homagii quod nobis feciſtis, et in fidelitate qua nobis tenemini, necnon et juramento veſtro prædicto, et etiam ſub forisfactura

tura amnium quæ nobis ſatisfacere poteſtis, firmiter inhibemus, ne placitum prædictum per vos vel per alium in Curia Chriſtianitatis proſequi præſumatis. Et ſi hujuſmodi placitum in Curia illa proſequi feceritis, ſeu proſequi mandaveritis, ſine dilatione qualibet revocetis, et revocari totaliter faciatis, et vos ipſi coram nobis ſitis a die Sancti *Michaelis* in tres Septimanas ubicunque tunc fuerimus in *Anglia*, ad faciendum et recipiendum quod juſtum fuerit in præmiſſis. Nos enim parati ſumus et erimus vobis in hac parte plenam et celerem Juſticiam exhibere. Et habeatis ibi hoc breve. Teſte Rege apud *Pebles* 10. die *Auguſti*. *An.* 29 E. 1.

Per breve de Privato Sigillo.

The Archbiſhop of *Canterbury* and his Commiſſaries holding Plea, and *John de Ferrariis* proſecuting it in Court Chriſtian, againſt the Kings Prohibitions; the Earl of *Lancaſter* thereupon brought this Action againſt the Archbiſhop and his Commiſſaries for this uſurpation upon the Kings Crown, Dignity, Courts, and contempt of his Royal authority, to his damage of 20000 *l.* as the Plea Rolls of Anno 29 E. 1. which I found in the *White Tower* record, his Declaration running in the words of the premiſed Writs; upon which iſſue was joyned, *whether he held plea or not*, and this Writ to ſummon a Jury awarded to the Sheriffs of *London* to try the iſſue.

Bundela Brevium in Turre London, An. 29 E 1.

Edwardus Dei gratia, &c. Vicecomitibus *London.* ſalutem. Præcipimus vobis, quod venire faciatis coram Juſticiariis noſtris apud *Ebor.* à die S. *Martini* in quindecim dies 12. tàm Cives quàm alios liberos et legales homines de Civitate *London.* quorum quilibet habeat Centum ſolidatas terræ, tenementorum, vel redditus per annum, ad minus, per quos rei veritas melius ſciri poterit. Et qui nec *Thomam* Comitem *Lancaſtriæ*, nec *Robertum* Archiepiſcopum *Cantuar.* aliqua affinitate attingant, ad recognoſcendum ſuper Sacramentum ſuum, ſi prædictus Archiepiſcopus per ſe, & Magiſtrum *Robertum de Ros* Canonicum Eccleſiæ S. *Pauli London.* & Magiſtrum *Johannem de Bedeford* Archidiaconum *London.* Commiſſarios ſuos, die Martis proximâ poſt feſtum Sanctæ *Trinitatis*, & die Mercurii proximâ poſt feſtum Nativitatis S. *Johannis Baptiſtæ*, Anno regni noſtri viceſimo nono, tenuit placitum in Eccleſia S. *Pauli London.* de Laicis feodis prædicti Comitis, ad ſectam *Johannis de Ferrariis*, viz. de *Tuttebyr.* Maneriis de *Barton*, *Rolleſton*, Villis de *Tatenhull*, *Marthinton*, terris, pratis, paſcuis, nemoribus, & redditibus eorundem Maneriorum & Villarum in Com. *Staff.* & Maneriis de *Hegham Ferers* & *Ruſſinden* in Com. *Northt.* Maneriis de *Duffeld* & *Beurepeyr* in Com. *Derb.* & Caſtro de *Lyverpol.* Maneriis de *Weſt-Derby* & *Salford*, Nemoribus de *Toxthad* & *Croxthad*, & *Simondeſwode* in Com. *Lancaſtr.* contra prohibitionem noſtram, ſicut prædictus Comes dicit, vel non, ſicut Archiepiſcopus dicit; Quia tàm prædictus Archiepiſcopus quàm prædictus Comes, inter quos inde contentio eſt, poſuerunt ſe in juriſdictionem illam. Et habeatis ibi nomina Jur. & hoc Breve. Teſte *R. de Hengham* apud *Eborum*, 27 die *Octobr.* Anno regni noſtri 29. What Verdict and Judgement was given therein, I finde not.

In the decayed Plea Rolls at *Yorke* An. 29 E. 1. I found theſe 2. ſuites and Attachments for holding and proſecuting Pleas in the Court Chriſtian for Lay fee and Chattels, againſt the Kings Prohibitions.

Placita apud Eborum, Ann. 29 E 1. in Turre Lond.

Eborum. Robertus de Rypplingham *perſona Eccleſiæ de* Aclum & Alex. *vicarius Eccleſiæ de* Aclum attach. fuerunt *ad reſpondendum* Johanni de Bernevill *de placito, quare prædictus* Robertus, *&c.* tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de Laico feodo ipſius Johannis *de* Lenenyng, *contra, &c. Et de placito quare prædictus* Alex. ſecutus eſt idem placitum in eadem Curia, contra, &c. *Et unde idem* Johannes *queritur, quod cum ipſe die Dominica proxima ante feſtum* Omnium Sanctorum *anno regni Regis nunc viceſimo ſeptimo in Eccleſia beati* Petri Eborum, *in præſentia Magiſtri* Thomæ de Corbrigg, (and others,) &c. porrexiſſet Regiam prohibic. ne prædicti Robertus & Walterus tenerent placitum in præfata Curia Chriſtianitatis de herbagio creſcente in Curt. prædicti Johannis *apud* Levenyng, ——— *&c.* Yet they proceeded to ſuſpend, and excommunicate him, in contempt of the King and his Courts,

An. 29 E. 1. Courts, to the hurt of his Crown and Royal Dignity, &c. *et unde dampnum habet, &c.* which is putrified.

Eborum. Robertus Ughtred *per attorn. suum optulit se, &c. vers. Magistrum* Johannem de Nassington, & *Magistrum* Johannem de Berewyk, Matthæum de Chapeleyn, Johannem de Northalverton,& *Magistrum* Rogerum de Heselerton *de placito quare prædict. Magister* Johannes & *Magister* Johannes **tenuerunt placitum in Curia Christianitatis de catallis,** *&c.* **quæ non sunt,** *&c.* **contra,** *&c. Et de placito,* **quare prædicti** Michaelis, Johannes, & *Magister* Rogerus **secuti sunt idem placitum,** *&c.* **contra,** *&c. Et ipsi non veniunt; Et præceptum fuit Vic.* **quod attach.** *&c. Et Vic. mandat, quod præceperat Ballivis, &c. Ideo præceptum est Vic. quod non omittat propter prædictam libertatem quin attach. &c.*

The King being informed, that the Archbishop of *Canterbury* this year, notwithstanding his * *Prohibition* to him the year before, intended to visit his Free-Chappel within the Castle of *Hastings*, against the antient Priviledge of his Free-Chappels and Crown, issued this Writ to the Constable of the Castle, not to permit the Archbishop, or any other from him, to come within the Castle, to visit or exercise any Ecclesiastical Jurisdiction within the Free-Chapple thereof.

* Here p. 856.

Clauf. 29 E. 1. m. 9. De non permittendo Archiepisc. Cantuar. ingred. Castrũ de Hastinges.

REX *Stephano Sprot* Constabulario Castri sui de *Hastinges*, salutem. Quia venerabilis pater *R. Cantuar.* Archiepiscopus **liberam Capellam nostram in Castro prædicto, quæ ab omni Jurisdictione ordinaria est exempta, intendit ut intelleximus visitare, in nostri præjudicium, et libertatis Capellæ nostræ prædictæ læsionem manifestam; Nobis mandamus firmiter injungentes, quod si contingat præfatum Archiepiscopum, aut aliquem alium ex parte sua ad Castrum nostrum prædictum accedere, ad dictam Capellam nostram visitandum, vel ad aliquid aliud faciendum aut attemptandum, quod in nostri præjudicium seu læsionem libertatis dictæ Capellæ nostræ cedere potest, ipsum Archiepiscopum vel alium ejus nomine ex hac causa Castrum prædictum nobis inconsultis nullatenus ingredi permittatis.** Teste Rege apud *Feckenham* 9 die *Aprilis.*

The Abbot of the *Cistercians* suing the Abbot of *Rewly* in Court Christian, and vexing him for farming a Church of a Prior alien, seised by reason of the Wars with *France* into the Kings hand, by advice of his Parliament, issued this Prohibition to stay all proceedings.

Clauf. 29 E. 1. m. 16. dorso. Prohibitio pro Abbate Regalis loci.

REX dilectis sibi in Christo Abbati de *Pynn*, salutem. Cum occasione guerræ inter Regem *Franc.* & nos motæ, de communi consilio regni nostri sit provisum, **quod exitus et proventus terrarum, reddituum, et aliorum bonorum quæ alienigenæ habent in regno nostro infra idem regnum remaneant, saltem quousque pax inter dictum Regem et nos fuerit integre reformata,** ac vos, sicut intelleximus, pro eo quod proventus qui de Ecclesia de *Saham* ante dictam guerram vobis solvi consueverunt infra regnum nostrum prædictum, secundum formam provisionis prædictæ hactenus remanserunt, dilectum nobis in Christo Abbatem *Regalis loci* juxta *Oxon.* firmarium Ecclesiæ supradictæ **coram Abbate** *Cistercienfi* **trahitis in placitum,** ut intelleximus, & ipsum ea occasione multipliciter molestetis, **in nostri præjudicium,** & prædicti Abbatis *Regalis loci* dampnum non modicum & gravamen, & contra formam provisionis prædictæ, de quo vehementer miramur; **Nolentes quod aliquis pro his quæ pro utilitate regni nostri salubriter statuuntur, trahatur in placitum vel alias indebite molestetur; vobis sub forisfactura omnium quæ in eodem regno nostro forisfacere poteritis firmiter inhibendo mandamus, ne de cætero prosequamini placitum supradictum.** Teste Rege apud *Linc.* 23 die *Februarii.*

Per Consilium.

The King being informed, that the Abbot of the *Premonstratenses* had sent some of his Canons into *England*, to demand and levy a great sum of money and Subsidie to his use from the Abbots of his Order in *England*, and all Ecclesiastical persons on whom they had conferred any Benefice, without his privity and Royal assent, to the

the prejudice of himself and of the whole Realm, issued this Writ to the Constable of *Dover* and Warden of the Cinqueports, not to permit any Canon, Vallet, or other Messenger of that Order to carry any money, or passe out of *England*, without his special license; agreeing with that before against the like practice by the Abbot of **Cluny*. *An.* 29 E. I.

* Here p. 858.

REX dilecto & fideli suo *Roberto Burgherſh* custodi Quinque Portuum suorum, salutem. Datum est nobis intelligi, **quod Abbas** *Præmonstratensis* **quosdam er suis Canonicis in** *Anglia* **specialiter destinavit, ad petendum et levandum ad opus ipsius Abbatis quandam magnam pecuniæ quantitatem de Abbatibus ordinis** *Præmonstratensis* **in** *Anglia*, **et omnibus personis Ecclesiasticis quibus iidem Abbates Ecclesiastica beneficia contulerunt; verum quia nunquam alias tale subsidium in regno nostro consuevit exigi absque nostra vel progenitorum nostrorum licentia et assensu, posſetque hujusmodi subventionis inordinatæ subsidium in Abbatum prædictorum, ac totius regni nostri præjudicium de facile redundare; Vobis mandamus firmiter injungentes, quod nullum Canonicum ordinis prædicti, Valletum seu alium Nuncium quemcunque pecuniam deferentem ad partes transmarinas transire permittatis, sine nostra licentia speciali.** Teste Rege apud *Morpath* 28 die *Junii*. Clauſ. 29 E. 1. m. 8 dorso. Quod Canonici Præmonstratenses non transeant ad partes transmarinas.

I found some Inquisitions issued to several Sheriffs to enquire what monies they had exacted and levyed in this kinde, to which an *Ignoramus* was for the most part returned, these Monks being unwilling or affraid to disclose the indirect practises, or incurre the displeasure of their Superiors.

The Archbishop of *Canterbury* (during the * hot contest between him, and the Abbot and Monks of St. *Augustines*) having excommunicated no less then 17. Parsons and Vicars in *Kent* at once, and imprisoned most of them in the Goal at *Canterbury* upon a Writ of *Capias Excommunicatum*, till they satisfied him for their contempts and injuries against him; upon their complaint thereof to the King, he issued this Writ of Privy Seal to the Bishop of *Chester* his Treasurer, his Chancellor and Counsil, to take good advice thereon, and then to certifie him what course he should take for their relief; as this Writ of Privy Seal I found in the *White Tower Chapple* attests:

* Here p. 823 831, 837.

EDward *par le grace de Dieu*, &c. *al honurable piere in Dieu* W. *par la meſme grace Eveſque de* Ceſtre, *noſtre Treſorier, & a noſtre chier Clerc & foial* Johan de Langeton *noſtre Chancelier, & as autres bones gentz de noſtre Conſail demourauntz a* Everwyk, *ſaluz. Nous enveoms a vous Frere* William de Tykenhurſt *Moigne de l'Abbe de Seynt* Auſtyn de Canterbir, & Phelip de Intebergh *Clerc, qui de par l'Abbe & le Covent de meiſme le lieu*, **nous ont en pleignaunt aucunes choſes monſtrees, qe l'Erceveſque de** Canterbir **et ſes Miniſtres ont faitez ordeinard en grant prejudice de eux, et contre la franchiſe, et l'eſtate de leur Egliſe, et contre la forme des privileges, quil ont de l'Apoſtoille qui ore eſt, et d'aucuns de ſes predeceſſors Eveſques, et auſſint a grant damage d'acunes perſones qui a lour juriſdiction purement appendent,** *ſicome il dient, dont il ſe ſentent molt grevez*, **et nous ont requis, qe nous enmettoms conſail et remede. Et pur ce qe nous deſiroms molt a mettre bon conſail es buſoignes que touchent la dite Egliſe, la quele eſt de noſtre avoerie eſpeciaument pur la devotion que nous auoms a Saint** Auſtyn de Canterbir, **et auſſint pur la bon volunte, que nous auoms a l'Abbe et au Covent avantditz;** *Vous mandoms, qe vous eez a leiſir & a tien diligence come il affiert, quantque les avantditz* William & Phelip *vous diront ſur le fait du dit Erceveſque & de ſes Miniſtres en cele partie, & eez conſail & bon aviſement de ce qe nous enporroms faire, par reiſon. Car nous enferiens volenters ce qe nous poriens en bone manere.* **Et quant vous aurez conſaillez ſur ceſte choſe tant come il vous ſemblera qe bon ſoit, mandez nous ent vos auys diſtinctement par vos lettres.** *Don ſouz noſtre prive ſeal a* Kinges Clipſton *le 4. jour de* Decembr. *l'an de noſtre regne vint & noeviſme.* Bundela Brevium & Literarum in Turre London. An. 29 E. 1.

The King upon their advice, soon after issued two several Writs to the Sheriff of *Kent*, to release them upon sufficient bayle who were taken and imprisoned, and not

An. 29 E. 1. to take or imprison the rest who absented themselves, upon putting in sufficient pledges to appear before him in the Parliament at *Lincoln*, to abide his order in this businesse.

Claus. 29 E. 1. m. 14. intus. Pro Johanne Rectore Ecclesiæ de Parva Monigham, & aliis.

REX Vic. *Kanc.* salutem. Cum nuper ad denuntiationem venerabilis patris *R. Cantuar.* Archiepiscopi per literas suas patentes nobis significantis, quod *Johannes* Rector Ecclesiæ de *Parva Monigham*, *Johannes* Rector Ecclesiæ de *Eastlangedon*, *Walterus* Rector Ecclesiæ de *Stonore*, *Johannes* Vicarius Ecclesiæ de *Chistested*, *Johannes* Vicarius Ecclesiæ de *Menire*, *Edmundus* Vicarius Sancti *Laurentii* in *Taneto*, *Matthæus* Vicarius Ecclesiæ de *Northborne*, *Thomas* Rector Ecclesiæ de *Frythyndonne*, *Johannes* Vicarius Ecclesiæ de *Tenterdenne*, *Johannes* Vicarius Ecclesiæ de *Leanham*, *Martinus* Rector Ecclesiæ de *Borewaremersh*, *Sampson* Rector Ecclesiæ de *Wynelesbergh*, *Willielmus* Rector Ecclesiæ de *Brockland*, *Thomas* Rector Ecclesiæ de *Stone*, *Laurentius* Rector Ecclesiæ de *Kingesdonne*, *Thomas* Vicarius Ecclesiæ de *Sheldwych*, & *Willielmus* Vicarius Ecclesiæ de *Middleton*, propter manifestam contumaciam suam excommunicati sunt, nec se volunt **per censuram Ecclesiasticam justitiari**; **tibi præcepimus**, quod prædictos *Johannem*, *Johannem*, *Walterum*, *Johannem*, *Johannem*, *Edmundum*, *Matthæum*, *Thomam*, *Johannem*, *Johannem*, *Martinum*, *Sampsonem*, *Willielmum*, *Thomam*, *Laurentium*, *Thomam*, & *Willielmum* per corpora sua, secundum consuetudinem *Angliæ* justitiares, donec Sanctæ Ecclesiæ tàm de contemptu quàm de injuria ei illata ab eis esset satisfactum. **Et postmodum postquam iidem** *Johannes*, *Johannes*, *Walterus*, *Johannes*, *Johannes*, *Edmundus*, *Matthæus*, *Thomas*, *Johannes*, *Johannes*, *Martinus*, *Sampson*, *Willielmus*, *Thomas*, *Laurentius*, *Thomas*, & *Willielmus*, **præter tu mandati nostri prædicti per te capti, et in prisona nostra** *Cantuar.* **detenti fuerant, tibi ob aliquas certas causas coram nobis propositas præcepertimus, quod accepta sufficienti securitate a præfatis** *Johanne*, *Johanne*, *Waltero*, *Johanne*, *Johanne*, *Edmundo*, *Matthæo*, *Thoma*, *Johanne*, *Johanne*, *Martino*, *Sampsone*, *Willielmo*, *Thoma*, *Laurentio*, *Thoma*, & *Willielmo*, **quod essent coram nobis in Parliamento nostro apud** *Lincoln.* **in Octabis Sancti** *Hilarii* **proximo præteritis, ad informandum nos plenius super causis prædictis, ipsos** *Johannem*, *Johannem*, *Walterum*, *Johannem*, *Johannem*, *Edmundum*, *Matthæum*, *Thomam*, *Johannem*, *Johannem*, *Martinum*, *Sampsonem*, *Willielmum*, *Thomam*, *Laurentium*, *Thomam*, & *Willielmum*, **a prisona illa si occasione prædicta et non alia detenti essent in eadem, interim deliberari faceres per securitatem prædictam.** Et haberes hoc breve tunc ibidem. **Actu nobis returnaveris, quod omnes in dicto brevi nominati capti fuerunt, et per bonam securitatem postmodum deliberati, exceptis prædictis** *Waltero* Rectore Ecclesiæ de *Stonore*, *Johanne* Rectore Ecclesiæ de *Eastlangedon*, *Thoma* Rectore Ecclesiæ de *Frythyndonne*, *Martino* Rectore Ecclesiæ de *Borewaremersh*, & *Laurentio* Rectore Ecclesiæ de *Kingesdonne*, qui in Balliva tua inventi non fuerunt. **Nos habito super præmissis tractatu in Parliamento prædicto, dictam securitatem continuare volentes**; tibi præcipimus, **quod accepta hujusmodi securitate sive manucaptione a prædictis** *Waltero*, *Johanne*, *Thoma*, *Martino*, & *Laurentio*, prout nobis returnasti non inventis si se justitiari permiserint, **et nova securitate a præfatis** *Johanne*, *Johanne*, *Johanne*, *Edmundo*, *Matthæo*, *Johanne*, *Johanne*, *Sampsone*, *Willielmo*, *Thoma*, *Thoma*, & *Willielmo*, **quod erunt coram nobis ad voluntatem nostram super præmissis, omnibus respondurt ad captionem eorundem** *Johannis*, *Johannis*, *Walteri*, *Johannis*, *Johannis*, *Edmundi*, *Matthæi*, *Thomæ*, *Johannis*, *Johannis*, *Martini*, *Sampsonis*, *Willielmi*, *Thomæ*, *Laurentii*, *Thomæ*, & *Willielmi* **non procedas, donec aliud super hoc a nobis habueris in mandatis.** Teste Rege apud *Lincoln.* 18 die *Febr.*

Per Regem & Consilium.

From which Writ, as we may observe the excessive malice, vexation and impiety of the Archbishop, in excommunicating so many Rectors and Vicars of Parish Churches at once, upon the premised suits and contest between him and the Abbot and Monks of *Canterbury*, whereby the people of those places were long deprived of the spiritual food of their souls; so we may well inferre:

1. That it is the Kings Prerogative, Office, duty to examine, redresse and rectifie such vexations, abuses, and Excommunications of Rectors, Vicars, and other his Subjects,

Subjects, even by the Archbiſhop of *Canterbury* himſelf, much more by other Biſhops or their inferior Officers. *An.* 29 E. I.

2ly. That ſuch extravagant abuſes and Excommunications are thought fit and worthy examination and redreſſe even in Parliament in that age.

3ly. That the King by his Prerogative might enlarge perſons taken upon a *Capias Excommunicatum* out of Priſon upon ſecurity, without any Oath, and ſuperſedeat his Writs of Excommunication againſt others, not actually taken and impriſoned, till their cauſes were heard and determined by him in his Parliament, and that by the reſolution of the King and his Counſil in Parliament, by whoſe order this Writ iſſued forth.

This year there fell out this memorable caſe in Law touching the Kings prerogative, contained in the enſuing Writ. The King preſenting his Clerk to the Archbiſhop of *Canterbury* to admit him to a Benefice accruing to him by reaſon of a Wardſhip, the Archbiſhop refuſing to admit him becauſe he was under age, being contrary to the Canonons, he thereupon committed the Church to one of the Kings Chaplains till he ſhould be of age: The Archbiſhop dying, his ſucceſſor finding no perſon inducted therein, and ſo holding it voyd, admitted the Clerk of the right patron preſented to it, contrary to the Kings prerogative, *againſt whom no time nor lapſe incurrs; who thereupon commanded him to admit his firſt preſented Clerk (now of age) thereto, by this Writ. * See here, p. 331.

REX Archiepiſcopo *Cantuar.* ſalutem. Meminimus quod nuper vacante Eccleſiæ de *Rolnyngden* veſtræ Dioc. per mortem talis quondam ejuſdem Eccleſiæ Rectoris, & ad noſtram donationem ſpectante, ratione Cuſtodiæ terræ & Heredis *J.* de *S.* defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, tunc in manu noſtra exiſtentis; Nos bonæ memoriæ *J.* tunc Archiepiſcopo *Cantuar.* prædeceſſori veſtro dilectum Clericum noſtrum *Willielmum de Halſtede* ad eandem Eccleſiam duximus præſentandum: ſed idem Archiepiſcopus quia dilectus Clericus noſter erat tunc temporis minor annis, ſecundum Canonicas ſanctiones *R.* de *S.* Capellano noſtro, nomine dicti Clerici noſtri commiſit cuſtodiam Eccleſiæ antedictæ; Verum quia vos in eadem Eccleſia inſtitutum neminem inveniſtis, *Stephanum de Certeſeya* Clericum ad præſentationem *J. de Lerham* Militis, qui ejuſdem Eccleſiæ aſſerit ſe patronum, in præjudicium Juris noſtri, cum nobis tempus non currat in talibus, ad eandem Eccleſiam admiſiſtis, dicto Sacerdoti auferendo cuſtodiam antedictam. Nolentes igitur permittere Jus Regium, ad cujus conſervationem, fidelitatis nobis præſtitæ debitum vos aſtringit, taliter abſorberi. Vobis mandamus, quod illud quod per vos de dicta Eccleſia, in Juris Regii, ut prædictum eſt, præjudicium eſt taliter acceptatum, celeriter revocantes, prædictum Clericum noſtrum, cui nichil hiis diebus obſtare Canonicum credimus in hac parte, ad præſentationem noſtram ad præfatam Eccleſiam admittatis. Quid autem ſuper hoc duxeritis faciendum nobis per latorem præſentium reſcribatis. Teſte Rege apud *Feckenham*, 12 die *Aprilis*. Claus. 29 E. I. m. 11. dorſo. De revocando præſentatione factam contra Statum Regni & Clerico Regis admittendo.

The Abbot and Covent of *Thorney* having paid 500 Marks to Pope *Boniface* his Collectors for arrears of the Diſmes collected for relief of the Holy Land, borrowed by the King, for which ſumme they were bound in the *14th year of his reign, and had the Kings Counterband to diſcharge them thereof; upon his Petition in the Parliament of *Lincoln*, the King iſſued this Writ to his Treaſurer and Barons of the Exchequer for their ſatisfaction and diſcharge thereof, by ſuch means as they ſhould deem moſt expedient. *Here, p. 306, &c.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario ſalutem. Dilecto nobis in Chriſto Abbas & Conventus de *Thorneye* per peticionem ſuam coram nobis & Conſilio noſtro in Parliamento noſtro *Lincoln.* exhibitam ſupplicarunt, quod cum ipſi nuper per * literas ſuas patentes ſigillo ſuo communi ſignatas, pro nobis in quingentis marcis ſterlingorum, quæ ad manus noſtras de pecunia Decimæ in ſubſidium Terræ Sanctæ in regno conceſſæ devenerunt, ſe erga Dominum Summum Pontificem obligaverint; Noſque per literas noſtras patentes obligaverimus Nos, hæredes & ſucceſſores noſtros, præfatis Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis ad plenam Cl. 29 E. I. m. 13. Pro Abbate de Thorneye. * See Here, p. 360, 361, 362.

An. 29 E. 1. plenam & integram ejusdem pecuniæ solucionem infra duos menses postquam ab eisdem Abbate et Conventu super hoc requisiti fuerimus faciend. necnon ad ipsos inde conservandos indempnes. Et iidem Abbas et Conventus virtute obligacionis suæ prædictæ de prædictis quingentis marcis Collectoribus dictæ Decimæ per præfatum Summum Pontificem specialiter deputatis, jam satisfecerint, sicut dicunt; Voluimus ei in satisfactione prædictarum quingentarum marcarũ in firmis annuis et debitis quæ nobis debent ad Scaccarium prædictum facere allocationem, vel alio competenti modo eis super hoc providere. Nos igitur supplicationi ipsorum Abbatis & Conventus in hac parte annuere, ipsorumque indempnitati volentes prospicere ut tenemur, vobis mandamus, quod inspectis literis nostris prædictis, habitoque cum eodem Abbate super præmissis diligenti tractatu de aliqua bona & competenti forma, per quam de prædictæ pecuniæ summa exoneremur, et eisdem Abbati & Conventui in firmis & debitis prædictis debita allocacio vel alio modo competens satisfactio inde fiat, provideatis, prout juxta discretionem vestram vobis videbitur melius faciendum, & prout per nos & Consilium nostrum vobis præfatæ Thesaurariæ plenius est injunctum. Teste Rege apud *Lincolniam*, 26. die *Febr.*

Per Petitionem de Consilio.

The like Writ issued to them upon a Petition of the Abbot of *Peterburge* in the same Parliament, who was bound, and secured by the Kings Counterbond for 500 l. more of that money which he had paid to the Popes agents, *Claus.* 29 *E* 1. *m.* 3. to omit all others.

Thus the money pretended and collected for the Holy Land after the King had made use of it for divers years, was exacted and pursed up by this avaritious Pope at last, and never employed for its pretended end, An impious Papal fraud.

The Popes *Italian* Agent appointed by him to demand and receive Ten thousand markes of the money long before granted for relief of the *Holy Land*, which the King borrowed from the Popes Collectors upon the bonds of these Abbots, his sureties, to repay it within 2. Moneths upon the Popes demand, whom the King was bound to save harmlesse by his Counterbonds to them, exacting one mark in every hundred Marks for his expenses, or else refusing to give up their bonds till paid. The King upon complaint thereof issued this memorable Writ to him, prohibiting this his extortion, and commanding him to deliver up their bonds, the debt being his, upon payment only of the principal moneys; else he would take some other course for their relief against him.

Cl. 29 E 1. m. 10. intus. Pro quibusdam Abbatibus & Prioribus Angliæ.

REX discreto Viro Magistro *Bonich. de Florenc.* ad recipiendum nomine Domini Papæ solutionem decem millium Marcarum a quibusdam Abbatibus et Prioribus Regni nostri debitarum occasione quarundam obligationum, quas pro eis nostro nomine et pro nobis dudum fecerant, assignato, salutem. Datum est nobis intelligi, quod vos de singulis Centum Marcis prædictæ summæ pecuniæ unam Marcam pro expensis vestris a prædictis Abbatibus et Prioribus, antequam dictas obligationes eorum quæ penes vos residere dicuntur, restituere velitis eisdem, exigitis et exigere præsumitis pro libito, minus juste, in grave ipsorum dispendium, immo verius nostrum, qui Abbates et Priores tenemur eosdem in hac parte conservare indempnes, utpote qui pro nobis et ad nostram instantiam obligationem et fidejussionem hujusmodi subierunt. Nos igitur præfatis Abbatibus et Prioribus quatenus honeste poterimus super hoc subvenire volentes; Vobis mandamus, firmiter injungentes, quod ipsa sola forte contentus, ab exactione prædictæ Marcæ de dictis Centum Marcis habendæ desistatis, et juxta quod præfati Abbates et Priores et eorum quilibet pro rata portione contingentis eisdem et eorum quemlibet, prout in obligationibus eorundem inde confectis plenius continetur satisfecerint, vel satisfecerit in hac parte, obligationes easdem eis et eorum cuilibet omnimoda difficultate postposita restituere nullatenus omittatis. Taliter super præmissis vos habentes, ne si secus feceritis aliud remedium super hoc nos oporteat adhibere. Dat. apud *Evesham* 27 die *Marcii*.

The King upon the Complaint of the Masters and Scholars of the University of *Oxford*,

Oxford, of the want of paving, and of the filth, dung in the ſtreets, and other places, both within the Town and Suburbs of *Oxford*, which corrupted the air, and annoyed their health, iſſued theſe memorable Writs for repairing & cleanſing their ſtreets, and removing the Swine out of them, by the overſight of ſuch as the Chancellor and Proctors of the Univerſity ſhould appoint, and to keep them clean for the future. *An.* 29 *E.* I.

REX Majori & Ballivis ſuis *Oxoniæ* ſalutem. Quia ex parte dilectorum nobis in Chriſto Magiſtrorum et Scholarium Univerſitatis *Oxon.* nobis eſt conquerendo monſtratum, quod pavimentum Villæ noſtræ prædictæ adeo enormiter eſt dirutum & confractum, quod ex hoc univerſi & ſinguli tranſeuntes & incedentes per Villam eandem dampna non modica ſuſtinent & gravamina; et eciam quod per fimos & fimaria, & plures alias fæditates quæ in ſtratis et venellis villæ prædictæ ponuntur et colliguntur, aer ibidem in tantum corrumpitur et inficitur, quod Magiſtris et Scholaribus prædictis, et aliis ibidem conberſantibus et tranſeuntibus horror abhominabilis incutitur, commoditas ſalubriorıs aeris impeditur, ſtatus hominum grabiter læditur, aliæque intollerabiles incommoditates et quamplura diſcrimina et corrupcione hujuſmodi prohenire noſcuntur, in Magiſtrorum et Scholarium prædictorum et aliorum ibidem conberſancium et tranſeuncium nocumentum et periculum manifeſtum. Volentes ſuper hoc congruum remedium adhiberi; Vobis mandamus, quod pavimentum Villæ prædictæ per viſum alicuius vel aliquorum quem vel quos Cancellarius et Procuratores Univerſitatis prædictæ ad hoc duxerit deputand. in ſtratis & venellis ibidem reparari & emendari faciatis, et Comburgenſes veſtros ad hoc modis omnibus quibus melius expedire videritis inducatis, & ſi neceſſe fuerit, modo debito compellatis, ut unuſquiſque coram ten. & tenuris ſuis in Villa prædicta pavire faciat, ac ſtratas prædictas & venellas fimus & fimariis univerſis mundari, et eas ſic mundatas imposterum mundas conſerbari, ac porcarias in ſtratis et vicis exiſtentes per quas huiuſmodi fæditates accumulantur et plurimum colliguntur, amoveri faciatis, ita quod Villa noſtra prædicta adeo munda de huiuſmodi fæditatibus de cætero conſerbetur, quod clamor ad nos inde non perveniat iteratus, ver quod manum ad hoc debeamus apponere grabiorem. Teſte Rege apud *Wodeſtok* 18 die *Marcii*. Cl. 29 E 1. dorſo. m. 14, vel 15 De ſtratis & venellis in Oxon. paviandis.

REX Vic. *Oxon.* ſalutem. Quia ex relatu plurimorum accepimus, quod pavimentum Suburbii Villæ noſtræ *Oxon.* adeo eſt dirutum & confractum, quod ex hoc univerſi et ſinguli tranſeuntes et cedentes per pavimentum illud dampna non modica, &c. (*ut ſupra*) & eciam quod per fimos, &c. quæ in ſuburbio prædicto ponuntur & colliguntur, aer ibidem corrumpitur, &c. quod Magiſtris et Scholaribus Univerſitatis *Oxon.* & aliis in eodem ſuburbio converſantibus, &c. Volentes, &c. tibi præcipimus, quod pavimentum Suburbii prædicti per viſum alicujus vel aliquorum, &c. emendari facias, & Burgenſes ac alios ten. & tenuras in eodem ſuburbio habentes modis omnibus quibus, &c. inducas, & ſi neceſſe fuerit, &c. ut unuſquiſque coram ten. & tenuris ſuis in ſuburbio prædicto pavire faciat, ac ſtratas Suburbii prædicti fimis, &c. & eas ſic mandatas, &c. Ita quod ſtratæ Suburbii prædicti adeo mundæ, &c. conſerventur, &c. *ut ſupra*. *Teſte*, *ut ſupra*. Ibidem. De ſtratis & venellis in ſuburbio ejuſdem Villæ paviendis.

The King by his Prerogative ſent an old Servant of his maimed in his Service, to the Prior and Covent of *Coventry*, to be there relieved by a Corody during life, by this Writ.

REX dilectis ſibi in Chriſto Priori & Conventui de *Coventria*, ſalutem. Quia *Rogerus de Ceſtria*, ſerviens noſter ad arma, qui nobis diu benè fideliter deſervivit, & in ſervicio noſtro mahemiatus exiſtit, per quod nobis non ſufficit amplius famulari, ipſum ad vos duximus tranſmittendum; Rogantes quatinus ipſum *Rogerum* in domo veſtra admittatis, & ei cum uno garcione deſervienti eidem neceſſaria ſua in victu & veſtitu, juxta ſtatus ipſius *Rogeri* exigenciam, quoad vixerit exhiberi noſtris precibus faciatis, pro quo vobis ad grates teneamur merito ſpeciales. Teſte Rege apud *Lincolniam*, viceſimo primo die *Februarii*. Ibid. m. 16. dorſo. Pro Rogero de Ceſtriæ.

The

An. 29 *E.* 1. The King being informed by the Abbot of *Peterburgh* (who loved Veniſon) that by ſeveral Charters of his predeceſſors he ought to have the Tithe of all his Veniſon within his Foreſts in the County of *Northampton*, and to have Writs iſſued for that purpoſe, iſſued this Writ for to have the arrears thereof due unto him for three years.

Clauſ. 29 E 1. m. 4. Pro Abbate de Burgo Sancti Petri.

REX dilecto & fideli ſuo *Adæ de Welles* Seneſcallo Foreſtæ ſuæ inter pontes *Oxon.* & *Staunford.* ſalutem. Quia conſtat nobis per inſpectionem Chartarum *Willielmi*, *Richardi* & *Johannis* progenitorum noſtrorum, & *Henrici* patris noſtri, quondam Regum *Angl.* quod Abbas de *Burgo Sancti Petri* qui pro tempore fuerit, **habere debet ex conceſſione dictorum Regum** *Angl.* **Decimam venationis captæ in Foreſtis noſtris infra Com.** *Northampton.* & etiam conſtat nobis per inſpectionem Rotulorum Cancellar. dicti patris noſtri, **quod Abbates ejuſdem loci ſemper habuerunt breve ſuum de Decima venationis illius habenda**; vobis mandamus, **quod Abbati ejuſdem loci Decimam in Foreſtis prædictis de annis regni noſtri vicesimo ſeptimo, vicesimo octavo, et de anno præſenti habere facatis, prout ipſe et prædeceſſores ſui eam habere conſueverunt**; niſi prius eam habuerit per aliud breve noſtrum. Teſte Rege apud, *&c.* 23 die *Auguſti.*

The King carrying the Banner of St. *John* of *Beverly* with him into *Scotland* for his better ſucceſſe, upon his return from thence, reſtored it by this Writ.

Clauſ. 29 E. 1. m. 18. De Vexillo Sancti Johannis Beverlaci remiſſo.

REX dilectis ſibi in Chriſto Capitulo Eccleſiæ Sancti *Johannis Beverlaci*, ſalutem. Vexillum Sancti *Johannis* quod nobiſcum habuimus in guerra noſtra *Scotiæ*, vobis per dilectos Clericos noſtros *Galfridum de Welleford* Capellanum, & *Robertum de Haliwell* exhibitores præſentium deſtinamus. Teſte Rege apud *Aberford* 27 die *Novembris.*

The King this year out of his ſpecial grace granted this Patent and Priviledge to the Prior and Monks of St. *Albans*, that they during every avoidance ſhould hold the Temporalties of the Abby, (except Knights Fees, and Advouſons of Churches) rendring to him a thouſand Marks for every time it fell, or year it continued void.

Pat. 29 E. 1. m. 8. Pro Abbate & Conventu de S. Albano.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod ob devotionem quam erga Sanctum *Albanum* glorioſum Chriſti Martyrem gerimus & habemus, & ut Monachi Abbatiæ de Sancto *Albano* de cætero poſſint quietius & tranquillius altiſſimo famulari, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris Abbati & Conventui Abbatiæ prædictæ, quod Prior & Conventus Abbatiæ ejuſdem & eorum ſucceſſores, in ſingulis vacationibus ejuſdem Abbatiæ, quociens videlicet ipſum exnunc vacare continget, **habeant et teneant eandem cuſtodiam Abbatiæ illius, et omnium temporalium ejuſdem, cum omnibus rebus et bonis ad Abbatiam illam qualitercunque ſpectantibus, adeo plene et integre, ſicut aliquis Abbas ejuſdem loci Abbatiam illam et temporalia, cum rebus et bonis prædictis, ſede plena aliquibus retroactis temporibus habere et tenere conſuevit.** Ita quod ipſi Prior & Conventus de temporalibus & bonis ac rebus illis plenam & liberam adminiſtrationem habeant, & inde diſponere & ordinare poſſint, prout eis melius & utilius videbitur faciendum, & prout Abbas dicti loci inde poſſet ordinare & diſponere ſede plena; **ſalvis nobis et hæredibus noſtris feodis Militum quæ tenentur de Abbatia prædicta, et Advocationibus Eccleſiarum cum acciderint, temporibus vacationum prædictarum.** Ita tamen quod omnes redditus & ſervitia annua de feodis prædictis in vacationibus illis provenientia remaneant Priori & Conventui prædictis: Salvis etiam nobis & hæredibus noſtris eſcaetis quas accidere contigerit temporibus prædictis, quæ quidem eſcaetæ ſingulis hujuſmodi vacationibus finitis, videlicet poſt fidelitatem ipſius quem ibidem eligi, confirmari ſeu præfici contigerit in Abbatem, nobis vel hæredibus noſtris factam, liberentur & remaneant Abbati, Priori & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis dicti loci, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum quorumcunque: **Reddendo nobis et hæredibus noſtris pro qualibet vacatione Abbatiæ prædictæ, ſive duraverit per annum integrum, ſive per minus tempus, mille marcas, infra annum a tempore quo Abbatia illa vacare inceperit computandum;** videlicet,

videlicet, **quingentas marcas in fine primi dimidii anni illius, et quingentas marcas in fine ejusdem anni.** Et si fortè vacatio Abbatiæ illius duraverit ultra annum, tunc **prædicti Prior et Conventus pro proximo anno integro sequenti, si tanto tempore duraverit, solvant nobis et hæredibus nostris mille marcas ad terminos prædictos, et sic pro quolibet anno integro post primum annum, durante vacatione prædicta, ad eosdem terminos mille marcas.** Et si ultra annum integrum, vel annos integros duraverit, vel minore tempore quam per annum, **tunc pro illo minori tempore de prædictis mille marcis minus pro rata temporis illius proporcionaliter nobis solvant.** Et volumus & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Prior & Conventus, & eorum successores, imperpetuum habeant & teneant custodiam Abbatiæ prædictæ singulis temporibus vacationum ejusdem in forma prædicta. Ita quod nullus Vicecomes, Escaetor, seu quicunque alius Ballivus, vel Minister noster, vel hæredum nostrorum de custodia Abbatiæ prædictæ, seu Cellarum suarum, Maneriorum, aut aliarum rerum seu bonorum quorumcunque ad dictam Abbatiam seu Cellas suas spectantium quoquo modo, ratione vacationis illius, se in aliquo intromittat. Hoc tamen excepto, quod Escaetor vel alius Minister noster, seu hæredum nostrorum qui pro tempore fuerit, infra portas tantum Abbatiæ prædictæ in principio cujuslibet vacationis ejusdem, **quandam simplicem seisinam nomine nostri regii dominii capiat, et ea sic capta statim exinde recedat absque alto inde capiendo, seu etiam aspectando.** Ita quod ultra unum diem occasione seisinæ prædictæ moram ibi non faciat, nec aliquem ibidem substituat loco sui. Volumus insuper & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod si nos forsitan vel hæredes nostri aliquo tempore vacationis Abbatiæ prædictæ, **exercitum nostrum fecerimus summoneri,** prædicti Prior & Conventus & successores sui **pro propriis et dominicis feodis Militum Abbatiæ illius, in manibus ipsorum Prioris et Conventus tunc existentibus, ad servicium in eodem exercitu faciendum minime teneantur, nec occasione servicii illius molestentur in aliquo seu graventur, set inde penitus sint quieti:** Salvis tamen nobis & hæredibus nostris serviciis feodorum Militum quæ tenentur de Abbatia prædicta temporibus vacationum ejusdem ad nos pertinentibus ratione exercitus supradicti. In cujus, &c. Teste Rege apud *Caldestrem* 30 die *Julii*. *Per ipsum Regem.*

An. 29 *E.* 1.

The King likewise released all Debts owing to him by the Abbot and Covent of St. *Albans*, in recompence of the 1000 Marks for which they were bound for him to the Church of *Rome*, and had satisfied it to the Popes Agent; and 300 Marks more they gave him as an Ayd for his expedition into *Scotland*.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod pro remissione quam dilecti nobis in Christo Abbas & Conventus de Sancto *Albano* nobis fecerunt, **tam de illis *mille marcis quas ab eis pro quibusdam arduis negotiis nostris expediendis, mutuo recepimus de pecunia Decimæ in subsidium Terræ Sanctæ a Clero regni nostri nuper concessæ, eisdem Abbati et Conventui nomine Summi Pontificis liberata in deposito custodienda, et quas iidem Abbas et Conventus postmodum pro nobis dicto Summo Pontifici solverunt; quam de aliis debitis quibuscunque in quibus eis ex quacunque causa usque ad diem confectionis presentium tenebamur, necnon et pro trescentis marcis quas iidem Abbas et Conventus nobis in subsidium expeditionis nostræ *Scotiæ* jam deberunt, pardonavimus eis omnia debita in quibus ipsi nobis ex quacunque causa usque ad diem prædictum tenebantur:** Volentes & concedentes pro nobis & hæredibus nostris, quod iidem Abbas & Conventus de debitis prædictis penitus sint quieti. In cujus, &c. Teste Rege apud *Pebbles* secundo die *Augusti*. *Per ipsum Regem.*

Et mandatum est Thesaur. & Baronibus de Scaccario, quod ipsos Abbatem & Conventum de debitis supradictis quietos esse faciant juxta tenorem literarum Regis prædictarum. Teste Rege ut supra.

Pat. 29 E. 1. m. 27.

* Here p 360, 361. Bundle Brevium de Privato Sigillo Anno 30 E. 1. in Turre London.

The King sending the Archdeacon of *Richmond* to *Rome* about his affairs, (to procure a Disme for 3. years from the Clergy of *England* and *Ireland*) he rendred him this account of his expenses in that journey, which he ordered to be satisfied out of the Disme and Quindisme granted him, by this Obligation.

REX

An. 29 *E.* 1.

Pat. 29 E 1. m. 7. De Gerardo Archidiacono Richem.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis nos teneri dilecto Clerico nostro *Gerardo* Archid. *Richemund.* in **Trescentis et novem libris tribus solidis et quatuor denariis** de expensis suis, per ipsum in nuncium nostrum pro quibusdam negociis nostris specialibus ad *Romanam* **Curiam nuper proficiscentem factis**, videlicet à quintodecimo die *Aprilis*, anno regni nostri vicesimo octavo, usque ad vicesimum tercium diem *Junii*, anno regni nostri vicesimo nono, prout per compotum ejusdem Archidiaconi coram dilecto Clerico nostro *Johanne de Drokenesford* Custodæ Garderobæ nostræ inde redditum evidenter apparet. Quam quidem pecuniæ summam præfato Archidiacono in festo *Paschæ* proximo futuro de pecuniæ decimæ vel quintædecimæ nobis in regno nostro concessæ, nos promittimus soluturos. In cujus, &c. Teste Rege apud *Douy Pas* 14. die *Octobr.*

Per literas dicti Johanni Patentes.

Ibid m. 7. De Protectionibus Pat. 29 E 1.

W *Alterus Coventr. & Lychf.* **qui pro negociis Regem et regnum suum specialiter tangentibus profecturus est ad Cur. Romanam, habet literas Regis** de protectione per unum annum duraturas, cum clauf. volumus & exceptis Pres. &c. T. Rege apud *Douy Pas* 27. die *Septembris.*

The King granted these Licenses and Protections to the Prior of *Durham* and others to go to the Court of *Rome* about their affairs and their Churches, who could not go thither without his license.

m. 22 De Protectione.

R *Icardus de Hoton.* Prior *Dunelm.* **qui de licencia Regis profecturus est ad Curiam Romanam habet literas Regis de protectione simplices sine clausulis, per biennium duraturas.** Pref. &c. Teste Rege apud *Lincolniam* primo die *Marcii.*

Per ipsum Regem, & duplicatur.

Ibidem.

A *Lex. de Punzunby* qui cum eodem Priore **profecturus est ad dictam Curiam habet literas Regis de protectione, simplices, &c. duraturas ut supra.** Pref. &c. Teste Rege ut supra. *Per ipsum Regem duplicatur.*

Ibidem.

REX omnibus amicis suis ad quos, &c. salutem. Cum dilectus nobis in Christo *Ricardus de Hoton* Prior *Dunelm.* de licencia nostra **ad Curiam Romanam pro quibusdam negociis suis expediendis se dibertat**; Vos rogamus, quatenus eidem Priori aut familiæ suæ secum eunti, in rebus aut personis suis, in eundo versus partes prædictas, ibidem morando, & exinde redeundo non inferatis, &c. set pocius eis cum ipsos per partes vestras transitum facere contigerit, salvum & securum conductum nostri contemplacione habere faciatis, cum ab ipsis ex parte nostra fueritis super hoc requisiti. In cujus, &c. per biennium duraturas. Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Consimiles literas de conductu habet præfatus *Ricardus* sine mentione facta de Priore, duraturas ut supra. Teste ut supra.

The King this year granted restitution of the Temporalties of a Nunnery belonging to his Patronage by the death of the Earl of *Cornwall*, upon the Certificate of the Bishop of *Lincoln.*

Pat. 29 E 1. m. 29. intus. De restitutione Temporalium.

REX dilecto & fideli suo *Waltero de Glouc.* Escaet. suo citra *Trentam.* Cum venerabilis pater *I. Lincolniensis* Episcopus examinato processu electionis nuper in Ecclesia Conventuali de *Garing.* de duabus Monialibus ejusdem domus in discordia factæ, alteram earundem, videlicet *Margeriam Neel* quæ nobis extitit præsentata in Priorissam Domus illius, cujus advocatio per mortem bonæ memoriæ *Edmundi* quondam Comitis *Cornubii* Consanguinei nostri, ad manus nostras devenit præfecerit, sicut per literas patentes ipsius Episcopi nobis inde directas nobis constat. Nos præfectionem acceptantes, cepimus fidelitatem ipsius *Margeriæ* & Temporalia domus prædictæ, prout moris est restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem *Margeriæ* Temporalia domus prædictæ liberetis in forma prædicta. Teste Rege apud *Nettleham* 9. die *Februarii.*

The

The King upon the Petition of the Prioreſſe and Nunnes of the Monaſtery of St. *Mary de Bello Porto* in *Ireland*, iſſued this Patent of ſpecial grace for the election, confirmation, and reſtitution of the Temporalties to a New Abbeſſe by his Chief Juſtice in *Ireland*, they giving ſecurity by their patent under Seal, that this ſpecial grace ſhould not prejudice the rights of his Crown, nor be drawn into conſequence for the future. *An.* 29 E 1.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan* Juſtic. ſuo *Hiberniæ*, ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto Prioriſſa & Moniales beatæ *Mariæ* de *Bello Portu* juxta *Waterford.* nobis per literas ſuas Patentes ſignificaverint, quod Abbatia ſua prædicta per mortem *Johannæ* quondam Abbatiſſæ illius loci Paſtorali eſt ſolatio deſtituta; ſupplicantes Nobis, prout moris eſt, quod licentiam ſibi aliam eligendi in Abbatiſſam eiſdem concedere dignaremur: Ac nos precibus earundem Prioriſſæ & Monialium in hac parte favorabiliter inclinati, licentiam illam eis duxerimus concedendam. Mandantes ipſis, quod talem ſibi eligant in Abbatiſſam, quæ Deo devota, regimini Eccleſiæ ſuæ neceſſaria, nobiſque et terræ noſtræ *Hiberniæ* utilis et fidelis exiſtat. Nos earundem Prioriſſæ et Monialium laboribus et expenſis in hac parte parcere volentes, iſta vice conceſſimus eis de gratia noſtra ſpeciali, & vobis dedimus poteſtatem, quod facta Electione prædicta, &c. aſſenſum Regium vice noſtra præbeatis; ſignificantes loci Dioceſano, quod id quod ſuum eſt in hac parte exequatur. Volumus etiam & vobis dedimus poteſtatem, quod, &c. tunc accepta ab eadem Electa fidelitate in caſu iſto nobis debita, temporalia ejuſdem Abbatiæ eidem Electæ, prout moris eſt, liberetis, vice noſtra. Receptis prius ab ipſa Electa literis ſuis patentibus ſigillo ſuo, necnon et ſigillo Capituli ſui ſignatis, quod hæc gratia noſtra quam eidem Electæ ad præſens ex mera liberalitate noſtra conceſſimus, nobis vel hæredibus noſtris non cedet in præjudicium vel exhæredationem, ſeu trahetur in conſequentiam temporibus futuris. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Nettleham*, 5. die *Februarii*.

Pat. 29 E 1. m. 29 intus. De licentia eligendi, & poteſtate data reſtituendi Temporal. in Hibernia.

Per ipſum Regem nunciante J. *de* Benſtede.

The King likewiſe iſſued this Writ to his Chief Juſtice and other Officers in *Ireland* to commit the Temporalties of the Biſhoprick of *Imelac.* ſeiſed into his hands for *debts owing him by the Biſhop, to new Gardians, by reaſon of the ill adminiſtration of them by the former Gardian.

* See Here, p. 808.

REX Juſtic. ſuo *Hiberniæ*, & Theſ. & Baronibus ſuis de Scaccario *Dublin.* ſalutem. Licet pro quibuſdam debitis in quibus Venerabilis Pater *W. Imelacenſis* Epiſcopus nobis tenetur, Vobis mandaverimus, quod Temporalia Epiſcopatus prædicti cum pertin. caperetis in manum noſtram, et Cuſtodiam Epiſcopatus illius Magiſtro *Bartholomæo de Sutton* liberaretis; ita quod de exitibus Epiſcopatus illius nobis & præfato Epiſcopo ad Scaccarium noſtrum *Angliæ* reſponderet. Ac jam intellexerimus, quod præfatus *Bartholomæus* minus bene ſe geſſit in Cuſtodia prædicta, per quod de aſſenſu prædicti Epiſcopi præfatum *Bartholomæum* a Cuſtodia prædicta amovendum, & loco ipſius Magiſtrum *Richardum Berard.* & *Rogerum de Clifford* Clericos, quamdiu nobis placuerit in eadem Cuſtodia duximus ſubrogandos. Vobis mandamus, quod eiſdem *Richardo* & *Rogero* vel eorum alteri has literas noſtras deferenti, Cuſtodiam Epiſcopatus prædict. cum bonis in Maneriis ejuſdem Epiſcopatus exiſtentibus liberetis. Ita quod nobis & præfato Epiſcopo inde reſpondeant ad Scaccarium noſtrum *Angliæ* ſupradictum ad mandatum noſtrum. Proviſo, quod prædictus *Bartholomæus* coram vobis ſecuritatem inveniat, quod de exitibus Epiſcopatus prædicti per ipſum dum Cuſtodiam prædict. habuit hucuſque perceptis, nobis ad Scaccarium noſtrum prædictum reſpondeat, ut debebit. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Nettleham*, 12 die *Febr.* Duppl.

Pat. 29 E. 1. memb. 28. intus. De Cuſtodia Epiſcopatus Imelac. liberand. Magiſtro Richardo Berard. & Rogero de Clifford, Clericis.

The Archbiſhop of *Ardmach* being amerced 40 Marks by the Kings Juſtices of the Common Bank in *Ireland*, upon which proceſſe iſſued againſt him out of the Exchequer; the King upon his complaint iſſued a Writ to moderate it, who thereupon reduced it to 5. Marks, which although he paid, yet proceſſe continuing againſt him for the reſidue, he obtained this ſecond Writ to the Treaſurer and Barons there, for his relief.

An. 29 E. 1.

Cl. 29 E 1: m 7. Pro Archiep. Ardmach.

REX Thes. & Baronibus suis de Scaccario *Dublin.* salutem. Ex parte venerabilis patris *J.* Archiepiscopi *Ardmach.* nobis est ostensum, quod cum pro eo quod quadragintæ libræ ad quas ipse coram Justic. nostris de Banco *Dublin.* involuntarie et absque causa rationabili fuerat, ut dicitur amerciatus, ab eodem Archiepiscopo per summonicionem Scaccarii prædicti exigebantur; Vobis nuper mandaverimus, quod considerata quantitate delicti ob quod sic fuerat amerciatus, amerciamentum illud juxta discrecionem vestram moderaretis, et districtionem sibi ea occasione factam quousque moderacio illa facta fuisset relaxaretis: Vos licet amerciamentum illud virtute mandati nostri prædicti, habito respectu ad parvitatem delicti ob quod sic extitit amerciatus, ad centum solidos moderaberitis, idem Archiepiscopus illos centum solidos citò postmodum nobis ad Scaccarium prædictum solverit, & quietanciam inde habeat, tamen triginta & quinque libras ab eodem Archiepiscopo: ac si prædictos centum solidos in partem solucionis prædictarum quadraginta librarum, & non ratione moderacionis amerciamenti prædicti nobis solvisset, jam de novo exigi, & ipsum ea occasione graviter distringi faciatis, in ipsius Archiepiscopi non modicum dispendium & gravamen. Nolentes igitur quod idem Archiepiscopus aliter indebitè prægravetur; Vobis mandamus, quod inspecta quietancia quam prædictus Archiepiscopus de prædictis centum solidis dicit se habere, si vobis constiterit dictum amerciamentum quadraginta librarum, usque ad centum solidos per vos moderatum fuisse, tunc à districtione eidem Archiepiscopo pro prædictis triginta & quinque libris ratione amerciamenti prædicti per vos facta penitus desistentes, ipsum de prædictis triginta & quinque libris quietum esse, prout justum fuerit, faciatis. Teste Rege apud *Morpath*, 28 die *Junii*.

I shall cloze this year with this memorable Epistle of *Petrus Cassiodorus*, a Noble *Italian* Knight, written to the *English* Church about this time, exhorting them to cast off the yoak of the Popes *Roman* Tyranny, and rapines, and redeem their ancient liberties.

* Johan. Balæus De Rom. Pontificum actis, l. 6. p. 359, 360, &c. Script. Britan. Cent. 4. c. 7. Appendix, p. 359. Fox Acts & Monuments Vol. 1. p. 460, 461.

* *Petri Cassiodori* ad *Anglos* Epistola, super extrema *Angliæ* expilationis per Papam, circa Annum Domini 1302. ut Romani tyrannidis jugum excuterent; Ex vetusto Codice ad sanum *Sancti Albani* descripta.

VEnerabili in Christo Patri Domino *M.* permissione divina Sanctæ *Mariæ novæ* in *Porticu*, Diacono Cardinali; *Edwardus* ejusdem gratia, &c. salutem, & sinceræ dilectionis continuum incrementum. Dilectos & fideles nostros Magistrum *Petrum de Dene* Canonicum *Londoniensem*, & *Rogerum* dictum *le Sauvage* Militem, pro quibusdam negotiis nostris quæ multum insident cordi nostro ad Domini Summi Pontificis præsentiam destinantes; Paternitatem vestram de qua plenè confidimus, affectuosè requirimus & rogamus, quatinus religioso viro fratri *W. de Geynsburgh* de Ordine Minorum in Romana Curia commoranti, quem Nunciis prædictis adjunximus, ac nichilominus eisdem Nunciis & duobus eorum in hiis quæ super præfatis negotiis ex parte nostra vobis oraculo vivæ vocis duxerint exponenda, fidem velitis, si placet, indubiam adhibere, ac ea penes Dominum Summum Pontificem diligenter et efficaciter juxta speratam fiduciam promovere, quoties opportunum fuerit, et ab eisdem Nunciis nostris vel duobus eorum fueritis requisiti. Nos igitur paratos semper invenietis et promptos ad ea quæ forte noverimus vobis grata. Dat. apud *Chartham*, 13 die *Junii.*

Consimiles

Conſimiles literæ diriguntur Cardinalibus ſubſcriptis; videlicet, *An.* 30 *E.* 1

Domino *L.* Sanctæ *Mariæ* in *via lata*
Domino *P.* Sanctæ *Mariæ novæ*
Domino *W.* Sancti *Nicholai* in carcere *Tull.*
Domino *Franciſco* Sanctæ *Mariæ* in *Coſmedyn.*
} Diacon. Cardinal.

Domino *J.* Titulo Sanctorum *Marcellini & Petri*
Domino *G.* Titulo Sancti *Martini* in *Montibus*
} Presbyter. Cardinal.

The Kings daughter *Mary* being a Nun profeſſed at *Ambresbury*, the King granted her 40 Oakes each year, 20 Tun of Wines, and ſeveral Mannors of above the value of 200 *l.* a year, for her maintenance, (by which you may gueſs how well ſhe faſted, prayed, and mortified her fleſh in that Nunnery) by theſe Patents.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe pro nobis & hæredibus noſtris, chariſſimæ filiæ *Mariæ* Sanctimoniali *Fontis Ebroldi* apud *Ambresbur.* commoranti, quadraginta robora ſingulis annis in foreſtis noſtris de *Chuyt* & *Bokholt*, per manus cuſtodum earundem Foreſtarum qui pro tempore fuerint, ad focum ejuſdem filiæ noſtræ in Camera ſua, quamdiu moram apud *Ambresbur.* fecerit percipienda. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 10 die *Auguſti.* Pat. 30 E. 1. m. 14. Pro Maria filia Regis Moniale de Ambresbur.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod in recompenſationem **ducentarum librarum**, quas nuper pro nobis & hæredibus noſtris conceſſimus chariſſimæ filiæ noſtræ *Mariæ* Sanctimoniali *Fontis Ebroldi* apud *Ambresbur.* commoranti, ſingulis annis ad ſuſtentationem **Cameræ ſuæ ad Scaccarium noſtrum percipiendas**, & etiam pro illis **viginti dolis vini**, quæ eidem filiæ noſtræ ſimiliter conceſſimus ſingulis annis per manus Vic. noſtri *Sutht.* qui pro tempore fuerit, percipienda, quamdiu ipſa filia noſtra infra regnum noſtrum *Angliæ* fuerit; conceſſimus ei Manerium de *Coſham* cum pertin. in Com. *Wiltes.* in valorem **quaterviginti et decem et ſeptem librarum**; Burgum *Wilton.* & *Bereford.* cum pertin. in eodem Com. præter eleemoſynas conſtitutas in valorem **quatuor librarum**; Manerium de *Sherſtan* cum pertin. in eodem Com. in valorem **ſexaginta librarum**; Manerium de *Porſtok* cum pertin. in Com. *Dorſ.* in valorem **decem et octo librarum**; Manerium de *Herdecote* cum pertin. in Com. *Sumerſ.* in valorem **decem et ſeptem librarum**; & Maneria de *Freskwatre* & *Whytefeld* in *Inſula Vecta* cum pertin. in Com. *Sutht.* in valorem **ſexaginta et decem librarum, treſdecim ſolidorum, et quatuor denariorum**; habenda & tenenda eidem filiæ noſtræ **ad ſuſtentationem Cameræ ſuæ quamdiu vixerit**, & infra regnum noſtrum fuerit ſupradictum. In cujus, &c. Teſte ut ſupra. Ibidem.

The King this year granted a licenſe to elect a Biſhop for the Church of *Lincoln*, then void, * *Teſte Rege apud* Wulloure 20 *die* Febr. *Per breve de Privato Sigillo.* * Pat. 30 E. 1. m. 30.

He likewiſe iſſued this Writ for reſtoring the Temporalties to the Biſhop elect of *Bath* and *Wells.*

REX dilecto & fideli ſuo *Nicholao Fermband* cuſtodi ſuo Epiſcopatus *Bathon.* & *Wellen.* ſede vacante, ſalutem. Cum venerabilis pater *R.* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* totius *Angliæ* Primas, electionem nuper celebratam in Eccleſia Cathedrali Sancti *Andreæ Wellen.* de diſcreto viro Magiſtro * *Waltero de Helſhagh* Decano illius loci, in *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopum, **cui prius Regium aſſenſum adhibuimus et favorem**, confirmaverit, ſicut per literas patentes ipſius Archiepiſcopi nobis inde directas, nobis conſtat: Nos confirmationem illam acceptantes, **recipimus fidelitatem ipſius Electi, et Temporalia Epiſcopatus prædicti**, prout moris eſt, **reſtituimus eidem.** Et ideo vobis mandamus, quod eidem Electo Temporalia Epiſcopatus prædicti ſine dilatione liberetis in forma prædicta. Teſte Rege apud *Peccham* 12 die *Septembr.* Pat. 30 E. 1. m. 9. De reſtitutione Temporalium

* See Godwins Catalogue, p. 300. The Leiger Book of the Priory of Bath, p. 216, 217, 229, to 238.

An. 30 *E.* 1. The King by Judgement of his Court seising the Liberty of the Bishop of *Durham* into his hands, for a contempt and offence of the Bishop, thereupon appointed a Custos, Sheriff, Justice in it, and a Keeper of the Seal, allowing them salaries by these Patents.

Pat. 30 E. 1. m. 19. De libertate Episcopatus Dunelm. commisso Roberto de Clifford.

REX Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de libertate Episcopatus *Dunelm.* salutem. Sciatis quod commisimus dilecto & fideli nostro *Roberto de Clifford*, libertatem prædictam cum pertin. **in manum nostram per considerationem Curiæ nostræ coram nobis captam, custodiendam quamdiu nobis placuerit:** Ita quod Vicecomitem & alios Ministros idoneos ad ea quæ libertatem illam contingunt exercenda & facienda, sub ipso deputet & assignet; & quod idem Vicecomes de exitibus inde provenientibus nobis respondeat ad Scaccarium nostrum. Et ideo vobis mandamus, quod præfato *Roberto* tanquam custodi nostro libertatis prædictæ, in omnibus quæ ad custodiam illam pertinent intendentes sitis & respondentes, sicut prædictum est. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 17 die *Julii.*

Ibid. m. 16. Pro Roberto de Clifford custode libertatis Episcopatus Dunelm. de feodo suo.

REX dilecto & fideli suo *Roberto de Clifford*, salutem. Cum per literas nostras patentes vobis commiserimus libertatem Episcopatus *Dunelm.* cum pertin. **in manum nostram per considerationem Curiæ nostræ coram nobis captam, custodiendam quamdiu nobis placuerit**, prout in literis nostris prædictis plenius continetur, **concessimus vobis ducentas marcas, ad sustentationem vestram percipiendas de exitibus libertatis prædictæ**, singulis annis dum custodiam illam sic tenueritis ex commissione nostra. Ita tamen quod si minori tempore quam per annum dictam custodiam nomine nostro tenueritis, seu majori, semper percipiatis pro sustentatione vestra pro rata temporis quo habueritis custodiam memoratam. Teste Rege apud *Westm.* 24 die *Julii.*

Ibid. m. 19. De Justic. Regis in eadem libertate constituto.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod constituimus dilectum & fidelem nostrum *Willielmum de Ormesby* **Justiciarium nostrum**, ad placita libertatem Episcopatus *Dunelm.* **in manum nostram per considerationem Curiæ nostræ coram nobis captam, tangentia, tenenda quamdiu nobis placuerit**; & ad justitiam singulis de eadem libertate conquerentibus, seu conqueri volentibus faciendam. In cujus, &c. Teste Rege ut supra.

Ibid. m. 16. Pro Will. de Ormesby Justic. Regis ibidem de feodo suo.

REX dilecto & fideli suo *Willielmo de Ormesby*, salutem. Cum constituerimus vos Justic. nostrum ad placita libertatem Episcopatus *Dunelm. &c.* ut supra, captam, tangentia; **tenenda quamdiu nobis placuerit**, prout in literis nostris patentibus vobis inde confectis plenius continetur, **concessimus vobis sexaginta marcas ad sustentationem vestram, percipiendas de exitibus libertatis prædictæ singulis annis**, dum officium illud sic tenueritis ex commissione nostra. Ita tamen, *&c.* dictum officium **nomine nostro**, &c. In cujus, &c. ut supra.

Per ipsum Regem nunciante Thesaur.

Ibid m. 19. De sigillo Regis ad custodiam prædictæ libertatis deputato commisso.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod commisimus dilecto Clerico nostro *Henr. de Guldeford* **sigillum nostrum**, ad custodiam libertatis Episcopatus *Dunelm.* **in manum nostram per considerationem Curiæ nostræ coram nobis captæ deputatum, custodiendum quamdiu nobis placuerit.** In cujus, &c. Teste Rege ut supra.

What Acquittances the King gave for monies received out of the three years Disme granted him by the Pope, these Records will in part inform us.

Pat. 30 E. 1. m. 26. Pro Episcopo London. & Magistro Barthol. de Ferentino Collectoribus Decimæ.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis nos recepisse & habuisse per manus dilecti Clerici nostri *Johannis de Drokenesford* custodi Garderobæ nostræ, à venerabili patre Domino *R. London.* Episcopo, & à discreto viro Magistro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* Sanctissimi patris Domini *Bonifacii* divina providentia Papæ octavi Clerico, **Collectoribus Decimæ in regno nostro *Angliæ* per tres annos ad commodum nostrum per præfatum Summum Pontificem impositæ, duo millia librarum sterlingorum de pecunia ejusdem Decimæ, ad quædam**

ardua

ardua negotia noſtra inde expedienda. Quam quidem pecuniæ ſummam eiſdem Collectoribus aut alteri eorundem ſolvere præmittimus, ad voluntatem ipſius Summi Pontificis, cum per eoſdem Collectores aut eorum alterum ſuper hoc fuerimus præmuniti. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Berkhamſted* 12 die *Aprilis*. *Per breve de Privato Sigillo.* *An.* 30 E. 1.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis nos recepiſſe & habuiſſe, &c. (*verbatim* as before) quatervigintí et tres libras, ſex ſolidos, et octo denar. de pecunia ejuſdem Decimæ, ad quædam ardua negotia noſtra inde expedienda. Quam quidem pecuniæ ſummam eiſdem Collectoribus aut alteri eorundem ſolvere præmittimus, ad voluntatem ipſius Summi Pontificis, cum per eoſdem Collectores aut eorum alterum ſuper hoc fuerimus præmuniti. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 24 die *Maii*. *Per breve de Privato Sigillo.* Clauſ. 30 E. 1 m. 22. intus. Pro Epiſcopo London. & Magiſtro Bartholomæo de Ferentino.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de pecunia proveniente de Decima Clero *Angl.* &c. recepimus à venerabili patre *R. London.* Epiſcopo, & Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino*, &c. mille, centum, et ſeraginta et duas libras, &c. ut ſupra. Teſte Rege apud *Weſtm.* 23 die *Julii*. *Per breve de Privato Sigillo.* Pat. 30 E. 1. m. 18. Pro Epiſcopo London. & Magiſtro Barthol. de Ferentino Collectoribus Decimæ.

Conſimiles literæ fiunt præfatis Collectoribus de ducentis libris præfato *Johanni* liberatis. Teſte Rege ut ſupra. *Per breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles, &c. de ducentis quatervigintí et decem et novem libris, et decem ſolidis. Teſte Rege apud *Weſtm.* 19 die *Julii*. *Per breve de Privato Sigillo.*

Conſimiles, &c. de quadraginti et viginti et tribus libris, decem et ſeptem ſolidis, et ſex denariis. Teſte Rege apud *Weſtm.* 17 die *Julii*. *Per breve de Privato Sigillo.*

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de pecunia proveniente de Decima Clero *Angl.* per Dominum *Bonifacium* Summum Pontificem de aſſenſu noſtro nobiter impoſita per tres annos, recepimus à venerabili patre *R. London.* Epiſcopo, & Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* Collectoribus ejuſdem Decimæ, quadraginta libras, dilecto Clerico noſtro *Johanni de Drokenesford* cuſtodi Garderobæ noſtræ à prædictis Collectoribus nomine noſtro liberatas. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 29 die *Julii*. *Per breve de Privato Sigillo.* Ibid. m. 14.

Conſimiles literæ fiunt de diverſis pecuniarum ſummis infraſcriptis; viz.

De mille marcis } Teſte Rege apud *Weſtm.* primo die *Auguſti*.
De quingentis marcis } *Per breve de Privato Sigillo.*

De ducentis ſexaginta & decem & octo libris, decem & octo ſolidis, quatuor denariis, & uno obolo. Teſte Rege apud *Weſtm.* 7 die *Auguſti*. *Per breve de Privato Sigillo.*

De quadraginta & quinque marcis. Teſte Rege apud *Weſtm.* 17 die *Auguſti*. *Per breve de Privato Sigillo.*

De quingentis marcis
De duobus millibus quingentis & viginti libris
De centum & quinquaginta libr.
De ſeptingentis libris
} Teſte Rege apud *Weſtm.* 8 die *Auguſti*. *Per breve de Privato Sigillo.*

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de pecunia proveniente de Decima Clero *Angl.* &c. recepimus à venerabili patre *R. London.* Epiſcopo, & Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* & Collectoribus ejuſdem Decimæ, centum et triginta et novem lib. ſeptem ſolid. et novem denar. dilecto Clerico noſtro *Johanni de Drokenesford* cuſtodi Garderobæ noſtræ à prædictis Collectoribus noſtro nomine liberatas. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 14 die *Octobris*. *Per breve de Privato Sigillo.* Ibid. m. 7.

An. 30 E. 1. The King granted this Patent to the Gentlemen, Officers, Soldiers, and Clerks in *Gascoigne* who had lost their estates for him in the wars with *France*, for satisfaction of their losses and his Debts out of the Dismes granted to him by the Pope.

Pat. 30 E 1 m. 12. Pro hominibus de Vascon de Decima R. concessa eis assign.

LE Roy a tous ceus qui cestes lettres verront ou orront, saluz. Sachietz qe come nous soiems tenus en plusours e diverses dettes a aucuns gentieux hommes, e Clers, e autres Souders de *Gascoigne*, qui nous ount servi en tens de nostre guerre de *Gascoigne* contre le Roy de *France*, tant par raison de provisions, qe nous pur la perte de leur terres, rentes, e benefices, leur avoms assignees, qe par raison des gages e de restor de Chevaux du tens de la dite guerre ——— sicome il piert pluis pleinement per nos lettres overtes, e par les lettres de ceus qui ont tenu nostre lieu en *Gascoigne*, e des Clers illoques assignez pur fere les despens e les accountes oir, les queles lettres ont este enroullees, ou seignuees per nos Clers avantditz. Nous voillantz en le plus covenable maniere, quil nous semble quant a ore purveier a eux de fere paiement de dettes avantdites, grauntoms pur nous, pur nos heirs, e pur nos successours, e assignetz, a eus tout l'argent, e tout le profit, qe le tresaint Pere *Boniface* Papa utisme nous ad grantie de la Disme, qe ad novelement mise, e pose aprendre des biens des Esglises e de la Clergie de nostre Roiaume *Dengleterre*, e tout le droit, e tote la raison, que nous aboms ou pooms ou deboms aboir en la dite Disme, e quanque poet issir, e avenir de la Disme desusdite, en tout le dit Roiaume *Dengleterre*, en quiel nous entendoms estre contenue tote la terre de *Gales*, a prendre e receibre per eur ou per lour Procurours, aust enterement e en cele meisme forme e manere, come nous le deverioms ou porioms prendre dedens le Terme que ensuit; Cestassavoir, a deus anns continues & accompliz, qui devient comencer a la feste de Seint *Michel* prochainement avenir, en partie de paiement, e en amenusement e rebatement des avantdites dettes. E voloms qe les dites purvoiances qe sont dues ove Lettres patentes de nostre Grant Seal jesques a la date de ces lettres, soient primes paiees; e le remenant soit departi entre les ditz Soudiers pur lour dettes de Gages, & de restor de Chevaux, Soutz pur Soutz, e Livre pur Livre, uncore lour grantoims qe tout quanque est a cuilles de la dite disme, jesques a la dite procheine feste Saint *Michel*, tant come apertient ou poet apertenir a nous, e qe per nous nad este assigne a autre persone leur soit baille e assigne en acroisement du dit paiement. E promettons e grantoms a eux, pur eux pur leur heirs, e pur leur Successours, les quieux auront este, ou serront de nostre partie, qe nous feroms quil leur heirs e leur Successours, e leur Procuratirs prendront e receivront per tout le dit tens tout quanque nous, nos heirs, e nous successours deurioms ou porioms prendre de la dite Disme; e de tout quanqe de meisme la Disme purroit avenir, e qe ceo si mestiers estoit, leur emporteroms bone e ferme garrantie contre totes gentz. Estre ceo leur promettoms a prestier sur les issues de la dite Disme, dedeinz le quinzein de la dite proschein Feste de Saint *Michel*, trois Mile Mars, pur avancement du dit paiement des purvoiances avantditz. E est asaver, qe ceo qe est arere des vint Mile Mars, qe nous leur avoms premis a paier sont contenuz en cest paiement. E pur ceo qil soient plus seurs des choses desusdites nous promettoms & obligoms a eux nous, nos heirs, touz nos successours, e touz nos biens per touz les lieus ou il soient, a garder, tenir, e complir totes les avantdites choses, e chescune de eles, e cele meisme chose, avoms fet graunter e promettre en bone foi a *Edward* nostre trescher fiz Prince de *Gales* tant come en li serra. Estre ceo les honurables Peres *Richard* Evesqe de *Londres*, *Wanter* Evesq de *Cestr.* e nos amez e foiaux *Henry de Lacy* Counte de *Nicole*, *Johan* fiz au Duc de *Bretaigne* nostre cher neveu, *Aymer de Valence* nostre cher Cosin, *Hugh le Despencer* Chevaler, e *Johan de Drokenesford* nostre cher Clerk e Gardein de nostre Gardrobe, ont promis; Cestassavoir les ditz Evesqes en leur foi, e les autres jure sur saintes Ebangiles, qil feront e purchaceront a leur poer en bone foi, qe les avantdites choses e chescune de eles soient gardees, e acompliez, as ditz nos gentz e leur procurours. E nous avanditz *Edward* Prince de *Gales* per la volunte e l'assent nostre cher Seignour e Pere lavoms premis en la forme desusdite, Evesqes, Counte, *Johan de Bretaigne*, *Aymer de Valence*, *Hugh le Dispenser* e *Johan de Drokenesford*, a la requeste du dit nostre Seigneur le Roy avoms promis e promettons: Cestassavoir nous Evesques en nostre foi, et nous Counte, *Johan*, *Aymer*, *Hugh*, e *Johan* avanditz per nostre Serement

sur

ſur les ſaintz Ebangiles corpozelment touchées, a gardir e aconplir en la manere deſuſdite tant come a nous affiert, e a noſtre poer, totes les choſes avantdites, e chescune de eles. E eſt noſtre entendement qe ceus qui ont nos lettres overtes ſelees de noſtre grant Seal de purvoiances, preignent de la paie deſuſdite; e autres qui ont lettres overtes de purvoiance d'autre Seal qe du noſtre, riens ne preignent. En teſmoignance de quieux choſes nous avoms fet fere ceſtes nos lettres overtes, ſelees de noſtre grant ſeal. E nous *Edward* Prince de *Gales* ſes filz, e nous Eveſqes, Counte, *Johan de Bretaigne*, *Aymer de Valence*, *Hugh le Diſpenſer*, e *Johan de Drokenesford* avauntditz a la requeſte e mandement du dit noſtre Seignour le Roy, avoms auſint mis nos Seaus a ceſtes preſentes lettres. Don. a *Loundres* le 16 jour *Dauſt*, L'an de noſtre Regne Trentiſme. *An.* 30 *E.* 1

Pat. 30 E 1. m. 12. De dicta Decima præfatis Vaſconibus ſolvenda.

LE Roy al honourable Pere en Dieu *Richard* par meſme la grace Eveſque de *Lundres*, e a noſtre ben ame Maiſtre *Bertelmew de Ferentyn* aſſignez a prendre e a receivre la Diſme des biens de la Clergie de noſtre Roiaume avantdit, ſaluz. Come nous eoms grante per nos lettres overtes a nos amez & feaux gentiux hommes, Clers, e autres ſouders de *Gaſcoigne*, tout l'argent e tout le profit, qe la treſſaint Pere *Boniface* Pape utiſme, nous ad grante de la Diſme qil ad nobelment miſe e poſe apzendze des bens des Eſgliſes, e de la Clergie de noſtre Roiaume *Dengleterre*, e tout le droit, e tote la raiſon, qe nous avoms, ou pooms, ou devoms avoir en la dite Diſme, e quanque poet iſſir e avenir de la dite Diſme en tout le dit Roiaume *Dengleterre*, en quel nous entendoms eſtre contenue tote la terra de *Gales*; a prendre e a receivre per eux ou per leur procurours, auſi enterement, e en cele meſme forme e manere, come nous le deurioms prendre dedeinz le terme qi ſenſuit: Ceſtaſſavoir de la prochein feſte de ſaint *Michel* qui vient a deuz anns proſchein ſuaims & accompliz, en partie de paie de aucunes dettrs qe nous leur devoms, ſicome plus pleinement eſt contenu en nos lettres avauntdites, les quelesil vous porront moſtrer; Vous prioms e mandoms, qe as avantditz gentieux hommes, e Clers, e autres Souders, ou a lour certeins Procurours ou Attornez, liveretz e paiez en noſtre noun, tout l'argent e le profit a nous appurtenaunt de la Diſme abantdit, auſi enterement, e a meimes les termes, come vous eſtoietz tenu de paier la a nous. E de ceo qe vous averetz paie a eux qua leur Procurours, dont vous averetz leur †overtes d'aquitance, teſmoignantz la receite de Deniers a eux per vous paietz, vous feroms avoir due allowance aquitance en veſtre acunte. E avoms ordene e voloms qe a la paie fere ſoient *Johan de Sandale* e *Thomas de Canterigg*, ou l'un de eux, pur ordener la manere, coment la paie ſe doit fere. E voloms qe vous reteignetz a noſtre oes des primer Deniers qe vous purretz aver de la dite Diſme tres Mile Mars, qe nous avoms ordene de paier as avantditz gentiux hommes, Clers, e autres Souders de *Gaſcoigne* hors de noſtre Garderobe, a la quinzeine de ceſte Saint *Michel* prochein avenir, de preſt ſur meiſme la Diſme. En Teſmoignance de queu choſe nous avoms fet fere ceſtes nos lettres overtes ſelees de noſtre Grant Seal. Don a *Weſtm*, le 16 jour *Dauſt*. † lettres

Ibid. m. 11. De ſupervidend. ſolutiones præfatis Vaſconibus faciend.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod aſſignavimus dilectos Clericos noſtros *Johannem de Sandale* & *Thomam de Cantebrig.* vel alterum ipſorum, ad ſupervidendum ſolutiones per venerabilem patrem *R.* Epiſcopum *London.* & dilectum Clericum noſtrum Magiſtrum *Bartholomæum de Ferentino* Canonicum *London.* Collectores Decimæ per Dominum *Bonifacium* Summum Pontificem Clero regni noſtri *Angliæ* de aſſenſu noſtro impoſitæ, de Denariis de dicta Decima prozbenientibus, hominibus & creditoribus noſtris de *Vaſcon.* juxta Conceſſionem noſtram faciendas, & ad ordinandum quod prædictæ ſolutiones eiſdem Creditoribus debito modo fiant. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 17 die *Auguſti.*

The King likewiſe aſſigned to them the Profits of all the Religious Aliens ſeiſed into his hands by reaſon of the *French* wars.

Ibid. De exitibus terr. alienigenarum in Angl. aſſign. hominibus de Vaſcon. per Regem.

LE Roi, a touz ceus qui ceſtes lettres verront ou orront, ſaluz en noſtre Seignur. Come nous eioms aſſigne per nos lettres overtes, ſelees de noſtre grant Seal, as aucuns de nos ametz e feaux gentieux hommes, e Clers, e autres de *Gaſcoigne*,

An. 30 E. 1. *coigne*, certeines ſummes de Deners a receivre a noſtre Eſcheqer per an, a deus termes, en noun de proviſion, **per le reſon de leur rentes e terres, qil ont perdu per la guerre qe ad eſte entre le Roy de *France* e nous,** vous feſoms aſſavoir qe nous aſſignoms per ceſtes nos lettres overtes, totes les iſſues des terres e **rentz des aliens religious e autres dedeins noſtre Roiaume** *Dangleterre*, as avantditz gentieux hommes e Clers e autres; Ceſtaſſavoir du tens avenir, apres la date de ces lettres en partie de paiement de leur proviſions avantdites, a receivre per les mains de *Johan de Sandale* e *Thomas de Cantebrigg* nos Clers, ou un de eus; les queux nos avoms aſſigne a les dites iſſues cuillir e receivre a noſtre Eſcheqer; e as avantditz nos gentz de *Gaſcoigne*, e Clers, e autres, ſicome eſt avantdit, paier cheſcun an as termes per nous a eux aſſignez auſi enterement, come les dites iſſues ont eſte en tens paſſe levetz a noſtre oes demeine, tant qe les dites gentz de *Gaſcoigne* ſerront par paiements des proviſions avantdites, ſolom la forme contenue en nos dites lettres de proviſions a eux fetes. E voloms e commandoms qe les ditz nos Clers a nous ne a null' autre fors qe ſoulement a les ditz nos gentz de *Gaſcoigne*, ou a leur procurours ne ſoient reſponantz deſore enavant des dites iſſues, e qe a ceo fere e acomplir loiaument, ſoient juretz ſur les Saintz Evangiles Dieu: E de ceo qil paieront as avantdites gentz de *Gaſcoigne* ou a leur Procurours, il receivent duwe *Acquitance* per leur lettres overtes. E promettons qe les avantditz nos Clers, ne nul de eux ne remueroms hors de lour Office avantdit, ſanz le gre e le aſſent de nos genz de *Gaſcoigne* avantditz, ou de lour Procurours. En teſmoignance des queux choſes nous avoms fet fere ceſtes nos lettres overtes, ſeleez de noſtre grant Seal. Don. a *Weſtm.* le 17 jour *Dauſt.*

The Archbiſhop of *Dublin* reſiding in *England* from his Archbiſhoprick, the King iſſued this Writ for his Bailiffs to ſend moneys from thence to him into *England* for his ſupport, giving ſecurity not to tranſport it elſewhere, notwithſtanding his former Writs, that no money ſhould be exported from thence, by which the return of his money from thence was ſtayed.

Cl. 30 E 1. m. 18. Pro R. Archiep. Dublin.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan.* Juſticiario ſuo *Hibern.* vel ejus locumtenenti. Licet nuper ordinavimus, **quod nulla bona moneta de noſtro ſeu alterius Cuneo, extra poteſtatem noſtram portaretur:** mandaverimuſque ordinationem illam in Terra noſtra *Hibern.* firmiter obſervari: Intentionis tamen noſtræ non extitit nec exiſtit, quin hujuſmodi moneta à prædicta terra in *Angliam* deferri potuiſſet: Et ideo vobis mandamus, quod Pecuniam de exitibus terrarum & tenementorum venerabilis patris *Richardi* Archiepiſcopi *Dublin* in *Hibern.* per Ballivos ſuos ibidem, de mandato ipſius Archiepiſcopi levatam & collectam, quam iidem Ballivi ad ſuſtentationem prædicti Archiepiſcopi in *Anglia* detuliſſe voluerunt, & quam occaſione Ordinationis noſtræ prædictæ feciſtis areſtari; ſicut ex querela ipſius Archiepiſcopi accepimus, ſi eam occaſione illa & non alia feceritis areſtari, ſine dilatione deareſtari faciatis, & Ballivos prædictos eam in *Angliam* abſque impedimento deferre permittatis; accepta prius ab eiſdem Ballivis ſecuritate, quod pecuniam illam alibi quam in *Angliam* ad prædictum Archiepiſcopum non deferrent, ſeu deferri facient quoquo modo. Teſte Rege apud *Lynliſcu* decimo ſexto die *Novembris.*

The King iſſued this Privy Seal for a Protection under his Great Seal to this Archbiſhop of *Dublin* and his Tenants in *Ireland* in as beneficial a manner as could be, without doing any wrong.

Bundela Brevium de Privato Sigillo, An. 30 E 1. in Turre London.

EDward a meiſme Chancelier, ſaluz. Nous vous mandoms qe a l' onourable Peere en Dieu *R.* Erceveſque de *Dyvelyn*, qui par noſtre conge demoert en *Engleterre*, facez faire nos **Lettres de Protection**, pur li, pur ſes hommes, ſes terres, ſes choſes, ſes rentes, & totes ſes poſſeſſions en *Irland* en auſi profitable fourme come nous lees pooms doner, ſanz tort faire, meiſmes les lettres a durer pur un an. Doun ſouz noſtre prive Seal a *Linliſcu* le xiij. jour de *Decembre*, l'an deſuſdit.

Richard

Richard de Ferariis Archbiſhop of *Dublin* reſiding in *England*, during his Nonreſidency from his Archbiſhoprick, made *Thomas de Chaddeſworth*, (whoſe election the Pope had nulled) his *Vicar General*, to execute his office. After which being informed he was unable to diſcharge that office, or his own, by reaſon of infirmity and age, he writ theſe Letters to the Canons of St. *Patrick* and to him, to perſwade him to relinquiſh his *Vicar Generals* office, and recommend ſome other fit perſon to him, able to manage it; which Letters I found in a Parchment Scroll with others (interſerted to defray the expenſes of his Election, and take his accounts) in the *White Tower* Chappel. *An.* 30 *E.* 1.

Bundela Brevium, &c. An. 29 & 30 E 1. in Turre London.

Ricardus permiſſione Divina *Dublinenſis* Electus, diſcretis viris Canonicis in Eccleſia noſtra Sancti *Patricii Dublin.* reſidentibus, vel eorum uni, ſalutem, &c. Cum nos à retroactis temporibus diſcretum virum Magiſtrum *Thomam de Chaddeſworth* dictæ Eccleſiæ noſtræ Sancti *Patricii Dublinenſis* Decanum in Vicarium (ut vos ſcimus non latere) præfecimus generalem; ex inſinuatione & delatione publica venientium de dictæ *Hiberniæ* partibus, qui non levis dicuntur opinionis intelleximus, eundem Magiſtrum *Thomam*, propter corporis ſui debilitatem notoriam et ætatem ſuam decrepitam quaſi, ad onera noſtræ Vicariæ ac Spiritualitatis ſuppoꝛtanda, nec (quod magis eſt) ad ſui Decanatus regimen hiis diebus ſufficere non valere; Vobis & veſtrum cuilibet firmiter injungendo mandamus, quatinus de ſtatu dictæ noſtræ Vicariæ & Decanatus ſupportanda ſufficiat in præſenti, & ſi pro honore & utilitate dictæ Eccleſiæ noſtræ & bono ſtatu ejuſdem Decanatus recuperando parconomo indigeat ſeu cuſtode; necnon, ut ſi inſufficiens inveniatur, quis vel qui de fratribus veſtris ad pꝛædicta onera ſuppoꝛtanda, idoneus vel idonei reputentur; nobis infra menſem, à tempore receptionis præſentium continuè numerandum, per literas veſtras harum ſeriem continentes reſcribatis; aut reſcribat unus veſtrum ad quem præſentes literæ fuerint præſentati, aliis (ut convenit) legitimè convocatis. Datis, &c.

Ricardus, &c. Diſcreto viro Magiſtro *Thomæ de Chaddeſworth* Eccleſiæ noſtræ Sanct. *Patricii Dublin.* Decano, Vicario noſtro generali, ſalutem, &c. De induſtria & fide veſtra approbata, veſtraque ſollicitudine quam circa Vicariæ noſtræ ac ſpiritualitatis curam vobis per nos commiſſam geſſiſtis ac geritis hiis diebus, vos merito commendamus; volentes ut voluntatem veſtram inceptam diligentiæ veſtræ maturitas, ſi commodè fieri poterit, libentius exequatur. Sanè a temporibus regiminis curæ prædictæ vobis commiſſæ in eodem officio vos gratanter miniſtraſſe (pro quo vos regratiamur in immenſum) ac labores varios & incommoda ac alia gravamina non modica in juriſdictionem veſtram conſervandam ſuſtinuiſſe invenimus: conſiderantes vos in ſenectute laudabili nunc exiſtentes, cui labores, ſollicitudines & gravamina hujuſmodi non incumbunt, à cura & onere ſupradictis, ſi veſtræ placeat voluntati, et alium idoneum et fidelem per vos inbenire poterimus, pꝛo bono veſtro, vellemus exonerare. Diſcretionem veſtram nobis charam requirimus, quatinus voluntatem veſtram in præmiſſis, ſi laborem prædictum, ut prius, velitis & poſſitis pꝛout ipſius Vicariæ cura requirit continuare, bel omnino recedere ab eodem, & ſi hoc, quem nos ad eandem Vicariam admittere conſulitis nobis infra —— (*torne out*) dies receptionis præſentium continuè numerand. noſtris precibus & amore reſcribatis. Dat. &c.

The King out of his charity granted this protection and Patent to collect Alms to the Prior of St. *Briget* in *Vercelles* in *Lumbardy*.

Cl. 30 E 1. m. 16. intus. De Protectione pro Priore Hoſpitalis S. Brigidæ Virginis de Vercellis in Lumbardia.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & omnibus Ballivis & aliis Chriſti fidelibus in *Hibernia* ad quos præſentes Literæ pervenerint, ſalutem. Cum dilectus nobis in Chriſto Prior Hoſpitalis Sanctæ *Brigidæ* de *Vercellis* in *Lumbardia* mittat *Thomam de Latymer* Clericum ſuum ad partes prædictas pro Elemoſinis ad ſuſtentationem pauperum in Hoſpitali prædicto commorantium colligendis; Nos ad requiſitionem *Edwardi* Principis *Walliæ* & Comitis *Ceſtriæ* filii noſtri kariſſimi, ſuſcepimus ipſum *Thomam* & alios Attornatos quos ad hoc ſubſtituere voluerit in protectionem & defenſionem noſtram ſpecialem, vobis, & Ballivis noſtris præcipientes,

tes, quod manuteneatis, protegatis & defendatis prædictum *Thomam* & substitutos ejusdem in hac parte, non inferentes, seu inferri permittentes eisdem injuriam, molestiam, dampnum aut gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari. Vos etiam Prælatos rogamus, quatinus cum idem aut substituti sui ad loca vestra, pro hujusmodi elemosinis petendis & colligendis accesserint benignè in Ecclesiis vestris recipientes eosdem ipsos in eisdem Ecclesiis admonere populum & elemosinas liberè querere permittatis, & eidem *Thomæ* & substitutis suis ad hujusmodi elemosinas in vestris Dioc. sic deputatis, petendas & colligendas literas vestras convocatorias liberaliter concedere velitis, pro quo a Deo præmium & à nobis grates mereamini reportare. In cujus, &c. per biennium duratur. Teste Rege apud *Westm.* 22 die *Julii*. *Per ipsum Regem.*

What Licenses and royal assents the King by his Ecclesiastical Soveraignty gave this year to Bishops, Abbots, and others in *Ireland*, these Records will inform us.

Pat. 30 E 1. m. 6. intus. De assensu Regio adhib. & Temporalibus restituend in Hibern.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo in *Hibern.* vel ejus locum tenenti, salutem. Cum dilecti nobis in Christo Prior & Conventus beatæ *Mariæ de Kenl.* nobis per literas suas patentes significaverint, quod Ecclesia sua prædicta per resignationem fratris *Roberti* quondam Abbatis illius loci, pastoris est solatio destituta; supplicantes nobis, prout moris est, quod licentiam sibi alium eligendi in Abbatem, eisdem concedere dignaremur; ac nos precibus eorundem Prioris & Conventus in hac parte favorabiliter inclinati, licentiam illam eis duximus concedendam; mandantes ipsis quod talem sibi eligant in Abbatem & Pastorem, qui Deo devotus, regimini Ecclesiæ suæ necessarius, nobisque et terræ nostræ *Hyberniæ* utilis et fidelis existat: Nos eorundem Prioris & Conventus laboribus & expensis in hac parte parcere volentes ista vice, concessimus eis de gratia nostra speciali, & vobis dedimus potestatem, quod facta electione prædicta de futuro Abbate, (sicut prædictum est) eidem Electioni, cum Electus hujusmodi per Priorem & Coventum dictæ Ecclesiæ vobis fuerit præsentatus, assensum Regium vice nostra præbeatis: significantes loci Diocesano, quod id quod suum est in hac parte exequatur. Volumus etiam & vobis dedimus potestatem, quod si contingat Electionem hujusmodi per loci Diocesanum canonicè confirmari, & vobis per literas ejusdem Diocesani inde constiterit, tunc accepta ab eodem Electo fidelitate in casu isto nobis debita, Temporalia ejusdem Abbatiæ eidem Electo, prout moris est, liberetis vice nostra; Receptis prius ab eodem Electo literis suis patentibus, sigillo suo necnon sigillo Capituli sui signatis, quod hæc gratia nostra, quam eidem Electo ad præsens ex mera liberalitate nostra concessimus, nobis vel hæredibus nec cedat in præjudicium vel exhæredationem, seu trahatur in consequentiam temporibus futuris. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 24 die *Octobris*.

Per ipsum Regem.

Ibid. m. 7. De Assensu Regio.

REX venerabili in Christo Patri *R.* eadem gratia Archiepiscopo *Dublin.* salutem. Sciatis quod Electioni nuper celebratæ in Ecclesia Cathedrali *Osseren.* de discreto viro Magistro *Willielmo* filio *Johannis* Canonico ejusdem Ecclesiæ in Episcopum illius loci, Regium assensum adhibuimus et favorem; Et hoc vobis tenore præsentium significamus, ut quod vestrum est in hac parte exequamini. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 18 die *Octobr.*

Ibid m. 6. De temporalibus in Hibern. restitut.

REX præfato Justic. vel ejus locum tenenti, salutem. Cum electioni nuper celebratæ in Ecclesia Cathedrali *Osseren.* de discreto viro Magistro *Willielmo* filio *Johannis*, Canonico ejusdem Ecclesiæ, in Episcopum illius loci Regium assensum adhibuimus et favorem; & hoc venerabili Patri *R.* Archiepiscopo *Dublin.* per nostras patentes literas significaverimus, ut quod suum est in hac parte exequatur; Volentes ipsius Electi laboribus & expensis in hac parte parcere ista vice. Concessimus ei de gratia nostra speciali, et vobis dedimus potestatem, quod si contingat dictam electionem per præfatum Archiepiscopum canonicè confirmari, & vobis per literas ejusdem Archiepiscopi inde constiterit, tunc accepta ab eodem Electo fidelitate in isto casu nobis debita, Temporalia Episcopatus prædicti eidem Electo fide-

fidelitate in iſto caſu nobis debita, Temporalia Epiſcopatus prædicti eidem Electo, prout moris eſt, libereris vice noſtra; Receptis prius ab ipſo Electo literis ſuis patentibus, &c. ut ſupra, Teſte Rege ut ſupra. *An.* 30 E 1.

Per ipſum Regem.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod dedimus & conceſſimus dilecto Clerico noſtro Magiſtro *Thomæ Cantok* Præbendam de *Molaghymon* in Eccleſia *Caſſalen.* in *Hibernia*, vacantem & ad donationem noſtram ſpectantem, ratione Archiepiſcopatus *Caſſalen.* vacantis, & in manu noſtra exiſtentis. Habend. cum ſuis juribus & pertin. quibuſcunque. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 15 die *Auguſti.* *Per ipſum Regem. Nunc.* Ottone de Grandiſſono. *duppl.* Pat. 30 E 1. m. 13. De Præbendis datis. Hibern.

Et mandatum eſt Decano & Capitulo Eccleſiæ, quod eidem Magiſtro *Thomæ* ſtallum in Choro & locum in Capitulo ratione Præbendæ prædictæ (prout moris eſt) aſſignent. Teſte ut ſupra.

Conſimiles literæ fiunt Magiſtro *Johanni Cantok* de Præbenda de *Kylardry* in Eccleſia prædicta vacante, ut ſupra. Teſte ut ſupra, &c.

Et mandatum eſt Decano & Capitulo Eccleſiæ prædictæ, quod eidem Magiſtro *Johanni* Stallum in Choro, &c. ut ſupra. Teſte Rege ut ſupra.

REX Electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali *Lymer.* de diſcreto viro Magiſtro *Roberto de Dundofnyld* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, **Regium aſſenſum adhibuit et favorem.** Et hoc Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Caſſalen.* ſede vacante, ſignificatum eſt, ut quod ſuum eſt in hac parte exequatur. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 30 die *Julii.* Pat. 30 E 1. m 20. Hibern. De aſſenſu Regio.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan* Juſtic. ſuo *Hibern.* vel ejus locum tenenti, ſalutem. Cum nos Electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali *Lymer.* de diſcreto viro Magiſtro *Roberto de Dundofnyld* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, **Regium aſſenſum adhibuimus et favorem**, & hoc Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Caſſalen.* ſede vacante, per noſtras patentes literas ſignificaverimus, ut quod ſuum eſt in hac parte exequatur; Volentes ipſius Electi laboribus & expenſis in hac parte parcere iſta vice, **conceſſimus ei de noſtra gratia ſpeciali, et vobis dedimus poteſtatem, quod ſi contingat dictam electionem per præfatum Cuſtodem Spiritualitatis canonice confirmari,** & vobis per literas ejuſdem Archiepiſcopi inde conſtiterit, tunc accepta ab eodem Electo fidelitate, in iſto caſu nobis debita, Temporalia Epiſcopatus prædicti eidem Electo, prout moris eſt, liberetis vice noſtra. **Receptis prius ab ipſo Electo literis ſuis patentibus ſigillo ſuo, necnon et ſigillo Capituli ſui ſignatis, quod hæc gratia noſtra quam eidem Electo ad præſens ex mera liberalitate noſtra conceſſimus, nobis vel hæredibus noſtris non cedat in præjudicium vel exhæredationem, ſeu trahatur in conſequentiam temporibus futuris.** In cujus, &c. Teſte Rege ut ſupra. Ibid. De Temporalibus in Hibern. reſtituend.

Per ipſum Regem.

MAgiſtri *Mauricius* fil. *Mauricii*, & *Arnaldus de Burdens* Canonici Eccleſiæ *Limericen.* nunciantes Regi mortem *G.* nuper Epiſcopi illius loci, **habent literas Regis de licentia eligendi.** In cujus, &c. Teſte Rege apud S. *Albanum* 9. die *April.* *Per breve de Privato ſigillo.* Ibid. m. 26. De licentia eligendi.

REX venerabili in Chriſto Patri *S.* eadem gratia Archiepiſcopo *Caſſalen.* ſalutem. Sciatis quod electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali *Korkagen.* de diſcreto viro *Johanne Mackerwil* Decano ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, **Regium aſſenſum adhibuimus et favorem:** Et hoc vobis tenore præſentium ſignificamus, ut quod veſtrum eſt in hac parte exequamini. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Chartham* 11 die *Junii.* Ibid. m. 22. De aſſenſu Regio.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan* Juſtic. ſuo in *Hibern.* ſalutem. Cum nos electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali *Corkagen.* de diſcreto viro *Johanne Mackerwil* Decano ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, **Regium aſſenſum** De Temporal. in Hibern. reſtituend. ſi Electio confirmetur.

An. 30 *E.* 1. **ſum adhibuimus et favorem,** & hoc venerabili patri *S.* Archiepiſcopo *Caſſalen.* per noſtras literas, *&c.* (ut ſupra, pro Epiſcopo *Lymer.*) Teſte ut ſupra.

Pat. 30 E. 1. m. 30. Pro J. de Hothum Clerico Hib.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan* Juſtic. ſuo *Hibern.* ſalutem. Promotionem dilecti Clerici noſtri *Johannis de Hothum* ſuis exigentibus meritis affectantes, **ipſum ad Beneficium Eccleſiaſticum valoris ſeraginta marcarum per annum ad minus, ad noſtram præſentationem ſpectans,** quamprimo hujuſmodi Beneficium in terra noſtra prædicta **vacare contigerit, noſtro nomine præſentandi,** vobis plenam committimus tenore præſentium poteſtatem. Et ideo vobis mandamus, quod præfatum *Johannem* ad hujuſmodi Beneficium noſtro nomine præſentetis, quamcito ad hoc optulerit ſe facultas. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Rokesburgh* 16 die *Februarii.*

Per Petitionem miſſam ad Regem.

* Placita Parl. Anno 30 E. 1. nu. 1. See Ryley, p. 231, &c. Mr. Cambdens Britannia, p. 312, 313. Sir Edw. Cooks 1 Inſtit. f. 32. & 2 Inſtit. p. 435, 436.

In the Parliament of 30 *E.* 1. there happened this memorable caſe. * *William Paynel* and *Margaret* his wife, petitioned the King in the 28th. year of his reign for the third part of the Mannor of *Torpel*, with the appurtenances, as her Dower, belonging to her as the Freehold of *John de Cameys* her firſt husband, *&c. Et* Nicholaus de Warrewyk, *qui pro Domino Rege ſequebatur, tunc dixit, quod prædicta* Margareta *non debuit inde dotem habere, nec ad aliquam dotem inde petendam audiri debeat vel admitti, eo quod ipſa per longum tempus ante mortem dicti* Johannis *quondam viri ſui*, &c. *ſponte ac gratis de eodem viro ſuo receſſit, & cum prafato* Willielmo *tunc viro ſuo vivente prædicto* Johanne **in adulterio moram traxit,** *nec ante mortem ipſius* Johannis *per ipſum* Johannem *reconciliata fuit: per quod juxta formam ſtatuti Domini Regis nunc editi*, de mulieribus ſe à viris ſuis elongantibus, **et cum adulteris ſuis morantibus,** & ante mortem virorum ſuorum **ſponte et abſque cohercione Eccleſiaſtica non reconciliatis;** *præfata* Margareta, *à petitione ſua prædicta totaliter debet repelli, & petit Judicium pro Rege*, &c. *Et ſuper hoc præfati* Willielmus *&* Margareta *protulerunt quoddam ſcriptum factum ſub nomine prædicti* Johannis de Cameys *primi viri*, &c. *in hac verba.* Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Johannes de Cameys* filius & hæres Domini *Richardi de Cameys*, ſalutem in Domino. **Noveritis me tradidiſſe et dimiſiſſe ſpontanea voluntate mea** Domino *Willielmo Paynel* equiti, *Margaretam de Cameys*, filiam & hæredem Domini *Johannis de Gateſdon* **uxorem meam, et etiam dediſſe et conceſſiſſe eidem** *Willielmo*, **relaxaſſe et quietum clamaſſe omnia bona et catalla quæ ipſa** *Margareta* **habet, vel de cætero habere poſſet, et etiam quicquid mei eſt de prædicta** *Margareta* **bonis et catallis cum pertinentiis ſuis. Ita quod nec ego, nec aliquis alius nomine meo in prædicta** *Margareta*, **bonis et catallis ipſius** *Margaretæ*, **cum ſuis pertinentiis de cætero exigere vel vindicare poterimus nec debemus; imperpetuum volo et concedo, et per præſens ſcriptum confirmo, quod prædicta** *Margareta* **cum prædicto Domino** *Willielmo* **ſit et remaneat pro voluntate ipſius** *Willielmi.* In cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui; Hiis teſtibus, *Thoma de Depeſton, Johanne de Ferringes, Willielmo de Icombe, Henrico de Biroun, Stephano Caver, Waltero le Blound, Gilberto de Batecombe, Roberto de Boſco*, & aliis. *Et dixerunt*, **quod eadem** Margareta **in forma in dicto ſcripto contenta cum ipſo** Willielmo **moram fecit, et ex aſſenſu et voluntate** Johannis **tunc viri ipſius** Margaretæ **vivente ipſo** Johanne, **et ex traditione et dimiſſione** ejuſdem Johannis, **prout expreſſe per verba in eodem ſcripto contenta Domino Regi et Coronæ ſuæ conſtare potuit, et non cum eodem** Willielmo **ut adultero ſuo. Et ſuper hoc petierunt Judicium.** *Et tunc dictum fuit eiſdem* Willielmo *&* Margaretæ, *quod eſſent ad proximum Parliamentum futurum audituri inde judicium ſuum*, &c. *Poſtea ad proximum Parliamentum ſequens, videlicet, ad Parliamentum Domini Regis apud* Lincolniam *in Octabis Sancti* Hilarii *anno regni noſtri* 29. *prædicti* Willielmus *&* Margareta *per attornatum ſuum venerunt & inſtanter petierunt dotem ipſius* Margaretæ *prædictam; & datus fuit dies eiſdem ad proximum Parliamentum ſequens*, &c. *Poſtea ad proximum Parliamentum ipſius Domini Regis ſequens, videlicet apud* Weſtm. *in Octabis Sancti* Johannis Baptiſtæ *anno regni ſui* 30. *venit prædictus* Willielmus *& ſimiliter prædicta* Margareta, *per quendam* Walterum de Blound *attornatum ipſius* Margaretæ, *coram* Johanne de Abel *per breve Domini Regis factum, &*

petierunt

petierunt prædictam dotem ipsius Margaretæ *in forma prædicta*, &c. *Et super hoc*, **recitata coram ipso Domino Rege et Consilio suo in pleno Parliamento**, *responsione pro Domino Rege superius facta, & etiam audito & intellecto tenore scripti prædicti per ipsos* Willielmum & Margaretam *prius porrecti, & similiter lecto, audito & intellecto statuto prædicto per ipsum Dominum Regem & Consilium suum facto, & pro ipso Domino Rege allegato, & in quo expressè continetur,* * Quod si uxor sponte relinquerit virum suum, & abierit & moretur cum adultero suo, amittet imperpetuum actionem petendi dotem suam quæ ei competere posset de ten. viri sui, si super hoc convincatur, nisi vir suus sponte & absque cohercione Ecclesiastica eam sibi reconciliat, & secum cohabitare permittat. *Ipsi* Willielmus & Margareta *tunc dixerunt*, quod per patriam verificare parati fuerunt, quod prædicta *Margareta* non morabatur cum ipso *Willielmo* ut adultero suo, vivente prædicto *Johanne* primo viro suo, *&c. nec aliquid aliud dixerunt. Et quia ipsi* Willielmus & Margareta *dedicere non potuerunt, quin ipsa* Margareta *vivente prædicto* Johanne *primo viro suo abiret, & cum prædicto* Willielmo *moram faceret, virum suum, videlicet* Johannem *prædictum, omnino relinquendo, & sponte, ut patet manifestè, cum ipsa* Margareta *in vita ipsius* Johannis *nunquam per se vel per alium, in aliquo aut alio modo reclamavit, nec adhuc reclamat. Immò primam voluntatem suam spontaneam declarando, & affectionem versus ipsum* Willielmum *vivente prædicto* Johanne *conceptam continuando, eidem* Willielmo *post mortem ejusdem se nubere permisit, nec eidem* Willielmus & Margareta *aliquid dicunt seu ostendunt per quod Curia certiorari potest, quod præfatus* Johannes *primus vir suus tempore suo eam reconciliavit aliquo modo: Et per scriptum prædictum per ipsum* Willielmum & Margaretam *porrectum expressè apparet, quod eadem* Margareta *tempore prædicti* Johannis **ex dimissione et traditione sua cum dicto** Willielmo **imperpetuum remansura concessa fuit.** *Nec est necessè Curiæ Regis ad Inquisitionem patriæ capiendam super hiis quæ prius dedicere non potest, & Curiæ apparent manifestè, seu super hiis quæ per partem* * *implacitando proponuntur & concedantur. Ac sit verisimilius potiusque præsumendum, & in Curia Regis & alia quacunque magis est credendum*, **quod ex quo uxor alicujus vivente marito suo cum aliquo alio viro mozam sponte faciat, in nullo reclamando vel contradicendo, quod in adulterio jaceat, quam alio modo debito aut legitimo; et maxime ubi ejusdem uxoris tanta postea prosequitur spontaneæ voluntatis declaratio, quod nuptiæ post mortem mariti inter eosdem subsequuntur, nec ad Coronam Regis pertineat super adulterio Inquisitionem patriæ capere: videtur Curiæ, quod non est necesse contra tantas et tam manifestas evidentias præsumptiones, probationes, et præfati** Willielmi & Margaretæ **concessionem, ad aliquam Inquisitionem patriæ capiendam procedere in forma prædicta, qua dicti** Willielmus & Margareta **eum prætendunt. Immo quod prædicta** Margarata **per formam statuti prædicti, ad dotem suam petendam admitti non debet seu audiri, rationibus prædictis. Et ideo consideratum est, quod prædicti** Willielmus & Margareta **nichil capiant per petitionem suam prædictam, set sint in misericordia pro falso clamore.**

* *Quædam aliæ literæ per ipsos* Willielmum & Margaretam *in judicio porrigebantur, tres videlicet*, **quarum duæ fuerunt de purgatione ipsorum** Willielmi & Margaretæ **super crimen Adulterii sibi impositi,** *& tertia fuit de quodam annuo redditu viginti quatuor marcarum. Et quarum transcripta remanent in Garderoba, & de quibus literis in judicio isto non fit mentio*, **eo quod ad judicium illud multum non pertinet. Nec super testimonio Episcoporum sunt judicia in Curia Regis facienda, licet literæ Episcoporum in Curiæ Regis fuerint porrectæ, nisi idem Episcopi ad mandatum Regium ipsi Regi rescriberent,** &c.

From which memorable Case, and Judgement in full Parliament (the first I finde given upon the Statute of *Westm.* 2. *c.* 34. *Anno* 13 *E.* 1.) after long deliberation and debate, and the proceedings in it, I shall observe; 1. That the King and Parliament themselves prescribed and inflicted this penalty on Adulterous Wives, departing from their Husbands and living with others in adultery, that they should lose their Dowers unless they were reconciled to their Husbands, and returned to them before their deaths. 2ly. That the Bishops and Ecclesiastical Courts being apt to favour Adultueresses, and to enforce their Husbands by Ecclesiastical censures to receive and cohabit with them, notwithstanding their adulteries with them and others, the King, Lords and Commons in Parliament specially provided, that this

* Westm. 2. Anno 13 E. 1. c. 34. Fleta l. 5. c. 22. Britton c. 109. Hornes Mirrour of Justices c. 5. sect. 5.

* In placitando

* Placita Parl. An 30 E. 1. See Ryley, p. 233.

19. Item, *of old time,* he going about to destroy the Faith, *conceived a hate against the* French *King, even to the abhorring of the Faith, because of the light of Faith which is there, and because of the great witnesse and example of Christianity which is and hath been there: And before he had this Seat he is proved to have said,* that if he were Pope, he would rather overthrow all Christendome, but he would overthrow and destroy the Nation, which he calleth the Pride of the French.

20. *Also it is reported, that when the Embassador of the King of* England *in the name of the said King, did require and intreat for the Tenth of the Realm of* England *to be given him, he answered,* that he would not give them the Tenths but on this condition, that he would make Warre with them against the French King. *And besides this,* he is reported to have given great summes of money to certain persons, to hinder that peace should not be between the said Kings. *He himself also with all his might hath letted it, by Messengers, Letters, and other wayes that he could,* yea by giving bribes.

21. Item,

21. Item, *he is reported also to have commanded* Frederick *which keepeth the Isle of* Sicil, *that if he would* **betray** Charles *the King and break the peace which he made, and swear that he would keep with him, and would stirr against the King and kill the* Frenchmen, *that then he would give him aid, help, and counsell*; **and for so doing he would give and grant him the said Kingdoms.** *An.* 30 E. I.

22. *He confirmed also the King of* Almaine *to be Emperour, and said openly,* **that he did it to destroy the Nation which he calleth the Pride of the** Frenchmen, **which say they are subject to none in Temporal things.** *Wherein saith he they lyed on their heads; declaring moreover,* **that whosoever (yea if it were an Angel from Heaven) would say that all Kings of the World were not subject to the same King of** Almaine, **he were accursed.**

23. *Further, he brake the agreements of Peace between the King of* Almaine *and the* French *King, in which either of them should have their own saved; and what encroachings soever had been on either side, should be brought to a due state, and under an Oath orderly given and taken; he is reported to have commanded the same King of* Almaine, **that he should not keep those conditions of Peace, but be an Enemy, and go about to sow debate among Christian men.**

24. Item, *it is openly reported,* **that the Holy Land was betrayed through his fault,** *and came to the enemies of God and of Faith, and that he suffered this for the nonc't,* **and denyed to give aid to the Christians which defended it, spending the Treasures and money of the Church (which should have been bestowed on that use as the Patrimony of Christ) in persecuting of faithfull Christians and friends of the Church, and therewith would enrich his friends.** *Noted.*

25. Item, *he is openly reported* **to use Simony, not only in bestowing of Benefices, but in giving of Orders, and making Dispensations: He hath set to sale all Benefices of the Church, and would bestow the Church commonly on him that would offer most; and he made his Servants Prelates of the Church, not for wealth of the Faith, nor to thrust down Infidels, but to oppresse the faithfull, and to enrich his Kinred by the Churches goods, and of the Patrimony of him that was Crucified; and presumed to make them Marquesses, Earles, and Barons, and was not afraid to build them strong holds, rooting out and oppressing many Noblemen and others.**

26. Item, *it is commonly reported,* **that he hath divorced many Marriages lawfully made, to the contempt, hurt, and slander of many;** *and he did promote his Nephew to a Cardinalship, being married, unlearned, and altogether unworthy to live; and openly married one that was divorced, and compelled him to make a vow of Chastity, and after that* **he is reported to have had two Bastards by her;** *and so goeth the common brute of him.*

27. Item, *it is commonly reported,* **that he handled ungently his predecessor** Celestinus **of holy memory, leading a holy life, (peradventure knowing in Conscience that he could not forsake his Popedome, and therefore** Boniface **himself had no lawfull entrance to the See) and imprisoned him, and there quickly and privily caused him to die;** *And of this the common brute and report is through all the World,* **that he caused many great and learned men, living a regular life,** (*which disputed of this,* **whether he might renounce the Popedome or not**) **to be set in prison, and there to die.**

28. Item, *he is reported to have railed at Religious persons leading a regular life, without a reasonable cause to the World, to the slander of many.*

29. Item, *he is reported to have said, that within short time he would make all the* Frenchmen *either Martyrs, or forsakers of their Faith.*

30. Item, *it is commonly reported,* **that he seeketh not the health of the souls, but the destruction of them.**

* Pierre de Pithou, Preuves des Libertez de L'eglise Gallicane, ch. 13. p. 489, 490.

* *Quibus sic propositis & perlectis, idem* Gulielmus *protestatus fuit, dixit, juravit, provocavit, appellavit & supposuit, legendo in scriptis, per hæc verba.*

Protestor autem ego *Gulielmus de Plesseiano* Miles, quod prædicta non propono, nec dico, **propter odium aliquod speciale ipsius** † *Bonifacii*, **(quia non habeo eum**

† *In hunc convicia, maledicta, probraque obscœna crimina nefanda, congessere* Philippus Galliæ *Rex & mendicantes Monachi quibus* Octavus *adversabatur. Ea proferre ne procacitatis atque petulantiæ vitio obnoxius esse videar, mihi religio est.* Joh. Aventinus Annal. Boiorum, l. 7. p. 582.

An. 30 E. I. odio, sed maleficia sua prædicta) nec infamiam ipsius, nec alterius, sed propter zelum fidei, et propter devotionem, quam habeo ad Sanctam Dei Ecclesiam, et ad sanctum sedem Romanam, dicens, quod per ea quæ vidi, & a fidedignis audivi de factis ejusdem, et ex veresimilibus conjecturis et probabilibus presumptionibus collectis, ex prædictis et aliis quamplurimis diversis articulis suo loco & tempore declarandis, ad sancta Dei Evangelia tacta manu mea juro me credere, ipsum esse perfectum hæreticum, et me etiam credere quod de prædictis et aliis talia probari poterunt contra eum, quæ secundum statuta Sanctorum Patrum sufficient ad eundem hæreticum judicandum: Juro etiam, me probiribus contra eundem persecuturum prædicta in Concilio Generali congregando in loco mihi tuto et securo ad honorem Dei et exaltationem fidei Christianæ, jure, honore, et statu sanctæ Sedis Apostolicæ in omnibus semper salvis, propter quæ instanter et cum reverentia requiro vos Dominum Regem, ad quem spectat sanctæ Matris Ecclesiæ fideique Catholicæ defensio, et de hoc estis rationem in extremo examine reddituri, et vos Dominos Prælatos qui columnæ fidei estis, et qui de prædictis simul cum aliis reverendis patribus Sanctæ Ecclesiæ Prælatis Catholicis in Generali Concilio congregandis, debetis esse judices, quatinus procuretis & detis operam efficacem, ut Generale Concilium in loco congruo et securo, et tempore opportuno congregatur: coram quo prædicta proponi, procedi et probari valeant, ut præmittitur, contra eundem *Bonifacium*. Vosque & Dominum Regem instanter requiro, ut eosdem Prælatos præsentes et absentes ubicunque terrarum, ad quos spectat, requiratis et efficaciter inducatis ut laborent viriliter, et alios requirant fideliter, quod prædictum Concilium ad prædicta, modo quo præmittitur, congregetur. Et quia hoc pendente, habeo ipsum *Bonifacium* suspectum probabiliter, ne propter prædicta commotus et concitatus contra me, adhærentesque mihi procuratores, et adjutores amicos, et familiares meos, bonaque mea, et ipsorum, quoquomodo procedat, vel procedere hoc pendente attente, idcirco in his scriptis coram vobis Domino Rege, et Dominis Prælatis, ac coram vobis publicis tabellionibus hic personaliter, ad dictum sacrum convocandum Generale Concilium, et Apostolicum et Catholicum futurum, et ad sanctum sedem Apostolicum, et ad illud et illos, ad quem et quos de jure melius possum, et debeo, provoco et appello, Apostolos et literas testimoniales semel, secundo, et tertio instanter per vos mihi dari et tradi petens, supponens me, adhærentes, fautores, familiares, amicos, procuratores meos, et omnes illos, qui in posterum mihi volverint adhærere, bonaque mea, et ipsorum sub protectione et custodia beatorum Apostolorum *Petri* et *Pauli*, et dicti sacri congregandi Concilii et Apostolici et Catholici futuri, et sanctæ sedis *Romanæ*, adherens nihilominus ad cautelam, et adhærere volens appellationi et appellationibus, processui et processibus super his factis per nobilem virum Dominum Gulielmum de Nogaretto Militem, in quantum ritè et legitimè factæ, et facti reperientur, non recedendo ab appellatione præsente.

Nota.

Quibus sic lectis & peractis, præfatus Dominus Rex respondit, Prælatos prædictos requisivit, procuravit, appellavit, & requisitionem & provocationem, & appellationem fecit, prout infrascripta schedula ibidem, eo et Prælatis, aliisque infrascriptis præsentibus et audientibus lecta plenius continetur; cujus tenor talis est.

* Ibidem, p. 490.

*NOs *Philippus* Dei Gratia *Franciæ* Rex, Auditis & intellectis propositis & objectis per vos *G.* de *Plesciano* Militem, & antea per dilectum et fidelem Militem nostrum *G.* de *Nogareto*, contra *Bonifacium* nunc *Romanæ* Ecclesiæ regimini præsidentem, licet pudenda Patris cujuslibet propria libenter pallio tegeremus, ob fervorem tamen Catholicæ fidei ac devotionem eximiam, quam ad sacrosanctam *Romanam* et Universalem Ecclesiam matrem nostram, et omnium fidelium, sponsam Christi, progenitorum nostrorum inhærendo vestigiis gerimus, qui pro exaltatione ac defensione Ecclesiasticæ Libertatis et fidei, propriam sanguinem fundere minime dubitaverunt, fidei negotio, et Ecclesiæ statui consuli cupientes pro vitanda dispendis scandali generalis, præmissa nequeuntes ulterius urgente Conscientia sub conniventia vel dissimulatione transire, cum super his et frequentibus, et assiduis clamoribus per fidedignos, et magnæ authoritatis viros, sæpe et sæpius inculcatis ejus opinio vehementer et notabiliter sit grabata, cum super excidio fidei nostræ, et quorumlibet aliorum, et præcipue Regum et Principum orbis terræ, qui ad ejus exaltationem

altationem et augmentum, collatum nobis a Domino suscepisse cognoscimus potestatem, debet negligentia reprobari, vestris in hac parte requisitionibus pro divini reverentia nominis; salvis in omnibus sacrosanctæ *Romanæ* Ecclesiæ honore et reverentia debitis, assentimus, ac convocationi, et congregationi dicti Concilii, ut super præmissis veritas elucescat, et omnis error abscedat, Universalis Ecclesiæ et totius Christianitatis statui, et Terræ Sanctæ negotio consulatur, ac scandalis, et periculis ingruentibus occurratur, parati sumus; quodque libenter offerrimus, quantum ad nos attinet, opem dare et operam efficacem; vosque Archiepiscopos, Episcopos et Prælatos alios hic præsentes, tanquam Ecclesiæ filios, et columnas fidei, ad exaltationem, augmentum et conservationem ipsius fidei, a Domino in partem sollicitudinis evocatos, instanter requirimus, et obsecramus per viscera misericordiæ Jesu Christi, quatinus hujusmodi Convocationi, et congregationi Concilii, in quo personaliter intendimus interesse, totis, ut decet, studiis intendatis, ac viis et modis congruis efficaciter laboretis. Ne autem dictus Bonifacius, qui animose et injuriose contra nos pluries fuerit procedere comminatus, impedire satagens ne sua, si qua sint, in lucem veniant opera tenebrarum, hujusmodi Convocationi et Congregationi Concilii, directe vel indirecte, impedimento præstando, vel aliter quovismodo status noster in eo integer existat, contra nos, statum nostrum, Ecclesias, Prælatos, Barones, et alios fideles, vassallos et subditos nostros, terras nostras vel ipsorum, regnum nostrum et ipsius regni statum in aliquo, spirituali gladio abutendo, de facto procedat, excommunicando, interdicendo, suspendendo, vel alio quoquo modo pro nobis, et nobis adhærentibus, et adhærere volentibus, ad prædictum generale Concilium, quod instanter convocari petimus, et ad verum legitimum futurum Summum Pontificem, vel alios, ad quem et ad quos fuerit appellandum, provocamus et appellamus in scriptis, non recedendo ab appellatione per dictum *G.* de *Nogareto* interposita, cui extunc adhæsimus, ac etiam adhæremus, Apostolos testimoniales a vobis Prælatis et Notariis, cum instantia postulantes, ac exprese protestantes de innovando provocationem, et appellationem hujusmodi, ubi, quando, et coram quibus nobis visum fuerit expedire. Infrascripti vero Archiepiscopi, Episcopi, Abbates et Priores, præmissis sic factis et habitis responderunt, provocaverunt, appellaverunt, supposuerunt, et protestati fuerunt, ac responsiones, provocationes, appellationes, suppositiones, ac protestationes fecerunt, prout in schedula quadam ibidem publice ac seriose perlecta plenius continetur, cujus tenor sequitur in hæc verba. *An.* 30 *E.* 1.

NOs *Nicosiensis*, *Remensis*, *Senonensis*, *Narbonensis*, & *Turonensis* Archiepiscopi, *Laudanensis*, *Belluacensis*, *Cathalaunensis*, *Antissiodorensis*, *Meldensis*, *Nivernensis*, *Carnotensis*, *Aurelianensis*, *Ambianensis*, *Morinensis*, *Silvanectensis*, *Andegavensis*, *Abrincensis*, *Constantiensis*, *Ebroicensis*, *Lexoviensis*, *Sagiensis*, *Claromontensis*, *Lemovicensis*, *Anicensis*, *Matisconensis* Episcopi; *Cluniacensis*, *Præmonstratensis*, majoris Monasterii *Cisterciensis*, Sancti *Dionysii* in *Franciæ*, *Compendiensis*, Sancti *Victoris*, Sanctæ *Genovefæ Parisius*, Sancti *Martini Laudunensis*, *Figiacensis*, & *Belliloci*, in *Lemovicinio*, Abbates, Frater *Hugo* Visitator Domorum Ordinis Militiæ *Templi*, ac Sancti *Johannis Jerosolymitani* in *Francia*, & Sancti *Martini* de *Campis Parisiensis* Priores, auditis quæ per vos Domini, Comites, et *Gulielmi* prædicti heri et hodiè dicta, proposita, et objecta fuerunt contra Dominum *Bonifacium* Papam octavum, hujusmodi dictis, propositis, assertionibus, & juraments, vestris requisitionibus, & aliis legitimis causis, inducti, & quadam quasi necessitate compulsi attendentes, quod in præmissis negotium fidei, quod est Christi, qui ad ipsius defensionem, & exaltationem fidei, & animarum regimen sumus, licet immeriti, in partem sollicitudinis evocati, cupientes obviare periculis, quæ imminent, expressis Convocationem et congregationem dicti Concilii, præmissis, & aliis causis, utilem & omnino necessariam reputantes, ut ipsius Domini *Bonifacii* innocentia clareat, sicut teste conscientia exoptamus, aut de impositis sibi per Concilium discutiatur, statuatur, & fiat quod discernunt Canonicæ sanctiones, vobis Domine Rex, et vobis Domini Comites & *G.* respondemus, quod salvis in omnibus Sacrosanctæ *Romanæ* Ecclesiæ honore et reverentia debitis, vestris in hac parte requisitionibus, super ipsius Convocatione Concilii, assentimus: et parati sumus Convocationi et Congregationi dicti Concilii, juxta Sanctorum Patrum instituta, et Canonicas et legitimas sanc- Ibidem, p. 490 491.

An. 30 E. I. ctiones, opem dare et operam efficaces, non intendentes quoquo modo partem in hoc negotio facere, seu quibuscunque partem facientibus adhærere. Verum ne dictus Dominus *Bonifacius*, motus seu provocatus ex iis, prout timemus ex verisimilibus conjecturis, & comminationibus multis de procedendo contra nos, ab eo factis, contra nos, Ecclesias, Parochos et subditos nostros, quoquomodo procedat, aut procedi faciat, sua aut alia authoritate quacunque excommunicando, suspendendo, interdicendo, deponendo, privando, vel alio quovismodo, quocunque colore quæsito, in impedimentum vel perturbationem dicti Concilii, et quin in eodem Concilio considere, conjudicare, et omnia alia facere, quæ ad officium Prælati pertinent, facere valeamus, nostrique, adhærentium nobis, et adhærere volentium status, in omnibus salvi debeant remanere, pro nobis, Ecclesiis, Parochiis, et subditis nostris, ac pro nobis adhærentibus, seu adhærere volentibus in hac parte, ad prædictum Concilium congregandum, et ad futurum verum et legitimum Summum Pontificem, et ad illum vel illos, ad quem, vel quos de jure fuerit appellandum, provocamus vel appellamus in scripto, et Apostolos cum instantia petimus, supponentes nos, Ecclesias, Parochos, subditos, et amicos nostros, et adhærentes nostrorum et ipsorum, statum et jura, nostraque et eorum bona protectioni divinæ, Concilii prædicti, ac futuri veri et legitimi Summi Pontificis, ac protestantes de innovando appellationem hujusmodi, ubi, quando, et coram quibus nobis visum fuerit expedire. Actum *Parisius* apud *Lupram* in Camera dicti Domini Regis, Anno, Indictione, mense, diebus Jovis & Veneris, ac Pontificatu prædictis, præsentibus nobilibus viris, Dominis *Andegaven. Bolon. Dampni-Martini*, & aliis Comitibus superius nominatis, *Matthæo de Trya*, *Petro* Domino *Chanbliaci*, *P.* Domino de *Wormes*, *Hugone* de *Bouilla*, Militibus, necnon Magistris *Stephano* Archid. *Brugen. Nich.* Archid. in Ecclesia *Remen. G.* Thesaurario *Andegaven. Petro de Bello Porticu*, *Reginaldo* dicto *Burdon*, & *Johanne de Montegneyo*, ac nonnullis aliis, tam Clericis quam Laicis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis testibus. Et ego *Evenus Phyli* de Sancto *Nicasio* Clericus *Corisopitensis* Diocesis, Apostolica publicus authoritate Notarius, præmissis omnibus & singulis, duntaxat die Veneris actis, dictis et habitis interfui, & hic me subscripsi, et solitum signum meum appposui requisitus. *Au thresor des Chartres coffre Boniface, num.* 14. *& au livre cotte a au livre B.* 28. *fol.* 281. *&c. Au livre* 129.

* Pierre de Pithou Preuvez des Libertez de l'Eglise Gallicane, ch. 13. sect. 2. p. 492, 493. Consensus Prælatorum regni Franciæ pro Regis defensione, et appellatione ad Concilium 15 Junii 1303.

*UNiversis præsentes Literas inspecturis, miseratione Divina *Nicosiensis*, *Remensis*, *Senonensis*, *Narbonensis*, & *Turonensis*, Archiepiscopi; *Laudunen*, *Beluacen. Cathalaunen. Antissiodoren. Melden. Nivern. Carnoten. Aurelianen. Ambianen. Morinen. Silvanecten. Bitteren. Andegaven. Abrincen. Constantien. Ebroicen. Lexovien. Sagien. Claromonten. Lemovicen. Anicien.* & *Matisconen.* Episcopi; *Cluniacen. Præmonstraten.* Majoris Monasterii *Turonen.* Sancti *Dionysii* in *Francia Compendien.* Sanctæ *Genovefæ*, Sancti *Victoris Paris.* Sancti *Martini* in *Laudunen*, *Figiacen.* & *Belli loci* in *Lemovicinio* **Abbates.** Frater *Hugo* Visitator Domorum Ordinis *Militiæ Templi*, ac Sancti *Martini* de *Campis Parisien.* **Priores**, æternam in vero salutari salutem. **Cum personam Domini nostri Regis** *Franciæ*, **statum, honorem, et jura defendere teneamur**, eidem Domino Regi promisimus, quod personam suam, Dominæ Reginæ, & filii sui hæredis in regno, statum, honorem, jura, & libertates ejusdem **totis viribus quantum secundum Deum poterimus, defendemus, et in eorum tuitione sibi assistemus**, contra quamcunque personam, quæ eum **vellet impetere, statum, honorem, jura, et libertates ejus infringere**, aut etiam annullare, etiam **contra Dominum** B. **Papam Octavum, qui multa contra eos et regnum** *Franciæ* **dicitur comminatus fuisse. Nec ab eo unquam seperabimus in defensione prædicta** *S.* **Sedis Apostolicæ reverentia semper salva, faciemusque de Convocatione Generalis Concilii**, prout aliàs concessimus, prout in concessionibus nostris in Instrumentis inde confectis plenius continetur. Cumque tam dictus Dominus Rex quam nos, ac Magnifici viri Domini *K.* & *Lud.* fratres dicti Domini Regis, *G. S. Pauli*, & *J. Drocen.* Comites, et alii multi Barones & Nobiles Regni, sub certis formis provocavimus et appellavimus et in scriptis, ne dictus Dominus Papa commotus occasione præmissorum, vel aliquorum ex eis, procederet contra ipsum Dominum Regem, Regnum, Barones, nos & subditos, et nobis adhærentes et adhærere volentes, prout in Instrumentis inde confectis plenius continetur. **Promittimus, quod si dictus Dominus**

minus Papa procedat quocunque quæsito colore, occasione præmissarum appellationum, adhæsionum, et quorumcunque aliorum Convocationem dicti Concilii tangentium, excommunicando, interdicendo, suspendendo, deponendo, absolbendo a juramento fidelitatis, homagii bel alterius cujuscunque obligationis, bel alias quoquomodo, procedendo contra Regem, prædictos *K. L.* et Comites, aut Magnificum virum *R.* Ducem *Burgundiæ*, qui appellationi prædictæ dicitur adhærere, et alios adhærentes, et adhærere bolentes, qui se nobis sub forma, qua se Dominus Rex et alii prænominati nobis obligarunt et obligant, obligabunt; nos dicto Domino Regi et Baronibus, ac sibi assistentibus, assistemus, et secundum Deum pro bitibus defendemus, nec nos seperabimus ab eisdem, nec absolutionibus a juramentis fidelitatis, bel aliis quibuscunque relaxationibus indultis et indulgendis, impetratis bel impetrandis, bel ultro oblatis bel offerendis, seu concessis seu concedendis, utemur; immo semper eidem Domino Regi, Baronibus, et adhærentibus adhærebimus. Et hæc omnia & singula supradicta promisimus, voluimus et juravimus jure *Romanæ* Ecclesiæ, nostroque, et Ecclesiarum nostrarum, in omnibus, et per omnia semper salvo, et illicita conspiratione, seu conjuratione cessante. Nolentes quod idem Dominus Rex novum homagium seu juramentum acquirere in nobis & nostris Ecclesiis valeat in aliis, per prædicta. In cujus rei testimonium præsentibus Literis nostra fecimus apponi sigilla. Datum *Parisius* die 15 *Junii*, Anno Domini 1303. Sigillatæ 32 sigillis. *Au Tresor des Chartes coffre* Bonifac. *num.* 1. *An.* 30 *E.* I.

* *Acte de ceux de l' Université de* Paris, *par le quel ils declarent que la Convocation d'un Concile Generall, proposé par le Roi est necessaire, y consentent, et en suite adherent à lappel interietté par le Roy au dit futur Concile, au cas que le Pape* Boniface *vouluſt proceder contre ceux qui auront promeu cette Convocation.* * Ibid. nu. 3. p. 493, 494, &c.

UNiversis præsentes literas inspecturis. Universitas Magistrorum & Scholarium *Parisius* studentium, salutem in Domino. Ad notitiam singulorum volumus pervenire, quod nuper nonnullis ex nobis majorem partem Facultatum nostrorum & totius *Parisien.* studii facientibus, pro certis causis & negotiis accedentibus ad præsentiam Excellentissimi Principis Domini *Philippi* Dei Gratiâ Regis *Franc.* Illustris, ipso Domino Rege, ac nonnullis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, et aliis magnæ Authoritatis personis, tam Ecclesiasticis quam Secularibus, apud *Luparum Paris.* existentibus, recitatum fuit, nobis expositum, narratum ibidem, quod die Jovis, & die Veneris præcedentibus ipsis Domino Rege, Archiepiscopis, et aliis personis prædictis præsentibus, per quosdam Comites, et alios Nobiles regni *Franc.* contra Dominum *Bonifacium* 8. proposita et significata fuerunt **diversa enormia, et horribilia ac detestabilia Crimina, quorum quadam hæresim sapiunt manifeste, quibus eum irretitum esse dicebant et super iis publice ac notorie diffamatum,** præstito ibidem ab eisdem proponentibus ad sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juramento quod hujusmodi proposita et significata credebant esse vera, et posse probari in Generali Concilio, vel alias ubi, quando et coram quibus de jure faciendum, et per proponentes eosdem **a Domino Rege, tanquam fidei pugili, et Ecclesiæ defensore,** ac Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, et personis aliis Ecclesiasticis supradictis, tanquam Ecclesiæ fideique Columnis petitum fuerat, ac instanter et pluries requisitum, ut pro declaratione veritatis hujus, ut omnis error abscedat, ut periculis & scandalis, quæ universali Ecclesiæ imminent occurratur, convocationi et congregationi dicti Concilii Generalis, ad laudem Dei nominis, et exaltationem et augmentum Catholicæ fidei, ac salubre regimen, et bonum statum universalis Ecclesiæ, et tocius populi Christiani, opem darent & operam efficaces: Quodque idem Dominus Rex Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores et aliæ personæ Ecclesiasticæ supradicta auditis et intellectis plenius propositis & significatis, et requisitionibus supradictis, considerantes, **quod in hoc casu negotium agitur fidei quod est Dei,** et quod **ad defensionem et conservationem, et exaltationem ipsius fidei ipse Dominus Rex collatam sibi recipit a Domino potestatem, iidemque Prælati sunt in partem sollicitudinis evocati,** super præmissis per dies multos discussione ac deliberatione præhabita diligenti, ex præmissis, et aliis legitimis causis moti, convocationem et congregationem dicti Concilii generalis utilem, et omninò necessariam reputantes, hujus Convocationi et

Congregationi

An. 30 *E.* 1. Congregationi consenserunt ac responderunt, quod Convocationi & Congregationi prædictis opem & operam darent efficaciter, ut deberent, & ne dictus Dominus *B.* motus seu provocatus ex iis, **prout timebant ex verisimilibus conjecturis et comminationibus multis contra eos, Ecclesias, Parochianos, et subditos suos quoquomodo procedat aut procedi faciat sua vel alia authoritate quacunque excommunicando, suspendendo, interdicendo, deponendo, privando, aut alias quovismodo in impedimentum, et perturbationem Concilii congregandi, et quin concedere, conjudicare, et alia quæ ad officium Prælati pertinent, facere in eodem Concilio possent, salvique eorum et sibi adhærentium status manere deberent, pro se, Ecclesiis, Parochianis et subditis suis, et pro sibi adhærentibus seu adhærere volentibus in hac parte, ad prædictum Concilium congregandum, et ad futurum verum et legitimum Summum Pontificem, et ad illum vel ad illos, ad quem vel quos de jure fuerit appellandum, provocarunt et appellarunt in scriptis et Apostolos testimoniales cum instantia petierunt, supponentes se, Ecclesias Parochianos et subditos, ac sibi adhærentes, ipsorum status, jura et bona protectioni divinæ, prædicti Concilii, ac futuri veri et legitimi Summi Pontificis, ac protestantes de innovando appellationem hujusmodi ubi, quando, et coram quibus eis visum fuerit expedire.** Quare pro parte præfati Domini Regis, petebatur à nobis, ut Convocationi & Congregationi dicti Concilii Generalis assentire, **ac quantum in nobis est opem dare et operam curaremus.** Nos autem præmissis considerationibus & causis inducti Convocationem & Congregationem ipsius Concilii reputantes utilem, necessariam & salubrem, ac expedientem fidei negotio, & Ecclesiæ Sanctæ Dei, **ejusdem Convocationi et Congregationi Concilii assentimus, ac opem et operam libenter dabimus juxta posse, et provocationi et appellationi** præfati **Domini Regis adhæremus, quantum de jure possumus et debemus secundum Deum et justitiam, et sanctæ permittunt Canonicæ Sanctiones, supponentes nos, ac nobis adhærentes et adhærere volentes, statum nostrum, et Universitatem nostram protectioni divinæ, et prædicti Concilii Generalis, ac futuri veri et legitimi Summi Pontificis.** In quorum omnium testimonium sigillum nostræ Universitatis prædictæ præsentibus literis duximus apponendum. Datum die *Veneris* ante festum Nativitatis beati *Johannis Baptistæ*, Anno Domini 1303. *Au Thresor des Chartes coffre* Boniface. *num.* 51, *&* 53.

* Ibid. sect. 4. p. 494, 495.

* *Forme de la Lettre envoyee par le Roy a toutes les Villes, Eglises & Communautez de son Royaume, a ce quelles eussent a consentir a la Convocation du Concile general, & a l'appel par luy interiette au futur Concile.*

PHilippus Dei gratia *Francorum* Rex, discretis viris dilectis nobis in Christo Cathedralium, Collegiatarum Ecclesiarum Decanis & Capitulis, Prioribus Prædicatorum, Gardianis Minorum Fratrum, aliorumque Religiosorum Conventibus, Nobilibus, Consulibus, Civibus, aliisque personis Ecclesiasticis & Secularibus *Tholosan.* Civitatis & Diocæsis, salutem & dilectionem in Domino. Nuper nobis multis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, aliisque pluribus personis, tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus, præsentibus *Paris.* contra *Bonifacium* nunc Sedi Apostolicæ Præsidentem, **plura enormia et horribilia crimina, quorum aliqua immanem hæresim continent manifeste, ex parte plurium Illustrium personarum**, quorundamque Militum, fervore dilectionis Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac zelo fidei Catholicæ accensorum, significata, dicta proposita que fuerunt, juramentaque assertivè super ipsis criminibus præstita ab eisdem illustribus & nobilibus personis, ea proponentibus & significantibus, prout in Instrumentis publicis super hæc confectis plenius continetur. Per quos proponentes & significantes ipsa crimina, instanter & pluries tàm nos quàm præfati Prælati, requisiti & adjurati fuimus, ut ad honorem Dei, fidei Catholicæ, & Ecclesiæ Sanctæ Matris, super convocatione Generalis Concilii convocandi, per quos fuerit faciendum, ad veritatem inquirendam & sciendam super ipsis loco & tempore, & ubi decebit proponendis intenderemus, & operam daremus efficacem; quod deliberatione diligenti præhabita necessario debere fieri visum fuit; nihilominus ad cautelam, & ut possit malis obviari per nos, ipsos Prælatos, Barones, Nobiles, Universitatem *Parisiensem*, Magistros in Theologia, Conventus Religiosorum, & Capitula Ecclesiarum appellationes

&

& provocationes interpoſitæ fuerunt, prout in quibuſdam Inſtrumentorum ſuper hæc confectorum videre poteritis contineri. Quare ad vos dilectos & fideles Clericos noſtros Archidiaconum *Algia* in Eccleſia *Lexovien.* & Magiſtrum *Petrum de Latilliaco* Canonicum *Pariſ.* & eorum quemlibet mittimus pro prædictis vobis aperiendis & clarius ſignificandis; vos veſtrumque ſingulos ex affectu requirentes pro honore Dei, fidei Catholicæ, & Sanctæ Matris Eccleſiæ, quatinus tanquam ipſius Eccleſiæ veri filii, cujus negotium agitur, convocationi Concilii Generalis conſentire, **appellationibuſque et prouocationibus interpoſitis adhærere velitis, nihilominuſque ad tuitionem veſtram expreſſiorem quam ſyncero affectu procurare proponimus, de novo provocare et appellare ſecundum formam et modum quos in prædictis Inſtrumentis videbitis contineri**; ac nobis ſuper hoc patentes literas per ipſos vel eorum alterum ſigillis veſtris mittere ſigillatas. Actum *Pariſ.* die *Jovis* poſt feſtum Nativitatis beati *Johannis Baptiſtæ*, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo tercio. *An.* 30 E. 1.

* *Le Roy declare, qu'au cas que le Pape procede contre luy & ceux qu'il a aſſemblez, pour adviſer les moyens d'aſſembler un Concile, il en appelle au futur Concile, ou au Pape qui ſera legitime, du* 1 Juillet 1303. * Ibid. ſect. 5. p. 495, 496.

PHilippus Dei gratia *Francorum* Rex, univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem. **Et ſi Catholicæ fidei et Univerſalis Eccleſiæ matris fidelium ſponſæ Chriſti, negotium cunctos, quos ejuſdem participatio fidei et religio Chriſtiana complectitur, principaliter et immediate contingat, ac proprium intereſſe reſpiciat ſingulorum. Nos tamen et alios Reges et Principes orbis terræ, eo principalius atque paramplius tangit et reſpicit, et ad ipſius promotionem negotii, cum cauſa depoſcit, eo aſtricti tenemur obnoxius quo ad exaltationem et augmentum ejuſdem fidei, et defenſionem Eccleſiæ et Eccleſiaſticæ libertatis commiſſam ſuſcepiſſe recognoſcamus, et fatemur et traditam divinitus poteſtatem.** Nuper ſiquidem nonnulli Comites, Barones & Milites regni noſtri, fide dignæ quidem & magnæ authoritatis perſonæ, moti, ut dicebant, fervore fidei, ſynceræ devotionis affectu & zelo charitatis inducti, Sacroſanctæ *Romanæ* & Univerſalis Eccleſiæ matri ſuæ, quam ſub præſidentia *B.* nunc ejuſdem Eccleſiæ regimini præſidentis miſerabiliter deprimi, ac deformationem enormem & jacturam pati dicebant, compatientes ab intimis, **ac Chriſtianæ fidei, in qua ſalus animarum conſiſtit, et quæ ſuis temporibus, proh dolor! contabeſcit et deperit, excidio condolentes, ad ipſius Eccleſiæ et totius Chriſtianitatis ſalubre regimen, et bonum ſtatum ac reparationem et exaltationem Catholicæ fidei, votis, ut dicebant, ferventibus intendentes, maxime cum eidem Eccleſiæ, fidei fundamento et animarum ſaluti, ſumme expediat, ut dominici gregis ovili non niſi verus et legitimus, ac vere et legitime Paſtor præſit, et quod ab eadem Eccleſia ſponſa Chriſti,** *quæ non habet maculam neque rugam*, **omnis error, ſcandalum, iniquitas, ac juſtitia repellatur, ac toti mundo quem ex perverſis actibus, deteſtandis operibus, et perniciosis exemplis dicti *Bonifacii* in guerris et tenebris manere dicebant, ſalus, pax et tranquillitas, divina favente miſericordia, procurentur contra dictum *Bonifacium* hæreticæ pravitatis, et alia diverſa enormia horribilia ac deteſtabilia crimina, quibus eum irretitum eſſe dicebant, et ſuper eo publice ac notorie diffamatum**; Nobis ac Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis ac perſonis Eccleſiaſticis qui pro ſuis & Eccleſiarum ſuarum agendis convenerunt, ac Baronibus, Comitibus, & aliis Nobilibus regni noſtri præſentibus, aſſeruerunt, propoſuerunt & objecerunt, publicè & patenter, præſtitis ab eiſdem objectoribus ut veſtram in hac parte conſcientiam informarent, noſtrumque ad exauditionem petitionis ſuæ animum facilius inclinarent, ad Sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juramentis, quod hujuſmodi crimina credebant eſſe vera, & ſe poſſe probare, quodque ipſa in Generali Concilio, vel alias ubi, & coram quibus expedire viderint, & de jure fuerit faciendum, ad finem debitum proſequentur; Petentes à nobis, **tanquam fidei pugili, et Eccleſiæ defenſore**, ac Archiepiſcopis & Epiſcopis ſupradictis, tanquam Eccleſiæ fideique columnis, ut pro declaratione veritatis hujuſmodi, ut omnis error abſcedat, ac periculis & ſcandalis quæ Univerſali Eccleſiæ imminent occurratur, convocationi & congregationi dicti Concilii Generalis, ad laudem divini nominis, augmentum & exaltationem

An. 30 *E.* I. tionem Catholicæ fidei, honorem & bonum ſtatum Univerſalis Eccleſiæ, ac totius populi Chriſtiani opem daremus & operam efficaces, cum in talibus & ſimilibus caſibus ſemper directrix veritatis extiterit Regia domus noſtra. Nos autem licet pudenda patris proprio libenter pallio tegeremus, ob ſpecialis tamen devotionis & dilectionis zelum, quem ad præfatam Eccleſiam matrem fidelium ſponſam Chriſti, cujus tanquam Chriſtianæ legis & Catholicæ fidei zelatores devotum nos filium profitemur, & defenſorem recognoſcimus ſpecialem, progenitorum noſtrorum inſequendo veſtigia gerimus, **præmiſſa nequeuntes urgente conſcientia ſub conniventia vel diſſimulatione tranſire, præſertim cum ſuper excidio fidei, noſtra et aliorum quorumlibet, et præcipue Regum et Principum orbis terræ deberet patientia reprobari**; hujuſmodi propoſitionibus & objectionibus, ac requiſitionibus auditis & plenius intellectis, ac ſuper iis cum Prælatis videlicet, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Univerſitate *Pariſienſi* ſtudii, ac Magiſtris in Theologica facultate, & in utroque jure Doctoribus, Religioſis & aliis de regno noſtro oriundis, ac etiam aliunde, ac in regno ipſo & alibi Prælaturas, & beneficia obtinentibus, necnon Baronibus & aliis Nobilibus, deliberatione & diſcuſſione habita pleniori, convocationem & congregationem dicti Concilii, ex præmiſſis & aliis juſtis & legitimis cauſis, utilem & ſalubrem expedientem fidei negotii & Eccleſiæ Sanctæ Dei, & omninò neceſſariam reputantes; Convocationi & congregationi hujuſmodi faciendæ ut præfati *B.* innocentia clareat, ſicut teſte conſcientia exoptamus, aut de impoſitis ſibi per Concilium diſcutiatur, ſtatuatur & fiat, quod præcipiunt & decernunt Canonicæ Sanctiones, deliberato Concilio expreſſè conſenſimus & proponentibus reſpondimus memoratis, quod eiſdem convocationi & congregationi opem libenter & operam, prout ad nos pertinet, præberemus. Certis ne idem *B.* ex iis provocatus, contra nos Prælatos, Barones, & perſonas prædictas Eccleſias, terras, fideles & ſubditos noſtros, & eorum aut nobis adhærentes vel adhærere volentes in hac parte procederet, ad prædictum Concilium, & ad futurum verum & legitimum Summum Pontificem, & ad illum vel ad illos ad quos de jure fuerit appellandum, ex parte noſtra, & ipſorum ſub certis formis provocationibus & appellationibus interjectis. Nos itaque ad petendum prædictum Generale Concilium convocari & etiam congregari, & ad faciendum omnia & ſingula quæ circa hæc fuerint opportuna, dilectos & fideles *Gulielmum de Chacenayo* & *Hugonem de Cella* Milites noſtros, exhibitores præſentium, & utrumque ipſorum inſolidum Procuratores noſtros conſtituimus & Nuncios ſpeciales, dantes eis & alteri ipſorum in ſolidum ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, ac ea tangentibus vel dependentibus eiſdem plenam & liberam poteſtatem & ſpeciale mandatum, ratum habituri & gratum quicquid per eos vel eorum alterum factum, geſtum vel procuratum fuerit in hac parte. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus literis duximus apponendum. Datum *Pariſ.* die 1 *Julii*, Anno Dom. 1303. *Et ſeelle, Au Threſor des Chartes coffre* Boniface, *num.* 50.

* Ibid. ſect. 6. p. 497.

* *Lettre du Roy aux Cardinaux, aux fins des Lettres precedentes.*

* *Nota.*

PHilippus Dei gratia *Francorum* Rex, venerabilibus & amicis in Chriſto chariſſimis eadem gratia Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, Cardinalibus Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Ineffabilis amoris dulcedine ſponſus & * **caput Eccleſiæ Dei** filius Dominus noſter *Jeſus Chriſtus* amplectens & proſequens ſponſam ſuam, ipſam fundavit in *Petri* vocabulo *ſupra petram*, voſque ipſius columnas Eccleſiæ, fidei Cardines & Apoſtolorum conſtituit ſucceſſores; unde ſuper iis quæ augmentum & exaltationem fidei orthodoxæ, ac honorem & bonum ſtatum Univerſalis Eccleſiæ & totius populi Chriſtiani reſpiciunt, vos fiducia ſecura requirimus, ac ſpecialibus cum cauſa depoſcit literis & precibus excitamus. Nuper ſiquidem nonnulli Comites, *&c.* (ut ſupra, uſque ad verba, *provocationibus & appellationibus interjectis.*) Quapropter venerabilem cœtum veſtrum attentè requirimus & rogamus, **quatinus ad convocationem et congregationem prædicti Concilii Generalis, loco et tempore congruis celebrandi, pro bonore Dei et augmento Catholicæ fidei, ac bono ſtatu Univerſalis Eccleſiæ, et totius populi Chriſtiani, diligenter et unanimiter, prout ad vos pertinet intendatis**; per quod omni ab Eccleſia Dei errore propulſo, ac ſedatis ſcandalis, reſurgant pax & tranquillitas,

tranquillitas, paretur miſerabili Terræ Sanctæ ſubſidium, vobis quæ pro tam laudabili opera à divina clementia condignè proveniat retributionis augmentum. Credentes dilectis & fidelibus *Gulielmo de Chacenayo*, & *Hugoni de Cella* Militibus noſtris, vel eorum alteri, quos ad vos propter hæc ſpecialiter deſtinamus, in iis quæ circa hæc vobis ex parte noſtra duxerint exponenda. Datum *Pariſ.* die 1 *Julii*, Anno Dom. 1303. *Et ſeelle, Au Threſor de Chartes coffre* Boniface. *An.* 30 *E.* 1.

* *Acte par le quel les villes du* Languedoc *adherent a l'appel interiette par le Roy au futur Concile*, Aouſt 1303.

* Pierre de Pithou, Preuves des Libertez de Leſgliſes Gallicane, p. 497, 498.

UNiverſis præſentes literas inſpecturis, Conſules Civitatum & Burgorum *Narbon. Carcaſſon. Bitter. Apam. Albia, Agathen.* & *Lodaven.* ac Villarum de *Monte Regali*, de *Caſtris*, de *S. Pontio Thommeriarum*, de *Lautreco*, de *Craſſa*, de *Lunoſo*, de *Pedenacio*, de *Trib. bonis*, de *Cancio*, de *Florenciaco*, de *Capite Stagno*, de *Barbarrano*, de *Villa magna*, de *Amacio*, de *Burlacio*, de *Saxiacho*, de *Rivo*, de *Montanhaco*, de *Mirapiſco*, de *Centennon*, de *Berenchis*, de *Sancto Tiberio*, de *Sancto Paulo*, de *Sancto Gervaſio*, de *Podio Naucerio*, de *Dozenchis*, de *Ginhaco*, de *Peteracho*, de *Olargio*, de *Monte Olivo*, de *Laurano*, de *Coſſolento*, de *Villalherio*, de *Conchis*, de *Villaiglino*, de *Villamoſtauſſion*, de *Ledmiano*, de *Briſateſta*, de *Graolheto*, de *Senegatio*, de *Sancto Dionyſio*, de *Albanno*, de *Ambileto*, de *Palma*, de *Regali Monte*, de *Savardimo*, & Procuratores, Syndici & Rectores locorum, Caſtrorum ſeu Villarum de *Electo*, de *Paulmhio*, *Terra Saltus*, de *Lodeva*, de *Aſilcano*, de *Claromonte*, de *Sancto Aniano*, de *Podio territo*, de *Bizano*, de *Carma*, de *Aniana*, de *Biſano*, de *Granolheriis*, de *Caunis*, de *Sancto Gulielmo*, de *Falgeriis*, de *Pipionibus*, Seneſcalliæ *Carcaſſon.* ſalutem in Domino *Jeſu Chriſto.* Præſentium literarum ſerie vobis fieri volumus manifeſtum, quod cum Nobiles viri Dominus *Amalricus Vicomes*, & Dom. *Narbon. Gulielmus de Playſiano* Dominus de *Vicenobr.* Milites, & Magiſter *Dionyſius de Senonis* Clericus Domini noſtri *Francorum* Regis, nobis & nonnullis Prælatis, Prioribus, Capitulorum & Conventuum, Eccleſiarum Cathedralium, Collegiatarum, & Monaſteriorum, Syndicis & Procuratoribus, Baronibus, Nobilibus, Conſulibus Univerſitatum, Civitatum, Caſtrorum & Villarum inſignium præfatæ, & *Bellicadri*, & *Ruthenen.* Seneſcalliarum, convocatis & præſentibus die præſenti apud *Montem Peſſulanum* in domo Fratrum Minorum dicti loci, coram eis diligenter oſtenderint & expoſuerint, quod nuper nonnullis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Prioribus, Univerſitate Magiſtrorum & Scholarium *Pariſius* ſtudentium, & multis aliis magnæ authoritatis perſonis tàm Eccleſiaſticis quàm Secularibus *Pariſius* apud *Luparam*, in dicti Domini Regis præſentia conſtitutis, recitatum fuit eis & expoſitum ac narratum ibidem, quod ipſis Domino Regi, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis perſonis ſupradictis, per quoſdam Comites & alios Nobiles regni *Francorum* contra Dominum *Bonifacium* Papam 8. propoſita & ſignificata fuerunt, **diverſa enormia, ac horribilia ac deteſtabilia crimina, quorum quædam hæreſim ſapiunt manifeſte, quibus eum irretitum eſſe dicebant, et ſuper eis publice ac notorie diffamatum**, præſtitis ibidem ab eiſdem proponentibus ad Sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juramentis, quod hujus propoſita & ſignificata credebant eſſe vera, & poſſe probari in Generali Concilio vel aliàs, ubi, quando, & coram quibus de jure fuerit faciendum, & per proponentes eoſdem à Domino Rege, **tanquam fidei pugile et Eccleſiæ defenſore**, ac Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & perſonis aliis Eccleſiaſticis ſupradictis, tanquam Eccleſiæ fideique columnis, petitum fuerat ac inſtanter & plenius requiſitum, ut pro declaratione veritatis hujus, ut omnis error abſcedat, ac periculis & ſcandalis quæ Eccleſiæ Univerſali imminent occurratur, convocationi & congregationi dicti Concilii Generalis ad laudem Dei nominis, & exaltationem & augmentum Catholicæ fidei, ac ſalubre regimen & bonum ſtatum Univerſalis Eccleſiæ, & totius populi Chriſtiani, opem darent & operam efficaces, quodque idem Dominus Rex, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſupradictæ, auditis & intellectis, propoſitis & ſignificatis, ac requiſitionibus ſupradictis conſiderantes, quod in hoc caſu negotium agitur fidei, quod eſt Dei, **et quod ad defenſionem, et conſervationem et exaltationem ipſius fidei, ipſe Dominus Rex collatam ſibi recepit a Domino poteſtatem** iidemque Prælati ſunt in partem ſolicitudinis

An. 30 E. 1. evocati, ſuper præmiſſis per dies multos diſcuſſione & deliberatione præhabita diligenti, ex præmiſſis & aliis legitimis cauſis moti, convocationem & congregationem Concilii Generalis utilem & omnino neceſſariam reputantes, hujus convocationi & congregationi conſenſerant & reſponderant, quod convocationi & congregationi prædictis opem & operam darent efficaciter ut deberent. Et ne dictus Dominus *B.* motus ſeu provocatus ex iis, prout timebant ex veriſimilibus conjecturis & comminationibus multis, contra eos, Eccleſias, Parochianos, & ſubditos ſuos quoquomodo procedat aut procedi faciat, ſua vel alia authoritate, excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo, deponendo, privando, aut aliàs quoviſmodo in impedimentum & perturbationem Concilii congregandi, & quin conſedere, conjudicare, & alia quæ ad officium Prælati pertinent, facere in eodem Concilio poſſent, ſalvique eorum & ſibi adhærentium ſtatus manere debeant, pro ſe, Eccleſiis, Parochianis & ſubditis ſuis, & pro ſibi adhærentibus ſeu adhærere volentibus in hac parte, ad prædictum Concilium congregandum, & ad futurum verum & legitimum Summum Pontificem, & ad illum vel ad illos, ad quem vel quos de jure fuerit appellandum, provocarunt & appellarunt in ſcriptis & Apoſtolos teſtimoniales cum inſtantia petierunt; ſupponentes ſe, Eccleſias, Parochianos, ſubditos, & ſibi adhærentes, ipſorum ſtatus, jura & bona protectioni divinæ, prædicti Concilii, ac futuri veri & legitimi Summi Pontificis, ac proteſtantes de innovando appellationem hujus ubi, quando, & coram quibus eis viſum fuerit expedire. Quare cum pro parte Domini Regis, per dictos Dominos peteretur à nobis, ut convocationi & congregationi prædicti Concilii Generalis aſſentire, ac quantum in nobis eſt opem dare & operam curaremus, & de præmiſſis nobis ac cæteris ibidem congregatis, proceſſus *Pariſius* coram Domino Rege habitos per Inſtrumenta authentica & literas diverſis ſigillis ſigillatas oſtenderint. Nos præmiſſis conſiderationibus & cauſis inducti convocationem & congregationem ipſius Concilii, utilem, neceſſariam, ſalubrem, ac expedientem fidei negotio, ac Sanctæ Dei Eccleſiæ reputantes, eidem convocationi & congregationi Concilii pro nobis & Univerſitatibus locorum prædictorum, & aliis Univerſitatibus locorum expreſſorum ſuperius & non expreſſorum Seneſchalliæ *Carcaſſon.* prædictæ, & nobis adhærentibus & adhærere volentibus, **aſſentimus et opem et operam libenter dabimus, et dare promittimus juxta poſſe, et provocationi et appellationi, ac appellationibus præfatt Domini Regis, per ipſum et quoſcunque alios ejus nomine factis, et aliorum quorumlibet ſibi adhærentium, adhæremus quantum de jure poſſumus et debemus ſecundum Deum et juſtitiam, et ut Sanctæ permittunt Canonicæ Sanctiones, ſalvis authoritate et reverentia Sedis Apoſtolicæ, Sanctæque ac Catholicæ Eccleſiæ unitate.** Et ne dictus Dominus *B.* motus ſeu provocatus ex iis, prout timemus ex veriſimilibus conjecturis & comminationibus variis factis per eum, contra nos, vel aliquem ex nobis, ſeu Univerſitatum prædictarum & aliorum quorumcunque nobis adhærentium, quoquomodo procedat vel procedi faciat, ſua vel alia authoritate quacunque excommunicando vel ſuſpendendo, interdicendo, vel alias quoquomodo in impedimentum vel turbationem congregandi Concilii, & quin aliàs ſtatus noſtri, ſalvi remaneant pro nobis & Univerſitatibus prædictis, & ſingulis hominibus ex eiſdem, & aliis nobis adhærentibus, ſeu adhærere volentibus ad præfatum ſacrum Concilium congregandum, & ad futurum verum & legitimum Summum Pontificem, & ad illum ſeu ad illos, ad quod ſeu quos de jure fuerit appellandum, provocamus & appellamus publicè in iis ſcriptis, in præſentia Tabellionum & Notariorum publicorum, aliorumque teſtium ſubſcriptorum, & Apoſtolos & literas teſtimoniales cum inſtantia petimus ab eiſdem; ſupponentes nos, Univerſitates prædictas, & ex eis ſingulos ac quoſlibet nobis adhærentes, & adhærere volentes, ſtatus noſtros & eorum fautores, & adjutores noſtros, bona & jura noſtra, & Univerſitatum prædictorum, & ſingulorum ex eis, nobiſque adhærentium & adhærere volentium in hac parte, protectioni divinæ, & beatorum *Petri* & *Pauli*, & dicti Concilii Generalis, ac Sedis Apoſtolicæ, & futuri veri & legitimi Summi Pontificis, ac proteſtantes de innovando appellationem ſeu appellationes hujus, ubi, quando, & coram quibus nobis viſum fuerit expedire. In præmiſſis enim omnibus nos conſentientes, adhærentes & appellantes prædicti, conſentimus, adhæremus & appellamus ſub modis & formis quibus Dominus Rex, **et aliæ Univerſitates regni *Franciæ* conſentientes conſenſerunt, adhæſerunt et appellaverunt.** Acta hæc fuerunt in loco prædicto,

8 Kal.

8 Kalend. *Auguſti*, Anno Domini 1303. Domino *Philippo* Dei gratia Rege *Francorum* regnante, in præſentia & teſtimonio Fratrum *Petri de Pullis* Gardiani, *Petri Rabelli*, *Johannis de Fonte*; *Rever*, *Fabri* Fratrum Minorum Conventus Domus prædictæ de *Monte Peſſulano*, Magiſtrorum *Boneti Jaca* Cur. *Magalon* Epiſcopi, *Bernardi de Ferreriis*, & *Petri de Manſo* ejuſdem Domini Epiſcopi & Domini Regis Notariorum publicorum, aliorumque plurium teſtium ad hæc ſpecialiter vocatorum, & mei *Petri de Malhaco* de *Vauro* publici Seneſcallariarum *Tholoſæ* & *Carcaſſ.* Domini Regis prædicti Notarii, qui præmiſſis interfui & requiſitus à dictis Conſulibus, Syndicis, Rectoribus & Procuratoribus hoc Inſtrumentum de prædictis recepi, ſcripſi, & meo ſequenti ſigno ſolito conſignavi. Et ego *Bonetus Jaca* Notarius publicus, *&c.* ſignum meum appoſui. Et ego *Bernardus de Ferreriis* publicus, *&c.* ſignum meum appono. Et ego *Petrus de Manſo* publicus, *&c.* ſignum meum appoſui. Sigillat. 60 ſigillis. *An.* 30 E. 1.

Thus did King *Philip*, with all the Peers, Earls, Barons, Archbiſhops, Biſhops, Abbots, Priors, Cathedrals, Clergy, Univerſiy of *Paris*, the Cities, Villages, and Commonalty of *France*, unanimouſly oppoſe, Appeal and Article againſt Pope *Boniface* the 8. his perſon, crimes, Interdicts and Excommunications, to the next General Council, in the ruffe of his Papal Pride, Tyranny, as a moſt deteſtable Heretick, Atheiſt, Symoniack, Adulterer, Sorcerer, and monſter of Impiety; and ſoon after ſeiſed, impriſoned and brought him to a ſhamefull Tragical end, the Hiſtory whereof, according to my Chronological method, I muſt referre to the beginning of the enſuing Year and Chapter.

An. 31 E. 1.

BOOK V. CHAP. V.

minus potentes, aut eciam minus idonei exiſtunt, parcere gracioſe laboribus iſta vice; tibi præcipimus firmiter injungentes, quod ſtatim viſis præſentibus, in pleno Com. tuo, & nichilominus in villis Mercatoriis & alibi per totam Ballivam tuam, ubi melius videris expedire publicè proclamari facias, Quod ipſi Prælati, Religioſi, Mulieres, et alii ad arma minus ſufficientes aut idonei qui ſerbicium ſuum nobis debent, et finem pro eodem ſerbicio nobiſcum facere boluerint, veniant coram Theſ. & Baronibus noſtris de Scaccario in Craſtino *Aſcenſionis Domini* prox. futuro, cicius ſi poſſint apud *Eborum*, vel aliquem pro ipſis Vicecomitibus ibidem mittant ad faciendum finem nobiſcum pro ſervicio ſuo prædicto, et ad eundem finem videlicet biginti libarum pro feodo unius Militis, et Abbas pro quantitate ſervicii ſui militaris vel ſerjantiæ nobis debiti in hac parte, nobis idem in eodem craſtino ſolvendo: Alioquin quod ſint ad nos in prædict. feſto *Penteco ſtes* cum equis et armis, et toto ſuo ſerbitio, ut tenentur. Et habeas ad dictum Scaccarium hoc breve in craſtino ſupradicto. Teſte Rege apud *Lann.* 17 die *April.* *An.* 31 *E.* I.

Hereupon ſundry Biſhops and Abbots made Fines to the King accordingly, as well as the Temporal Lords and Knights, as the *Roll* of thoſe Fines (as I conjecture) which I found in the White Tower, aſſures us.

Fines Epiſcoporum. In Turre Lond.

De Epiſcopo *Wigorn.* pro *tribus feodis Militum* 80 *l.* ſolvend. med. in feſto Sancti *Petri ad vincula*, & aliam in feſto Sancti *Michaelis* prox. ſequen.

De Epiſcopo *Dunolm.* pro *decem feodis*, 500 Marc.

De Epiſcopo *Ciceſtriæ* pro *duobus feodis* & *dimid.* 100. Marc. ſolvend. citra feſtum Sancti *Michaelis*.

De Epiſcopo *Sarum* pro *tribus feodis* & *dimid.* 116 *l.* 13 *s.* 4 *d.* fecit ſervitium pro *uno feodo* et *dimid.*

De Epiſcopo *Lincoln.* pro *quinque feodis*, 250 Marc.

De Epiſcopo *London.* pro *quinque feodis*, 250 Marc.

De Epiſcopo *Norwic.* pro *quinque feodis*, 250 Marc.

Fines Abbatium.

Sutht. De Abbate de *Hyda Wynton.* pro *tribus feodis Militum* 100 *l.* ſolvend. citra feſtum Sancti *Michaelis*, per manus Cuſtodum Epiſcopatus *Wynton.*

Hunt. De Abbate de *Rameſey* pro *quatnor feod. Militum* 200 Marc. ſolvend. unam medietat. in feſto Sancti *Petri ad vincula*, & alteram medietatem in feſt. Sancti *Michaelis*.

Suff. De Abbate Sancti *Edmundi* pro *ſex feodis*, 300 Marc.

Dorſ. De Abbate de *Shireburne* pro *duobus feodis*, 80 Marc.

Northt. De Abbate de *Burgo Sancti Petri*, pro *quinque feodis*, 250 Marc.

Wygorn. De Abbate de *Perſore*, pro *uno feodo*, 40 Marc.

Devon. De Abbate de *Taviſtoke* pro *uno feodo* 50 Marc. ſolvend. in feſto Sancti *Michaelis*.

Norff. De Abbate Sancti *Benedicti de Holme* pro *duobus feodis* et *dimid.* 125 Marc. ſolvend. in feſtum Sancti *Michaelis*.

Dorſ. De Abbatiſſa *Shafton* pro *tribus feodis*, 150 Marc.
De Abbate de *Abbotesbur.* pro *uno feodo* 50 Marc.

Somerſ. De Abbite *Glaſton.* pro *tribus feodis* 100 *l.*

Warr. De Priore de *Coventr.* pro *quatuor feodis*, 200 Marc.

The King this year wanting monies for the great affairs of the kingdom and his wars, after all other means uſed to raiſe it, iſſued theſe Writs to the Aſſeſſors, Collectors, and Sheriffs of ſeveral Counties, for the taxing and levying of the Quindiſme formerly granted to him on the temporal goods of the Archbiſhops of *Canterbury* and Clergy of his Province, which he had twice reſpited at the Archbiſhops requeſts, but could now no longer forbear to levy.

Rot. Fin. An. 31 E. m. 11. De Quintadecima de bonis temporal. Cleri levandis.

REX Taxatoribus & Collectoribus Quintædecimæ in Com. *Kanc.* ſalutem. Licet nuper ad inſtanciam venerabilis patris *R. Cantuar.* Archiepiſcopi totius *Angliæ* Primatis, & Cleri regni noſtri, Vobis mandaverimus, quod levacioni et collectioni Quintædecimæ prædictæ de bonis temporalibus prædictorum Archiepiſcopi et Cleri

An. 31 E.1. **Cleri in Com. prædicto supersederetis**, usque ad diem Sancti *Michaelis* anno Regni Tricesimo, & postmodum ad iteratam requisicionem eorum Archiepiscopi, et Cleri, vobis iterato mandaverimus, **quod lebationi et collectioni ejusdem Quintædecimæ de prædictis bonis temporalibus ipsorum Archiepiscopi et Cleri in eodem Comitatu supersederetis, usque ad festum *Paschæ* proxi. præteritum; Quia tamen pro quibusdam arduis et urgentibus negotiis, nos et statum nostrum, necnon defensionem et salbacionem regni nostri tangentibus, lebacionem et collectionem dictæ Quintædecimæ non possumus ulterius prorogare;** Vobis mandamus firmiter injungentes, quod dictam Quintamdecimam de bonis temporalibus prædictorum Archiepiscopi et Cleri in Com. prædicto, sine dilatione qualibet levetis et colligatis, juxta formam vobis prius inde liberatam; ita quod nobis inde plenè respondeatis ad Scaccarium nostrum in Octabis Sanctæ *Trinitatis* prox. futur. ad ultimum. Et hoc sicut nos & defensionem ac salvationem regni nostri diligitis, dampnumque vestrum vitare volueritis, nullatenus omittatis. Ne per vestri defectum, quod absit, in hac parte negocia prædicti nobis incumbencia hiis diebus infecta remancant quoquo modo, per quod ad vos & vestra graviter capere debeamus; et habeatis ibi tunc hoc breve; Scientes, quod si dictam Quintamdecimam non feceritis in forma prædicta colligi & levari, ac eam nobis in Octabis prædictis non solveritis, ut prædictum est, tunc eam de terris, bonis & catallis vestris sine dilatione aliqua levari faciemus. Teste Rege apud *Lanum* 16 die *April.* Et Taxatores & Collectores dictæ Quintædecimæ in Com. *Warr. Leyc. Nott. Derb. Lanc. Linc. Eborum, Westmerl. Cumbr. Northumbr.* respondeant in crastino Sanctæ *Trinitatis.*

Ibidem. REX Vic. *Kanc.* salutem. Cum nuper ad instanciam, &c. *ut supra, usque* ulterius prorogare, mandaverimus prædictis Taxatoribus & Collectoribus, quod dictam Quintamdecimam de bonis temporalibus prædictorum Archiepiscopi & Cleri in Com. prædicto sine dilatione qualibet colligi faciant et levari, juxta formam eis prius inde liberatam; ita quod nobis inde plenè respondeant ad Scaccarium nostrum in Octabis Sanctæ *Trinitatis* prox. futur. ad ultimum; Tibi præcipimus firmiter injungentes, quod præfatis Taxatoribus et Collectoribus ad prædictam Quintamdecimam in forma prædicta colligendam & levandam sis intendes, consulens & auxilians quociens opus fuerit, et ab ipsis ex parte nostra fueris requisitus. Et hoc sicut nos et defensionem ac salvacionem regni nostri diligis, damnumque tuum grave, et indignacionem nostram vitare volueris non omittas. Sciens pro certo, quod si in te defectus aliquis inveniatur quo minus de dicta Quintadecima nobis ad diem prædictum respondeatur, ad te et tua graviter capiemus, dictamque Quintamdecimam de terris, bonis et catallis tuis ubicunque fuerint levari faciemus. Teste Rege apud *Lanum* 16 die *Aprilis.*

Consimiles literæ diriguntur singulis Vicecomitibus per *Angliam.*

Ibid. m. 8. intus. Pro R. Episcopo London. ac Magistro Barth. de Ferentino Collectoribus Decimæ. REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod nos pro arduis negociis Nos & regnum nostrum tangentibus, recepimus et habuimus **nomine mutui à** venerabili patre *R.* eadem gratia Episcopo *London.* **Collectore Decimæ per sanctissimum Patrem Dominum *Bonifacium* Papam octabum, in regno *Angliæ* in subsidium Ecclesiæ *Romanæ* per tres annos impositæ, una cum Magistro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* deputato, & Magistro *Johanne Bonichi* de *Senys* ejusdem Magistri *Bartholomæi* Commissario, duo millia librarum sterlingorum de pecunia dictæ Decimæ,** per manus dilecti Clerici nostri *Johannis de Drokenesford,* Custodis Garderobæ nostræ; Quæ quidem duo millia librarum sterlingorum eisdem Episcopo, *Bartholomæo,* vel *Johanni, London.* in festo beati *Michaelis* proximo futuro solvere promittimus per præsentes; Et si fortè accidente impedimento non solverimus in dicto festo totam pecuniam supradictam; promittimus sicut prius, **quod ipsam plenam allocabimus Collectoribus prædictis in parte dictæ Decimæ quæ ad Nos pertinet ex concessione dicti Domini Papæ, et ipsis Collectoribus plenam inde acquietanciam facimus, non obstantibus assignationibus vel mandatis de dicta Decima per nos prius factis eisdem vel personis aliis quibuscunque.** In cujus, &c. Teste Rege apud *Clacmanan.* 14 die *Jun.*

An, 31 E. I.

REX venerabili in Chriſto patri *R.* eadem gratia Epiſcopo, & Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* **Collectoribus Decimæ in Subſidium *Romanæ* Eccleſiæ per Dominum *Bonifacium* divina prȝovidencia Papam octavum per tres annos in regno noſtro impoſitæ, ſalutem.** Licet nuper per noſtras patentes literas conceſſerimus et aſſignaverimus quibuſdam Nobilibus & aliis de terra noſtra *Vaſconiæ* in partem ſatisfactionis debitorum in quibus tenebamur eiſdem, totum id quod de prædicta Decima triennali per duos annos ultimos ad nos poterit et debebit **ex liberalitate ſedis Apoſtolicæ pertinere,** prout in literis noſtris prædictis inde confectis plenius continetur. Volentes tamen **prȝo quibuſdam arduis noſtris negotiis** quæ noviter emerſerunt, quoſdam Nobiles & alios de dicta terra noſtra *Vaſconiæ* ad partes ſuas celeriter deſtinare; Vobis mandamus, **quod tria millia Marcarum de eo quod ad nos pertinere dinoſcitur, de prȝæfata Decima, de duobus annis prȝædictis, non obſtante aſſignacione vel conceſſione qualicumque per nos de prȝæſata Decima in toto vel in parte ſolvenda,** præfatis *Vaſconibus* vel aliis perſonis quibuſlibet prius facta, dilecto Clerico noſtro *Johanni de Drokenesford* Cuſtodi Garderobæ noſtræ abſque omni dilacionis incommodo liberetis, quam quidem pecuniæ ſummam præfatis Nobilibus & aliis ad partes prædictas transfretantibus pro expenſis ſuis, et in partem ſolucionis debitorum in quibus adhuc tenemur eiſdem, per prædictum *Johannem* volumus liberari. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Wyndeſor.* 6. die *Febr.*

Pat 31 E 1. m. 37. De pecunia de Decima liberanda Johanni de Drokeneſford Cuſtodi Garderobæ Regis.

REX Omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod nos pro quibuſdam arduis negociis noſtris quæ noviter emerſerunt, recepiſſe à venerabili patre *R.* Epiſcopo, et Magiſtro *Bartholomæo Ferentino* Canonico *London*, **Collectoribus Decimæ in ſubſidium *Romanæ* Eccleſiæ per Dominum *Bonifacium* divina prȝovidencia Papam octavum per tres annos in regno noſtro impoſitæ,** per manus dilecti Clerici noſtri *Johannis de Drokenesford* Cuſtodis Garderobæ noſtræ, **tria millia marcarum in partem ſolucionis dictæ Decimæ, nos de duobus annis ultimis dicti triennii contingentis.** De qua pecuniæ ſumma præfatos Epiſcopum & *Bartholomæum* tenore præſencium quietamus, non obſtante aſſignacione vel conceſſione qualicunque per nos de præfata Decima in toto vel in parte ſolvenda perſonis quibuſlibet prius facta. In cujus, &c. Teſte Rege ut ſupra.

Ibidem Pro Collectoribus Decimæ.

This year the King having collected a vaſt ſumme of money to carry on his Wars againſt the *Scots*, and laid it up in his Treaſury at *Weſtminſter*, his Treaſury was broken up in the night, and *one hundred thouſand pounds* in money, beſides Plate and Jewels, ſtoln out of it by the *Abbot and Monks of *Weſtminſter*, and other their confederates; who were then ſuſpected, accuſed, indicted thereof, and thereupon committed priſoners to the Tower of *London*; who afterwards petitioning the King, that they were falſly and maliciouſly accuſed of this fact, deſired the truth thereof might be inquired, and ſpeedy juſtice done thereupon; the Hiſtory whereof and proceedings thereupon are thus recorded in the Records in the Tower.

* See Cooks 4 Inſtit. p. 112.

REX dilectis & fidelibus ſuis *Radulpho de Sandwico*, *Waltero de Glouceſtria*, *Johanni de Banqnelle*, & *Rogero de Suthcotes*, ſalutem. Quia ex teſtimonio fidedignorum accepimus, quod quidam malefactores & pacis noſtræ perturbatores **Theſaurariam noſtram infra Abbatiam *Weſtm.* vi et armis fregerunt, et magnam partem Theſauri noſtri in eadem Theſararia inventam ceperunt et aſpȝortaverunt, et alia enoȝmia nobis ibidem intulerunt, in noſtri contemptum manifeſtum, et dampnum inæſtimabile, et contra pacem noſtram. Nos ſuper tam enoȝmi facto congruum et feſtinum remedium fieri volentes,** aſſignavimus vos ad inquirendum per ſacramentum tàm Militum quàm aliorum proborum & legalium hominum de Civitate noſtra *London.* quam etiam de Com. noſtro *Midd.* & *Surr.* per quos rei veritas melius ſciri poterit, qui ſunt illi malefactores & eis conſentientes, conſilium & auxilium in præmiſſis præſtantes, & ipſorum malefactorum ſcienter receptores, & ad quorũ vel cujus manus prædictus Theſaurus vel partem ejus devenit, & in quorum vel in cujus manibus nunc exiſtit, & cujuſmodi Theſaurus ſic aſportatus fuerit & cujus precii, & de omnibus aliis circumſtanciis factum illud qualitercunque

Pat. 31 E 1. m. 23. dorſ. De inquirend. de Theſauraria Regis fracta.

An. 31 *E.* I. cunque contingentibus plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos, &c. inquisitionem illam faciatis, & omnes illos quos per inquisitionem illam culpabiles de facto illo consilio vel auxilio, seu de ipsorum malefactorum receptamento inveniri contigerit, sine dilatione arestari, & in prisona nostra salvo & securè custodiri faciatis, donec aliud inde præceperimus, **et Thesaurum quem in manibus hujusmodi malefactorum inveniri contigerit, in certo et securo loco poni faciatis, ita quod nobis inde respondere possitis ad mandatum nostrum.** Mandavimus enim Vicecomitibus nostris *London.* & Com. *Midd.* & *Surr.* prædictorum, quod ad certos, &c. venire faciant coram vobis tot & tales tàm Milites quàm alios, &c. de Ballivis suis, per quos, &c. In cujus, &c. Teste Rege apud *Lynlisc* 6 die *Junii.*

Pat. 31 E 1. m. 13. dorso. De Abbate & Monachis Westm. indictatis de thesauro Regis.

REX dilectis & fidelibus suis *Rogero Brabazon, Willielmo de Bereford, Rogero de Hegham, Radulpho de Sandwico,* & *Waltero de Glouceſtria,* salutem. Cum *Walterus* Abbas *Westm.* Frater *Alex. de Persshore,* Frater *Rogerus de Bures,* Frater *Radulphus de Morton,* Frater *Thomas de Dene,* Frater *Adam de Warefeld,* Frater *Johannes de Butterle,* Frater *Johannes de Nortele,* Frater *Robertus de Cherring,* Frater *Johannes de Salop,* Frater *Thomas de Lichefeld,* Frater *Simon de Henle,* Frater *Walterus de Arkesden,* Frater *Willielmus de Chalk,* Frater *Robertus de Bures,* Frater *Richardus de Sudbur,* Frater *Henr. atte Rye,* Frater *Adam de Latham,* Frater *Johannes de Lond.* Frater *Johannes de Wynteneye,* Frater *Radulphus de Middleton,* Frater *Richardus de Cubeworth,* Frater *Rogerus de Aldenham,* Frater *Johannes de Wanetinge,* Frater *Willielmus de Breybrok,* Frater *Robertus de Reding,* Frater *Petrus de la Croiz,* Frater *Henr. Payn,* Frater *Henr. de Birchesston,* Frater *Philippus de Sutton,* Frater *Guido de Asshewelle,* Frater *Willielmus de Kertlinton,* Frater *Thomas de Woburne,* Frater *Willielmus de Glaston.* Frater *Johannes de Wigorn.* Frater *Robertus Bede,* Frater *Willielmus de Almaly,* Frater *Johannes de Ringstede,* Frater *Willielmus de Huntingdon,* Frater *Laur. de Beamflet,* Frater *Alex. de Neuport,* Frater *Jordanus de Wretting,* Frater *Reginaldus de Haldham,* Frater *Reymundus de Wenlok,* Frater *Richardus de Waltham,* Frater *Richardus de Finelore,* Frater *Henr. del Temple,* Frater *Henr. de Wanetinge,* & Frater *Johannes de Wenlok,* Commonachi ejusdem Domus; *Geronimus de Sancto Egidio, Rogerus de Presthepe, Walterus de Echelesford, Rogerus de Wenlok, Hamo de Wenlok, Adam le Skynnere, Johannes Sharp, Richardus Smart, Johannes de Sancto Albano, Johannes de Lanton, Johannes de Lalham, Henr. le Ken, Richardus de Weston, Richardus le Brazun, Thomas de Knyghtebrigge, Galfridus del Celer, Radulphus de Ditton, Radulphus de Huntindon, Johannes de Sudbur, Richardus de Hurle, Joceus de Cornub. Galfridus de Kanc. Johannes de Exon. Richardus del Ewe, Johannes del Bratyn, Johannes de Beamflet, Robertus le Potter, Petrus le Monner, Rogerus le Orfeure, Robertus Bolthed, Maur. Morel,* & *Godinus de Lombith,* **de fractione Thesaurariæ nostræ apud** *Westm.* **nuper furtive facta, et Thesauro nostro ibidem ad valentiam Centum Millium Librarum capto et asportato indictati, et ea occasione in prisona nostra Turris nostræ** *London.* **detenti, asseruerint se inde falso et maliciose indictatos fuisse,** & nobis attentè supplicaverint, quod veritatem inde inquiri, & eis plenam & celerem justitiam exhiberi faciamus, assignavimus vos Justic. nostros ad inquirendum per sacramentum tàm Militum quàm aliorum, &c. de Comitatibus *Midd.* & *Surr.* per quos, &c. super negotio prædicto plenius veritatem, & ad negotium illud audiendum & terminandum secundum legem, &c. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos, &c. præmissa expleatis in forma prædicta, facturi inde, &c. salvis, &c. Mandavimus enim Vicecomitibus nostris Comitatuum prædictorum, quod ad certos, &c. venire faciant coram vobis tot & tales tàm Milites quàm alios, &c. per quos, &c. In cujus, &c. Teste Rege apud *Kynlos* 10 die *Octobris.*

Per breve de Privato Sigillo.

Pat. 31 E. I. m. 9. dorso De inquirend. de Thesauraria Regis fracta.

REX dilectis & fidelibus suis *Rogero Brabazon, Willielmo de Bereford, Rogero de Hegham, Radulpho de Sandwico,* & *Waltero de Glouc.* Sciatis quod assignavimus vos Justic. nostros ad inquirendum per sacramentum tàm Militum quàm aliorum, &c. de Civitate nostra *London.* & Comitatibus *Midd.* & *Surr.* per quos, &c. qui malefactores, **nuper furtive thesaurariam nostram apud** *Westm.* **noctanter fregerun**

fregerunt, et theſaurum noſtrum in eadem Theſauraria inventum ad valenciam centum milium librarum ceperunt et aſportaberunt, et alia enormia ineſtimabilia nobis ibidem intulerunt, in noſtri contemptum manifeſtum et diſpendium non modicum, et contra pacem noſtram, & ad negocium illud aud. & terminand. ſecundum legem, &c. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos, &c. inquiſitionem illam capiatis, et negocium illud andiatis et terminetis in forma prædicta, facturi inde &c. ſalvis, &c. Mandavimus enim Vicecomitibus noſtris *London.* et Comitatuum *Midd.* & *Surr.* quod ad certos, &c. venire faciant coram vobis, tàm Milites quàm alios, &c. de Civitate et Comitatibus *Midd.* & *Surr.* prædictis per quos, &c. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Kynlos*, 10. die *Novembris*. *An.* 31 E. 1.

Upon this Inquiſition I found a particular Roll in the *White Tower*, of many Witneſſes examined upon Oath, who atteſted that they ſaw ſundry of thoſe Monks and other perſons in the night time paſſing often times to and from the Kings Treaſury within the Abby, carrying ſome things in their arms and laps; that they ſent and conveyed away by water great hampers which were very heavy, wherein they conceived the Kings money and plate were conveyed away, and ſome peeces of the Kings Plate and Jewels were found and ſeiſed in *London* and elſewhere; whereupon the Monks were long detained in priſon, till afterwards releaſed by the Kings ſpecial command, when he repaired to *Weſtminſter* to render thanks to God for his Victory over the *Scots* upon his victorious return from *Scotland*.

Matthew Weſtminſter a Monk of that Abby, ſomewhat abruptly relates the ſtory of this robbery of the Kings Treaſury, and impriſonment of ten Monks only for it (when as it appears by the Record that 48 of them, with the Abbot, were impriſoned and indicted for it) in favour to the Monks; together with their enlargement out of priſon by the Kings reiterated command, the Judges being unwilling, and denying to releaſe them, becauſe they reputed them more criminal than this Hiſtorian renders them. * *Spoliatus fuit Rex* Angliæ Edwardus *de Theſauro ſuo per unicum latronem in* Anglia, propter quod decem Monachi Weſtmonaſterienſes fuerunt incarcerati cum injuria. *Non ſufficit dixiſſe, Præſumptuoſſimus latro per ſe Theſaurariam Domini Regis* Angliæ *ſubintravit, niſi modus & forma ſubnectatur. Rurſumque cogitatio hominis ſemper eſt ad malum quam ad bonum propenſior, cum auditur* 10. *Monachorum incarceratio pro Theſauris Regis* Angliæ, *ſubrepit ſtatim iniqua ſuſpitionis cogitatio. At cum non declaratur eorum innocentia, auditor congaudet contumeliis nec opprobriis deſinit inſultare. Ad hoc filii qui naſcentur, et exurgent, niſi ſuper his fiat declaratio, ac aut deſidiæ vel inertiæ illos, qui tunc erant, arguent, vel quod formidoloſius eſt ad dicendum; in omittendo cauſam æſtimabant eos facti culpabiles extitiſſe. Ad hoc ſubeſt alia declarandæ incarcerationis neceſſaria ratio. Qui in rerum natura cum hæc fierent, nondum erant cum diſcipulis Jeſu, quando tentabatur à Diabolo, & poſt multas & varias tribulationum preſſuras demum à Domino viſitatis. Poſt multas retro generationes naſcituras, forſitan eſt dicturus in Regis Annalibus continetur* 10 Monachos pro Theſauraria ſua incarceratos fuiſſe. *Hoc nomen horroris eſt, nomen ſuſpicor ſtatim malum. Cum enim incarceratur quiſpiam, hoc inde convitium, aut ergo inobediens juſſis Principum, aut tranſgreſſor Regiæ Pacis, erat hæc reſponſio. O* Didime, *ſuper te conqueritur vox Eccleſiæ. Infer digitum tuum huc, & cognoſce loca clavorum, & noli eſſe incredulus, & maliloquus cum falſiloquis, ſed fidelis. Oſtendam tibi ſummatim, & aliis maliloquis ſuperbiæ tuæ, ad præterita falcanda * in properia, modum & formam ſpoliationis Domini Papæ in unica lectione. Nec non loca clavorum & foſſuram lateris muralis in Theſauraria Regis* Angliæ, *atque cauſam incarcerationis cum moleſtiis*, quæ exinde Monachis illius loci per viros Diabolicos perbenerunt, *poſteris manifeſtiſſimè derelinquam. Quæ tamen hic omittuntur, quia in præſenti Codice nimis prolixum eſſet inſerere:* * *Anno Gratiæ* 1305. *ad Annunciationem Dominicam aderat Rex* Edwardus *cum Magnatibus Populi ſui apud* Weſtmonaſterium *acturus Deo Gratias, & beato* Edwardo, *pro triumpho de* Scotis *potito.* Compaſſuſque ſuper injuſta incarceratione Monachorum Weſtmonaſt. juſſit mox fieri liberationem eorum; ſed ſuperabundante perverſorum judicum malitia, prolongantium iniquitatem ſuam, ultra præceptum Regis tenuerunt per octo dies Monachos in Carcere. *Quo audito*, præcepit Rex Juſticiariis ſuis ut omiſſis cæteris curis, incarcerati Monachi eorum Abbati continuo redderentur.

* Anno 1303. P. 442, 443.

* *impropria.*

* Anno 1305. P. 449.

The

An. 31 E. 1. The King wanting monies to supply his occasions, by Writs directed to the Mayor and Sheriffs of *London*, commanded them to seise so much of the monies of *Blanch* Queen of *Navarre* deposited in the house of the *Freers Minorits* in *London*, as would satisfie his debt, after her decease, as these Records will at large inform us.

Pat. 31 E 1. m. 40. Pro Radulpho de Shepeye, quondam Receptore Blanchiæ Reginæ Navarr.

REX dilecto sibi *Radulpho de Shepeye* quondam Receptori bonæ memoriæ *Blanchiæ* tunc Reginæ *Navarr.* quæ fuit uxor *Edmundi* fratris nostri jam defunctæ salutem. Quia præfata Regina in mille quingentis sexaginta & sex libris, tresdecim solidis, & quatuor denariis, quos ei diu ante mortem suam de præstito fecimus liberari nobis die quo obiit, ut recolimus tenebatur; Et nos pro urgentibus et arduis negotiis nos et totum regnum nostrum contingentibus quæ de novo emerserunt, pecuniam ad præsens plurimum indigemus, de denariis ipsius defunctæ quos in domo fratrum Minorum *London.* novimus per vos nomine ejusdem Reginæ depositis fuisse, usque ad summam prædictam per *Hugonem de Pourte* et *Simonem de Parys* Vicecomites nostros *London.* ad opus nostrum ex causis prædictis capi fecimus et numerari. Volentes & tenore præsencium concedentes, quod facta inter nos & executores testamenti dictæ Reginæ inde legali computacione, prædictam pecuniæ summam vel partem ejusdem, quatenus per compotum illum invenire contigerit, quod ad restitucionem ejusdem in toto vel in parte teneamur, restitui faciemus: Quod autem facere & eciam vos indempnes super hoc versus executores prædictos & alios quoscumque conservare promittimus bona fide. In cujus, &c. Teste Rege apud *Guldeford.* 19 die *Jan.*

Ibid. Pro Gardiano Fratrum Minorum Lond.

REX dilecto sibi in Christo fratri *Thomæ de Whapelad* Gardiano fratrum Minorum *London.* salutem. Quia bonæ memoriæ *Blanchia* quondam Regina *Navarr.* quæ fuit uxor *Edmundi* fratris nostri nuper defuncta, in mille quingentis sexaginta et sex libris, tresdecim solidis, et quatuor denariis, quos ei diu ante mortem suam de præstito fecimus liberari, nobis die quo obiit ut recolimus tenebatur, & nos pro urgentibus et arduis negotiis nos et totum regnum nostrum contingentibus quæ de novo emerserunt pecunia ad præsens plurimum indigemus, de denariis ipsius defunctæ, quos in domo vestra prædicta novimus nomine ejusdem Reginæ depositos fuisse, usque ad summam prædictam per *Hugonem Pourte* & *Simonem de Parys* Vicecomites nostros *London.* ad opus nostrum ex causis prædictis capi fecimus & numerari. Volentes et tenore præsentium concedentes, quod facta inter nos & executores testamenti dictæ Reginæ inde legali computacione, prædictam pecuniæ summam vel partem ejusdem quatenus per compotum illum inveniri contigerit, quod ad restitucionem ejusdem in toto vel in parte teneamur, restitui faciemus. Quod autem facere et eciam vos ac ordinem vestrum indempnes super hoc versus executores prædictos et alios quoscumque conservare promittimus bona fide. In cujus rei Testimonium has literas nostras vobis fieri fecimus patentes. Teste ut supra.

Ibid De denariis Blanch. quondam Reginæ Navarr. cap. ad opus Regis.

REX dilectis & fidelibus suis *Johanni de Blund* Majori, & *Hugoni Pourt* & *Simoni de Parys* Vicecomitibus suis *London.* salutem. Quia pro quibusdam arduis nostris et regni nostri negotiis, necnon pro defensione ipsius regni contra inimicos nostros invasores ejusdem, pecunia ad præsens plurimus indigemus, assignavimus vos ad duo millia Marcarum de denariis bonæ memoriæ *Blanchiæ* quondam Reginæ *Navarr.* quæ *Radulphus de Shepye* nuper Receptor denariorum ipsius Reginæ in domo fratrum Minorum *London.* nomine ejusdem Reginæ deposuerat, ad opus nostrum capienda, & dilecto Clerico nostro *Johanni de Drokenesford* Custodi Garderobæ nostræ liberanda, & ad quædam jocalia nostra præcii duorum milium, centum sexaginta & trium librarum, sex solidorum, & octo denariorum, una cum una parte cujusdam Indenturæ inde factæ, cujus altera pars remanet in Garderoba nostra prædicta, quæ vobis per præfatum Clericum nostrum mittimus in Ecclesia fratrum prædictorum in depositio, in nomine pignoris pro prædicta pecunia ad securitatem prædicti *Radulphi* deponenda. Et ideo vobis mandamus, quod ad domum fratrum prædictorum personaliter accedentes pecuniam prædictam ad opus nostrum capiatis, et præfato Clerico nostro liberetis, et jocalia nostra prædicta una cum alia parte Indenturæ prædictæ, et eciam literas nostras patentes, quas similiter pro securitate

ſecuritate præfati *Radulphi* factas vobis mittimus, ibidem deponatis cuſtodienda *An.* 31 *E.* 1.
juxta tenorem literarum noſtrarum patencium prædictarum. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Guldeford* 20 die *Januarii.*

The King having borrowed 2000 *l.* of the 3. years *Diſme* impoſed by Pope *Boniface* for the uſe of the Church of *Rome*, paid into his Wardrobe by the Treaſurers and Collectors, iſſued this Patent for repayment or diſcharge thereof, notwithſtanding all former aſſignations thereof made to the *Gaſcoigners* or any others.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod Nos pro arduis negotiis Nos & regnum noſtrum tangentibus, nomine mutui recepimus et habuimus à venerabili Patre *R. London.* Epiſcopo, Collectore Decimæ Clero *Angliæ* per Dominum *Bonifacium* Papam 8. in ſubſidium *Romanæ* Eccleſiæ per tres annos impoſitæ, unà cum Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* per ipſum Dominum Papam deputato, & Magiſtro *Johanne de Bonichi de Senis* ejuſdem Magiſtri *Bartholomæi* Commiſſar. duo millia librarum ſterlingorum de pecunia dictæ Decimæ de duobus annis ultimis impoſitionis ejuſdem, per manus dilecti Clerici noſtri *Johannis de Drokenesford* Cuſtodis Garderobæ noſtræ; quæ quidem duo millia Librarum eiſdem Epiſcopo & *Bartholomæo* vel *Johanni* in feſto *Paſchæ* prox futur. *London.* reddere & ſolvere promittimus, vel ſaltem eis debitam allocationem in parte quæ ad nos de dicta Decima pertinet ex conceſſione dicti Domini Papæ, et plena acquietantia inde fieri faciemus; non obſtantibus aliquibus mandatis eiſdem Collectoribus per nos prius directis, vel aſſignationibus *Vaſconenſibus*, aut perſonis aliis quibuſcunque de dicta Decima per nos factis. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Camskmell* primo die *Novembris.* *Per Literam* J. de Drokenesford. Pat. 31 E 1. m. 10. Pro Collectoribus Decimæ.

Pope *Boniface* the 8. out of his bounty and good affection to King *Edward*, to ſupply his neceſſities occaſioned by his Warrs, granted him all the moneys collected for the Ayde of the *Holy Land* he had formerly ſeiſed, together with all the arrears uncollected, and all the monyes he had unduly levyed from the Clergy, ſo as he or his Son would in convenient time ayde and aſſiſt the *Holy Land* to their power, by this memorable Bull; by virtue whereof the King covenanted to ſecure the Collectors and Subcollectors thereof and their Churches againſt the Pope and his Nuncioes, commanding them to deliver up the Obligations of the Merchants and Abbots who were bound as his Sureties to repay it upon demand to the Pope and Church of *Rome*, by this Patent.

Bonifacius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio *Edwardo* Regi *Angliæ* illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Celſitudinis tuæ conditiones ac merita, et devocionis affectum quem ad Deum et Apoſtolicam ſedem, ac Terram ſanctam hactenus habuiſti, ac te habere ſperamus et confidimus in futurum, benigna conſideracione penſantes, ac attendentes quod moderni malicia temporis te ſumptibus plurimis ac laboribus et anguſtiis aggrabavit, pia meditatione prævidimus ad te ſuper hoc animum compaſſionis extendere, ac tuæ provido ſaluti Apoſtolicæ ſedis munificenciam tibi ſuper hiis reddere gracioſam: Ut igitur noſtræ benignitatis affectum percipias in effectu, totum et quicquid de quibuſcumque Decimis in quibuſcumque regnis, locis, et partibus, et quibuſcumque temporibus olim per Apoſtolicam ſedem in prædictæ Terræ Sanctæ ſubſidium deputatis per te, vel alium ſeu alios uſque in hodiernum diem percepiſti, vel ad te pervenit, tibi auctoritate Apoſtolica de noſtra gracia remittimus et donamus. Cæterum quia occaſione guerrarum, turbacionum et ſcandalorum quæ tibi et regno tuo inſurrexiſſe, tu compulſus indigencia et neceſſitate coactus, Eccleſias et perſonas Eccleſiaſticas dicti regni per impoſitiones et exactiones illicitas forſitan aggrabaſti. Nos attendentes quod tu jam declinas ad ſenium, & propterea ſaluti tuæ ſuper hiis providere ſalubriter intendentes, totum et quicquid per impoſitiones et exactiones hujuſmodi per te, vel alium ſeu alios percepiſti, vel ad te inde pervenit, eadem tibi auctoritate Apoſtolica Dei gratia remittimus et concedimus, et ampliori gratia abſolventes te auctoritate præfata a qualibet excommunicationis ſententia, ſi quam propterea incurriſti. Tu itaque fili benignitatem noſtram devotâ mente reſpiciens, ac mentem Pat. 31 E 1. m. 37. intus.

&

An. 31 E. 1. & oculos erigens reverenter ad Deum, erga prædictam Terram Sanctam ſuper hiis ſic te liberalem exhibeas, ſicque Deo et Eccleſiæ matri tuæ te gratum et devotum intentis ſtudiis repræſentes quod dignis attolli laudibus merearis. Dat *Laterani* 4. Id. *Marcii.* Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Ex tenore & virtute literarum earundem manifeſtè conſtat, quod decem millia librarum quæ bonæ memoriæ *Edmundus* quondam Comes *Leyc.* germanus noſter pro quibuſdam arduis noſtris & regni noſtri negotiis tunc in *Vaſconia* & alibi ex injunctione & mandato noſtro ſpeciali expediendis, & venerabilibus patribus *J. Wynton.* & *O. Linc.* Epiſcopis dudum Collectoribus Decimæ per ſex annos in ſubſidium Terræ Sanctæ in regno noſtro conceſſæ, per Dominum Summum Pontificem deputatis, de præcepto noſtro nomineque noſtro recepit; ad cujus pecuniæ ſolucionem, dictis patribus vel eis in dictæ Collectionis officio ſuccedentibus faciendam, dictus Comes per ſuas, & pro eodem Comite Mercatores de Societate *Pullicum* & *Rembertinorum* de *Florencia* per iſorum literas ſe obligarunt. Noſque poſtmodum literas noſtras de indempnitate, tàm fratri noſtro & Mercatoribus quàm eciam Collectoribus memoratis, in munificentia ſedis Apoſtolicæ ut præmittitur nobis facta, tanquam ad opus noſtrum capta et in utilitatem regni noſtri converſa, ſine dubitacione qualibet includuntur; Propter quod dilectis nobis in Chriſto Abbati de *Waltham* & Decano Sancti *Pauli London.* in dictæ Decimæ collectione prædictis patribus ſubrogatis pluries mandaverimus, & ipſis ſub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poſſent in regno noſtro præceperimus, quod ipſi ponderatis præcepto literiſque noſtris de indempnitate, ac munificencia Domini Summi Pontificis ſuprædictis, & eciam periculo quod nobis & hæredibus ac executoribus teſtamenti prædicti fratris noſtri, niſi dictæ literæ celerius reſtituerentur, poſſet de facili evenire, dictas literas obligatorias, & ſimiliter literas noſtras de indempnitate præfatis Collectoribus ut præmittitur factas, quæ penes eoſdem Abbatem & Decanum reſidebant, nobis abſque cujuſlibet difficultatis obſtaculo exhiberent & reſtituerent indilatè; Quibus quidem literis nobis tandem per hujuſmodi præceptum noſtrum exhibitis, ipſas literas tanquam ſpecialiter nos tangentes ratione dictæ pecuniæ ſummæ in prædicti Domini Papæ munificencia, ut prædictum eſt incluſæ, duximus retinendas, non obſtante proteſtacione per prædictos Abbatem & Decanum prius emiſſa de illis literis rehabendis, quas ut aſſerebant, ad inſpiciendum nobis tantummodo tradiderunt. Ne igitur iidem Abbas & Decanus vel eorum Eccleſiæ dampnum vel periculum aliquod incurrant impoſterum ex hac cauſa, promittimus pro nobis et hæredibus noſtris eoſdem Abbatem et Decanum et eorum Eccleſias, verſus Dominum Papam ac alios quoſcumque ſuper retencione literarum prædictarum indempnes penitus conſervare. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Langele*, 11 die *Februarii.* duppl. *Per Conſilium.*

☞ The monies due upon ſome of theſe Bonds being formerly paid to the Popes Collectors; the King took care to ſee them ſatisfied, as this Patent to the Vicar and Covent of *Merton* informs us.

Pat. 31 E 1. m. 33. vel 34. intus.

REX Omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes ſigillo Scaccarii noſtri conſignatas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem; Sciatis quod pro illis quingentis libris quas pro quibuſdam arduis & ſpecialibus negociis nos et regnum noſtrum *Angliæ* contingentibus viceſimo quinto die *Aprilis*, anno regni noſtri quartodecimo, mutuo recepimus de Priore & Conventu de *Merton.* de denariis penes eoſdem Priorem et Conventum in Prioratu prædicto in depoſito exiſtentibus, de pecunia Decimæ a Clero regni noſtri in ſubſidium Terræ Sanctæ dudum conceſſæ, et de quibus quingentis libris iidem Prior et Conventus literas noſtras patentes quas eiſdem Priori et Conventui fieri fecimus, per quas obligabimus Nos, hæredes et ſucceſſores noſtros ad plenam et integram ejuſdem pecuniæ ſolucionem, ſeu reſtitucionem infra certum tempus faciend. et per quas promiſimus bona fide pro nobis hæred. et ſucceſſor. noſtris ad conſervand. ipſos Priorem et Conventum et ſucceſſores ſuos ac Monaſterium ſuum erga Summum Pontificem et quemcumque certum nuncium ſedis Apoſtolicæ illæſos

illæſos penitus et indempnes, nobis reſtituerunt ad Scaccarium noſtrum, et quas quingentas libras per evidencias penes Theſaurarium et Barones noſtros de eodem Scaccario reſidentes conſtat ipſos Priorem et Conventum perſolviſſe Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino*, ad dictum depoſitum colligendum et recipiendum per *B.* Summum Pontificem deputato, commiſimus et conceſſimus pro nobis et hæredibus noſtris prædictis Priori et Conventui triginta libras annuas de firma .... Prioris de Bernewell, quam idem Prior nobis reddit ad Scaccarium noſtrum pro manerio noſtro de *Ceſtreton.* percipiend. per manus dicti Prioris de *Bernewell* à craſtino Sancti *Michaelis* anno regni noſtri Triceſimo finiente, uſque ad finem octo annorum proximo ſequencium plenariè completorum, in allocacionem Ducentarum & quadraginta librarum in partem ſolucionis prædictarum quingentarum librarum. Conceſſimus eciam eiſdem Priori et Conventui de *Merton* triginta et duas libras, decem et octo ſolidos, et decem denarios annuos de redditu aſſiſo qui fuit *Adæ de Stratton* in Civitate et ſuburbio *London.* in manu noſtra per forisfactum ejuſdem *Adæ* exiſtens, percipiend. per manus Vicecomitum noſtrorum *London.* qui pro tempore fuerint ab eodem craſtino Sancti *Michaelis* per octo annos prox. ſequentes plenariè completos in allocacionem prædictarum quingentarum librarum; Quarum quidem conceſſionum per tempus prædictum ſumma eſt quingentæ et tres libræ, decem ſolidi, et octo denarii: Et ſic ſexaginta & decem ſolidi, & octo denarii, excedunt prædictas quingentas libras, quos quidem ſexaginta et decem ſolidos & octo denarios iidem Prior et Conventus reddent nobis vel hæredibus noſtris de exitibus redditus prædicti in fine octavi anni ſupradicti. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte venerabili patre *W. Coventr.* et *Litchf.* Epiſcopo Theſ. noſtro apud *Eborum* 4. die *Octobris.* anno regni noſtri Triceſimo. Nos autem Commiſſionem et conceſſionem prædictas ratas habentes et gratas, ipſas pro nobis et hæredibus noſtris concedimus et confirmamus. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte Rege apud Sanctam *Katerinam* juxta *Turrim London.* primo die *Marcii.* *Per Conſilium.* *An.* 31 *E.* 1

Et mandatum eſt Priori de *Bernewell* quod prædict. triginta libras, &c. Teſte Rege, ut ſupra.

The King being engaged in a Warre in *Scotland*, out of his piety and devotion iſſued theſe Writs to the *Cartuſian* Monks and *Freers Predicants*, to make fervent prayers unto God for himſelf, his Queen, children, and good ſucceſſe in this Warr.

REX Religioſis viris in Chriſto ſibi dilectis Priori et Conventui Ordinis *Majoris Cartuſ. de Hempton.* ſalutem. Qualiter pro tranquillitate et pace regni noſtri ad proterviam et maliciam *Scotorum* inimicorum et rebellium noſtrorum in ſua pertinacia perdurancium reprimendam, ſumus nos ipſi cum comitiva Nobilium dicti regni in dictis partibus *Scociæ* conſtituti, non credimus vos latere; et quia in homine non eſt auxilium ſine Deo, ac propter hoc oportet impotenciam noſtram divinæ manus præſidiis ſuſtentari; Vos affectuoſe requirimus et rogamus, quatinus Nos, *Margaretam* conſortem noſtram kariſſimam, liberos, ligios et fideles noſtros, et omnes nobis adhærentes, ac expedicionem noſtram in prædictis partibus et alibi ubicumque in Miſſarum ſolempniis, orationum ſuffragiis, et aliis beneficiis ſpecialiter recommendatos habentes, Deum et Dominum noſtrum protectorem pro nobis et ipſis ſuppliciter exoratis; Ita quod per veſtra oracionum ſuffragia gratiam nobis et ipſis adaugeat; noſque et dictam Conſortem noſtram, liberos, ligios noſtros et fideles prædictos nobis adhærentes, ac regnum noſtrum ſua pietate ab omnibus adverſitatibus tueatur: Et de numero Miſſarum, orationum et beneficiorum quæ in hac parte duxeritis facienda, nos reddatis per veſtras literas certiores. Teſte Rege apud Villam Sancti *Johannis de Perth* 10. die *Julii.* Claus. 31 E. 1. m. 7. dorſo. De orando pro Rege.

Per breve de Privato Sigillo.

REX Religioſis viris in Chriſto ſibi dilectis Priori Provinciali Ordinis Fratrum Prædicatorum in *Anglia*, ac fratribus ejuſdem Ordinis ad inſtans Generale Capitulum ſuum apud *Pontemfractum* conventuris ſalutem. Qualiter pro tranquillitate et pace regni noſtri ad proterviam et maliciam *Scotorum* inimicorum & rebel- Ibidem. De orando pro Rege.

An. 31 E. 1. lium noſtrorum in ſua pertinacia perdurancium reprimendam ſumus nos ipſi cum comitiva Nobilium dicti Regni in dictis partibus *Scotiæ* conſtituti, non credimus vos latere; et quia, &c. *verbatim* ut ſupra. Teſte ut ſupra.

The King wanting men in his Wars againſt the *Scots*, authorized the Bayliff of *Holderneſſe* to take ſecurity from all perſons fit to ſerve him in his Wars, who had taken Sanctuary within the Liberties of St. *John* of *Beverly* for Murders, Robberies, or other Treſpaſſes, to ſerve him in his Wars according to their reſpective qualities, and to certifie their names to his Chancellor, who thereupon ſhould grant them pardons, and receive them to his peace, as this Record informs us.

Par. 31 E 1. m. 23, 24. De ſecuritate a fugitivis apud Beverlacen. capienda, quod venient in obſequium Regis ad partes Scotiæ.

REX dilecto & fideli ſuo *Richardo Oyſel* Ballivo ſuo de *Holderneſſe*, ſalutem. Quia pro expeditione inſtantis guerræ noſtræ *Scotiæ*, & ut ad optatum finem citius cum Dei adjutorio perducatur, hominibus validis & ad arma potentibus indigemus plurimum hiis diebus, & quamplures hujuſmodi homines validi & potentes qui uſque ad Villam de *Beverlaco* pro ſecuritate & immunitate juxta libertatem ejuſdem Villæ ibidem habenda, **de homicidiis, latrocinitis, robertis, et aliis tranſgreſſionibus per ipſos**, ut dicitur, **contra pacem noſtram factis in diverſis regni noſtri Comitatibus fugerunt, infra eandem libertatem**, ut didicimus, **commorantur**: dedimus vobis poteſtatem recipiendi ab hujuſmodi fugitivis infra libertatem prædictam ſic commorantibus, quos ad eundum nobiſcum in guerra noſtra prædicta idoneos reputaveritis & potentes, & qui ad pacem noſtram & ad partes *Scotiæ* prædictas, in obſequium noſtrum venire voluerint, ſufficientes manucaptiones, quod erunt ad nos in propriis perſonis ſuis, in Octabis *Sanctæ Trinitatis* prox. futur. ad ultimum ubicunque tunc fuerimus in *Scotia*, armis competentibus benè muniti, videlicet quilibet eorum juxta conditionem & ſtatum ſuum, ibidem in obſequio noſtro in guerra noſtra prædicta ad voluntatem noſtram moraturi. Et ideo vobis mandamus, quod manucaptiones prædictas recipiatis in forma prædicta: Et de nominibus illorum qui ſic coram vobis fuerint manucapti, & etiam de nominibus manucaptorum ſuorum, & qualiter, & quomodo, & ſub qua forma manucaptiones illæ factæ fuerint, Magiſtro *Willielmo de Grenefeld* Cancellario noſtro ſub ſigillo veſtro diſtinctè & apertè conſtare faciatis, ut idem Cancellarius noſter hujuſmodi manucaptis juxta formam manucaptionum prædictarum, literas noſtras patentes de pardonatione ſectæ pacis noſtræ quæ ad nos pertinet pro homicidiis, latrociniis, roberiis, & aliis tranſgreſſionibus contra pacem noſtram factis, unde indictati ſunt, fieri faciat, prout præfato Cancellario noſtro per nos plenius eſt intimatum. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Novum Caſtrum ſuper Tynam* 7 die *Maii*.

Per ipſum Regem.

Hereupon ſundry Malefactors to procure their pardons, obliged themſelves to ſerve the King in his Wars, as the Patent Rolls and Rolls of *Scotland*, *An.* 31 & 32 *E.* 1. aſſure us, fraught with ſuch malefactors pardons; againſt his former reſolution in the like caſe, thus related by * *Mat. Weſtm.* *Ad augmentandum igitur Rex exercitum ſuum, mandavit liberationem omnibus vinculatis, profligatiſque pacem, & etiam profugis nunciare, ſi ipſi in prima transfretatione vellent cum Regis fidelibus transfretare, qui etiam omnes gaviſi unanimiter ſpoſponderunt. Confluebant quidem mox ad Regem multa millia de talibus*, **et poſt puſillum murmurantes adverſum patrem familias pro denariis diurnis, recalcitrando diſceſſerunt a regia clientela.** *Tactus igitur Rex dolore cordis intrinſeco*, **et præcavens in futurum, juravit ex eo tempore nunquam hujuſmodi literas dimiſſorias talibus concedere ſceleratis:** Which Oath he now forgat.

* An. 1294. p. 392, 393.

The King in that age by his Royal Prerogative upon the creation of every New Abbot, challenged from the Abby an annual convenient penſion for one of his Clerks he ſhould recommend unto them, untill they promoted him to ſome competent Benefice in their gift, as this Writ will inform us.

Cl. 31 E 1. m. 17. dorſo. Pro Magiſtro Johanne de Kenleye, de penſione ratione novæ creacionis.

REX dilectis ſibi in Chriſto Abbati & Conventui de *Waltham Sanctæ Crucis*, ſalutem. **Cum vos ratione novæ creationis veſtræ præfatæ Abbas teneamini**

mini uni de Clericis noſtris quem vobis duxerimus nominandum, in quadam penſione de domo veſtra ſingulis annis percipienda, quouſque eidem per vos proviſum fuerit de Beneficio Eccleſiaſtico competenti: Ac nos promotionem dilecti Clerici noſtri Magiſtri *Johannis de Kenleye* ſuis meritis exigentibus affectamus, ipſum vobis nominaverimus ad hujuſmodi gratiam obtinendam; Vobis mandamus rogantes, quatinus eidem *Johanni* de domo veſtra penſionem hujuſmodi concedatis, talem videlicet quæ dantes deceat, recipientem vobis reddere debeat fortius obligatum. Ita quod vobis exinde reddamur in veſtris oportunitatibus meritò promptiores, ſibi ſuper hoc veſtras patentes literas fieri facientes. Teſte Rege apud *Wyndeſ.* 3 die *Febr.* *An.* 31 *E.* 1.

The King likewiſe by the ſame Prerogative, ſent divers of his old decayed Servants and Soldiers, for whom he was unable to provide, to ſeveral Abbies, Priories and Religious Houſes whereof he was Patron, to be there maintained with competent neceſſaries and Corodies during their lives, as theſe Writs aſſure us.

REX dilecto ſibi in Chriſto Priori & Conventui Sanctæ *Fredeſwydæ Oxon.* ſalutem. Quia *Johannes de Tackele* qui nobis diu & fideliter deſervivit, cui in vitæ ſuæ neceſſariis nondum providimus, ut vellemus, nobis non ſufficit amplius famulari; Nos ſtatui ipſius *Johannis* pio compatientes affectu, ipſum ad vos duximus deſtinandum, affectuoſè rogantes quatinus eundem *Johannem* in domo veſtra prædicta admittere, & ei in vitæ ſuæ neceſſariis juxta ſtatus ſui exigentiam, quoad vixerit exhibere velitis, noſtri rogaminis interventu, ſibi ſuper hoc veſtras patentes literas fieri facientes, pro quo vobis grates ſcire volumus ſpeciales, & de eò quod inde duxeritis faciend. nobis per veſtras literas reſcribatis. Cl. 31 E 1 m. 15 dorſo. Pro diverſis ſervientibus Regis miſſis ad Abbacias, & Bundela Brevium de Privato Sigillo An. 31 & 32 E. 1. in Turre London.

Eodem modo mandatum eſt Abbatibus, Prioribus & Conventibus ſubſcriptis, pro ſubſcriptis, videlicet, London.

Abbati & Conventui *Glouceſtr.* pro *Rogero Schrich.*
Abbati & Conventui *Leyceſtr.* pro *Willielmo Papilion.*
Abbati & Conventui de *Furneys*, pro *Thoma de Kendale.*
Abbati & Conventui de *Bardeneye*, pro *Willielmo Mone.*
Abbati & Conventui *Sancti Petri de Gypeſwico*, pro *Roberto de Walſham.*
Priori & Conventui de *Coventr.* pro *Stephano Frere.*
Abbati & Conventui *Sancti Auguſtini Briſtoll*, pro *Simone de Robis.*
Priori & Conventui de *Dunſtaple*, pro *Hugone de Brikhull.*
Abbati & Conventui de *Seleby*, pro *Hugone Miriweder.*
Abbati & Conventui de *Meſſenden*, pro *Johanne de Wyndeſor.*
Abbati & Conventui de *Sancta Oſith.* pro *Willielmo de Weſtm.*
Priori & Conventui *Sancti Jacobi Briſtoll*, pro *Simone le Bulg.* poſtea miſſus fuit Abbati de *Melſa.*
Priori & Conventui de *Norwico*, pro *Waltero de Norwyco.*
Adam de Swyneford, mittitur Abbati & Conventui de *Whyteby.* Ibid. m. 13.
Simon des Bulges, mittitur Priori & Conventui de *Neuburgh.*
Johannes de Yatingeden ſerviens Regis, mittitur Abbati & Conventui de *Derleye.*

Many of which excuſed themſelves by reaſon of their great debts, poverty, loſſes, and Corodies formerly granted to others.

The King alſo by his Eccleſiaſtical Prerogative and Soveraignty iſſued this Writ to the Abbot and Covent of St. *Edmunds*, to grant a competent Corody to one of his ancient Servants anſwerable to his merits and condition during his life.

REX dilecto ſibi in Chriſto Abbati et Conventui de Sancto *Edmundo* ſalutem. Cum nuper per noſtras literas vos rogaverimus pro dilecto Serviente noſtro *Rogero le Uſſher*, qui nobis à multis retroactis temporibus benè & fideliter deſervivit, & cui in vitæ ſuæ neceſſariis juxta ſuorum exigenciam meritorum nondum providimus ut vellemus, quatinus ipſum *Rogerum* in domo veſtra prædicta noſtri intuitu admitteretis, cum duobus equis, et duobus garcionibus in victu et veſtitu, et aliis vitæ ſuæ neceſſariis honorifice quoad vixerit exhibend. literaſque veſtras ſigillo veſtro communi ſignatas ſuper hoc ſibi fieri faceretis; ac vos nobis reſcripſeritis Clauſ. 31 E 1 m. 5 dorſo. Pro Rogero le Uſher.

An. 31 *E.*1. ſupplicando, ut cum domus veſtra prædicta de quodam *Willielmo de Camera* ſervi-
ente noſtro ad conſimilem rogatum noſtrum onerata exiſtat, velimus vobis ſuper
hoc parcere iſta vice ; Nos onerationem illam penſantes, et præfato *Rogero*
pro bono et diutino ſervicio ſuo in hujuſmodi neceſſariis provideri corditer
affectantes; Vobis iterato mandamus rogantes, quatenus eundem *Rogerum* in domo
veſtra prædicta ſaltem cum uno equo et uno garcione admittere, & eis neceſſaria
ſua, juxta alterius mandati noſtri continenciam exhibere velitis noſtris precibus
& amore, literas veſtras ſigillo veſtro ſignatas ſibi ſuper hoc fieri facientes. Pro
eo enim quod domus veſtra prædicta per prædictum *Willielmum* ad noſtri inſtanciam
eſt, ut aſſeritis onerata, vos in recompenſacionem oneris illius, volumus de altero
equo et altero garcione prædicti *Rogeri* in prioribus literis noſtris contentis exone-
rari. Quid autem in præmiſſis duxeritis faciendum nobis per latorem præſencium
reſcribatis. Teſte Rege apud *Kyncardyn* 17 die *Auguſti.*

The King by his prerogative writing to the Prior and Covent of *Ely* for a Coro-
dy for the ſame *Roger Vſſer*, received this excuſe from them, by reaſon of their great
expenſes in the Court of *Rome*, (about the election of their Biſhop) and other op-
preſſions.

Bundela Brevium & Literarum in Turre London. Anno 31 E 1.

MAgnifico Principi Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri ſui per omnia
devoti, Prior *Elyenſis* & ejuſdem loci humilis Conventus cum omni reve-
rencia ſeipſos, et felices in Domino ſemper ad vota ſucceſſus. Literas veſtras pro
Rogero le Vſſer nuper nobis porrectas ſummo honore ut decuit recepimus. Quocir-
ca Serenitati veſtræ non ſine cordis et ſpiritus lamentatione ſignificamus, quod ve-
ſtra *Elyenſis* Eccleſia jam per varia cauſas et diſcrimina, tam in *Romana* Curia
quam in *Anglia*, aliaſque oppreſſiones multimodas, ad tantam his diebus vergit
inopiam, quod propriæ ſuſtentationi ejus non ſuppetunt facultates ; Propter quod
veſtræ peticioni pro dicto *Rogero* factæ ad præſens ſatisfacere non valemus; Regiam
igitur celſitudinem, quæ afflictis more ſolito pio affectu compati conſuevit ; humili-
ter imploramus, quatinus noſtram impotenciam in hac parte habere dignetur excu-
ſatam, ſaltim donec facultas uberius ſe optulerit, ut ex hoc apud Deum veſtrorum
augeatur cumulus meritorum. Vitam et incolumitatem veſtram ad regni veſtri regi-
men conſervat Altiſſimus per tempora diuturna.

What Protections the King granted to ſuch who by his ſpecial licenſe went to the
Court of *Rome*, upon his, their Churches, or their own affairs this year, theſe Re-
cords inform us.

Pat. 31 E 1. m. 4. De protectionibus.

WAlterus *de Maydeſtan* perſona Eccleſiæ de *Bukenhale*, qui cum *Waltero Covent.*
& *Lychf.* Epiſcopo profecturus eſt ad Curiam Romanam, habet literas de
protectione per biennium dur. cum clauſula, volumus et exceptis. Pres. &c. T.R.
apud *Gildeford* 20 die *Januar.*

Ibidem.

JOhannes Prior de *Mareſeye*, qui de licentia Regis profecturus eſt ad Curiam Ro-
manam, habet literas Regis de protectione per biennium dur. Pres. &c. Teſte
Rege apud *Certeſeye*, 27 die *Januar.* *Per ipſum Regem.*

The King iſſued this Writ for repayment of moneys borrowed by his Agent for
his affairs in the Court of *Rome*, out of the Hanaper.

Ibid. m 4. Pro Philippo Gerardun Mercatore de Societate Spinorum.

REX Omnibus ad quos, &c. ſalutem. Cum dilectus Clericus noſter Magiſter
Reymundus de Pinibus nuper à *Fredolo Bandun* Mercatore *Lumbardiæ* ſexagin-
ta et duas marcas ſterlingorum mutuo receperit, pro quibuſdam negociis noſtris
per ipſum *Reymundum* in *Romana* Curia proſequendis, de quibus idem *Reymundus*
in Garderoba computavit, prout in quadam billa quam habet ſub ſigillo dilecti
Clerici *Radulphi de Manton* Coferarii noſtri plenius continetur, & *Philippus Gerar-*
dun Mercator. de Societate *Spinorum de Florencia* dictas ſexaginta & duas marcas,
præfato *Fredolo* pro nobis & dilecto Clerico ſe promiſerit ſoluturum, promittimus
quod eidem *Philippo* de prædictis ſexaginta & duabus marcis citra feſtum *Paſchæ*
proximo

proximo futuro de exitibus Hanaperii noſtri per manus Cuſtodis ejuſdem Hanaperii ſatisfieri faciemus. Ita tamen quod idem *Philippus* nos & præfatum Cler: cum noſtrum, erga prædictum *Fredolum* penitus quietet de ſumma pecuniæ memorata. In cujus, &c. T. R. apud *Guldeford.* 20 die *Januarii.* *An.* 31 E. 1.

Per Conſilium.

The King for the more expeditious, ſucceſsfull promotion of his affaires in the Court of *Rome*, (where nothing was done *gratis* in that age) conferred a penſion of 50 *l.* a year on a *Roman* Cardinal for his forepaſt, and encouragement for his future ſervices of this kind.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Qui ſinceræ affectionis ferbore et gratuitæ benebolentiæ ſtudio noſtris utilitatibus procurandis inbigilant et inſiſtunt, dignum duximus, et naturali conſonum eſſe novimus æquitati, ut eis mutuæ biciſſitudinis beneficia rependamus. Attendentes igitur Venerabilis patris Domini *Gentilis* titulo Sancti *Martini* in *Montibus* Presbyteri Cardinalis amici noſtri chariſſimi, circumſpectam induſtriam et ſollicitudinem operoſam quas in noſtris negotiis in ſancta *Romana* Curia promovendis, hactenus adhibuit, eumque adhibiturum ſperamus, Deo propitio in futur. penſionem annuam quinquaginta Marcarum ſterlingorum, ad Scaccarium noſtrum percipiend. ad duos anni terminos, videlicet, in feſtis *Paſchæ*, et Sancti *Michaelis*, per æquales portiones ſibi duximus tenore præſentium concedendam. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Odyham* 11. die *Januarii.* Pat. 31 E 1. m. 41. intus. De penſione conceſſa Cardinali.

Per ipſum Regem.

The King out of his piety and charity granted this Protection for 5. years for the Freers of the Hoſpital of the *Holy Spirit* in *Rome*, to collect Alms throughout *England* once every year, deſiring all Archbiſhops, Biſhops, and others to aſſiſt them therein, and all Officers to apprehend all falſe counterfeit Collectors of their Almes.

REX Archiepiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & omnibus Ballivis & aliis Chriſti fidelibus in *Anglia* ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Cum Dominus Papa dilectis nobis in Chriſto Magiſtro & fratribus Hoſpitalis *Sancti Spiritus Romæ* duxerit indulgend. quod ſemel in Anno recipiantur in Eccleſiis ad colligendum Elemoſinas, propter quod ipſi ad loca diverſa pro Elemoſinis ſuis colligendis accedunt. Nos dilectum nobis in Chriſto fratrem *Algucium* Cuſtodem Domus de *Writle*, qui eſt Cella Hoſpitalis prædicti, generalem Attornatum Magiſtri & fratrum prædictorum, et alios Attornatos quos ſibi ſubſtituere voluerit homines, terras, res, redditus, et omnes poſſeſſiones ſuas ſuſcepimus in protectionem et defenſionem noſtram ſpecialem; Vobis Ballivis noſtris præcipientes, quod manuteneatis, protegatis & defendatis prædictum fratrem *Alguicium* & ſubſtitutos ejuſdem, necnon homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones eorundem; non inferentes ſeu inferri permittentes, eiſdem injuriam, moleſtiam, dampnum aut gravamen, &c. Vos etiam Prælatos rogamus, quatenus cum idem frater *Alguicius* aut prædicti Hoſpitalis Attornati per ipſum fratrem ſubſtituti ad loca veſtra pro hujuſmodi Elemoſinis colligendis acceſſerint, benignè in Eccleſiis veſtris recipientes eoſdem, ipſos in eiſdem Eccleſiis veſtris admonere populum, et Elemoſinas libere quærere permittatis; et eiſdem fratri *Alguicio* et aliis Attornatis ad hujuſmodi Elemoſinas in Dioceſibus ſic deputatis colligendas, literas veſtras convocatorias liberaliter concedere velitis; Ità quod à Deo meritum & a nobis grates reportare debeatis ſpeciales; *Et* quia intelleximus, quod quidam malevoli advocantes ſe per Magiſtrum et fratres Hoſpitalis prædicti Eleemoſinas colligunt & recipiunt nomine ipſorum licet ad hoc per ipſos poteſtatem non habeant; Nos hujuſmodi malitiam reprimere cupientes, vobis Ballivis noſtris præcipimus, quod ipſos malivolos cum per vos tranſitum fecerint, prout rationabiliter fuerit faciendum, arreſtari faciatis, donec aliud inde præcipimus, ſeu ipſi malevoli de hujuſmodi competentes emendas fecerint, prout alias in caſu conſimili fieri conſuevit. In cujus, &c. per quin- Pat 31 E 1. m. 44. De Protectione pro fratribus Hoſpit. S. Spiritus Romæ.

An. 31 E.1. quinquennium duratur. Teste Rege apud *Marlebergh.* octavo die *Decembris.*
Per breve de Privato Sigillo.

The King also granted this Protection to the Vicar General of the Freers *Carmelites*, sent into *England* to visit those of his Order.

Pat. 31 E. 1. m. 39. intus. De protectione pro Fratribus de Monte Carmeli.

REX omnibus Ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum dilectus nobis in Christo Prior generalis Ordinis beatæ *Mariæ* de *Monte Carmeli* jam miserit in *Angliam* dilectum nobis Fratrem *Willielmum Pagain* de *Haneburgh* ejusdem Ordinis Vicarium suum generalem, **ad Fratres et Domos Ordinis illius ibidem juxta ejusdem Ordinis regulam visitandos**, Nos ad requisitionem dicti Prioris, præfatum Fratrem *Willielmum* cæterosque confratres suos in comitiva sua ratione Visitationis prædictæ existentes, **in protectionem et defensionem nostram suscepimus specialem.** Et ideo vobis mandamus, quod ipsum Fratrem *Willielmum* & confratres suos prædictos in comitiva sua existentes, manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes eis, vel quantum in vobis est inferri permittentes, injuriam, molestiam, dampnum aliquod vel gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari. In cujus, &c. per biennium duratur. Teste Rege apud *Guldeford* 20 die *Januarii.*
Per ipsum Regem, & breve suum de Privato Sigillo.

Two Freers Predicants turning Apostates and deserting their Order this year, the King upon certificate thereof issued this Writ for their apprehending and punishment.

Pat. 31 E. 1. m. 33. intus. Pro Fratribus vagabundis arestandis.

REX Vicecomitibus & omnibus aliis Ballivis suis ad quos, &c. salutem. Quia per Religiosum Fratrem *Thomam de Jorz* Priorem Provincialem Ordinis Fratrum Prædicatorum in *Angl.* intelleximus, quod Frater *Robertus de Kenyngton*, & Frater *Benedictus de Offord* professi in Ordine prædicto, habitu Religionis suæ rejecto, & professione sua contempta præfatum Ordinem temerè sunt egressi, & per varios Comitatus regni nostri in animarum suarum dispendium, & prædicti Ordinis scandalum non modicum dampnabiliter evagantur; volentes ipsorum insolentiam reprimere, & Fratribus dicti Ordinis specialiter subvenire: **Quia cum ipsis per literas Apostolicas sit indultum, quod hujusmodi Apostatas capere, ligare et incarcerare valeant, seu alias subdere disciplinæ rigori, ubicunque eos contigerit inventri:** Vobis districtè præcipimus, quod prædictos Fratres *Robertum* & *Benedictum* ubicunque in Ballivis vestris eos inveneritis, prout Prior Provincialis vel quicunque Prior Conventualis prædicti Ordinis vobis intimaverit, **salva semper immunitate Ecclesiæ faciatis sine dilatione qualibet arestari, et eisdem Fratribus aut eorum alicui liberari.** Talem ad hoc diligentiam apponentes quos vos exinde debeamus merito commendare, & quod propter vestri defectum nulla super hoc ad nos querimonia deferatur. In cujus, &c. Teste Rege apud *Cestrehunte* 14 die *Marcii.*
Per ipsum Regem nunciante J. de Benstede.

The King issued these Writs for the restitution of the Temporalties of the Bishop of *Ely*, and Abbot of *Waltham*, confirmed by the Pope.

Pat. 31 E. 1. m. 39 intus. De restitutione temporal.

REX dilectis & fidelibus suis *Roberto Hereward* & *Johanni de Ditton* custodibus Episcopatus *Elyen.* sede vacante, salutem. Cum Dominus *Bonifacius* Summus Pontifex dilectum nobis in Christo Fratrem *Robertum* nuper Priorem *Elyen.* in Episcopum *Elyen.* præfecerit & pastorem, **sicut per literas ipsius Summi Pontificis bullatas nobis inde directas plenius nobis constat:** Nos præfectionem illam acceptantes, **cepimus fidelitatem ipsius** *Roberti*, & temporalia Episcopatus prædicti, prout moris est, restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem *Roberto* temporalia Episcopatus prædicti sine dilatione liberetis, sicut prædictum est. Teste Rege apud *Wyndes.* 4 die *Febr.*
Et mandatum est Militibus, &c. In cujus, &c. Teste Rege ut supra.

REX

An. 31 *E.* 1.

Clauſ. 31 E. 1. m. 11. Pro R. Epiſcopo Elyenſi.

REX dilectis & fidelibus ſuis *Roberto Herèward* & *Johanni de Ditton* nuper cuſtodibus Epiſcopatus *Elyenſis* ſede vacante, ſalutem. Cum nos quarto die *Febr.* proximo præterito, **præfectionem per Dominum** *B.* **Summum Pontificem factam,** de venerabili patre *Roberto* Epiſcopo *Elyenſi* nuper Priore *Elyenſi* in Epiſcopum illius loci acceptantes, **cepertmus fidelitatem ipſius** *Roberti*, & temporalia Epiſcopatus illius eidem reſtituerimus, ut eſt moris; vobiſque mandaverimus, quod eidem *Roberto* temporalia Epiſcopatus prædicti ſine dilatione liberaretis, ac vos ipſum exitus temporalium Epiſcopatus prædicti à prædicto quarto die *Febr.* percipere & habere non permittitis, ut accepimus, de quo miramur; vobis mandamus, quod ipſum Epiſcopum exitus temporalium Epiſcopatus prædicti ab eodem quarto die *Febr.* plenariè percipere & habere permittatis: Et ſi quid inde poſt eundem diem perceperitis, id eidem Epiſcopo ſine dilatione liberetis; Et hoc nullatenus omittatis. Teſte Rege apud *Morpath* 9 die *Maii.*

Pat. 31 E. 1. m. 38. Pro Abbate de Waltham Sanctæ Crucis.

REX omnibus liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de Abbate de *Waltham*, ſalutem. **Cum Summus Pontifex** dilectum nobis in Chriſto *Johannem de Badburghham* electum in Abbatem Sanctæ *Crucis* de *Waltham*, **cui prius Regium aſſenſum adhibuimus et favorem, ejuſdem Eccleſiæ in Abbatem præfecerit et Paſtorem, ſicut per literas dicti Summi Pontificis bullatas accepimus, Nos præfectionem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ejuſdem** *Johannis*, & temporalia Abbatiæ prædictæ, prout moris eſt, reſtituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem *Johanni* tanquam Abbati & Domino veſtro in omnibus quæ ad Abbatiam prædictam pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes, ſicut prædictum eſt. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Wyndeſore* 6 die *Febr.*

What Elections were made, Royal aſſents given, and reſtitutions of Temporalties granted by the King this year of and to Biſhops, Archbiſhops, and others in *Ireland*, by the Kings Letters Patents, theſe Records will beſt inform us.

Pat. 31 E. 1. m. 10. De aſſenſu Regio.

REX Poſtulationi nuper factæ in Eccleſia Cathedrali *Clonen.* de diſcreto viro Fratre *Dovenaldo Obruyn* Gardiano Fratrum Minorum de *Killeth.* in Epiſcopum *Clonen.* **Regium aſſenſum adhibuit et favorem:** Et hoc ſignificatum eſt venerabili patri *N.* Archiepiſcopo *Ardmach.* ut quod ſuum eſt in hac parte exequatur. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Wylgtreby* 14 die *Aprilis.*

Per breve de Privato Sigillo.

Ibidem.

SAnctiſſimo in Chriſto patri Domino *B.* divina providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, *Edwardus* ejuſdem gratia Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oſcula beatorum. Sciat veſtra paternitas reverenda, quod cum dilecti nobis in Chriſto Decanus & Capitulum *Ardmach.* in *Hybernia* nuper per mortem bonæ memoriæ *N.* quondam Archiepiſcopi illius loci, **petita a nobis prout moris eſt licentia alium ſibi eligendi in Archiepiſcopum, et optenta,** diſcretum virum Fratrem *Michaelem* Lectorem Fratrum Minorum de *Ardmach.* in ſuum poſtulaverint Archiepiſcopum & Paſtorem, **Nos poſtulationi illi Regium aſſenſum adhibuimus et favorem;** Et hoc veſtræ Sanctitati innoteſcimus per præſentes, ut quod veſtrum eſt in hac parte exequi dignemini cum favore. In cujus, &c. Dat. apud *Dunde* in *Scotia* 20 die *Octobr.*

Per breve de Privato Sigillo.

Clauſ. 31 E. 1. m. 12. Pro Epiſcopo Oſſorenſi Hibern.

REX dilecto & fideli ſuo *Waltero de la Haye* Eſcaetori ſuo in *Hibernia*, ſalutem. Cum viceſimo quarto die *Octobris* anno regni noſtri Triceſimo, electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali *Oſſoren.* de diſcreto viro Magiſtro *Willielmo* filio *Johannis* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, **Regium aſſenſum adhibuerimus et favorem;** & hoc venerabili patri *R.* Archiepiſcopo *Dublin.* per noſtras patentes literas ſignificaverimus, ut quod ſuum eſſet exequeretur in hac parte; ac etiam per alias literas noſtras patentes dederimus poteſtatem dilecto & fideli noſtro *Johanni Wogan* Juſtic. noſtro *Hibern.* quod ſi contingeret dictam electionem per præfatum Archiepiſcopum canonicè confirmari, & ſibi per literas patentes

An. 31 E. 1. patentes ipsius Archiepiscopi inde constaret, **tunc accepta ab eodem Electo fidelitate in casu illo nobis debita**, temporalia Episcopatus prædicti eidem Electo liberaret illa vice, sicut per inspectionem Rotulorum Cancellariæ nostræ nobis constat: Ac licet idem Justic. virtute potestatis hujusmodi post dictam electionem sic confirmatam, **fidelitatem prædicti Episcopi** diu ante festum *Paschæ* prox. præteritum ceperit, & literas nostras patentes sub sigillo quo utimur in *Hibernia* de dictis temporalibus sibi restituendis vobis direxerit, ut est moris; vos nichilominus ipsum Episcopum exitus provenientes de temporalibus Episcopatus prædicti post datam dictarum literarum nostrarum vobis super hoc directarum, percipere & habere non permittitis, in ipsius Episcopi dampnum non modicum & gravamen, sicut ex parte ipsius Episcopi nobis est ostensum. Et quia ipsum Episcopum nolumus in hac parte indebitè prægravari, vobis mandamus quod si ita est, tunc eidem Episcopo exitus de temporalibus Episcopatus prædicti post datam literarum nostrarum vobis directarum, ut prædictum est, provenientes, & per vos perceptos liberari & habere faciatis. Ita tamen quod idem Episcopus de sumptibus & missis, si quos ante datam earundem literarum in terris Episcopatus prædicti **seminandis, vel alio modo nostro nomine posueritis, nobis respondeat ut debebit.** Teste Rege apud *Morpath* 9 die *Maii.*

Pat. 31 E. 1. m. 33. De licentia eligendi

A*Dam de Roches* nuncians Regi mortem bonæ memoriæ *A.* nuper Episcopi *Elfinen.* in *Hibern.* **habet literas Regis de licentia eligendi.** In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 8 die *Marcii.*

Ibid. m. 19. De assensa Regio.

REX venerabili in Christo patri —— eadem gratia Archiepiscopo *Tuamen.* salutem. Sciatis quod electioni nuper celebratæ in Ecclesia Cathedrali *Elfinen.* de discreto viro Fratre *Donato* Abbate de *Buell Cistercienfis* Ordinis in Episcopum *Elfinensem*, **Regium assensum adhibuimus et favorem**; Et hoc vobis tenore præsentium significamus, ut quod vestrum est in hac parte exequamini. In cujus, &c. Teste Rege apud Villam Sancti *Johannis de Perth* 28 die *Junii.*

Ibidem. De potestate data Justic. Hibern. restituendi temporalia in Hiber.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo *Hibern.* salutem. Cum nos electioni nuper celebratæ in Ecclesia Cathedrali *Elfinen.* de discreto viro Fratre *Donato* Abbate de *Buell Cistercienfis* Ordinis in Episcopum *Elfinen.* **Regium assensum adhibuerimus et favorem**; Et hoc venerabili patri —— Archiepiscopo *Tuamensi* per nostras patentes literas significaverimus, ut quod suum est in hac parte exequatur; volentes ipsius Electi laboribus & expensis in hac parte parcere ista vice, **concessimus eis de gratia nostra speciali, et vobis dedimus potestatem**, &c. **Acceptis tamen**, &c. In cujus, &c. Teste ut supra.

Per breve de Privato Sigillo.

Ibid. m. 31. De licentia eligendi.

GIlbertus *de Clohon* Canonicus *Fynnaboren.* nuncians Regi mortem bonæ memoriæ *S.* quondam Episcopi *Fynnaboren.* **habet literas Regis de licentia eligendi.** In cujus, &c. Teste Rege apud *Ware* 16 die *Marcii.*

Per breve de Privato Sigillo.

Ibid. m. 10. De potestate data Justic. Hibern. restituendi temporalia in Hiber.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo *Hibern.* salutem. Cum dilecti nobis in Christo Decanus & Capitulum *Fynnabor.* post mortem bonæ memoriæ *S.* nuper Episcopi illius loci, **petita a nobis prout moris est licentia alium sibi eligendi in Episcopum, et optenta, ad electionem de futuro Episcopo processissent**; & *David* Præcentor, *Johannes* Thesaurarius, *Karolus* Archidiaconus, *Ysaak* Cancellarius, *Benedictus*, *Matthæus*, *Thomas* & *Maur.* dictæ Ecclesiæ *Fynnabor.* Canonici, dilectum nobis in Christo Magistrum *Maur. Obryen*, itemque ejusdem Ecclesiæ Confratres & Concanonici, Decanum ejusdem Ecclesiæ in Episcopum illius loci **in discordia elegissent**, & Officialis Decani & Capituli *Cassel.* custodum Spiritualitatis Archiepiscopatus *Casselensis* sede vacante, authoritate eorundem Decani & Capituli *Cassel.* **examinatis dictis electionibus diligenter, electionem factam de prædicto Decano cassaverit juris ordine in omnibus observato,** sicut tàm per literas ipsorum Decani & Capituli *Cassel.* quàm prædicti Officialis literas patentes nobis inde directas plenius nobis constat; Ac nos ad requisitionem prædictorum

Præ-

Præcentoris, Theſaur. Archid. Cancellar. *Benedicti*, *Matthæi*, *Thomæ* & *Maur.* **electioni factæ de prædicto Magiſtro** *Obryen* **in Epiſcopum loci illius, ut prædictum eſt, quantum in nobis eſt Regium aſſenſum adhibuerimus et favorem**; & hoc præfatis Cuſtodibus per noſtras patentes literas ſignificaverimus, ut quod ſuum eſt in hac parte exequantur; Volentes ipſius Magiſtri *Mauricii Obryen* laboribus & expenſis in hac parte parcere iſta vice, **conceſſimus**, &c. **Acceptis tamen prius**, &c. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Kyndromyn* 8 die *Octobr.*

Per breve de Privato Sigillo.

An. 31 E. 1.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan* Juſtic. ſuo *Hibern.* ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus de *Antro Sancti Fynbarr.* Diocæſ. *Cork.* nobis per literas ſuas patentes ſignificaverint, quod Abbatia ſua prædicta per mortem bonæ memoriæ *G.* nuper Abbatis illius loci, Paſtoris eſt ſolatio deſtituta, ſupplicantes nobis prout moris eſt, **quod licentiam ſibi altum eligendi in Abbatem eiſdem concedere dignaremur**; ac nos precibus eorundem Prioris & Conventus in hac parte favorabiliter inclinati, **licentiam illam eis duximus concedendam**; mandantes, quod talem ſibi eligant in Abbatem, &c. Nos eorundem Prioris & Conventus laboribus & expenſis in hac parte parcere volentes iſta vice, **conceſſimus eis de gratia noſtra ſpeciali, et vobis dedimus poteſtatem iſta vice, quod facta electione prædicta**, &c. **Acceptis tamen prius**, &c. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Rokesburgh* 21 die *Maii.*

Pat. 31 E. 1. m. 22. De poteſtate data Juſtic Hibern. reſtituendi temporalia in Hibern.

Per breve de Privato Sigillo.

SAnctiſſimo in Chriſto patri Domino *B.* Divina providencia Sacroſanctæ *Romanæ* ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus* ejuſdem gratia, &c. devota pedum oſcula beatorum. Sciat veſtra paternitas reverenda, **quod electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali** *Caſſel.* de diſcreto viro Magiſtro *Mauricio* Archidiacono *Caſſellenſi* in Archiepiſcopum illius loci, **Regium aſſenſum adhibuimus et favorem**; Et hoc veſtræ Sanctitati tenore præſencium ſignificamus, ut quod veſtrum eſt in hac parte, **exequi dignemini cum favore.** In cujus, &c. Dat. apud *Rokesburgh*, 17 die *Maii.*

Pat. 31 E 1. m 22. vel 23. in. tur. Hibernia. De aſſenſu Regio.

Per breve de Privato Sigillo, dupp.

The King out of his free grace aſſenting to the election of this *Maurice* Archbiſhop of *Caſſell*, without any knowledge of his perſon, or teſtimony of any of his Loyal Subjects from thence, made this publike obligation, promiſe and oath for his fidelity to the King and his heirs, in caſe the Pope ſhould confirm his Election, ratified with his Seal, the original whereof I found in the White Tower.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quorum noticiam præſentes literæ pervenerint, *Mauricius* Archidiaconus Eccleſiæ *Caſſellenſis* Electus in Archiepiſcopum Eccleſiæ prædictæ ſalutem. **Cum excellentiſſimus Princeps et Dominus meus Dominus** *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* illuſtris, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, **Electioni prædictæ de me factæ, nulla prius per ipſum habita noticia de perſona mea, nec aliquo teſtimonio fidelium ſuorum in partibus** *Hiberniæ* **exiſtentium inde recepto, Regium aſſenſum adhibuerit et favorem, de ſua gratia ſpeciali**; Promitto & obligo me per præſentes, & nichilominus corporale præſtiti juramentum, **quod ſi contingat me in Archiepiſcopum Eccleſiæ prædictæ per Dominum Summum Pontificem admitti et eciam conſecrari, fidelis ero dicto Domino Regi et regno ſuo, et maxime terræ ſuæ** *Hiberniæ*, **et antequam temporalia Archiepiſcopatus prædicti michi reſtituantur, bonam et ſufficientem ſecuritatem inveniam eidem Regi, quod fidelitati ſuæ et hæredum ſuorum ſemper conſtanter et viriliter adhærebo, quodque par ſua vel hæredum ſuorum in dictis partibus** *Hiberniæ* **per me vel per meos, vel per procurationem meam, ſeu eciam conſilium meum aut juvamen, nullatenus impedietur, ſet quod pacem ipſius Regis et hæredum ſuorum in partibus prædictis** *Hiberniæ* **ſemper per me et meos manutenebo pro viribus et fovebo.** In cujus rei teſtimonium has literas meas patentes **Sigilli mei munimine roborabi.** Dat. apud *Eborum* 14 Kal. *Junii*, anno ab Incarnatione Domini 1303. Regni vero Regis prædicti Triceſimo primo.

* Clauſ. 31 E 1. m 11. dorſo. & Bundela Brevium & Literarum in Turre London An. 31 E 1.

An. 31 *E.* 1. Pope *Benedict* the 10. having confirmed the election, and consecrating the person of *Maurice* Archbishop of *Cassel*, by whose consecration the Archdeaconry of *Cassil* which he formerly held, became voyd, the Pope thereupon pretending it belonged to his donation, conferred the Archdeaconry by his Papal provision upon *Thomas Olonxy*, and his Prebendary in that Church upon one *Peter*, usurping on the Kings right and prerogative, to whom the donation of the Archdeaconry & Prebendary of right belonged, by reason of the vacancy of the Archbishoprick. This *Thomas* and *Peter* procured the Popes Letters, to put them into actual possession of the Archdeaconry and Prebendary, under several penalties and Ecclesiastical censures; but afterwards understanding, that the right of conferring them was only in the King, and that they could not gain possession thereof by the Popes Letters; they thereupon publikely renounced all their right and interest therein by vertue of the Popes Provisions and Letters, by these two original Instruments which I found in the *White Tower* Chappel, worthy observation.

* Bundela Brevium & Literarum, An. 31 & 32 E. 1. in Turre London. Hibernia.

IN Nomine Domini *Amen.* Cum jam Sanctissimus in Christo Pater Dominus *Benedictus* Sanctæ *Romanæ* & Universalis Ecclesiæ Summus Pontifex, venerabili Patri Domino *Mauricio* nunc Archiepiscopo *Cassellensi* in ipsius Sedis Archiepiscopum dudum Electo, sede ipsa vacante, apud sedem Apostolicam munus consecrationis impenderit, ac per ipsam consecrationem Archidiaconatum *Cassellensem* quem idem *Mauricius* usque ad eandem consecrationem tenuit, adhuc temporalibus Archiepiscopatus ejusdem cum advocationibus dignitatum, personatuum, præbendarum et Rectoriarum Ecclesiarum, quæ sede plena ad loci Archiepiscopum pertinent, in manibus Excellentissimi Principis, Domini *Edwardi* Dei gratia Regis *Angliæ*, Domini *Hiberniæ*, & Ducis *Aquitaniæ* existentibus, mihi *Thomæ Olonxy* ipsum Archidiaconatum *Cassellensem* contulerit, credens idem Summus Pontifex ad ipsum Jus Collationis hujusmodi pertinere debere, cum ad ipsum nullo modo pertineat in hac parte, datis super hiis literis executoriis ab eadem sede Apostolica directis, scilicet .... Priori de *Fullinis Spolitanæ* Diocæsis, ac Decano de *Fythred*, & *Nicholao Florencii* Diocæsis ad me *Thomam* inducendum in possessionem Archidiaconatus prædicti cum Juribus et pertinenciis universis, sub pœnis et censuris Ecclesiasticis expressis in ipsis, cum cæteris clausulis consuetis. Animadvertens postmodum ex circumspectione consilii sanioris, quod ad ipsum Dominum Regem tempore vacationis hujusmodi et non ad alium spectat hujusmodi Archidiaconatus collatio in hac parte, et quod per collationem ipsius Summi Pontificis ipsum Archidiaconatum nec ipsius possessionem possem de Jure nanciscí aliqualiter nec habere, unde ego *Thomas* prædictus omni michi jure competenti vel quod michi competere poterit ad dictum Archidiaconatum, seu quibuscumque executionibus, processibus, prosecutionibus, inductionibus et possessionibus habitis et habendis occasione collationis ejusdem, renuncio in hiis scriptis, et protestor hanc meam renunciationem velle per omnem jurisdictionem dicti Archidiaconatus innobare, et pro Jure Regio in hac parte publice protestari.

In eadem Pundela An. 32 E. 1.

IN Nomine Domini Amen. Cum jam Sanctissimus in Christo Pater Dominus *Benedictus &c.* (*verbatim as before, usque* cum cæteris clausulis consuetis.) Et ob hoc idem Magister *Thomas* quandam præbendam quam in eadem Ecclesia *Cassellensi* optinuerit, in manibus ipsius Papæ renunciaverit, et michi *Petro Matthæi Mackarmyl* eam per ipsum Summum Pontificem conferri procuraverit atque dari, certis super hoc executoribus cum literis executoriis deputatis. Animadvertens postmodum ego *Petrus* prædictus ex circumspectione consilii sanioris, quod ad ipsum Dominum nostrum Regem tempore vacationis hujusmodi, et non ad alium spectat hujusmodi præbendæ collatio in hac parte, et quod per collacionem ipsius Summi Pontificis ipsam præbendam nec ipsius possessionem possem de jure nanciscí aliqualiter nec habere; unde ego prædictus *Petrus* omni Juri michi competenti, vel quod michi competere poterit ad dictam præbendam, seu quibuscumque executionibus, processionibus, prosecutionibus, inductionibus et possessionibus habitis et habendis occasione collacionis ejusdem, renuncio in hiis scriptis, et protestor hanc meam renunciationem velle per Diocæsim *Cassellensem* ubilibet innobare, et super jure Regio in hac parte publice protestari. In quorum omnium testimonium sigillum meum

meum appoſui huic ſcripto apud *Strivelyn*. 24. die menſis *Julii*, Anno Domini 1304. et regni Domini noſtri Regis prædicti 32. *An.* 31 E. 1.

One of the Kings miners in *Ireland* having killed a man, and the reſt of them being afterwards beaten, aſſaulted, their mines filled and broken down, and ſome of them excommunicated and vexed for beating of a Chaplain in their own defence, ſo that they were enforced to quit the mines, and give over working, made this complaint thereupon to the Treaſurers and Barons of the Kings Exchequer in *Ireland*, who tranſmitted it into *England*; whereupon the King ordered Commiſſioners of *Oyer* and *Terminer* to examine the buſineſſe, and do them right, as this Original Complaint thereof (I found in the *White Tower*) demonſtrates.

* Bundela Brevium & Literarum Anno 31 E 1.

A Leur treſchiers Seigneurs, Treſorier noſtre Seigneur le Roy, et al Barons del Eſcheker, les Minours en *Dirland* ſalutz, et chieres amiſtez. Sires une aventure avynt es partyes de la Mynere le mekerdy prochein devant le Seynt *Luk*, qne une homme de pais eſteit tue par un Minour, le quel ſenfuiſt meyntenant, et autres oveſques luy qui furont en la compaignie pur poour du pays coment quil eſteient aſſentauntz ou noun, et Sire *Renaud de Ferrers* pria noſtre Gardeyn quil aſſignaſt gent por cerchier la Minere, et il le feſoit iſſint ſouz terre & deſus, et en nos meſons et por tut en la preſence Sire *Renaud* et de tute la gent de ſa terre, qui furont maundez devenir por le homicide attacher. Et quant il ne les poient trouer ſeu alerent. E puis vyndrent *Willame* le fuiz le dit Sire *Renaud*, *Andreu Miſde*, *Robert Coffyn*, *Guy le Brit*, *Johan le Foreſter*, *Simon de la Hole*, et autres pluſors de gentz Sire *Renaud* noctantre ſur la mynere armez, et briſerent nos us & entroient as eſpeyes tretes ſauntz aucun baillyf, et nous miſtrent touz en effrai qui denioms overrer lendemayn, et puis alerent as foſſes et getterent leyn et groſes peres, et ont rompuz le merim qui ſoſtynt la Minere et ont fauſe le overaigne en pluſors lieux la ou ele eſtent mieux reparillee, et iſſint vyndrent de nuict en autre par meſme le contenance, onques puis ne oſeroms landroit bien entrer les overaignes ne profiter pur le Roy ne pur nous, qe la ou nous ſolioms aver en ceu ſoul lieu ou il feiſeient tien derrai aucune ſemayne xxx lades de mine et pluys, nous ne avioms onques puis que 4. ladees et 6. eſquieles, a grant damage du Roy et areriſement des overaignes. E ſur ce nous manaſent et dient apertement que ſi nul de nous viengne, nulle part a faire ne a marche, que nous ſerrioms iſſint batuz que jammays bone overaigne ne froms en Miniere ne ailleurs: par quoi pluſors de nous Minours ſe vient retrere et aler por pouur quil ne oſent demorrer en pays. Et iſſint ſumus nous touz maumenez et malement deſturbez por le coupe de celuy qui ſeu eſt fui, et en autre manere que en due. D'autre part ſires avynt nadguerres que Sire *Willeme Gliſe* le Chapeleyn parochiel de *Byr*, vynt a une taverne ſus la minere entre aucuns des nous minours et autre gent du pays, & moveit contenk entre luy et nous Mynours, et feut batu, iſſint qil aboit la teſte bziſée et geuſt contrelit bone pite. Et noſtre Gardeyn quant ce oy, dire, tendi de nous chaſtier et faire bones amendes ſi il ſerroit trove ſi nous fuſoums en coupe, car ceux qui la furont et qui la choſe virent diſoient que les Minours le ferrent eaux defendaunt, mais le Chapeleyn ne voleit mye a ce aſſenter, eyus alerent le perſone Sire *Wauter de Ferrers* et le Chapeleyn en manere de vengeance cozpozale, et tant purcharerent que les feſoient touz eſcumenger obe les communiantz, et lozs demozramus nous udyfs ſauntz rien eſſploiter long temps, que nous ne entraums mye ſouz terre en tiel eſtat, et nous ont iſſint chacez paz tieux dureſces qe aucuns des meillours de nous minours ſenalerent en leur pays, a grant areriſement des oberaignes. Dont Sires ſi bous plet voillez ſur les dites choſes mettre remedie et conſail, iſſint que eaux ne autres ne meſpzegnent de vers les oberours le Koy de taunt pluys hardiement en temps abenir, ſi ſes treſpas ſoient deſpuniz. A Dieu Sires qui vous gard touz jours. Eſcrites a la Minere Seynt *Simon* & Seynt *Jude*.

Dorſo. Aſſignentur *Gilbertus de Knouvill* & *Thomas de la Hyde* ad audiendum & terminandum tranſgreſſionem prædictam per prædictos infraſcriptos & alios Regis (minerariis) in dicta minera factam.

The King alſo this year granted this Licenſe for an Alienation in *Mortmain* in *Ireland*.

An. 31 *E.* 1.

Pat. 31 E. 1. m. 26. Hiber. Pro Waltero de Hibernia Clerico.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Licet de Communi Conſilio regni noſtri ſtatuerimus, *Quod non liceat viris Religioſis ſeu aliis ingredi feodum alicujus ita quod ad manum mortuam deveniat, ſine licentia noſtra & Capitalis Domini de quo res illa immediatè tenetur*; per finem tamen quem *Walterus de Hibernia* Clericus fecit Nobiſcum coram tenente locum, Theſ. noſtro & Baronibus noſtris de Scaccario, conceſſimus, & licenciam dedimus, quantum in nobis eſt, eidem *Waltero*, quod ipſe unum meſſuagium, & unam carucatam terræ, unà cum pertin. in *Done* dare poſſit & aſſignare cuidam Capellano divina in Eccleſia de *Done* ſingulis diebus, pro anima ipſius *Walteri*, & animabus anteceſſorum ſuorum celebraturo. Habend. & tenend. eidem Capellano & ſucceſſoribus ſuis Capellanis in Eccleſia prædicta celebraturis, de Capitalibus Dominis feodi illius per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum, & eidem Capellano, quod ipſe prædicta meſſuagium & terram cum pertin. à præfato *Waltero* recipere poſſit & tenere, ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſencium ſimiliter licenciam dedimus ſpecialem; Nolentes, quod idem *Walterus* vel hæredes ſui, aut prædictus Capellanus vel ſucceſſores ſui prædicti ratione Statuti prædicti, per nos vel hæredes noſtros, Juſtic. Eſc. Vic. ſeu Miniſtros noſtros quoſcumque inde occaſionentur in aliquo ſeu graventur. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Beverlacum* 21. die *Aprilis*.

An. 31 E. 1. the *French* King to conclude a Peace with K. *Edw.* was willing to leave the *Scots* out of the Treaty, * baniſh them out of *France*, and to deliver him poſſeſſion of *Gaſcoigne*; wherupon the King iſſued two Patents or Commiſſions, the one to *John* Biſhop of *Worceſter*, *Ames* Earl of *Savoy*, *Henry de Lacy* Earl of *Lincoln*, and *Otto de Grandiſon*, or any 3. or 4. of them; dated 2. *die Marcii*, *Anno r. n.* 31. *apud* Huntingdon; the other to the three laſt or any two of them, dated *apud* Odyham 10 *die* Januarii, *Anno Dom.* 1303. *& regni noſtri* 31, to prorogue the Truce between him, the King of *France*, their kingdoms and Subjects; and to ſettle a firm and perpetual Peace between them, their heirs and ſucceſſors, againſt all perſons but the Church of *Rome*, agreeing in form with thoſe * premiſed; who thereupon treating with the Dukes of *Burgoine*, of *Brittain*, and other Commiſſioners of the King of *France*, concluded a firm peace between them and their Realms; the cloſe whereof I ſhall only inſert, out of a ſpecial Roll of the Patents, Procurations, and Peace then concluded and ratified, which I found in the *White Tower*.

* Thomas Walſingham, Hiſt. Angl. p. 62.

* Here, p. 896, 897, 900, 936.

NOus *Edward* Roi *Dengleterre* abauntdit, eauntz regard a grantez biens et profitz qe vienent del accozd et del amitie de Rois et de Princes, et eſpecialment a graut abancement qe pozra avenir a la buſoigne de la Terre Sainte, les avantditz treitie & accord daliaunce & damiſte, et totes les autres choſes es dites lettres contenues, et cheſcun de ſes por nous, & por nos heirs, et por noz ſucceſſors volons, looms, ratifions, agreeons et approvons, et por ces preſentes lettres confirmons, & en lalme de nous les avoms fait jurez la Gardere fermement tenir. En teſmoignance de qe choſe nous avoms fait faire ceſtes nos lettres overtes ſealees de noſtre Seal. Done a la Ville de Seint *Johan de Perth* in *Eſcoce*, le diſme jour de *Joignet*, l'an de Grace Mil troiz Centz & troiz, & de noſtre Regne 31.

Matthew Weſtminſter, and *Walſingham*, render us this account of this Peace then ratified; [a] *Anno Dom. in feſto Sanctæ & individuæ Trinitatis, pax diu deſiderata inter duo regna, primò in* Francia, *poſtea in* Anglia *publicatur. Sub quo tempore reſtituta eſt Regi* Angliæ Vaſconia, *cum omnibus juribus ſuis & libertatibus, ſub forma quæ prius ante initium belli hujus eam tenuerat.* [b] *Rex* Francorum *timens ob deſtitutionem* Waſconiæ *injuſtam, à Rege* Angliæ per Dominum Papam ad hoc inſtigato guerram parari; *ut ejus amicitiam ſibi compararet, quicquid in* Waſconia *in manu ſua tenebat, eidem ſponte gratiſque reſtituit, prout videbatur ignorantibus veritatem.* Which peace was much promoted by the great overthrows and defeats of the *French* in *Flanders*; whereof *Matthew Weſtminſter* renders us this brief account. *Quoties furor Regis* Franciæ *armatum militem contra* Flandrenſes *miſerit, conſtat quod toties perdiderit. Quia, aut in acie belli corruerunt, aut de acie ignominioſe & inglorii redierunt. Et in tantum inclinata eſt* Francorum *ſuperbia, ut pro magno*

a Mat. Weſtm. An. 1303 p. 441.

b Tho. Walſingham, Hiſt. Angliæ, p. 56.

magno haberetur, si cum Flandrensibus *usque ad certum tempus* Francia *pacificaretur.* *An.* 31 E. 1.
Adeo ut dicere possint Franci, *fugiamus* Flandrenses, *Dominus enim pugnat pro eis.*

Upon the conclusion of this peace, King *Edward* issued 55. several Writs to restore the Temporalties of all Priors, Prioresses, and Religious Monasteries belonging to Aliens that were under the power of the King of *France*, according to the Articles of this Peace; A bundle of which Writs I found in the *White Tower*, running in this form.

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hyberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Thesaur. & Baronibus suis de Scaccario salutem. Cum in forma pacis inter nos et Regem *Franciæ* super discordiis et guerris motis inter eundem Regem et Nos initæ et confirmatæ contineatur, Quod omnes terræ et redditus hominum et subditorum dicti Regis *Franciæ* per nos aut nostros occasione dictæ guerræ in manum nostram capti, occupati seu detenti, sive fuerint Religiosorum aut aliorum quorumcunque, plenarie et integre illis quorum fuerunt ante captionem eorundem in manum nostram, reddantur et restituantur, prout in dicta forma plenius continetur. Vobis mandamus, quod terras et redditus dilectæ nobis in Christo Prioriss de *Lumenistre* de potestate dicti Regis *Franciæ*, qui ratione supradicta in manu nostra existunt, eidem Prioriss sine dilatione plenè & integrè reddi et restitui, ac ipsam de illa summa pecuniæ quam pro terris et redditibus prædictis ad Scaccarium nostrum prædictum annuatim post captionem eorundem in manum nostram reddere consuevit, exonerari faciatis, & inde quietam esse de cætero permittatis. Teste meipso apud *Banf* 4 die *Septembr.* Anno Regni nostri 31. Bundela Brevium in Turre London. An. 31 E. 1.

The like Writs issued for these ensuing Abbots and Priors Aliens, *videlicet*, Prior de *Lewes*, Abbas *Cluniacen.* Prior *Runeliaco*, Prior de *Horsham*, Abbas de *Pynn*, Prior de *Horton*, Prior de *Threuly*, Prior de *Wenloke*, Prior de *Carbrooke*, Abbas de *Lyra*, Prior de *Eya*, Prior de *Totton*, Prior de *Byrewelle*, Prior de *Haiham*, Prior de *Mentingg*, Prior de *Cambringham*, Prior de *West Ravendale*, Prior de *Lynton.* Prior de *Lappelle*, Prior de *Longa Byninton*, Prior de *Hayling*, Abbas de *Langonio*, Abbas Sancti *Martini* de *Albamarle*, Prior de *Ecclesfield*, Prior de *Otryton*, Prior de la *Sele*, Prior de *Frompton*, Prior de *Wylworron*, Prior de *Wenge*, Prior Sancti *Egidii*, Prior de *Styninton*, Prior de *Toftes*, Prior de *Okeburne*, Prior de *Lancastr.* Abbas beatæ *Mariæ* de *Grestone*, Prior beatæ *Mariæ* de *Mortoyne*, Prior de *Longevill.* Prior de *Alverton Mauleverer*, Prior de *Weston Edyth*, Abbas *Fiscanen.* Prior de *Wivelsford*, Abbas Sancti *Martini Sagien.* Prior Sancti *Nicholai de Arundell*, Prior de *Cogges*, Prior de *Cowyke*, Prior et Conventus Sanctæ *Trinitatis Eborum*, Prior & Conventus de Sancto *Neoto*, Prior de *Stoke*, Prior & Conventus de *Blida*, Prior de *Meresey*, Prior de *Vaste*, Abbatissa Sanctæ *Trinitatis* de *Cadamo*, Prior de *Monteacuto.*

The King wanting monies for supply of his forces in *Scotland*, writ this Letter to the Bishop of *London* to lend and send him 2000 *l.* of the monies out of the Disms granted him by Pope *Boniface*, the repayment wherof he promised them by this Writ.

EDwardus, &c. Magistro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* Collectori Decimæ, unà cum venerabili patre *R. London.* Episcopo, Cleri *Angliæ* per Dominum *Bonifacium*, &c. salutem. Quia pro mora nostra & fidelium nostrorum in partibus *Scotiæ* ad expeditionem nostram ibidem maturandam fæliciter & complendam, quam ad finem votivam in brevi, Dei adjutorio, ducere intendimus, et quæ per defectum pecuniæ poterit (quod absit) in nostri et totius regni nostri dedecus et dampnum inæstimabile de facili retardari, magna pecuniæ summæ ad præsens plurimum indigemus; De vestra dilectione specialiter confidentes, vos affectuosè requirimus & rogamus, quatinus duo Millia librarum de pecunia proveniente de Decima prædicta de secundo anno impositionis prædictæ dilecto Clerico nostro *Johanni de Drokenesford*, Custodi Garderobæ nostræ, quem ad vestram ea occasione præsentiam destinamus, tam ex mutuo, solvi nostris precibus faciatis; ad nos in dictis partibus *Scotiæ*, sicut ei injunximus, deferenda; cui certam fidem præbeatis in his quæ vobis ex parte nostra duxerit intimanda. Et hoc, sicut nos & honorem Bundela Brevium & Literarum in Turre London, Anno 31 & 32 E. 1.

An. 31 E. 1. rem ac commodum noſtrum & totius regni noſtri diligitis, propter aſſignationes aliquas *Vaſconen.* vel aliis quibuſcunque de pecunia dictæ Decimæ per nos prius factas, nullatenus omittatis. Et nos præfato Epiſcopo & vobis, vel Magiſtro *Johanni Bonichi* de *Senis* Commiſſario veſtro, dicta duo Millia librarum in feſto *Paſchæ* proximo futuræ *London.* ſolvi, vel debitam allocationem inde in pecunia, nos de dicta Decima contingente, fieri faciemus. Super quo literas noſtras Patentes vobis mittimus, receptionem dictæ pecuniæ teſtificantes. Teſte meipſo apud *Kamskynel.* primo die *Novembr.* Anno, &c. 31.

Per literam Johannis de Drokenesford.

* See here, p. 980, to 983.

Immediately after the * death of Pope *Boniface* the 8. *William de Nogaret* the Advocate of the *French* King drew up this ſolemn Appeal to the Cardinals and See of *Rome* then vacant, and to the next lawfull Pope and General Council, not to elect any of the ſaid Popes friends or followers Pope, nor to have voyces in his election, for the benefit and honour of the whole Church; wherein the Errors, vices of that Pope, and his followers, with their danger to the whole Church of God are fully related.

Acte par le quel Guillaume de Nogaret *declare, le Pape* Boniface *mort, qu' au cas que les Cardinaux appellent avec eux aucuns des fauteures du dit defunct* Boniface, *il en appelle au ſainct Siege, au Concile univerſel, & au Pape futur.* 1304.

Preuves de Libertez de Egliſe Gallicane, p. 501, 502, 503.

UNiverſis præſentes Literas inſpecturis, ſalutem. Officialis Curiæ *Pariſienſis* ſede vacante, ſalutem in Domino. Noveritis, quod Nobilis vir Dominus *Gulielmus de Nogareto* Miles Illuſtris Regis *Franciæ* coram nobis perſonaliter conſtitutus, in ſcriptis appellationem conſtituit in hæc verba. Scriptum eſt, nihil eſſe quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam ut indigni Paſtores ad animarum regimen aſſumantur. Si hoc eſt igitur periculoſum in quibuſlibet Eccleſiarum Prælatis, quanto ſit periculoſius in Summo Pontifice cum indignus aſſumitur, divina teſtatur ſcriptura, necnon perverſus ac deteſtabilis exitus ex promotione *Bonifacii* proximo defuncti, qui Dei, Eccleſiæ noſtris præfuit temporibus, oſtendit præſentibus qui nunc bibunt, ac eis qui ſequuntur, futuro tempore dat exemplum. Cæterum Proverbium eſt vulgariter, *Tales Diſcipuli qualis Magiſter.* Eapropter ego *Gulielmus de Nogaretto* videns quamplures perſonas, maximè aliquas Sedi Apoſtolicæ aſſiſtentes, nedum in vita ſua foviſſe in ſuis perverſitatibus dictum *Bonifacium,* ſed nunc poſt mortem ejus, ubi ceſſat cauſa timoris ejus effrænatæ potentiæ, quæ hinc ipſos aliqualiter excuſabat, ipſum *Bonifacium,* ejus abhorrendam memoriam, ac ipſius facta damnabilia ſequentes, ac etiam defendentes, ne ſuper hæreſi, Schiſmate, Simoniaca peſte, Sodomitali abominatione, homicidiis, aliſque innumerabilibus vitiis, concupiſcentiis, in quibus profundo malorum poſitus et proſtratus, incorrigibilis ac inſperatus deceſſit, convocetur Eccleſia per Concilium Generale, fiat juſtitia, prout decet, ex quo cenſendi ſunt hæreſis manifeſti fautores: intuens proh dolor! quod filii Matris Sanctæ *Romanæ* Eccleſiæ pugnant ſic turpiter contra eum, quæ ſemper fuit ſine macula, ſine ruga, tradunt Gentibus in deriſum, ſemper caſtam violare conantur, incraſſat, dilatati per eam recalcitrant contra ipſam; ubera ſanctiſſima quæ ſunt meliora vino, matris noſtræ caſtiſſimæ, unguentis optimis flagrantia, nobis vitæ pabulum effundentia, ſubbacare nituntur, ad inſtar uberum meritricis. Sicut me contra dictum *Bonifacium* expoſui, pro defenſione matris prædictæ, ſic et contra ejus ſequaces & fautores, qui quodammodo cenſendi ſunt eo pernicioſiores, & magis ſi tollerarentur Eccleſiæ Dei nocivi, me murum volens opponere pro defenſione Eccleſiæ memoratæ, in his ſcriptis provoco & appello ad Sedem Apoſtolicam, ad totamque Dei Eccleſiæ congregandam, & ad Summum Pontificem futurum legitimum, ſeu ad eum quem melius valeam appellare, ne Reverendi Patres Cardinales dicta labe fautoriæ carentes, quemquam ex ejus fautoribus, aut eis conjunctis, vel adhærentibus quoquo modo præſumant eligere in Eccleſiæ Dei Paſtorem, nec cum eis utpote excommunicatis a Canone ad electionem vel electionis ipſius tractatum procedant, nec eis communicent Eccleſiæ Dei prætioſiſſimam margaritam: quam appellationem ad dictam Sedem ac reverend. Patrum cœtum Cardinalium, propter metum juſtum prædictorum

rum

rum fautorum, & eorum inimicitias, quibus me graviſſimè perſequuntur, non audens accedere, interpono, proteſtor, & publicè vobis Domine Official. *Pariſ.* Curiæ; volens et requirens dictis Patribus Reverendis, ac omnibus Catholicis, quorum cujuſlibet intereſt, fieri manifeſtum. Præfatos verò fautores ceſſo ad præſens nominare ex cauſa, nec eſt periculum, cum eorum opera manifeſta, geſtus inſuper omnibus, qui ſint ipſi, manifeſtè declarent, et ab eorum fructibus clarè noſcuntur. Ex abundanti tamen me probaturum offero prædicta omnia & ſingula loco & tempore opportunis. In quorum omnium teſtimonium Sigillum Curiæ *Pariſien.* præſentibus Literis ad requiſitionem & rogatum dicti Domini *Gulielmi* Militis duximus apponendum. Datum Anno Domini 1304. die Sabbati poſt feſtum Nativitatis B. *Mariæ* Virginis. *An.* 31 *E.* 1.

* *Anno Gratiæ* 1304. *qui eſt regni Regis* Edwardi *Triceſimus ſecundus*, *Papa* Benedictus, *dum apud* Peruſium *verbum Dei populo prædicaret*, inter cætera deplorabit abominabile exitium, in vicarium Jeſu Chriſti et Petri commiſſum. Nec tamen caſum perſonæ deflebit, quinimo ipſum Chriſtum a Militibus Pilati iterum ſpoliari aſſerens, captum, damnandum, et tanquam remotum, planxit in Carcere, velut in ſepulchro, triduo a Militibus cuſtoditum; *non ut dicit Apoſtolus*, Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, &c. verum eſt in carne jam glorificata; *Sed ſicut dixit Dominus* Jeſus Chriſtus, Petro *interroganti*, Domine quo vadis? ait, venio Romam, iterum crucifigi. *Intellexit hoc* Petrus *de ſua dictum paſſione, quod in ea Dominus eſſet paſſurus, qui patitur in ſanctis miſericordia pietate. Et ſicut idem alio loco dicit*, Quod uni ex minimis meis feciſtis, ſive honoris, ſive dedecoris, hoc noveritis me paſſurum. *Cumque hæc, & plura his ſimilia* de occaſu Papæ Bonifacii recitaret, * Bonifacii *captores*, Anagninos *omnes*, Nogaretum*que &* Sairam, ſpoliatores ejus, vel omnes ipſis aſſentientes, vel qui huic conſcii extitere, duplici contritione Anathematis irretivit. *Inſiſtens, & immoratus, quamplurimum huic verbo*, Si quidem in viridi ligno hæc fecerunt, in arido quid facturi ſunt? Cumque fulgura et corruſcationes divinæ ultionis flagitioſos viros inopinate occupare aſſereret, et ſe ad hoc Electum, et in Cathedra ſeniorum collocatum, ut annunciaret populo ſcelera eorum, diceret ut reſipiſcerent, ſatisfaciendo de commiſſis commonuit, alioquin ad radicem maledictionis, et ſtirpis peſtiferæ ſecurim amputationis et ebultionis ſe poſiturum neceſſario et quam citius præconizat. *Hujuſcemodi igitur interminationibus exterriti viri venifici*, cum alio Caipha captantes conſilium, expedire quod unus homo moreretur, quam tota gens, vel tribus *Columnenſium* deleretur, corrupto per pecuniam Pincerna Domini Papæ impotionatus non poſt dies 15. ſuperbivit. *Leander*, *Stella*, *Creſpin*, *Onuphrius*, and * *Balæus* ſtory, *Abbatiſſæ cujuſdam ficuum obſonio, è vita ſublatus fuit. Obiit ergo Papa* Benedictus *in Civitate* Peruſii *ſeptimo die menſis* Julii, *cum ſediſſet menſibus octo, & diebus* 15. *Poſt cujus deceſſum oritur inter Cardinales ſæva diſſenſio; ita ut de eligendo Pontifice per menſes* 9. *de ipſis Cardinalibus* non poterant concordare. *Cumque in electionem Summi Pontificis diſſiderent, à* **Civibus ſecundum Conſtitutionem* Gregorii *decimi includuntur. Tranſit igitur annus iſte* Romanis *lugubris propter diſſenſionum Cardinalium in electione Papæ.* This Pope notwithſtanding his premiſed ſeverity againſt the ſpoilers, impriſoners and murderers of his predeceſſor *Boniface*, was ſo indulgent to *Philip* King of *France*, the chief contriver of it, that to obtain his favour, and reduce him to his Sheepfold (as * *Thomas Walſingham* and others obſerve) *Papa* Benedictus *conſiderans pium eſſe etiam ovem errantem licet invitum perducere ad ovile*, Regem Francorum non pœnitentem, a ſententia excommunicationis per prædeceſſorem ſuum lata in eum abſolvit. Although, *Per idem tempus* Rex Franciæ offenſus Abbati Ciſtercienſi, quia in Appellatione contra Papam Bonifacium non conſenſerat, omnia Monaſteria ejuſdem ordinis in regno Franciæ conſtituta plurimum moleſtabit; propter quod Abbas ultro regimine ordinis ſui ceſſit. *An.* 32 E. 1.

* Mat. Weſt. Anno Dom. 1304. p. 444.

* Platina Stella, Onuphrius, Volaterranus, Balæus in vita Benedicti 11.

* In vita Benedicti 11. p. 366 Centuriæ Script Brit. 4. c. 81. & 85. Appendix.

* Tho. Walſingham, Hiſt. Angliæ, p. 61.

* Walſingham Hiſt. Angl. p. 61. Ypodigm. Neuſtr. p. 96. Faſciculus Temp. Stella, Platina Volaterranus, Balæus, & others in vita ejus.

What Uſurpations the Prelates and Eccleſiaſtical Courts, Perſons made in the 32 year of King *Edward* the 1. upon his Crown and Temporal Courts, and what oppoſitions the King and his Judges made againſt them, theſe 6. Writs for holding Plea in Courts Chriſtian againſt the Kings Prohibitions, extant in the Bundle of Writs of this year in the *White Tower*, (beſides others that are periſhed) will in part inform us.

Edwardus

An. 32 E. 1. Bundelæ Brevium, Anno 32 E 1. in Turre Lond.

EDwardus, &c. *Venerabili in Christo patri* W. *eadem gratia* Coventr. & Lychf. *Episcopo, salutem. Mandamus vobis sicut aliàs vobis mandavimus, quod venire faciatis coram Justic. nostris apud* Ebor. *à die* Pasch. *in unum mensem* Simonem de Shirley *Clericum vestrum*, **ad respondendum nobis de placito, quare cum placita de Catallis et Debitis quæ non sunt de Testamento vel Patrimonio, ad nos, coronam et dignitatem nostram pertinent**, idem Simon, *sicut ex relatu plurium accepimus*, **secutus est placitum in Curia Christianitatis de Catallis et Debitis** *Magistri* Simonis de Wymundham *Personæ Ecclesiæ de* Dyremeston, **quæ non sunt de Testamento vel Patrimonio, in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et contra Prohibitionem nostram.** *Et unde Vic. noster* Warw. *aliàs mandavit Justic. nostris apud* Ebor. *quod predictus* Simon de Shirley *Clericus est, & non habet laicum feodum in Balliva sua per quod potest* **attachiari.** *Et sciatis, quod nisi hoc mandatum nostrum plenius exequutum,* **graviter ad vos capiemus.** *Et habeas ibi hoc breve. Teste* R. de Hengham *apud* Ebor. *6 die* Januarii, *Anno regni nostri* 32.

On which the Bishop endorsed: *Sequestravimus bona Ecclesiastica* Simonis de Shirley *quæ habet in Episcopatu nostro, & nichilominus citavimus ipsum quod sit ad diem & locum in brevi contentos, ad faciend. sicut in eodem brevi continetur.*

Ibidem.

EDwardus, &c. *Pone* Johannem *Personam Ecclesiæ de* Uppeclatford, &c. *ostensur.* **quare cum placita de Catallis**, &c. (ut supra) **secutus est placitum in Curia Christianitatis de Catallis et Debitis** Willielmi de Glouc. *Personæ Ecclesiæ de* Berton Stacy, **quæ non sunt de Testamento vel Patrimonio, contra Prohibitionem nostram**, &c. *Teste meipso apud* Stryvelyn 28 *die* Junii, *Anno regni nostri* 32.

Ibidem.

EDwardus, &c. *Vic.* Nottingham, *salutem. Præcipimus tibi, sicut aliàs præcipimus, quod ponas per vadium & salvos pleg.* Radulphum de Colestone *Capellanum; quod sit coram Justic. nostris apud* Westm. *in* Octabis *Sancti* Hillarii, *ad respondendum tàm Nobis quàm* Waltero de Candelisby *de placito, quare cum idem* Radulphus *in Curia nostra apud* Eborum, *à die* Paschæ *in* 15 *dies proximo præteritos attach. esset ad respondendum prædicto* Waltero *de placito*, **quare tenuit placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis, quæ non sunt de Testamento vel Patrimonio, contra prohibitionem nostram, ut dicitur**; *ac idem* Willielmus *habuisset diem in Curia nostra coram Justiciariis nostris apud* Eborum *in Octabis Sancti* Michaelis *proximo sequentibus, ad respondendum prædicto* Waltero *de prædicto placito, idem* Radulphus, **pendente inde inter eos in præfata Curia nostra, prædicto placito, nichilominus Placitum illud in eadem Curia Christianitatis ulterius tenuit, quousque sententia in ipsum** Walterum **promulgata ipsum excommunicari fecit; et postea Breve nostrum de ipso** Waltero **sic excommunicato**, (**tanquam olaves Ecclesiæ contemnente**) **capiendo jam tibi porrexit**, ut **dicitur**; **in Coronæ et dignitatis nostræ læsionem, Curiæ nostræ prædictæ contemptum manifestum, et ipsius** Walteri **dispendium non modicum et gravamen**; *Præcipimus etiam tibi sicut alias tibi præcepimus*, **quod si tibi constare possit, quod prædictus** Walterus **occasione prædicta et non alia excommunicatus sit, tunc ab ipso** Waltero **capiendo per aliquod Breve nostrum ad sectam ipsius** Radulphi **impetratum vel impetrandum omnino desistas; et ipsum** Willielmum **pendente inter eos in præfata Curia nostra inter eos in prædicto placito, pacem nostram inde habere permittatis**: *Et unde tu ipse mandasti Justiciariis nostris apud* Eborum *in Octabis Sancti* Michaelis, *quod Breve nostrum*, **quod tibi inde venit, adeo tarde venit, quod illud exequi non potuisti.** *Et habeas ibi nomina Pleg. & hoc Breve. Teste* R. de Henghaw *apud* Eborum 18 *die* Octobris, *Anno Regni nostri* 32.

Dorso. Radulphus de Colestone *Capellanus Clericus est, & non habet Laicum feodum in Balliva mea.*

Ibidem.

EDwardus, &c. *Vic.* Not. &c. *Si* Walterus de Gousfle, &c. *Pone*, &c. Thomam *Archiepiscopum* Ebor. *Magistr.* Johannem de Nassington *seniorem, & Magistr.* Johannem de Berewys, &c. **quare secuti sunt placitum in Curia Christianitatis de Catallis et Debitis, quæ non sunt de Testamento vel Patrimonio, contra prohibitionem nostram.** *Teste meipso apud* Dovere 6. *die* Marcii, *An. r. n.* 32.

Vic.

An. 32 E. 1.

Vic. Somerſet. *Si* Johannes de Chateham, *&c. Pone*, &c. *Magiſt.* Hugonem de Pencrich. *Offic. Epiſcopi* Bathon. & Wellen. *&c.* **quare tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis, de catallis, &c. contra prohibitionem noſtram.** *Teſte meipſo apud* Strivelyn. 28 *die* Maii, *an. r. n.* 32. Ibidem.

Vic. Lanc. *&c. quod capias Magiſtr.* Willielmum de Totton *ad reſpondend* Thomæ de Bekyngton, *quare ipſe ſimul cum* Radulpho de Gloſingham *Capellanum* **tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis quæ non ſunt, &c. contra prohibitionem noſtram, &c.** *Teſte* R. de Hengham *apud* Ebor. *die* Novembr. *Anno regni noſtri* 32. Ibidem.

EDwardus, &c. *Vic.* Sutht. *ſalutem. Præcipimus tibi, quod non omittas propter libertatem Epiſcopatus* Wynton. *quin venire facias coram Juſticiariis noſtris apud* Ebor. *in Octabis Sancti* Michaelis 12 *tàm Milites quàm alios liberos & legales homines de Viſn. de* Wynton. *quorum quilibet habeat Centum ſolidatas terræ & ten. vel redditus per annum ad minus, per quos rei veritas melius ſciri poterit. Et qui nec* Edmundum Huſee, *nec* Hugonem de Spineto *aliqua affinitate attingant, ad recognoſcendum ſuper ſacramentum ſuum,* **ſi prædictus** Hugo **unquam ſecutus fuit placitum in Curia Chriſtianitatis apud** Wynton. **de Quadraginta ſolidis de Catallis prædicti** Edmundi, **quæ non ſunt de Teſtamento vel Patrimonio, contra Prohibitionem noſtram,** *ſicut prædictus* Edmundus *dicit vel non, ſicut prædictus* Hugo *dicit; quia tàm prædictus* Edmundus *quàm prædictus* Hugo, *inter quos contentio inde eſt, poſuerunt ſe in Jur. illam. Et unde tu ipſe mandaſti Juſticiariis noſtris apud* Ebor. *à die* Paſchæ *in* 15 *dies, quod præceperas Ballivis prædictæ libertatis, quod præceptum noſtrum prius inde tibi directum exequerentur, qui nihil inde fecerunt. Præcipimus etiam tibi quod habeas coram Juſticiariis noſtris apud* Ebor. *ad præfatum terminum corpora Ballivorum prædictæ libirtatis, quibus prædictum Præceptum noſtrum inde feciſti, oſtenſur.* **quare illud Præceptum noſtrum exequi contempſerunt, in noſtri contemptum manifeſtum,** *& prædicti* Edmundi *diſpendium non modicum & gravamen. Et habeas ibi nomina Ballivorum Jur. & hoc breve. Teſte* R. de Hengham *apud* Ebor. 20 *die* Aprilis, *Anno regni noſtri* 32. Ibidem.

To theſe I ſhall ſubjoyn ſome other Prohibitions and Attachments, extant in the Clauſe Rolls of this year. The firſt to the Dean of the Arches, for ſuing the Kings Clerk in Court Chriſtian, againſt a Judgement given for the King and him in the Kings Court.

REX Decano Eccleſiæ beatæ *Mariæ de Arcubus London.* & ejus Commiſſar. ſalutem. Cum nos in Curia noſtra coram Juſtic. noſtris apud *Ebor.* per conſiderationem ejuſdem Curiæ recuperaverimus verſus Magiſtrum *Robertum de Lacy* præſentationem noſtram ad Eccleſiam de *Magna Hale Lincoln.* Dioc. vacantem, & ad donationem noſtram, ratione temporalium Abbatiæ de *Bardeney* nuper in manu noſtra exiſtentium, ſpectantem; ac idem Magiſter *Robertus* in quadam cauſa quæ inter dilectum Clericum noſtrum *Robertum de Askeby* quem ad ipſam Eccleſiam præſentavimus, & ipſum Magiſtrum *Robertum* **vertitur coram vobis in Curia Chriſtianitatis, de injuſta detentione et occupatione Eccleſiæ prælibatæ, contra eundem Clericum noſtrum excipiendo propoſuerit coram vobis,** ut relatu plurium accepimus, **quod præſentatio ad Eccleſiam prædictam ad nos non pertinet iſta vice, quod in enervationem juris noſtri Regii, et Judicii in Curia noſtra rite reddita, ſi admittatur cedere dinoſcitur manifeſte. Præſertim cum jus præſentandi nobis adquiſitum adnullari nobis inconſultis non debeat, ſeu caſſari: Vobis prohibemus, ne quid occaſione exceptionis prædictæ coram vobis in Curia Chriſtianitatis attemptetis, ſeu attemptari permittatis, quod in noſtri ſeu juris noſtri Regii præjudicium cedere valeat quoquomodo.** In aliis nichilominus cauſam prædictam tangentibus, quorum cognitio ad Curiam Chriſtianitatis pertinet, prout convenit procedentes. Teſte Rege apud *Strivelyn* 18 die *Junii.* Clauſ. 32 E. 1. m. 11. dorſo. Prohibitio pro Rege.

An. 32 E. 1. The Archbishop of *Canterbury* excommunicating the Prior and Covent of St. *Oswald* in *Glocester*, of the Kings foundation, and his Free-Chapple, exempt from all Archiepiscopal and Episcopal Jurisdiction, because they opposed his Visitation of them; and commanding all persons within the City and County of *Glocester* not to sell to, or buy of them any Victuals or other necessaries, nor in any kinde to communicate with them, in high contempt, prejudice and derogation of his Royal Crown and Dignity; the King thereupon issued this memorable Writ and Proclamation against his Archiepiscopal unchristian Inhibition, commanding all his Subjects to buy, sell and communicate with them in all things, as freely as they did before.

Clauss. 32 E. 1. m. 2. dorso. Pro Priore Sancti Oswaldi Glouc.

REX Vic. *Glouc.* salutem. Quia ex querela Prioris & Conventus Ecclesiæ Sancti *Oswaldi Glouc.* **quæ est libera Capella nostra**, accepimus, quod venerabilis pater *Robertus Cantuar.* Archiepiscopus in Villa nostra *Glouc.* & alibi in Balliva tua, **nuper sub pœna Excommunicationis fecit publice inhiberi, ne quis eisdem Priori et Conventui decimas, redditus, aut alia jura Ecclesiastica reddat, seu victualia aut alia ad sustentationem eorundem necessaria eis vendat, vel ab eis emat, seu aliqualiter communicet cum eisdem; quod si sic tolleraretur in nostri et Coronæ nostræ præjudicium, et Regiæ dignitatis nostræ derogationem manifeste redundaret. Nolentes quod prædicti Prior et Conventus in prædicta libera Capella nostra ministrantes per hujusmodi inhibitiones, quin victualia, et alia venalia emere possint, et vendere, ac etiam cum omnibus Christianis in omnibus communicare excludantur. Tibi præcipimus, quod si hujusmodi inhibitio ibidem facta fuerit, tunc in Villa nostra** Glouc. prædicta, **et locis aliis quibus opus fuerit in Balliva tua publice proclamari fac. ex parte nostra, ne qui propter hujusmodi inhibitiones sic in nostri præjudicium factas omittant, quin cum eisdem Priore et Conventu sicut cum cæteris de regno nostro ad fidem et pacem nostram existentibus in emptione et venditione victualium, et aliarum rerum venalium, ac etiam in omnibus aliis communicent, sicut hactenus consueverunt.** Teste Rege apud *Brustwykes* primo die *Novembris*.

A memorable president, evidencing the Supreme Ecclesiastical Soveraignty of our Kings, in countermanding and nulling even the exorbitant Ecclesiastical Inhibitions and Excommunications of the Archbishop himself, by publick Proclamation, as prejudicial and derogatory to his Crown and Royal Dignity to tolerate or connive at, though warranted by Papal Canons, Constitutions and Presidents.

Soon after, this memorable Writ of *Attachment* issued against the Archbishop of *Canterbury* himself, for presuming to visit the Free-Chapple of St. *Oswald* in *Glocester*, and excommunicating the Prior and Covent thereof, against their Priviledges.

Clauss. 32 E. 1. m. 17. dorso. Pro Priore Sancti Oswaldi Glouc. de Attachiament.

REX Vicecomiti *Glouc.* salutem. Si Prior Sancti *Oswaldi Glouc.* fecerit te securum de clameo suo pros. tunc pone per vadium & salvos plegios *Robertum* Archiepiscopum *Cantuar.* quod sit coram nobis in Octabis Purificationis beatæ *Mariæ* ubicunque tunc fuerimus in *Anglia*, ostensur. **quare in Ecclesia** Sancti *Oswaldi Glouc.* **quæ est libera Capella nostra, de eleemosynis progenitorum nostrorum quondam Regum** *Angliæ* **fundata, et quæ ab omni jurisdictione ordinaria exempta est penitus et immunis, jurisdictionem ordinariam exercere, ac etiam Excommunicationis sententias in ipsum Priorem et Canonicos ejusdem Ecclesiæ fulminare, et alia gravamina eis inferre præsumpsit, in nostri contemptum, et Regiæ dignitatis nostræ præjudicium, et dampnum ipsius Prioris ducentarum librarum, et contra Prohibitionem nostram.** Et habeas ibi nomina pleg. & hoc breve. Teste Rege apud *Dumfermelyn* 25 die *Novembris*.

The Bishop of *Worcester* and his Official intending to exercise Ecclesiastical ordinary Jurisdiction over the foresaid Prior and Convent of St. *Oswald*, by the Archbishops president and instigation, the King upon information thereof issued this ensuing Prohibition to him, almost *verbatim* with that to the * Archbishop of *Canterbury* the year before.

* Herep 984.

Venerabili

An. 32 *E.* I

Clauſ. 32 E. 1. m. 17. dorſo.

VEnerabili in Chriſto patri *W.* eadem gratia Epiſcopo *Wygorn.* & ejus Officiali, ac eorum Commiſſar. ſalutem. Cum Eccleſia Sancti *Oſwaldi Glouceſtr.* de eleemoſynis progenitorum noſtrorum quondam Regum *Angliæ* fundata, **libera Capella eorundem progenitorum noſtrorum fuerit ab antiquo, et ab omni Juriſdictione ordinaria exempta penitus et immunis,** ac bonæ memoriæ *Willielmus* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter, per Chartam ſuam prædictam Eccleſiam cum juribus ſuis cuidam *Thomæ* dudum Archiepiſcopo *Ebor.* pro quibuſdam exactionibus & calumniis ſuis quas erga quondam *Robertum* tunc *Lincoln.* Epiſcopum de quibuſdam Eccleſiis & poſſeſſionibus fecerat remittendis, dederit & conceſſerit; habend. eidem Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis Archiepiſcopis ejuſdem loci imperpetuum, **ab omni juriſdictione Diocæſani vel Metropolitani alterius, quam Archiepiſcoporum loci prædicti eremptam penitus et immunem,** ſicut progenitores noſtri eam ante donationem & conceſſionem prædictas tenuerunt, quas quidem donationem & conceſſionem quidam Summi Pontifices poſtmodum per ſuas Papales literas confirmarunt. Et Priores & Canonici ejuſdem loci, tàm virtute donationis & confirmationis prædictarum, quàm ratione exemptionis prædictæ, **ab omni juriſdictione loci Diocæſani vel Metropolitani alterius, quam Archiepiſcoporum loci prædicti ſemper hucuſque extiterint, ut dicitur, liberi penitus et immunes;** ac jam intellexerimus, **quod vos ad exemptionem, donationem et confirmationem prædictas, nullam habentes conſiderationem, in Eccleſiam Sancti *Oſwaldi* prædictam, ac Priorem et Canonicos ejuſdem loci juriſdictionem ordinariam intendatis pro viribus exercere, quod ſi toleraretur in noſtri præjudicium, et exemptionis, donationis et confirmationis earundem derogationem manifeſte redundaret: Vobis inhibemus, ne in dicta Eccleſia ſeu Priore et Canonicis ejuſdem quicquam in hac parte attemptetis, ſeu attemptari factatis, quod in noſtri, ſeu dictæ Eccleſiæ, vel Prioris et Canonicorum ejuſdem præjudicium cedere valeat quoquomodo.** Teſte Rege apud *Dumfermelyn* 28 die *Novembris.*

Moreover the King iſſued ſeveral Prohibitions to the Archbiſhop of *Canterbury*, not to compell, ſue or ſequeſter ſundry of his Clerks imployed and continuing in his ſervice, to reſide upon their Benefices, or receive the Order of Prieſthood.

Clauſ. 31 E. 1. m 17. dorſo. Pro Johanne de Sheffeld Clerico.

REX venerabili in Chriſto patri *R.* eadem gratia *Cantuar.* Archiepiſcopo, totius *Angliæ* Primati, ſalutem. **Cum Clerici noſtri ad ordines ſuſcipiendos, vel ad faciendum in ſuis Beneficiis reſidentiam perſonalem, dum noſtris immorantur obſequiis compelli, aut alias ſuper his moleſtari vel inquietari non debeant:** Noſque ac progenitores noſtri Reges *Angliæ* **hujuſmodi libertate ſeu privilegio pro Clericis noſtris a tempore quo non extat memoria ſemper hactenus uſi ſumus:** Vobis mandamus rogantes, quatinus dilectum Clericum noſtrum *Johannem de Sheffeld* Perſonam Eccleſiæ de *Fulden. Norwicen.* Diocæſis, qui per præceptum noſtrum noſtris jugiter intendit obſequiis, dum eiſdem obſequiis immoratur ad reſidentiam in Beneficio ſuo prædicto faciendam, vel ad ordines ſuſcipiendos, dum tamen infra ſacros exiſtat, **nullatenus compellatis, aut ſuper Beneficio ſuo prædicto occaſione præmiſſorum inquietetis ſeu moleſtetis.** Et ſequeſtrum, ſi **quod de fructibus aut aliis bonis Beneficii ſui prædicti ea occaſione fieri fecerittis, ſine dilatione relaxari faciatis.** Teſte meipſo apud *Dumfermelyn* 28 die *Januarii.*

Eodem modo ſcribitur præfato Archiepiſcopo pro *Willielmo de Brichull* Clerico Regis, Perſona Eccleſiæ de *Denton, Norwicen.* Diocæſis.

Eodem modo ſcribitur præfato Archiepiſcopo pro *Petro de Donewico* in Diocæſi prædicta beneficiato. Teſte Rege apud Villam Sancti *Andreæ* 24 die *Martii.*

Per breve de Privato Sigillo.

Eodem modo ſcribitur præfato Archiepiſcopo pro *Roberto* Perſona Eccleſiæ de *Magna Saxham, Norwicen.* Diocæſis. Teſte Rege apud *Sandford* 8 die *Aprilis.*

The Biſhop of *Lincoln* exacting duties, procurations, and other exactions from the Hoſpital of St. *Johns* without the Eaſt-gate of *Oxford*, of the Kings anceſtors foundation, exempt from all Epiſcopal Juriſdiction, payments and procurations by

An. 32 *E.* 1. its very foundation, as his Free-Chapple, and to be visited only by his Chancellor and none other, issued this Prohibition to him.

Claus. 32 E. 1. m. 2. dorso. Pro Rege de Hospital. S. Johannis.

REX venerabili in Christo patri *J.* eadem gratia *Lincoln.* Episcopo, salutem. Cum Hospitale nostrum Sancti *Johannis* extra Portam Orientalem *Oxon.* **quod est fundatum de eleemosynis progenitorum nostrorum Regum *Angliæ*, ab omni Jurisdictione ordinaria, et præstationibus, procurationibus, et aliis exactionibus quibuscunque per ordinarios faciendis, a prima fundatione sua exemptum sit penitus et immune; Ita quod nullus præterquam nos et Cancellarius noster prædictum Hospitale visitare, seu quoquomodo intromittere debeat de eodem: Vobis mandamus, quod ipsum Hospitale a præstationibus, procurationibus et exactionibus hujusmodi quietum, et immune esse permittatis, districtiones seu coercciones si quæ Magistro et Fratribus Hospitalis prædicti pro præstationibus, procurationibus, exactionibus hujusmodi per vos, vel Ministros vestros factæ fuerint, sine dilatione aliqua relaxantes eisdem.** Teste Rege apud *Brustwyk* 8 die *Novembris.*

The Pope by his *Provision* granting the next Prebendary that should fall void in the Kings Free-Chapple of St. *Martins London* to a *Roman*, and commanding the Dean of St. *Pauls London*, and *Bartholomew de Ferentine* a Canon thereof, to put him into possession of it; the King being informed thereof, for the preservation of the Rights and Priviledges of his Crown and Dignity according to his Oath, issued these two memorable Prohibitions to him against this Papal Provision.

Claus 32 E. 1. m. 6. dorso. Prohibitio pro Capella Regis S. Martini Magni London.

REX dilectis sibi in Christo Decano Sancti *Pauli London.* & Magistro *Bartholomæo de Ferentino* ejusdem Ecclesiæ Canonico, vel eorum alteri, salutem. **Ne Coronæ et dignitatis nostræ Regiæ jura depereant studiosam nos decet operam adhibere, et ad ea manutenenda et conservanda eo potius debemus esse solliciti quo ad hoc vinculo juramenti teneri dinoscimur et astringi: Cum itaque quoddam negotium provisorium de quadam Præbenda in libera Capella nostra *Sancti Martini London.* cuidam *Henrico* nato *Braunche* de *Sarracenis de Urbe*, authoritate Apostolica assignanda sit vobis commissum, sicut accepimus exequendum, quod utique si procederet, in nostri cederet præjudicium manifestum, et dictæ Coronæ ac dignitatis nostræ Regiæ læsionem: Vobis inhibemus firmiter injungendo, ne nobis inconsultis ad executionem aliquam in hac parte faciendam procedatis, seu procedere præsumatis, per quod nobis, Regio juri nostro, et liberæ Capellæ nostræ prædictæ præjudicium aliquod generari valeat in futurum. Et si forsan ad receptionem alicujus authoritate prædicta processeritis inconsulte, processum hujusmodi penitus revocetis et faciatis quod ab aliis revocetur. Taliter super his vos habentes, ne ad vos tanquam ad juris nostri et Coronæ nostræ violatores graviter capere debeamus.** Teste meipso apud *Northalverton* primo die *Octobris.*

Claus. 32 E. 1. m. 6. dorso. Prohibitio pro Rege.

REX *Henrico* nato *Braunche* de *Sarracenis de Urbe*, salutem. **Ne Coronæ et dignitatis nostræ Regiæ jura depereant studiosam nos decet operam adhibere,** &c. ut supra. **Cum itaque quoddam negotium provisorium de quadam Præbenda in libera Capella nostra *Sancti Martini Magni London.* cum aliquam vacare contigerit in eadem, authoritate Apostolica tibi sit factum, ut accepimus, quod utique si procederet in nostri cederet præjudicium manifestum, et dictæ Coronæ ac dignitatis nostræ Regiæ læsionem. Tibi prohibemus firmiter injungendo, ne prætextu negotii provisorii prædicti aliquod attemptes, seu attemptari procures in hac parte, quod nobis, Regio juri nostro, et liberæ Capellæ nostræ prædictæ præjudicare possit in futurum. Et taliter te habeas in hac parte, ne ad te tanquam ad juris nostri et Coronæ nostræ violatorem graviter capere debeamus.** Teste Rege apud *Beverlacum* 18 die *Octobris.*

In the Plea Rolls of *Trinity* Terme held at *York*, *Anno* 32 *E.* 1. (reserved in the Receivers Office of the Kings Exchequer at *Westminster*) this memorable Case (* *formerly* touched) is at large recorded, the brief whereof I shall first present you with in English. The King by his Letters Patents granted to Mr. *John Bouhs*

* Herep. 860, 861.

the

the Prebend of *Styvelyngton* in the Church of St. *Peter* in *York*, belonging to him by the vacancy of the Archbiſhoprick, commanding *Thomas Corbridge* the new Archbiſhop to admit and put him into actual poſſeſſion thereof; who neglected to do it after two ſucceſſive mandates, to the Kings damage of 10000 *l.* Thereupon the Archbiſhop being ſummoned to anſwer this contempt before the Kings Juſtices, upon his appearing before them, alledged; *That he was alwayes ready to obey the Kings commands ſo far as he could, but he could not admit his Clerk, becauſe the Pope by reaſon of the vacancy, and his confirmation of him in the Court of* Rome *as Archbiſhop, had by his Proviſion conferred the ſaid Prebendary and Chapple thereunto belonging on his own Clerks, of whom they were now full; ſo as he by reaſon of his Oath and obedience made to his Lord the Pope, could not invalid the Act of the Pope his Superiour Lord, nor deprive or remove his Clerks, and therefore prayed the King to hold him excuſed; refuſing to give any other anſwer:* Whereupon Judgement was ſolemnly given againſt him, **That what he alledged was no ſufficient cauſe for him not to execute the Kings commands**, *and that all his Temporalties held of the King ſhould be ſeiſed into his hands for this his contempt and diſobedience, untill he ſhould yield obedience thereunto; and the Archbiſhop, and all others as well Clergymen as Laymen, were in full Court prohibited under pain of forfeiting all they could forfeit, not to proſecute or cauſe to be proſecuted any ſuit or appeal in the Court of* Rome *againſt the Rights of the Kings Crown and Dignity, nor to make any inſtruments, nor to give any ayd, counſil or aſſent in any kinde in this caſe, whereby any diſcord might ariſe between the Kings Court and the Court of* Rome. I ſhall now ſubjoyn the Tranſcript of the whole Record it ſelf. *An.* 32 E. 1.

* *Cum Dominus Rex per literas ſuas patentes dederit & conceſſerit dilecto Clerico ſuo Magiſtro* Johanni Bouhs *de* London. *Præbendam de* Styvelyngton *in Eccleſia beati* Petri Ebor. *vacantem*, **et ad Regis donationem ſpectantem, ratione Archiepiſcopatus** Ebor. **nuper vacantis, et in manu Domini Regis exiſtentis, habendam cum ſuis juribus et pertinentiis quibuſcunque**, *prout in literis ipſius Domini Regis predictis plenius continetur: Per quod idem Dominus Rex Archiepiſcopo*, &c. **mandaverit, quod ipſum** Johannem **ad prædictam Præbendam admitteret, et in corporalem poſſeſſionem ejuſdem, prout moris eſt, induci faceret, ſuper quo nichil hucuſque facere curavit, ut Dominus Rex accepit, de quo plurimum admirabatur**; *per quod idem Dominus Rex* **iterato prædicto Archiepiſcopo mandavit, quod** præfatum Johannem **ad Præbendam prædictam admitteret, et ipſum in corporalem poſſeſſionem ejuſdem induci faceret, juxta tenorem prioris mandati Regis eidem Archiepiſcopo inde directi.** *Alioquin quod eſſet coram Rege à die* Sanctæ Trinitatis *in tres Septimanas ubicunque*, &c. *oſtenſur.* **quare prædictum Magiſtrum** Johannem **ad Præbendam prædictam ad mandatum Domini Regis prædictum admittere recuſavit.** *Et unde Magiſter* Johannes Bouhs *dicit pro Rege, quod die Dominica in feſto Sanctæ* Petronillæ *Virginis, anno regni Regis nunc triceſimo ſecundo apud* Ottelay, *& in præſentia Magiſtri* Willielmi de Seyton, Stephani fil. Thomæ, Tinctoris de Foſſe *de* Ebor. Walter. de Lutton *Servient.* Thomæ le Nedelere, Johannis de Plumſtede, Adæ de Roudon, *& Clericorum ac familiarium prædicti Archiepiſcopi, prædictum primum mandatum Regium eidem Archiepiſcopo liberavit*, **quod ipſum** Johannem **ad Præbendam prædictam de** Styvelyngton **admitteret, et ipſum in corporalem poſſeſſionem**, &c. **induceret.** *Et etiam quod die Sabbati ſequent. apud* Seleby *in præſentia prædictorum Magiſtri* Willielmi, Stephani fil. Thomæ, Walter. de Lutton, Adæ de Roudon, *& etiam Abbatis de* Seleby, *& Magiſtri* Stephani de Malo lacu *Archidiaconi* Clyveland, *& Magiſtr.* Roberti de Alberwico *Decani* Aukland. *& aliorum, aliud mandatum Regium eidem Archiepiſcopo liberavit, ad mandata Domini Regis in forma prædicta facienda*, &c. *Ac licet prædictus Archiepiſcopus prædicta brevia Domini Regis recepiſſet, prædictum tamen Magiſtrum* Johannem *ad Prabendam prædictam*, &c. **hucuſque admittere recuſavit, in Regis contemptum Decem Millia Librarum.** *Et hoc prædictus Magiſter* Johannes *offert verificare pro Domino Rege*, &c.

Et prædictus Thomas *Archiepiſcopus venit & defendit*, &c. *Et bene cognoſcit*, **quod ipſe prædicta mandata Regia admiſit; Et quod ipſe paratus eſt, et erit, et ſemper fuit mandatis Regiis parere in quantum poteſt, et ſibi incumbit**, &c. *ſed dicit*, quod

* Rotul. Placitorum coram Domino Rege apud Ebor. de Term. Sanctæ Trinitatis, An. regni Regis Edwardi filii Regis Henrici 32. Rot. 75. in dorſo. Adhuc de craſtino S. Johan.

An. 32 *E.* 1. quod prædictum Clericum Domini Regis ad prædictas Præbendam et Capellam ad præsens admittere non potest, eo quod Dominus Papa ratione vacationis quæ alias se fecit in Curia Romana de eisdem Præbenda et Capella, per consecrationem ipsius Archiepiscopi ibidem, qui eosdem prius tenuit, ipsas easdem ex collatione sua dedit Clericis, &c. de quibus eadem Præbenda et Capella nunc plene sunt: *Unde dicit*, quod ipse * ratione Sacramenti sui, et obedientiæ suæ quæ Domino Papæ fecit, &c. factum ipsius Domini Papæ Superioris sui infirmare non potest, nec prædictos Clericos, &c. inde privare, &c. *Et petit*, quod Dominus Rex ipsum in ista causa excusatum habere velit, &c. *Et quæsitum est à prafato Archiepiscopo, si aliquid aliud ad prædictum mandatum Domini Regis respondere velit*, &c. *Qui dicit ut prius*, quod non potest, &c. Et quia causa prædicta quam idem Archiepiscopus de impedimento, seu non posse suo in Curia hic pro se assignat pro nulla habetur, eo quod factum Domini Papæ Superioris sui in Curia Romana, factum in Curia hic deduci non potest nec terminari, immo ad * inobedientiam ipsius Archiepiscopi erga se reputatum ut tenetur, eo quod prædictum Clericum, &c. ad mandata Domini Regis prædicta admittere recusavit; consideratum est, quod temporalitas quam idem Archiepiscopus de Domino Rege tenet, &c. capiatur in manum Domini Regis, &c. quousque Clericum prædictum ad mandatum Domini Regis admiserit, et ipsi Domino Regi de contemptu et inobedientia prædictis satisfecerit: Et super hoc publice in plena Curia hic inhibitum est ex parte Domini Regis, prædicto Archiepiscopo et omnibus aliis de regno et de potestate Regis, tam Laicis quam Clericis, &c. sub forisfactura omnium quæ forisfacere poterunt, ne aliquis eorum aliquid sequatur, vel sequi faciat erga Curiam Romanam, nec alibi contra jus Coronæ et dignitatis Regiæ, &c. in isto casu vel aliis quibuscunque: Nec aliquas Appellationes, Procurationes seu Instrumenta quæcunque faciant, nec auxilium, consilium seu assensum ad hoc præbeant quoquo modo, per quod dissensio aliqua vel discordia inter Curiam Romanam et Curiam Regis poterint evenire, vel par inter easdem aliqualiter, quod absit, infirmari, &c.

* *Nota.*

* *Nota.*

Nota.

From which memorable Record I shall observe: 1. That the Popes pretended right to conferre the vacant Livings belonging to those Archbishops and Bishops he consecrated at *Rome* by his *Provisions*, was a meer Innovation and Usurpation, which our Kings would by no means permit or connive at, but strenuously opposed, as inconsistent with, & destructive to the antient Rights and Priviledges of their Crowns, to present to all Prebendaries, Churches, Chappels of Archbishopricks & Bishopricks that became or continued void, during the time their Temporalties were in their hands. 2ly. That no Bulls, Mandates, Censures, nor Processe of the Pope, were pleadable in the Kings Courts in barre of the Kings Writs or Precepts. 3ly. That our Archbishops and Bishops, by reason of their Oathes and obedience to the Pope, held themselves obliged in duty and conscience to obey the Popes Commands and Provisions, rather then the Kings Writs and Presentations. 4ly. That this their obedience to the Pope before the King, was adjudged a very high contempt in Law, for which their Temporalties were legally seised into the Kings hands, till they obeyed his Writs, before the Popes Injunctions to them. 5ly. That our Kings under severe forfeitures and penalties prohibited all Suits in, Appeals to, Instruments and Citations from *Rome*, prejudicial to their Prerogative, Crown and Royal dignity, or which might engender any contests between the Jurisdiction of the Kings Courts and the Court of *Rome*.

This seisure of the Archbishops Temporalties into the Kings hands, by vertue of this Judgement, and his death soon after, I finde thus recorded in the *Fine Rolls* of this year.

Fines 32 E. 1. m. 2. De Temporalibus Archiepiscopatus Ebor. commissis.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum nuper commiserimus dilecto & fideli nostro *Lamberto de Thrikingham* temporalia Archiepiscopatus *Eborum*, **quæ coram nobis in Curia nostra quibusdam de causis capta fuerunt in manum nostram, custodiend. quamdiu nobis placeret**; ita quod de exitibus inde provenientibus nobis responderet ad Scaccarium nostrum, ac temporalia illa in manu

manu noſtra per mortem bonæ memoriæ *Thomæ* nuper ejuſdem loci Archiepiſcopi jam exiſtant: Nos de fidelitate prædicti *Lamberti*, & dilecti & fidelis noſtri *Johannis de Byron* plenius confidentes, commiſimus eis temporalia ejuſdem Archiepiſcopatus, cuſtodienda quamdiu nobis placuerit. Ita quod de exitibus inde provenientibus nobis reſpondeant ad Scaccarium ſupradictum. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Northalverton* primo die *Octobr.* *An.* 32 *E.* 1.

Et mandatum eſt Magiſtro *Richardo de Haveryng* Eſcaetori citra *Trentam*, quod præfatis *Lamberto* & *Johanni* temporalia Archiepiſcopatus prædicti, quæ occaſione mortis prædicti *Thomæ* cepit in manum Regis, una cum exitibus per ipſum inde perceptis à tempore captionis eorundem in manum Regis, ſine dilatione liberet. Ita quod Regi inde ad plenum ad dictum Scaccarium valeant reſpondere. Teſte ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt *Waltero de Glouceſtr.* Eſcaetori ultra *Trentam*. Teſte ut ſupra.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod conceſſimus dilecto & fideli noſtro *Lamberto de Thrikingham* cuſtodiam temporalium Archiepiſcopatus *Eborum*, **quæ coram nobis in Curia noſtra quibuſdam de cauſis capta ſunt in manum noſtram, cuſtodiend. quamdiu nobis placuerit**; ita quod de exitibus inde provenientibus nobis reſpondeat ad Scaccarium noſtrum. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Stryvelin* 6 die *Julii*. Ibidem.

Et mandatum eſt Vicecomiti *Ebor.* quod temporalia Archiepiſcopatus prædicti in Balliva ſua per ipſum in manum Regis capta de mandato Regis, à tempore captionis eorundem in manum Regis, præfato *Lamberto* ſine dilatione liberet, ita quod Regi inde ad dictum Scaccarium plene valeat reſpondere. Teſte ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt Vic. *Northumbr. Notting. Glouceſtr. Lincoln.*

This Record was ſeconded with another of as high and conſiderable a nature about the ſame time; which fell out upon this occaſion. *Gerardus* Pope *Benedicts* Nuncio (at his command) impudently demanding the Diſms of the Clergy of *England* & *Ireland* for the uſe of the *Holy Land* and Church of *Rome*, (formerly granted by Pope *Boniface* his predeceſſor to K. *Edw.* for his own uſe) from the Collectors and others, contrary to Pope *Boniface* his Bull, and iſſuing out Warrants to the Kings Collectors in every Dioceſs to prohibit their collection therof, againſt the Kings own ſtrict Writs to collect it; the King thereupon iſſued this Writ to *Ralph de Sandwich* to repair to this Nuncio with the Mayor, Aldermen, and other Citizens of *London*, and ſommon him to appear privately before them in the Tower of *London*, without a publike Notary, and to require him forthwith to revoke and null all his Warrants to the Collectors, as contrary to his Crown and Dignity, which no former Nuncio durſt attempt, under pain of incurring his higheſt indignation belonging to Rebels and Enemies of his Crown, and forthwith in their preſence to iſſue out Warrants of revocation to every Dioceſſe by ſpecial Meſſengers at the Kings coſt; and if he refuſed to come to the Tower, or iſſue forth ſuch Letters of revocation, then preſently to attach him for this high affront, and comming into the Realm without his royal aſſent.

REX dilecto & fideli ſuo *Radulpho de Sandwico* ſalutem. Requirente diſpoſitione fælicis recordationis Domini *Bonifacii* Papæ Octavi, ſuper conceſſione quam de medietate Decimæ Clero Angliæ, de aſſenſu noſtro impoſitæ per triennium percipiend. pro arduis et urgentibus negotiis nobis et regno noſtro incumbentibus, altera autem medietas dictæ Decimæ ſi dictus Dominus Papa per dictum triennium vitam duxiſſet in humanis ſibi in ſubſidium Romanæ Eccleſiæ reſervata; et ſi ipſum infra dictum triennium in fata decedere, bel pacem ſuper guerra de regno *Siciliæ* mota reformari contigiſſet, totum reſiduum dictæ Decimæ a tempore mortis ſuæ bel a tempore dictæ pacis colligendum et lebandum, in noſtris uſibus integraliter converteretur, nobis liberaliter fecit et gracioſe, et eo prætextu, quod in bita ſua fuerat inchoatum recto proceſſu, riteque ſequenti poſt mortem ſuam debuit continuari, et ad effectum deduci finalem: Mandavimus Collectoribus ejuſdem Decimæ per totum regnum noſtrum, quod ipſi pecuniam inde debitam lebarent, colligerent, Clauſ. 32 E 1. m. 10. dorſo. Pro Rege.

et

An. 32 E. 1. et illam nobis solverent; super cujus executionis processu jàm intelleximus, quod quidam Magister *Gerardus de Pototaria* qui se nuncium a latere Domini Papæ fore missum asserit, et effici collectorem diversorum denariorum, tam de dicta Decima quam in subsidium Terræ Sanctæ et Romanæ Ecclesiæ debitorum, cujus authoritas qua se dicit fungi debere, penitus est nobis ignota, lebationem dictæ Decimæ per diversa mandata sua, ut more præsumptuoso, et quasi impetu repentino emanantia eisdemque Collectoribus directa, contra formam concessionis supradictæ minus prudenter impedivit, et impediri facit, cum nullus temporibus retroactis a Curia *Romana* talia officiatus, infra regnum nostrum veniens quacunque commissione sibi deputata functus est, seu fungi debeat nobis inconsultis. Et ideo vobis mandamus, quod assumptis vobiscum Majore, Aldermannis, et aliis de discretioribus et discretionibus hominibus Civitatis nostræ *London.* secundum quod ad sufficientiam fore videritis, dictum Magistrum *Gerardum* adeatis, et ex parte nostra ei injungatis, quod ex tunc incontinenti veniat coram vobis apud *Turrim* nostram *London.* mandatum nostrum auditurus: Et cum ibidem coram vobis comparuerit, stricte, prohibeo, et circumspecte, quod nullus publicus Notarius ibi præsens fuerit, firmius et strictius quo poteritis nomine nostro dicto Magistro *Gerardo* exponatis et injungatis, quod hujusmodi mandata sua, quæ non solum ad derogationem lebationis dictæ pecuniæ, set ut contra dignitatem nostram Regiam attemptata jaculantur, integraliter revocet, et penitus adnullet, sicut ab indignatione Regia quæ rebelles reprimit, contemnentes contemnit, et maxime qui præjudicium contra libertatem Coronæ nostræ et regni nostri præsumpserit inferre voluerit, præservari; Considerato siquidem, quod statim in præsentia vestra dictam revocationem ponat in facto: Ita quod literas suas faciat Collectoribus dictæ Decimæ in qualibet Dioc. infra regnum nostrum dirigendas, et tunc literas illas absque omni dilationis interballo dictis Collectoribus per certos Nuncios, de quibus notitiam habueritis, mittatis, et cursum quod ad hoc apposueritis nos in Garderoba nostra vobis solvi faciamus. Et scire faciatis præfato Magistro *Gerardo*, quod si authoritatem quampiam penes se habeat præmissa tangentem, illam pro loco et tempore cum ad hoc vacare poterimus in nostri consilii qua nostri præsentia paratus sit ostensurus, ut visa illa et inspecta, ulterius fiat quod per nos et dictum Consilium nostrum fuerit faciendum. Et si idem Magister *Gerardus* coram vobis ad dictam *Turrim* nostram venire noluerit, vel si venerit, et dictam revocationem in forma prædicta facere recusaverit, tunc ipsum attachetis quousque super hoc duxerimus ordinandum. Insuper vobis prohibemus, ne aliquis gratia, favore vel cautela quacunque copiam istius præsentis literæ aliqualiter optineat, Et quid super præmissis feceritis, nobis sub sigillo vestro quamprimum fieri poterit distinctè & apertè constare faciatis. Remittentes nobis tunc hoc breve. Teste Rege apud *Strivelyn* 5. die *Julii*.

Nota.

To which I shall subjoyn this memorable Record of like nature the year before.

Ibidem. BReve Regis de supersedend. direct. Abbati de *Waltham* & Decano Sancti *Pauli London.* assign. ad colligend. Decimam per totum regnum in subsidium *Terræ Sanctæ*, per tres Bullas a Papa quibusdam Commissionar. direct. &c. Ipse Decanus venit coram Rege et Concilio, et supersed. de collectione prædicta ob reverentiam Domini Regis. Et promittit, ulterius se non processurum absque bona voluntate Regis.

Pope *Boniface* having granted King *Edward* all the remainder and arrears of the 3. years Dismes imposed by his Royal consent on the Clergy of *England* for the use of the Church of *Rome*, which being demanded notwithstanding by Pope *Benedict* who succeeded him, and his premised Nuncio; the King thereupon issued this Writ of Privy Seal for the security of the Collectors and Treasurers thereof against this new Pope, for the summes of money received from them by his command.

Rundels Brevium & Literarum in Turre Lond. An. 32 E 1. EDwardus, &c. Omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum nuper fælicis recordationis Dominus *Bonifacius* Papa octavus medietatem Decimæ per ipsum in subsidium *Romanæ* Ecclesiæ per tres annos Clero regni nostri *Angliæ* de assensu nostro impositæ, pro arduis & urgentibus nostris & regni nostri negotiis, nobis liberaliter

beraliter conceſſiſſet altera meditate dictæ Decimæ, ſi idem Papam per dictum triennium bitam duceret in humanis, ſibi in ſubſidium *Romanæ* Eccleſiæ reſerbata; et ſi infra dictum triennium ipſum in fata decedere contingeret, totum reſiduum dictæ Decimæ, a tempoze moztis ſuæ colligendum et levandum; noſtris uſibus conceſſiſſet, et boluiſſet integraliter applicari; Ac idem Papa jam infra dictum Triennium viam univerſæ carnis ſit ingreſſus, per quod tota dicta Decima, a tempoze moztis ipſius Papæ, ad nos juxta conceſſionem ſupzadictam dinoſcitur pertinere; & nos jam mandaverimus venerabili Patri Epiſcopo *Londin.* & Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* Collectoribus dictæ Decimæ, per præfatum Summum Pontificem deputatis, ac Magiſtro *Johanni Bonichii* de *Senis* Commiſſario prædicti Magiſtri *Bartholomai* in hac parte, quod omnem pecuniam de Decima prædicta de primo termino tertii & ultimi Anni trium prædictorum annorum per ipſos jam collectam & levatam, ac etiam colligendam & levandam, dilecto Clerico noſtro *Johanni de Drokenesford* Cuſtodi Garderobæ noſtræ plenè & integrè faciant liberari. Nos volentes ſecuritati prædictorum Epiſcopi, &c. proſpicere in hac parte, ipſum Epiſcopum ac ſucceſſores ſuos, ac Eccleſiam ſuam *Londonien.* & præfatos Magiſtros *Bartholomæum* & *Johannem Bonichii* de omni ea pecunia quam ipſi præfato *Johanni de Drokenesford* de dicto Termino, pzætextu mandati noſtri pzædicti, ſolberint aut liberaverint, erga Dominum Papam jam de novo creatum, et omnes alios quozum intereſt bel intereſſe poterit quoquo modo, pzomittimus pzo nobis et hæredibus noſtris, indempnes conſerbare. In cujus, &c. Teſte meipſo apud *Dunfermelyn* 31. die *Novembris*. Anno Regni noſtri 32. *An.* 32 E. 1.

He likewiſe iſſued theſe 3. ſucceſſive Writs, for the ſpeedy collecting and paying into his Exchequer at certain dayes, the firſt part of the 3. years Diſme granted him by Pope *Boniface*, accrued to him by his death, to the ſubcollectors thereof, notwithſtanding any cavils of the new Pope, Biſhops, or Clergy againſt it, commanding them to levy it without exceptions by all kinds of Eccleſiaſtical Cenſures without any partiality, under pain of ſeiſing their Temporalties if they neglected it.

REX dilectis ſibi in Chriſto Abbati & Conventui de *Certeſeye*, ſubcollectoribus Decimæ Clero *Angliæ* per bonæ memoriæ Dominum *Bonifacium* Papam octavum de aſſenſu noſtro impoſitæ per tres annos, ſalutem. Cum nuper prædictus Papa medietatem dictæ Decimæ, pro arduis & urgentibus noſtris & regni noſtri negotiis nobis liberaliter conceſſiſſet; altera medietate dictæ Decimæ, ſi idem Papa per dictum triennium vitam duceret in humanis, ſibi in ſubſidium *Romanæ* Eccleſiæ reſervata; & ſi ipſum infra dictum triennium in fata decedere, vel pacem ſuper guerra de regno *Siciliæ* mota, reformari contigerit, totum reſiduum dictæ Decimæ, a tempoze moztis ſuæ colligend. et levand. noſtris uſibus ſimiliter conceſſiſſet et boluiſſet integraliter applicari; Et jam intellexerimus, quod pzætextu banarum et fribolarum excuſationum quarundam perſonarum eccleſiaſticarum, pzætendentium, tam per moztem dicti Domini Papæ, quam per moztem *London.* Epiſcopi, unius Collectorum dictæ Decimæ, ſe ad ſolutionem dictæ Decimæ non teneri, vos negligentes & remiſſos hactenus exhibuiſtis, & adhuc ex hoc exhibetis in levatione et collectione Decimæ ſupzadictæ, de quo miramur quamplurimum & movemur; Maximè, cum dicta Decima nobis virtute Conceſſionis prædictæ a tempoze moztis dicti Papæ totaliter debeatur, et huſuſmodi Impoſitiones et omnes Conceſſiones gratioſæ, durante termino Impoſitionum et Conceſſionum illozum, bim ſoztiri debeant et effectum; Vobis mandamus in fide qua nobis tenemini firmiter injungentes, quod omnes eccleſiaſticas perſonas infra commiſſa bobis loca conſtitutas, nulli penitus deferendo, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, ad ſolutionem plenariam dictæ Decimæ de pzimo termino tertii anni, per Excommunicationis, Suſpenſionis, et Interdicti ſententias, ſine dilatione qualibet compellatis, et nichilominus bona ipſozum eccleſiaſtica ſequeſtretis, eaque donec ad plenum ſatisfecerint, ſub arto ſequeſtro faciatis inbiolabiliter cuſtodiri; Ita quod totam pecuniam indè provenientem habeatis ad Scaccarium noſtrum in craſtino S. *Hillarii* proximo futuro ad ultimum. De nominibus non ſolventium Theſaurarium & Barones noſtros de dicto Scaccario dictis die & loco reddentes, diſtinctè & apertè, per veſtras patentes literas certiores: ut tanquam contra honoris & commodi noſtri impeditores, graviter Clauſ. 32 E 1. m. 14. De Decima levanda ad opus Regis.

An. 32 E. 1. viter procedamus. Nos autem literas noſtras patentes de Indempnitate veſtra in hac parte vobis tunc ibidem habere in forma faciemus. Scimus enim pro conſtanti, quod dicta Decima de termino prædicto, citra Craſtinum prædictum colligi poterit plenariè & levari, ſi ad hoc cum diligenti aſſiduitate intenderitis, et rebelles (ſi qui fuerint) compeſceritis in forma ſuperius annotata: Scientes pro certo, quod ſi dicta ſolutio ultra dictum Craſtinum (quod abſit) aliqualiter retardetur, terras, tenementa, bona et catalla veſtra in manum noſtram, ob veſtri defectum et negligentiam, capiemus. Teſte Rege apud *Dunfermelyn* 10. die *Decembr.*

Eodem modo mandatum eſt Subcollectoribus ſubſcriptis, quod totam pecuniam de Decima provenientem habeant ad Scaccarium prædictum Terminis ſubſcriptis; *Viz.*

Priori et Conventui *Karlioli*, quod habeant, *&c.* in Craſtino *Epiphaniæ.*
Abbati et Conventui *Novi Monaſterii*, quod habeant, *&c.* eodem termino.
Abbati et Conventui Beatæ *Mariæ Eborum*, quod habeant, *&c.* citra *Natale Domini.*
Priori et Conventui de *Thorgharton*, quod habeant, *&c.* in Craſtino *Epiphaniæ.*
Abbati et Conventui de *Cokerſhand*, *&c.* in Craſtino Sancti *Hillarii.*
Abbati et Conventui de *Seleby*, *&c.* citra *Natale Domini.*
Priori et Conventui Sancti *Katerinæ* extra *Linc.* in Craſtino *Epiphaniæ.*
Abbati et Conventui de *Burton* ſuper *Trentam*, *&c.*
Priori de *Kenilworth. &c.*
Abbati et Conventui de *Oſeneye*, *&c.*
Abbati et Conventui de *Radyng.*
} in Craſtino Sancti *Hillarii.*
Priori et Conventui de *Ely*, *&c.*
Priori et Conventui de *Bernewell*, *&c.*
Abbati et Conventui Sancti *Edmundi.*
} In Craſtino Sancti *Hill.*
Abbati et Conventui de *Langeleye*, *&c.*
Abbati et Conventui de *Coleceſtriæ*, *&c.*
Abbati et Conventui de *Waltham*, *&c.*
Abbati et Conventui *Weſtm.*
Abbati et Conventui de *Certeſeye*, &c.
} In Craſtino Sancti *Hill.*
Priori et Conventui de *Roffen. &c.*
Priori et Conventui S. *Gregorii Cant. &c.*
Decano et Capitulo *Ciceſtr. &c.*
Abbati et Conventui de *Hyda Winton. &c.*
} In Octabis Sancti *Hill.*
Abbati et Conventui de *Shirebnrne*
Abbati et Conventui *Glaſton.*
} In Octabis Sancti *Hill.*
Priori et Conventui de *Lanceneton*,
Priori et Conventui Sancti *Nicholai Exon.*
} In Quinden. Sancti *Hill.*
Decano et Capitulo *Heref. &c.*
Abbati et Conventui *Glouceſtr.*
} In Craſtino Sancti *Hillar.*
Abbati et Conventui de *Kermerdyn*,
Decano et Capitulo de *Bangor.*
} In Octabis Sancti *Hillar.*
Abbati et Conventui de *Wygemor. Hereford.* Dioc.
Priori et Conventui *Lanton.* primæ *Meneven.* Dioc.
Abbati et Conventui de *Morgan. Landaven.* Dioc.
Abbati et Conventui de *Valle Crucis*, *Aſſaven.* Dioc.
Epiſcopo et Capitulo *Bangoren.*
} In Craſtino Purif. beatæ *Mariæ*

Ibidem. De Decima defer. ad Scaccarium.

REX dilectis ſibi in Chriſto Priori & Conventui Sanctæ *Katerinæ* extra *Linc.* Subcollectoribus Decimæ, Clero *Angliæ* per Dominum *B.* Summum Pontificem impoſitæ per tres annos, ſalutem. Meminimus vos nuper à venerabili patre *R. London.* Epiſcopo, & Magiſtro *Johanne Bonich. de Senis*, Magiſtri *Bartholomæi de Ferentino* Commiſſario, principalibus Collectoribus dictæ Decimæ, recepiſſe in mandatis, quod in collectione & levatione Decimæ pro tertio anno trium prædictorum annorum, cum omnimoda feſtinatione pariter et rigore, excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo, nullam perſonarum exceptionem habentes; ſed omnibus prorſus cavillatione et exceptione remotis celeriter procederetis, ſub pœna Excommunicationis majoris, quam in vos Priorem & cæteros majores veſtri Prioratus dicti Collectores

Collectores in ſcriptis protulerunt, ſi præfatum mandatum ipſorum omiſeritis aut etiam neglexeritis adimplere. Et quia in executione mandati prædicti, ut accepimus, nimis fuiſtis negligentes hactenus & remiſſi, vobis in fide qua nobis tenemini firmiter injungendo mandamus, quod omnes Eccleſiaſticas perſonas infra commiſſa vobis loca conſtitutas, *&c. ut ſupra, uſque* certiores. Et hoc, ſicut indignationem noſtram, & grave dampnum noſtrum vitare volueritis, nullatenus omittatis. Scimus enim, quod ſi ad levationem dictæ decimæ, per ſuſpenſionis, excommunicationis et interdicti ſententias, ac etiam ſequeſtrationem fructuum, ſicut prædictum eſt, celeriter duxeritis procedendum, deficere non poterimus, quin pecuniam dictæ Decimæ die prædicto ad ultimum habeamus. Literam autem Acquietanciæ dictorum principalium Collectorum de quingentis libris habemus paratam in Scaccario prædicto, vobis ibidem cum pecuniam illam ſolveritis, fideliter liberand. Et habeatis ibi hoc Breve apud *Dunfermelyn*, primo die *Decembris*. *An.* 32 *E.* 1.

Conſimiles literæ diriguntur Subcollectoribus ſubſcriptis de ſummis ſubſcripti, *videlicet*,

Abbati et Conventui beatæ *Mariæ Eborum* de 400 *l.*
Abbati et Conventui de *Novo Monaſterio* de 200 *l.*
Abbati et Conventui de *Cokerſand* de 100 *l.*
Abbati et Conventui de *Seleby* de 200 *l.*
Abbati et Conventui de *Thurgarton* de 100 *l.*

REX dilectis ſibi in Chriſto Priori & Conventui *Karlioli* Subcollectoribus Decimæ Clero *Angliæ* per fælicis recordationis Dominum *Bonifacium* Papam Octavum de aſſenſu noſtro impoſitæ per tres annos, ſalutem. Cum prædictus Papa grabia onera et expenſas multiplices, quæ prætextu Guerrarum noſtrarum ſuſtinuimus, paterna compaſſione conſiderans et attendens, nobis ad relebationem expenſarum et onerum prædictorum, per ſuas literas, medietatem dictæ Decimæ liberaliter conceſſiſſet, quarum tenorem, de verbo ad verbum manu publica cujuſdam tabellionis conſcriptum, certis de cauſis vobis tranſmittimus intuendum, ac per vos omnibus aliis, quorum intereſt, vel intereſſe quoquo modo, ſi neceſſe fuerit, publicandum. Idemque Papa venerabili patri Epiſcopo, & Magiſtro *Bartholomæo de Ferentino* Canonico *London.* dediſſet per alias literas ſuas executorias in mandatis, Ut dictam medietatem Decimæ nobis conceſſam, tam collectæ quam impoſterum colligendæ, nobis bel Collectoribus noſtris, ad hoc per nos ſpecialiter deputatis facerent aſſignari; quarum literarum prætextu, prædicti Epiſcopus per ſe, & *Bartholomæus* per Magiſtrum *Johannem de Bonichii de Senis* Commiſſarium ſuum in hac parte ſpecialiter conſtitutum, medietatem dictæ Decimæ de primis duobis annis, & aliquam partem ejuſdem Decimæ de primo termino tertii Anni per quoſdam Subcollectores ſuos jam levari fecerint, nobiſque per ſuas literas aſſignari: Ac nos propter fælicem et celerem conſummationem guerræ noſtræ in *Scotia*, quam ad noſtram et Regni noſtri honorem ſummo deſiderio affectamus, ad præſens indigeamus magna pecuniæ quantitate. Vobis in fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter mandamus, quatinus virtute primæ Commiſſionis, de levanda de dicto triennio tota Decima, à prædictis Epiſcopo & *Bartholomæo* principalibus Collectoribus ejuſdem, ab initio vobis factæ, quam per mortem dicti Papæ, aut *London.* Epiſcopi minimè conſtat expiraſſe, totum reſiduum dictæ Decimæ de primo termino tertii anni, nondum adhuc levatæ nec ſolutæ, ab omnibus & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, infra commiſſa vobis loca conſtitutis, nulli penitus deferendo, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis exiſtat per omnimodam cenſuram Eccleſiaſticam vobis in hac parte competentem, colligi & levari, ſine cujuſlibet excuſationis & dilationis incommodo faciatis. Ita quod illud ad Scaccarium noſtrum, cum omni celeritate qua fieri poterit, habeatis, ut ſic medietatem dictæ Decimæ de tertio anno, juxta conceſſionem Apoſtolicam, integraliter habeamus; noſque per noſtras patentes literas vobis de omni eo quod ſolveritis, ſufficientem Acquietanciam faciemus, ac vos erga Dominum Papam Principales Collectores, et alios quoſcunque conſervabimus indempnes. Teſte Rege apud *Dumfermelyn.* 10 die *Februarii.* Cl. 32 E 1. m. 14. Pro pecunia Decimæ levanda & ad Scaccarium deferenda.

An. 32 E. 1. Eodem modo mandatum est Abbatibus, Prioribus, & Conventibus subscriptis, Subcollectoribus dictæ Decimæ, *videlicet*;

Abbati & Conventui *Novi Monasterii*,
Abbati & Conventui B. *Mariæ Eborum*.
Priori & Conventui de *Thorgarton*,
Abbati & Conventui de *Cokersand*,
Abbati & Conventui de *Selby*,
Priori & Conventui S. *Katerinæ* extr. *Linc*.
Abbati & Conv. de *Burton* super *Trettam*.
Priori & Conventui de *Kenilworth*,
Abbati & Conventui de *Oseneye*,
Abbati & Conventui de *Radyng*,
Priori & Conventui de *Ely*.
Priori & Conventui de *Bernewell*.
Abbati & Conuentui Sancti *Edmundi*,
Abbati & Conventui de *Langeleye*,
Abbati & Conventui de *Colcestr*.
Abbati & Conventui de *Waltham*,
Abbati & Conventui de *Westm*.
Abbati & Conventui de *Certeseye*,
Priori & Conventui de *Roff*.
Priori & Conventui S. *Gregorii Cant*.
Decano & Capitulo *Cycestr*.
Abbati & Conventui de *Hyda Wynton*.
Abbati & Conventui de *Shireburne*,
Abati & Conventui *Glaston*.
Priori & Conventui de *Lanceneton*,
Priori & Conventui S. *Nich. Exon*.
Decano & Capitulo *Hereford*,
Abbati & Covent. *Glouceſtr*.
Abbati & Conventui de *Kermerdyn*.
Decano & Capitulo *Morgan*,
Abbati & Conventui de *Wygemor*.
Abbati & Conventui de *Bangor*.
Priori & Conventui de *Lauton* primæ,
Abbati & Conventui de *Valle Crucis*.

The King likewise issued this following Writ to the Sheriffs of several Countyes to assist and help *Robert de Nottingham*, to levy and raise the monies that were behind and ungathered of these Disms.

Pat. 32 E. 1. m. 28. De intend. Roberto de Nottingham Clerico, in negotiis Decimæ tangentibus Regem.

REX omnibus Vicecomitibus, Ballivis, & cæteris Ministris suis, & aliis, de Comitatibus *Lincoln*. *Leicestr*. *Northt*. & *Rotel*. ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Cum nuper pro eo quod bonæ memoriæ Dominus *Bonifacius* Papa octavus, meditatem Decimæ per ipsum Clero *Angliæ*, de assensu nostro impositæ, per tres annos, &c. (*ut supra, usque* ut contra ipsos, tanquam contra honoris et commodi nostri impeditores, graviter procederemus;) ac dicti Prior & Conventus significaverint, quod quidam, Clerici et Religiosi, rebelles sunt, et impeditores, et solutioni dictæ Decimæ malitiose detractores, ob quod solutio de dictâ Decimâ, nobis debitâ, hactenus est perperam retardata, ad damnum nostrum non modicum, et contra fidem et affectionem quibus Regiæ nostræ Majestati tenentur astringi; Assignavimus dilectum Clericum nostrum, *Robertum de Nottingham*, ad capiendum in manum nostram omnia bona et catalla, terras et tenementa omnium et singulorum illorum in Comitatibus prædictis, qui nobis in aliquo tenentur de portione ipsos contingente de Decima prædicta, secundum quod dictus *Robertus* per Extractas prædictorum Prioris & Conventus, vobis ostendere poterit, et qui rebelles, impeditores, vel quocunque modo solutioni dictæ Decimæ fuerint contradicentes. Et ideo vobis mandamus, in fide & dilectione quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod eidem *Roberto*, cum ad partes vestras venerit, fitis intendentes & auxiliantes in præmissis; Ita quod diligentiam vestram & effectum, quos super hiis apposueritis, prout dictus Clericus noster in redditu suo nobis referet, merito habere debeamus recommendatos. In cujus rei, &c. usque ad festum Conversionis Sancti *Pauli* proximo futuro duratur. Teste Rege apud *Dunfermelyn*, primo die *Januarii*.

* Clause 32 E. 1. m. 3. &c.

There are sundry other Writs in the same* *Clause* & *Patent Rolls* to the like effect for collecting, and taking the Accounts of the said Disms, which I pretermit.

King *Edward* being engaged in a warr in *Scotland*, and so much taken up with secular imployments, that he had little time for his prayers and devotions; out of his Ecclesiastical Soveraignty and piety issued these 3. pious Writs to the Freers Minorites assembled in a General Chapter at *Nottingham*, and afterwards at *Assisium*, and to the Freers Predicants in their General Chapter at *Tholouse*, to pour out fervent prayers unto God for himself, and the good successe of his affairs, and for his Queen, Children, Realms, Government, and to fit him for an *heavenly kingdom*

dom, after his departure from his *Earthly*, of his meer mercy; worthy all Christian Princes imitation upon the like occasion. *An.* 32 *E.* 1.

REX Religiosis viris in Christo sibi dilectis Fratribus de *Ordine Minorum*, ad Generale Capitulum apud *Notingham* proximò conventuris salutem, & in Spiritu Sancto dirigi in agendis. Attendentes beneficia sacra, orationumque devotarum suffragia ad divinam misericordiam impetrandam multum humanæ conditionis fragilitati prodesse inter alia opera pietatis, considerantesque nos pro curis et rebus mundialibus quibus circa Regni nostri regimen involuti sumus, saluti nostræ spirituali prout nobis expediret intendere non valere, devotionem vestram requirimus et rogamus, quatinus Nos, *Margaretam* Reginam *Angliæ* Consortem nostram charissimam, *Edwardum* Principem *Walliæ* primogenitum nostrum, cæterosque liberos nostros, ac populum nobis commissum, beneficiorum et suffragiorum vestrorum fore participes concedentes, pro nobis et ipsis, ac statu regni nostri, expeditioneque negotiorum nobis incumbencium, supplicationes assiduas et orationes devotas Altissimo offeratis, ut hic sua pietate nos et ipsos dirigat per suorum semitam mandatorum, et post diem extremum salvationis locum nobis et ipsis dignetur misericorditer indulgere, statumque regni nostri conservare prosperum et tranquillum. Teste Rege apud *Strivelyn* 29 die *Julii*.

Clauf. 32 E 1. m. 7. dorso. De orando pro Rege & Regina, & eorum liberis.

Per breve de privato sigillo.

REX Religiosis viris, & sibi in Christo carissimis Magistris Ordinis *Fratrum Minorum*, & diffinitoribus ac fratribus universis in Generali Capitulo suo apud *Assisium* prox. conventuris salutem, & bravium pro labore perhenniter duraturum. Nos qui curis sumus & rebus mundialibus involuti, & circa regimen regni nostri incessantibus actibus et continuis meditationibus occupati, pro animæ nostræ salute contemplationi prout haberemus necesse intendere nequeuntes, ac advertentes quod beneficia vestra sacra orationumque vestrarum suffragia nobis in præsenti & etiam in futuro esse poterunt plurimum fructuosa; Religiosum cœtum vestrum & singulos fratres adunatos in eo requirimus et rogamus, quatinus Nos, *Margaretam* Reginam *Angliæ* Consortem nostram kariſſimam, *Edwardum* Principem *Walliæ* primogenitum nostrum, cæteroſquæ liberos nostros, ac populum nobis commiſſum ſuffragiorum et beneficiorum veſtrorum fore participes concedentes, pro nobis, ſtatu Regni noſtri, et expedition negotiorum nobis incumbencium, hiis diebus pia præcamina apud Altiſſimum effundatis, ut ſic regnum temporale regere baleamus, quod in regno celeſti partem hæreditariam conſequamur. Conſervet vos Altiſſimus in caritate continua & perpetua. Dat. apud *Dunfermelyn*. 11. die *Decemb.*

Clauſ. 32 E 1. m. 16. dorſo.

REX Religioſis viris et in Chriſto ſibi dilectis Magiſtro Ordinis *Fratrum Prædicatorum*, ac diffinitoribns & fratribus univerſis in Generali Capitulo ſuo apud *Toloſam* proximo congregandis ſalutem, & Spiritu ſancto dirigi in agendis. Dum conditionem humanæ fragilitatis attendimus, & qualiter omni creaturæ tam ſublimi quam humili, prætereuntibus ſuo curſu diebus, præſentis vitæ finis appropiat, attenta conſideratione penſamus, ſic prævenire cupimus quantum nobis ex alto permittitur diem mortis, ut æterni clemencia Judicis dignetur noſtri de ſuæ gratiæ plenitudine miſereri. Verum cum devotarum orationum ſuffragia, inter alia pietatis opera multum proſunt ad divinam miſericordiam impetrandam, de vobis quorum ordinem benevolenciæ ſpecialis favore proſequimur, ut ſalutem noſtram zelemini, ut pro nobis, *Margareta* Regina *Angliæ* Conſorte noſtra kariſſima, *Edwardo* Principe *Walliæ* primogenito noſtro, & cæteris liberis noſtris, ac ſtatu proſpero regni noſtri, preces devotas Domino offeratis, plenam fiduciam optinentes, devotionem veſtram requirimus et rogamus, quatinus nunc & in futurum dignam ſollicitudinem impendatis & inſiſtatis aſſiduis ſupplicationibus apud Deum, ut hic ſua pietate nos dirigat per ſuorum ſemitam mandatorum, & poſt diem extremum ſalvationis locum nobis dignetur miſericorditer indulgere, ſtatumque prædicti regni noſtri conſervare proſperum et tranquillum. Univerſitatem veſtram Religioſam diu conſervet Altiſſimus in caritate continua & perfecta. Dat. apud *Dumfermelyn*. primo die *Januarii*.

Clauſ. 32 E 1. m. dorſo.

The

An. 32 E. 1. The King likewise issued Writs (according to the superstition of that age) to the Bishop elect of *London*, Archbishop of *Canterbury*, and sundry Abbots, for prayers to be made for *John de Warren* Earl of *Surrey* after his decease.

Cl. 32 E 1. m. 6. dorso. De orando pro anima Johannis de Warenna quondam Comitis Surr.

REX dilecto sibi in Christo Electo *London.* vel ejus vices gerenti, ipso agente in partibus transmarinis, salutem. Cum opus pium et coram Deo meritorium censeatur, pro defunctis jugiter exorare, ut sic a peccatorum suorum nexibus facilius liberentur, ac charissimus Consanguineus noster *Johannes* quondam Comes *de Warenna*, qui nobis et regno nostro semper utilis extitit et fidelis, diam universæ carnis jam (sicut Altissimo placuit) sit ingressus, quod vobis non sine cordis amaritudine nunciamus; Vos affectuosè requirimus et rogamus, quatinus animam præfati Comitis à singulis Religiosis & aliis Ecclesiasticis viris subditis vestris, per totam Civitatem & Dioceſim *London.* constitutis, per Missarum decantationes & aliarum devotarum orationum suffragia faciatis divinæ clementiæ commendari. Teste Rege apud *Tresk* quarto die *Octobr.*

Consimiles literæ diriguntur subscriptis, *videlicet*, *R. Cantuar.* Archiepiscopo totius *Anglia* Primati, Abbati S. *Augustini Cantuar.* Abbati *Westmonasterii*, Abbati de *Waltham*, Abbati de Sancto *Albano*, Abbati de Sancto *Edmundo*, Abbati de *Evesham.*

Sundry persons being attached and ordered to be proceeded against for their contempt in resisting the Sheriff of *Lincoln* in the execution of his Writ, *De vi Laica amovenda*, out of the Church of *Bardeny*, upon the Sheriffs return thereof, the King at the request of the Abbot of *Bardeny* was pleased to pardon their offence, and supersede all further prosecution in his name against them, as this Record attests; which will serve to inform Professors of the Law of the antient returns and proceedings upon such Writs.

Clauſ. 32 E 1. m. 11. dorso. Pro Roberto de Baston & aliis qui fuerunt in Ecclesia de Bardeney vi armata.

CUm Rex nuper ad requisitionem Venerabilis Patris *Johannis Lincoln.* Episcopi præceperit Vic. *Lincoln.* quod omnem vim laicam quæ se tenuit in Ecclesia de *Bardenay*, ad perturbandum ipsum Episcopum, quo minus officium suum spirituale in Ecclesia illa exercere posset, sine dilatione amoveri faceret ab eadem: Ac idem Vic. Regi returnaverit, quod Ecclesiam prædictam ad executionem mandati prædicti faciendam accessit, & quod *Robertum de Baston, Simonem de Edlinton, Simonem Merle, Robertum Medicum, Willielmum Carpentarium, Hugonem* servientem ejusdem *Willielmi, Johannem de Curtilagio, Robertum Vannatorem, Simonem de Offington, Galfridum le Hunter, Galfridum le Porter, Philippum le Porter, Stephanum le Provost, Stephanum le Plummer, Gilbertum de Askeby, Nicholaum Belle, Johannem Joye* seniorem, *Galfridum* socium suum, *Galfridum le Messag. Thomam Aunsell*, Magistrum *Johannem de Maldon*, & *Eudonem* quondam Servientem *Adæ de Gaunt*, vi & armis ibidem sibi resistentes invenit, qui ipsum Vic. hujusmodi vim laicam ibidem inventum juxta mandatum Regis amovere non permiserunt, in Regis contemptum manifestum, et contra pacem Regis, per quod prædicti *Robertus, Simon, Simon, Robertus, Willielmus, Hugo, Johannes, Robertus, Simon, Galfridus, Galfridus, Philippus, Stephanus, Stephanus, Gilbertus, Thomas, Gocelinus, Johannes, Willielmus, Robertus, Thomas, Willielmus, Nicholaus, Johannes* & *Eudo* attachiati fuerunt per præceptum Regis ad respondendum Regi de resistentia et contemptu prædictis: Rex ad instanciam Fratris *Roberti* Abbatis de *Bardeney*, pardonavit eisdem *Roberto, Simoni, &c.* sectam suam pro resistentia et contemptu prædictis, & vult quod occasione prædicta non occasionentur nec de cætero molestentur in aliquo vel graventur, & quod omnino supersedeatur ulteriori sectæ contra ipsos dicta occasione suo nomine inchoatæ. Teste Rege apud *Strivelyn* 12. die *Junii.*

Per breve de privato Sigillo.

The Abbot of *Bardeney* deprived by the Bishop of *Lincoln*, upon his Appeal to the Archbishop, being restored to his former estate; the King upon certificate thereof, issued this Writ to restore his Temporalties seized upon his deprivation.

REX

An. 32 E. 1.

Pat. 32 E. 1. m. 20. De non intromittend. de Abbatia de Bardenay.

REX dilecto ſibi Magiſtro *Henrico de Thornhagh* Cuſtodi Abbatiæ de *Bardeney*, ſalutem. Cum dilectus nobis in Chriſto frater *Robertus* Abbas de *Bardenay*, quem venerabilis pater *J. Lincolnienſis* Epiſcopus poſt Appellationem per præfatum Abbatem ab eodem Epiſcopo, **ob certas cauſas ad Curiam *Cantuariæ* interjectam a Paſtorali Regimine ejuſdem Abbatiæ amovit, per Præſidentes dictæ Curiæ *Cantuar.* obtinuerit ſententialiter ad ſtatum priſtinum jam reduci**, ſicut per literas ipſius Archiepiſcopi, quas recepimus, nobis conſtat; Vobis mandamus, quod de Abbatia prædicta, poſſeſſionibus, libertatibus, juribus, aut aliis quibuſcunque ad eam ſpectantibus, quæ vobis pro defenſione eorundem cuſtodienda commiſimus, vos ulterius non intromittentes, ipſum Abbatem de Abbatia prædicta poſſeſſionibus, libertatibus, juribus, & aliis quibuſcunque ad eam ſpectantibus, plenam & liberam adminiſtrationem habere permittatis. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Strivelyn* 10 die *Maii*.

Per ipſum Regem nunciante Cov. & Lichfeld. *Epiſcopo.*

The Abbots and Covents of *Furneys* and *Salleye* having ſurreptitiouſly procured a Prohibition or *Indicavit* againſt a Suit for the 4th. part of the Tithes in Court Chriſtian, brought by the Parſon of the Pariſh; the King thereupon iſſued this Writ of *Procedendo*, to proceed therein notwithſtanding the Writ of *Indicavit*, upon an Inquiſition found and returned, that the Tithes amounted not to the value of the 4th. part of the Church, as was ſuggeſted.

Clauſ. 32 E. 1. m. 6. Pro Adam de Oſgodby Perſona Eccleſiæ de Gairgrave.

REX Officiali Archiepiſcopi *Ebor.* & ejus Commiſſar. ſalutem. Monſtravit nobis dilectus Clericus noſter *Adam de Oſgodby* Perſona Eccleſiæ de *Gairgrave*, quæ eſt de advocatione *Henrici de Percy*, **quod cum ipſe coram vobis in Curia Chriſtianitatis petierit verſus Abbatem et Conventum de *Furneys*, Decimas provenientes de eorum terris et culturis infra limites Parochiæ Eccleſiæ ſuæ prædictæ exiſtentibus**, ad ipſum *Adam* tanquam ad Rectorem, & ad Eccleſiam ſuam prædictam de jure pertinentes, **ac poſt varias allegationes ipſorum Abbatis et Conventus inſpectis et diligenter examinatis quibuſdam privilegiis Apoſtolicis, quæ pro eorum immunitate de Decimis illis non ſolvendis, coram vobis in judicio protulerunt; ipſorumque rationibus intellectis, conſideratum eſſet per vos in eadem Curia, quod ipſi dictas Decimas præfato Rectori et Eccleſiæ ſuæ prædictæ ſolvant:** Et quod Decimæ illæ ad ipſum & ſucceſſores ſuos, **ac ad Eccleſiam ſuam prædictam debent de jure pertinere, non obſtantibus privilegiis ſuprædictis**: Vos prætextu cujuſdam brevis noſtri de **Prohibitione**, quod dicitur **Indicavit**, vobis directi, **ne in placito illo in Curia Chriſtianitatis procederetis**; quod quidem breve idem Abbas ſurreptitiè in Curia noſtra impetravit, malicioſè ſuggerendo, **ſe tenere quartam partem ejuſdem Eccleſiæ de advocatione ſua propria**; ac ſi Patronus eſſet illius, **ſeu Decimæ illæ ad valorem quartæ partis dictæ Eccleſiæ attingerent ſeperſedetis**, in ipſius Rectoris dampnum non modicum & jacturam, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ exhæredationis periculum manifeſtum. Cumque ad proſecutionem dicti Clerici noſtri, ſuper vero valore Eccleſiæ illius, ac etiam Decimarum dictarum per Vicecomitem noſtrum *Ebor.* inquiri fecerimus plenius veritatem, & acceperimus per eandem Inquiſitionem, **quod dicta Eccleſia valet per annum Centum et decem Marcas, præter Decimas ſuprædictas; et quod Decimæ illæ valent per annum Centum ſolidos**, per quod liquet, **quod Decimæ illæ ad valorem quartæ partis ejuſdem Eccleſiæ non attingunt. Nos nolentes per hujuſmodi falſam ſuggeſtionem juriſdictioni Eccleſiaſticæ derogari, ſeu jus ipſius Clerici noſtri aut Eccleſiæ ſuæ prædictæ ulterius retardari: Vobis mandamus, quod non obſtante dicta Prohibitione noſtra ſic per falſam ſuggeſtionem impetrata, in executione conſiderationis veſtræ ſuprædictæ in Curia Chriſtianitatis procedatis, prout in foro Eccleſiaſtico fuerit procedendum.** Teſte Rege apud *Morpath* 28 die *Auguſti*.

Ibidem.

REX Officiali, &c. ut ſupra. ſalutem. **Monſtravit nobis dilectus Clericus noſter *Adam de Oſgodby* Perſona Eccleſiæ de *Grairgrave*, quæ eſt de advocatione *Henrici de Percy*, quod cum ipſe coram vobis in Curia Chriſtianitatis petat verſus**

Abbatem

An. 32 *E.* 1. **Abbatem et Conventum de** *Salleye*, **Decimas provenientes de eorum terris et culturis infra limites Parochiæ Ecclesiæ suæ prædictæ**, ad ipsum *Adam* tanquam ad Rectorem, & ad Ecclesiam suam prædictam **de jure pertinentes**; Vos occasione cujusdam brevis nostri de **Prohibitione**, quod dicitur **Indicavit**, vobis directi, **ne in placito illo in Curia Christianitatis procederetis; quod quidem breve extra solitum cursum Cancellariæ nostræ a Curia nostra surreptitie emanavit**, sicut per transcriptum ejusdem quod sub sigillo vestro nobis misistis plenius nobis constat, in placito illo supersedetis, in ipsius Rectoris dampnum non modicum & jacturam, & Ecclesiæ suæ prædictæ exhæredationis periculum manifestum. **Et quia nolumus per hujusmodi breve sic surreptitie impetratum, jurisdictioni Ecclesiasticæ derogari, seu jus ipsius Clerici nostri aut Ecclesiæ suæ prædictæ ulterius retardari: Vobis mandamus, quod non obstante dicta Prohibitione nostra in dicto placito in Curia Christianitatis procedatis, prout in foro Ecclesiastico fuerit procedendum.** Teste Rege apud *Tynemuth* 12 die *Septembris*.

There being a *Capias Excommunicatum* issued, upon the Archbishop of *Canterburies* certificate, against *Edmund de Hoo*, who appealed against this sentence to the Court of *Rome* as unjust, the King thereupon superseded the Writ *de Excommunicato capiendo*; but being afterwards informed there was no such Appeal, or that it was not prosecuted, he then issued this Writ, to hear and examine the truth of these suggestions, and do right to both parties.

Claus. 32 E. 1. m. 7. dorso. Pro Edmund. de Hoo.

REX Vicecomiti *Suff.* salutem. Cum nuper ad requisitionem venerabilis patris *R. Cantuariensis* Archiepiscopi, per literas suas patentes nobis significantis, quod *Edmundus de Hoo* propter manifestam contumaciam suam **excommunicatus est**, nec se vult per censuram Ecclesiasticam justitiari, per breve nostrum tibi præcipimus, quod præfatum *Edmundum* per corpus suum secundum consuetudinem *Angliæ* justitiares, **donec Sanctæ Ecclesiæ, tam de contemptu quam de injuria ei illata, ab eo esset satisfactum**; & per quædam Instrumenta publica, quæ præfatus *Edmundus* in Cancellaria nostra exhibuit, intelleximus, quod idem *Edmundus* à sententia prædicta in ipsum & sibi adhærentes per præfatum Archiepiscopum lata, tanquam ab iniqua, **ad sedem Apostolicam pro se et sibi adhærentibus legitime appellavit**; cujus quidem appellationis negotium idem *Edmundus*, ut asserit, prosequitur cum effectu; & jam ex insinuatione *Elyæ Puger* & *Willielmi de Evereſdon*, ad quorum prosecutionem dicta sententia fuit in ipsum *Edmundum* lata, accepimus, quod idem *Edmundus* à dicta sententia (ut præmittitur) **non appellavit, nec est aliquam appellationem in hac parte hactenus prosecutus**; Nolentes quod præfato *Edmundo* per prædictum breve nostrum via præcludatur, quominus appellationem suam prosequi possit in forma juris: Maximè cum hujusmodi breve nostrum de gratia nostra procedat, **et appellantium status integer esse debeat**, necnon quod prædicti *Elias* & *Willielmus* à prosecutione juris sui occasione alicujus suggestionis frivolæ nobis factæ, contra justitiam impediantur. Tibi præcipimus, quod executioni brevis nostri prædicti, tibi de ipso *Edmundo* & sibi adhærentibus, per eorum corpora justitiandis directi, faciendæ supersedeas usque ad Quindenam Sancti *Michaelis* proximo futuram; quem diem præfato *Edmundo* dedimus ad certificandum & informandum nos & consilium nostrum **de appellatione sua prædicta, et qualiter eam fuerat prosecutus, et hoc in præsentia prædictorum** *Eliæ* & *Willielmi*, si tunc interesse voluerint, quos per te super hoc sufficienter volumus præmuniri. Et habeas ibi tunc hoc breve. Teste Rege apud *Stryvelin* 25 die *Julii*.

Per breve de Privato Sigillo.

How vexatious the Archbishop of *Canterbury* was both to the Clergy and people, will appear by his excommunicating ten persons at once in one parish within the Diocesse of *Norwich*, endeavouring to be take and imprison them upon a *Capias Excommunicatum*.

Rundela Brev. & Literarum An 32 E. 1. in Turre Lond.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Vicecomiti *Suff.* salutem. Significavit nobis venerabilis pater *R. Cantuariensis* Archiepiscopus per literas suas patentes, quod *Willielmus de Luton*, *Edmundus de Hoo*, (Persona de *Riseby*) *Johannes de*

de Luton, *Johannes de Riſeby*, *Johannes Shereman de Riſeby*, *Edmundus de la Grene de Riſeby*, *Henricus le Chapeleyn de Riſeby*, *Johannes de Staunfeld*, *Galfridus de Heydon*, & *Haukinus Edmundeſſenant*, *Norwicenſis* Diocæſis, **auctoritate ipſius Archiepiſcopi ordinaria excommunicati ſunt**, nec ſe volunt per cenſuram Eccleſiaſticam juſticiari. Quia vero poteſtas Regia Sacroſanctæ Eccleſiæ in querelis ſuis deeſſe non debet: Tibi præcipimus, quod prædictos *Willielmum*, *Edmundum*, *Johannem*, *Johannem*, *Johannem*, *Edmundum*, *Henricum*, *Johannem*, *Galfridum* & *Haukinum*, per corpora ſua ſecundum conſuetudinem *Angliæ* juſtities, **donec Sanctæ Eccleſiæ, tam de contemptu quam de injuria ei illata, ab eis fuerit ſatisfactum.** Teſte meipſo apud *Dunfermelyn* 28 die *Novembris*, Anno regni noſtri 32. A Tranſcript of which Writ, with the day of its receipt, the King commanded the Sheriff of *Suffolk* by another Writ to return and ſend to him into *Scotland*. *An.* 32 E. 1.

I likewiſe finde theſe three Superſedeaſſes of Writs *de Excommunicato capiendo*, upon the Excommunications of the Archbiſhop of *Canterbury* and Biſhop of *Sarum*, during Appeals againſt them to the See of *Rome*.

MEmorandum pro *Petro de Sabaudia*, Decano Eccleſiæ Sancti *Martini Magni London*. *Hugone de Vyenna* juniore, ejuſdem Eccleſiæ Canonico, *Johanne* Capitulo ſuo, —— Vicario perpetuo Eccleſiæ Præbendalis de *Chriſteſhale*, —— Cuſtode Hoſpitalis Sancti *Leonardi de Neuport*, & *Johanne Port* de *Neuport* Clerico, **quod ad ſuggeſtionem vel denunciationem Domini** *R.* **Archiepiſcopi** *Cantuarienſis*, **contra quem iidem ad ſedem Apoſtolicam appellarunt**, prout nobis conſtat, **per earundem appellationum inſpectionem, in quarum proſecutione ſunt, contra eoſdem vel eorum aliquem hujuſmodi appellationibus pendentibus ad captionem non ſcribamus.** Bundela Brev. & Literarum An. 32 E. 1. in Turri Lond.

Item, Memorandum pro eodem *Petro* Decano Eccleſiæ *Sarum*, *Gerardo de Seſſiaco* Clerico Procuratore ſuo, Magiſtro *Jacobo de Bukyngham*, & *Johanne* Capellano Eccleſiæ Parochialis Sancti *Thomæ Sarum*, **quod ad ſuggeſtionem vel denunciationem Domini** *S.* **Epiſcopi** *Sarum*, **contra quem iidem ad ſedem Apoſtolicam appellarunt**, prout nobis conſtat, **per earundem appellationum inſpectionem, in quarum proſecutione ſunt, contra eoſdem vel eorum aliquem hujuſmodi appellationibus pendentibus ad captionem non ſcribamus.**

Conſimile, Memorandum pro *Thomæ de Sabaudia* Canonico Eccleſiæ *Sarum*, *Jacobo de Bukyngham*, *Jacobo de Briga*, & *Henrico de Bukyngham* Clericis, & *Jacobo de Valeres* Armigero, **quod ad ſuggeſtionem vel denunciationem Epiſcopi** *Sarum* **prædicti**, &c. **non ſcribamus.**

One who obtained a Benefice within the Dioceſſe of *Lincoln* by the Popes Proviſion, being impriſoned by a *Capias Excommunicatum*, upon a ſentence of Excommunication in the Arches, to which the Patron appealed againſt the Popes Proviſion, he appealing to the Court of *Rome* from the Arches (where the Appeal in the Arches was nulled) petitioned the Kings Counſil to be enlarged, becauſe the Excommunication in the Arches was after his Appeal to *Rome*, which the Archbiſhop refuſed to certifie againſt himſelf.

A *Conſail noſtre Seignur le Roy*; *Maſtre* Robert de Appelby *Perſone de la Egliſe de* Scalby *en la Counte de* Nichole, **priſe et empriſone en Chaſtell de** Nichole **coment il ad meiſme cele Egliſe de** Scalby **per Proviſion del Apoſtoil, et inſtitut. per l'Evеſqe de** Nichole; *& ſur ceo le Priour de* Thornholm *Patron de cele Egliſe* **encontre les avantdits Proviſion et Inſtitution fit un appel a les Arches de** Londres. **E lavaundit** Robert **appella des Arches a la Curt de** Rome **pur grevaunce qe a luy fuit faite; E nemy encontr. eſteant le Appel avantdit, lavantdit Priour fut ſoen appelle en les Arches tant com meiſme celuy** Robert **fut eſcumenge, et puis par la caption pris et empriſone. E le vantdit** Robert **per Procurator fut ſoen appel en la Curt de** Rome, **et iloqes le prova, iſſint qe par cele appelle fuſt anentye le proceſſe des Arches, et de ceo ad il Bulles et Inſtrumentz de la Curt de** Rome. **Par quoy il pri pur Dieu qil puſſe eſtre delivere per le Curt le Roy, car l'Ercevеſqe de** Canterbury **ne vout pas eſcriture encontre ſoen fait demeiſne.** Bundela Brev. & Literarum An. 32 E. 1. in Turri Lond.

An. 32 E. 1. A Monk of *Richmond* stealing Goods and flying out of the Monastery, being imprisoned by the Kings Writ of *Apostata capienda*, he commanded him to be delivered to the Monks of *Richmond* to be chastised and punished according to the rules of that Order, and restore the stoln Goods to them, by this Writ.

Clauſ. 32 E 1. m. 5. Pro Fratribus Minoribus Richmond. & Pat. 32 E. 1. m. 1.

REX Vic. *Cumbr.* salutem. Quia dilectus nobis in Christo Frater *Adam de Lincoln.* Minister Ordinis Fratrum Minorum in *Anglia* per literas suas nobis missas, intelligi nobis dedit, quod Frater *Arthurus de Hertilpole*, Frater illius Ordinis, & in Ordine illo professus, nuper à Claustro suo apud *Richemond.* spreto habitu Ordinis illius ausu temerario clam evasit, & quædam bona & catalla quorundam vicinorum & amicorum Fratrum Ordinis illius, apud *Richemond.* commorantium, penes ipsos Fratres deposita custodienda, secum asportavit; & postquam aliquandiu de patria in patriam vagabatur sub habitu seculari, in animæ suæ periculum & Ordinis prædicti **scandalum manifestum**, arrestatus fuit apud *Quitonthaneve*, cum bonis & catallis prædictis, & jam in prisona nostra apud *Egremund* detinetur. **Nos ad honestatem Ordinis illius, necnon et ad devotionem quam erga Ordinem illam gerimus et habemus,** tibi præcipimus, quod prædictum Fratrem *Arthurum* sic captum & detentum, prædictis Fratribus *Richemondiæ* commorantibus, sine dilatione liberes, **juxta Ordinis illius regulam et disciplinam castigandum**, bona & catalla prædicta secum inventa, & (ut prædictum est) arrestata, dictis Fratribus restituens indilatè. Teste Rege apud *Dalton* 29 die *Septembris.*

The King this year to raise monies towards the payment of Debts, granted several licenses to Abbots for the *appropriations of Parish Churches to them and their successors*, as these Records inform us.

Clauſ 32 E. 1. m. 12. Pro Abbate beatæ Mariæ Ebor.

REX Thesaur. & Baronibus suis de Scaccario, salutem. Cum in partem solutionis Quingentarum librarum, quas de gratia nostra speciali concessimus *Willielmo de Sancto Paulo*, *Arnaldo de Sancto Martino*, & quibusdam sociis suis Civibus & Mercatoribus *Baion.* in subventionem missarum & expensarum, quas fecerunt in quadam prosecutione per ipsos erga *Willielmum de Sant*, quondam Civem *Baion.* defunctum, de quibusdam bonis & catallis ejusdem *Willielmi* nobis adjudicatis nomine nostro facta; concesserimus & assignaverimus eis, **illas Centum libras, per quas Abbas beatæ** *Mariæ Ebor.* **finem fecit nobiscum coram vobis, pro licentia appropriandi sibi et Domui suæ Ecclesiam de** *Donecastr.* **sui Patronatus,** *Ebor.* Dioc. prout in literis nostris patentibus, præfatis Mercatoribus inde confectis, plenius continetur; ac idem Abbas præfatis Mercatoribus **de prædictis Centum libris satisfecerit,** prout præfatus *Willielmus de Sancto Paulo* pro se & sociis suis prædictis coram nobis in Cancellaria nostra recognovit: Vobis mandamus, quod ipsum Abbatem de prædictis Centum libris quietum esse faciatis. Teste Rege apud *Stryvelin* primo die *Maii.*

Consimiles literas habet Prior de *Boulton* in *Craven*, de Quinquaginta libris, per quas finem fecit coram præfatis Thesaur. & Baronibus, **pro licentia appropriandi sibi et Domui suæ Ecclesiam de** *Preston* **in** *Craven*, **sui Patronatus,** *Ebor.* Dioc. sic præfatis Mercatoribus assignatis. Teste ut supra.

By these and other Records of like nature we may discover the original grounds of most Appropriations, purchased with money by Abbots during our Kings necessities for moneys, or by pretence of poverty, or losses sustained by them.

The King likewise to raise present monies, granted the custody of the Temporalties of St. *Edmunds* Abby during its vacancies, for a certain rent, fine and terme, by this Patent.

Pat. 32 E. 1. m. 18. De vacatione Abbatiæ Sancti Edmundi de Bury concessa.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod ob devotionem quam erga Sanctum *Edmundum* glorioſum Christi Martyrem gerimus & habemus, & ut Monachi Abbatiæ de Sancto *Edmundo* de cætero possint quietius & tranquillius Altissimo famulari, concessimus pro nobis & hæredibus nostris, Abbati & Conventui Abbatiæ prædictæ, quod Prior & Conventus Abbatiæ ejusdem & eorum successores in singulis vacationibus ejusdem Abbatiæ, quotiens videlicet ipsam exnunc vacare contingeт,

contingat, **habeant et teneant cuſtodiam Abbatiæ illius, et omnium temporalium ejuſdem, cum omnibus rebus et bonis ad Abbatiam illam qualitercunque ſpectantibus**, adeo plenè & integrè, ſicut Abbates & Conventus ejuſdem loci Abbatiam illam & temporalia cum rebus & bonis prædictis, ſede plena, aliquibus retroactis temporibus habere & tenere conſueverunt. Ita quod ipſi Prior & Conventus de temporalibus & bonis, ac rebus illis plenam & liberam adminiſtrationem habeant, & inde diſponere & ordinare poſſint, prout eis melius & utilius videbitur faciendum; & prout Abbas & Conventus dicti loci inde poſſent ordinare & diſponere, ſede plena: Salvis nobis & hæredibus noſtris feodis Militum quæ tenentur de Abbatia prædicta, & Advocationibus Eccleſiarum, cum acciderint temporibus vacationum prædictarum. Ita quod omnes redditus & ſervitia annua de feodis prædictis in vacationibus illis provenientia remaneant Priori & Conventui prædictis: Salvis etiam nobis & hæredibus noſtris Eſcaetis quas accidere contigerit temporibus prædictis; quæ quidem Eſcaetæ ſingulis hujuſmodi vacationibus finitis, videlicet poſt fidelitatem ipſius, quem ibidem eligi & confirmari, ſeu præfici contigerit in Abbatem, nobis & hæredibus noſtris factam, liberentur & remaneant Abbati, Priori & Conventui dicti loci & ſucceſſoribus ſuis, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum quorumcunque: **Reddendo nobis et hæredibus noſtris pro qualibet vacatione Abbatiæ prædictæ, ſive duraverit per annum integrum, ſive per minus tempus, Mille et Ducentas Marcas infra annum, a tempore quo Abbatia illa vacare inceperit, computandum**; videlicet, Sexcentas Marcas in fine primi dimidii anni illius, & Sexcentas Marcas in fine ejuſdem anni. Et ſi forte vacatio Abbatiæ illius duraverit ultra annum, tunc prædicti Prior & Conventus pro proximo anno integro ſequenti, ſi tanto tempore duraverit, ſolvant nobis & hæredibus noſtris Mille & Ducentas Marcas ad terminos prædictos; & ſic pro quolibet anno integro poſt primum annum, durante vacatione prædicta, ad eoſdem terminos Mille & Ducentas Marcas. Et ſi ultra annum integrum vel annos integros duraverit minori tempore quam per annum, tunc pro illo tempore minori, de prædictis Mille & Ducentis Marcis minus, pro rata temporis illius proportionabiliter nobis ſolvant. Et volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Prior & Conventus & eorum ſucceſſores imperpetuum habeant & teneant cuſtodiam Abbatiæ prædictæ ſingulis temporibus vacationum ejuſdem in forma prædicta. Ita quod nullus Vicecomes, Eſcaetor, ſeu quicunque alius Ballivus vel Miniſter noſter vel hæredum noſtrorum de cuſtodia Abbatiæ prædictæ, ſeu Cellarum ſuarum, Maneriorum, aut aliarum rerum ſeu bonorum quorumcunque, ad dictam Abbatiam ſeu Cellas ſuas ſpectantium quoquo modo, ratione vacationis illius, ſe in aliquo intromittat; excepto quod Eſcaetor, vel alius Miniſter noſter, ſeu hæredum noſtrorum qui pro tempore fuerit, infra portas tamen Abbatiæ prædictæ in principio cujuſlibet vacationis ejuſdem, quandam ſimplicem ſeiſinam, nomine noſtri Regii dominii capiat; & ea ſic capta, ſtatim exinde recedat abſque aliquo inde capiendo ſeu etiam aſportando. Ita quod ultra unum diem, occaſione ſeiſinæ prædictæ, moram ibi non faciat, nec aliquem ibidem ſubſtituat loco ſui. Volumus inſuper & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod ſi nos forſitan vel hæredes noſtri, aliquo tempore vacationis Abbatiæ prædictæ exercitum noſtrum fecerimus ſummoneri, prædicti Prior & Conventus & ſucceſſores ſui, pro propriis & dominicis feodis Militum Abbatiæ illius in manus ipſorum Prioris & Conventus tunc exiſtentibus ad ſervitium in eodem exercitu faciendum minime teneantur, nec occaſione ſervitii illius moleſtentur in aliquo ſeu graventur, ſed inde penitus ſint quieti: Salvis tamen nobis & hæredibus noſtris ſervitiis feodorum Militum, quæ tenentur de Abbatia prædicta temporibus vacationum ejuſdem ad nos pertinentibus ratione exercitus ſupradicti. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Stryvelin* 20 die *Maii*.

Per ipſum Regem nunciante W. Cov. & Lichf. *Epiſcopo.*

An. 32 *E.* 1.

The King likewiſe for the fine of 1200 Marks, granted the Temporalties of the Abby of *Glaſtonbury* for 6. moneths during the vacancy, to the Prior and Covent thereof, with certain limitations by this Patent.

Fines 32 E 1. m. 12. Pro Priore & Conventu Glaſton.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod per finem Mille et ducentarum Marcarum, quem dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus Abbatiæ *Glaſton.*

An. 32 *E.* 1. *Glaston.* fecerunt nobiſcum, nobis per ſufficientem ſecuritatem, quam iidem Prior & Conventus nobis invenerunt, ad voluntatem noſtram ſolvendarum, conceſſimus eiſdem Priori & Conventui Cuſtodiam ejuſdem Abbatiæ, vacantis per mortem *Johannis* nuper Abbatis ejuſdem loci, & in cuſtodia noſtra exiſtentis; habendam à quartodecimo die *Septembris* proximo præteriti, uſque ad finem ſex Menſium proximo ſequentium completorum, cum omnibus ad Abbatiam illam pertinentibus, & quæ ad nos pertinere poſſent, ſi cuſtodiam ejuſdem in manu noſtra teneremus: Ita quod nullus Eſcaetor, aut alius Ballivus ſeu Miniſter noſter vel hæredum noſtrorum, ſe de cuſtodia prædicta, vel aliquibus ad eam ſpectantibus, durantibus prædictis ſex menſibus intromittat; nec ipſos Priorem & Conventum ſuper hoc aliqualiter impediat, quo minus ipſi per prædictos ſex menſes habeant liberam & plenam adminiſtrationem omnium poſſeſſionum proventuum & reddituum ad Abbatiam illam ſpectantium, necnon omnium exituum inde provenientium; ſalvis nobis & hæredibus noſtris feodis Militum, advocationibus Eccleſiarum, Wardis & Maritagiis liberorum Tenentium ejuſdem Abbatiæ, quæ tempore vacationis ejuſdem accidere contigerit. Ita tamen, quod ſi vacatio illa ultra ſex menſes duraverit, nos vel hæredes noſtri finitis eiſdem ſex menſibus Cuſtodiam Abbatiæ prædictæ cum omnibus ad Cuſtodiam illam ſpectantibus, durante vacatione prædicta habeamus. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Dunfermelyn*. 30 die *Decembris*.

Et mandatum eſt *Gilberto de Knouill.* Cuſtodi Abbatiæ prædictæ vacantis, &c. quod de Cuſtodia Abbatiæ prædictæ ſeu aliquibus ad eam Abbatiam ſpectantibus, ratione vacationis prædictæ, ſe ulterius non intromittat; & exitus, ſi occaſione prædictæ ad opus Regis perceperit, præfatis Priori & Conventui ſine dilatione liberet. Teſte ut ſupra; & fuerunt patentes.

Thus the Abbots and Prelates for money and favour encroached continually upon the ancient Rights and Prerogatives of the Crown.

The King being informed that the Abbot of the *Præmonſtratenſes* intended to impoſe and levy a ſubſidy on thoſe of his Order within this Realm without his privity; iſſued this Prohibition to thoſe of that Order, to prohibit the payment thereof in money or other proviſions.

Claus. 32 E 1. m. 11. dorſo. Quod Abbas Præmonſtrat. Ordinis non faciat ſubſidium Abbati Præmonſtrat.

REX dilecto ſibi in Chriſto Abbati de *Dereford*, ſalutem. Intelleximus Abbatem *Præmonſtratenſem* quoſdam ſuos Procuratores pro exigenda à vobis quadam pecuniæ quantitate ad opus ſuum ad vos ſpecialiter deſtinaſſe; quæ quidem exactio poſſet contra ordinationem noſtram de argento aliquo extra Regnum noſtrum non portando, et alias in noſtri præjudicium redundare; Vobis igitur firmiter inhibemus, ne præfato Abbati Subſidium aliquod in pecunia vel rebus aliis, ex quarum commercio pecunia extra regnum noſtrum deferenda haberi valeat, nomine ſubventionis, Doni, ſeu mutui, aut alias quomodolibet faciatis, ſine noſtri aſſenſu et licentia ſpeciali. Teſte Rege apud *Strivelyn* 2. die *Junii*.

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis, *videlicet*, Abbati de *Begeham*, Abbati de *Hales*.

The King by his Royal Prerogative in this age, claimed a competent penſion for ſome of his Clerks from every Biſhop, Abbot, and Prior newly created by him, by reaſon of his Creation, as theſe Records atteſt.

Cl. 32 E 1. m. 11. dorſo. Pro Michaele de Clare.

REX Venerabili in Chriſto Patri *R.* eadem gratia *London.* Electo, ſalutem. Cum vos ratione novæ Creationis veſtræ teneamini uni de Clericis noſtris, quem vobis duximus nominandum in quadam penſione anima de Camera veſtra percipienda, quouſque ſibi per vos provifum fuerit de Eccleſiaſtico beneficio competenti, ac dilectum Clericum noſtrum *Michaelem de Clare* vobis nominavimus ad penſionem hujuſmodi optinendam; Vobis mandamus, rogantes, quatinus eidem Clerico noſtro talem penſionem de Camera veſtra in forma prædicta percipiendam, quæ dantem deceat, recipientemque vobis reddere debeat fortius obligatum, concedatis; ei literas veſtras patentes ſub hoc fieri facientes. Teſte Rege apud *Strivelyn* 20. die *Junii*. *Per ipſum Regem Nunc.* W. Co. & Lych. *Epiſcopo.*

The King by his Royal Prerogative in this age, claimed a competent penſion for ſome of his Clerks from every Biſhop, Abbot, and Prior newly created by him, by reaſon of his Creation, as theſe Records atteſt.

Johannes

Johannes de Carleton habet consimiles literas Regis Priori & Conventui de *Burgo* de quadam pensione habenda ratione novæ creationis prædicti Prioris. Teste ut supra.

Per breve d privato sigillo.

Novo An. 32 E. 1.

Ibid. Pro Johanne de Carleton.

The King by his Prerogative writ also for Corrodies for his aged Servants to the Prior and Covent of St. *Maries* in *Suthwerke*, and others, who returned these answers to him, rendring several reasons, humbly tendred to his Majesty, of their disabilities to effect it, though otherwise willing.

SEreniſſimo Principi & Domino ſuo Reverendo *E.* Dei gratia Regi *Angliæ*, &c. ſui humiles & devoti Sacerdotes Prior & Coventus beatæ *Mariæ* de *Suthwerk*, ea quæ poterunt pro ſuo Domino orationum ſuffragia apud Deum. Placuit Excellentiæ veſtræ nobis, præcipere, quod *Willielmo le Fiſhere*, ſervienti veſtro, quoad viveret, faceremus in victu & neceſſariis provideri, Literas noſtras patentes inde ſibi faciendo, Sigilli noſtri Capituli conſignatas; quodque inde faciendum duceremus, vos efficeremus noſtris literis magis certos: **Quibus mandatis, novit Altiſſimus, humili animo pareremus, ſi noſtræ ad hoc ſufficerent facultates.** Sed apud Majeſtatem veſtram, à prædicto onere ſubeundo, excuſare non debet (Princeps inclyte) ſumma paupertas, qua nos deprimimur: cum omnis res, redditus et poſſeſſiones noſtræ ad ſuſtentationem noſtram ſufficere non valeant, niſi gratia Dei quæ ad ſupplementum agit, piæ fidelium largitiones nobis ſuccurrerent in hoc caſu. Eccleſia etiam noſtra, quæ jam triginta annis elapſis paſſa (proh dolor!) eſt ruinam, circa cujus relevationem ab eo tempore toto laboravimus noſtro poſſe, necdum tantum potuimus in ipſius relevatione invaleſcere, variis & oneroſis exactionibus tam in ſpiritualibus quam in temporalibus præpediti, quod noſtrum ex toto ædificare potuimus Campanile. Continuâ inſuper pugna, quam abſque interpellatione contra rabiem fluvii *Tamenſis* aggredimur, ſuper cujus ripam noſtra domuncula ſituatur, quam ad ſalvationem Eccleſiæ noſtræ & noſtram tantum non ſufficiunt vires noſtræ quin appoſito ſubſidio parti uni, pars alia ſtatim nobis periculum comminetur. Denique (Domine excellentiſſime) veſtra attendat magnificentia, quod **in veſtris hujuſmodi probitionibus ſervientium, Domibus, pinguibus de magnis et ſuperhabundantibus Maneriis et aliis poſſeſſionibus magnificorum Principum, Progenitorum veſtrorum, Regum *Angliæ*** (quarum fragmenta ac mica, quæ de menſis earum cadunt, pluris quam tota noſtra ſubſtantia ſint balozis) **veſtra ſemper Curia ſcribere conſuebit: non exilibus et exiguis Cellulis fratrum, quæ ex ſimplicium virorum, qui ex parvulis portionibus ſunt fundatæ: cujuſmodi eſt veſtra parvula noſtra domus:** quia revera, ſi talem in noſtram aſſumeremus (prout vobis ſcribere placuit) comitivam, unum nos oportet de noſtris fratribus amovere, quod ne dum vobis moleſtum ſed videretur potius inhumanum. Parcatis igitur nobis, quæſumus, pie Princeps, ſi dictis veſtris præceptis parere non poſſumus, ut vellemus, quia verè non ſine frontis rubore noſtram jam vobis inſinuavimus parvitatem. Longævos & proſperos vos conſervet Altiſſimus, &c.

Bundela Brevium & Literaram in Turri Lond. An. 32 E. 1.

EXcellentiſſimo Principi Domino ſuo & Patrono, *Edwardo* Dei gratia Illuſtri Regi *Angliæ*, ſui Monachi humiles & devoti Abbas & Conventus *Cernelii*, ſalutem, et tanto Domino & Principi feliciſſima ſucceſſuum incrementa. Dominationi veſtræ notificamus, quod habemus in Domo noſtra quendam *Johannem de Somerſete* nomine, **per literas veſtras nobis directas**, in victu & veſtitu, juxta ſtatus ſui exigentiam, quoad vixerit, in neceſſariis exhibendum. Inſuper Domina noſtra Dei gratia **Regina *Angliæ*, Conſors veſtra, nobis literas ſuas nuper direxit pro quodam Clerico, ut probideremus eidem in Eccleſiaſtico Beneficio, vel Penſione competenti; qui de nobis recepit quadraginta ſolidos annuæ penſionis, quouſque eidem probiſum extitit in Beneficio congruo.** Quare Excellentiæ veſtræ humiliter & devotè ſupplicamus, quatinus prædictæ Domui veſtræ ad præſens parcere velitis, ſi placet, & de ſuſtentatione *Ricardi de Ringwude* illam modo nullatenus onerare. Valeat veſtra, &c. Dat. in Capitulo noſtro in vigilia Sancti *Laurentii*, Anno gratiæ 1304.

In eadem Bundela, An. 32 E. 1.

Sere-

An. 32 *E.* 1. In eadem Bundela.

zizaniæ per caliditatis aſtutiam non ſine cum amaritudine rememorandis anguſtiis ſubmittant, pacis reformetur tranquillitas, animorum identitas perſeveret, & ut nos & ipſa optamus Eccleſia, vinculum dilectionis internæ, ut decet & convenit, ſolidetur. Sane inter te & ipſum in pacis tractatu extitit, ut dicitur, inter alia concordatum, quod dampnorum & gravaminum pace ſeu treuga ſecuta vel indicta durante hinc inde ab alter utrius veſtrorum gentibus & ſubditis irrogatorum quomodolibet & etiam illatorum ſufficiens præſtaretur emenda, & tandem eodem Rege & tuis Nunciis *Lugdun.* in noſtra præſentia conſtitutis, ut quod de ſatisfactione hujuſmodi fuerit ordinatum, pleniorem ſortiretur effectum; Adjunximus, quod quatuor probi viri, duo ſcilicet pro parte qualibet deputentur, qui ſuper præmiſſis inquiſita plenius veritate facerent paſſis damna & injurias ſatisfactionem congruam juxta malignitatem negotii exhiberi. Verum licet hæc, ſicut præmittitur, fuerint ordinata, quæ debuerint penitus obſervari, tamen quod nos cogit vehementius admirari poſtquam iidem nuncii *Lugdun.* noſtro ſe conſpectui præſentarunt, et ex eis aliqui à vobis etiam bona ſua quamplurima areſtata atque ſeiſita mercimonia & dampna non modica per gentem tuam nonnullis Civibus *Ambraren.* cæteriſque Mercatoribus *Corbiæ* ac illarum nequaquam obſtantibus regni ſui ordinationibus præmiſſis illata dicuntur, & nichilominus unus ex tuis dictis quatuor qui tunc in noſtra fuerunt præſentia nominati, electi & etiam deputati, negotio imperfecto diſceſſit. Cum itaque, fili chariſſime, ex præmiſſis ſi veritate nitantur tantò majoris turbationis materiam habeamus, quo niſi eis celeris correctionis remedio occurratur, poſſet timeri pericula exinde præteritis graviora, Celſitudinem tuam rogamus attentius, & hortamur in *Jeſu Chriſto*, quatenus bona & mercimonia ſic areſtata atque ſeiſita, exareſtari & deſeiſiri jubeas, ac de hujuſmodi dampnis & injuriis perſonis eiſdem faciat ſatisfactionem plenariam exhiberi, eundemque deputatum qui ſic à proſecutione prædictorum diſceſſit, remittas ad locum, ut præmittitur, ut cum aliis diligenter in præmiſſis intendat & illis ſubmoto difficultatis obſtaculo proſequatur. Attende igitur, fili perdilecte, & ut pacis amator inſpicias, quod ſi præmiſſa ad quæ te hortamur percompleas, multiplex inde bonum proveniet, & de contraria (quod abſit) poſſet inextimabile ſcandalum exoriri, quodque tu præter divinum præmium gratificaberis *Romanæ* Eccleſiæ matri tuæ, & nos qui te & Regem eandem in pacis abundantia ambulare & vivere cupimus, quique etiam in tuis proſperis & fælicibus ſucceſſibus ab intimis gratulamur, votis tuis ſtrictius obligabis. Dat. *Petragoris* 2. Kal. *Maii*, Pontificatus noſtri anno primo. *

An. 33 *E.* 1.

* In Dorſo. Bulla Clementis Papæ 5 Edwardo Regi Angliæ, ſuper tangentibus proceſſum Moneſtrel.

To which the King returning a ſatisfactory anſwer in all particulars, received this ſecond Bull from the Pope.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili in Chriſto filio *Edwardo* Regi *Angl.* illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Celſitudinis tuæ literas affectione conſueta recepimus, per quos conditiones negotii mercatorum *Franciæ* quorum bona in regno tuo fuerant areſtata: & qualiter perſonæ quæ per nuntios tuos coram nobis apud *Lugdun.* fuerunt deputatæ ad inquirendum de exceſſibus ſenſêre factis ——— quæ commiſſa dicuntur per —— gentem regni tui contra gentem regni *Franciæ* poſtquam inter te & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Philippum* Regem *Francorum* pax & concordia per Dei gratiam reformata extitit, proceſſerunt, ſerioſe ſatis ad noſtram notitiam deduxiſti. Profectò, fili chariſſime, gaudeamus quod ſic planè, ſic clarè nobis hæc Regia circumſpectio reſeravit, & inter cætera deſiderabilia cordis noſtri tuum & Regis ejuſdem ſtatum proſperum & tranquillum, & inter te ac ipſum amænitatem mutuæ Charitatis potioribus deſideriis affectamus, diligentes cogitatus adhibere circa ſignificata curabimus, & utilis operationis impendium, prout melius divina gratia miniſtraverit, exponemus, Serenitatem Regiam rogantes, & hortantes attentè, quatinus gentes tuas ſic corrigas & refrænes, quod nulla inter te & eundem Regem ſcintilla rancoris emergat; & prædictis deputatis injungas, quod in negotiis per dictos nuntios eis commiſſis continuè intendant, & ſic efficaciter te habeas in prædictis, quod Magnificentia tua dignis exinde apud Deum & homines poſſit laudibus commendari. Dat. *Burdigalis* 2. Kal. *Julii*, Pontificatus noſtri anno primo. * Which he backed with this third Bull.

In Turri London. An. 33 E. 1.

* In Dorſo. Bulla Clementis Papæ 5 Edwardo Regi Angliæ, ſuper tangentibus proceſſum Moneſtrel.

An. 33 *E.* 1.
Ibidem.

Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, carissimo in Christo filio nostro *Edwardo* Regi *Angliæ* illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Benignæ puritatis ad notos & magnæ discretionis ad omnes Celsitudinis tuæ culmina reputat populus circumpositæ rationis, te quoque Magnates & humiles multa laude magnificant, & virtutum præcipuè devotionis ipsius præclaris te ferunt ornatibus insignitum; quare multum debet attendere circumspectio Regia, quod cum talis esse credatur, credentium opinio non fallatur. Magnitudinem itaque Regiam, tum propter intimæ dilectionis affectum quem ad ipsum semper habuimus & habemus, tum propter aliqua salutaria animæ tuæ commoda, tum etiam propter nonnulla inter te & Regem *Franciæ* illustrem pacis & quietis pꝛocuranda et oꝛdinanda salubꝛia, et insuper de *Terræ Sanctæ* passagio intimis desideriis alloqui cupientes, eandem rogamus et oꝛtamur attente, quatinus antequam montes transeamus, quos post Coronationis nostræ solempnia apud *Vien.* circa instantis festi *Omnium Sanctorum*, auctore Domino celebranda, transire proponimus ad Sanctam *Romanam* Ecclesiam sponsam nostram Deo pꝛopitio accessuri nobiscum, si modo fieri valeat, tuam a nobis plusquam exꝛimere possemus oblatam pꝛæsentiam habeamus; vel si foꝛte (quod absit) venire nequiret aut nollet Regia Celsitudo, charissimum in Chꝛisto filium nostrum *Edwardum* illustrem Pꝛincipem *Walliæ* natum tuum, Pꝛælatoꝛum et alioꝛum Magnatum viroꝛum pꝛudentium decenti comitiva vallatum, ad pꝛæsentiam nostram mittas, voluntarium atque pꝛomptum ad contrahendum matrimonium inter eum et natam jam dicti Regis *Franciæ* pꝛolocutum; necnon cum sufficienti et plenaria potestate et speciali mandato faciendi, appꝛobandi et recipiendi ea omnia quæ ad solidandam concoꝛdiam, charitatem et pacem inter te ac *Franciæ* Regem pꝛædictum, et alia quæ ad animæ tuæ salutem, et ad tuum ac suum et regni tui commodum et honoꝛem, pꝛæstante Deo, intendimus oꝛdinare. Et ut nostra quam super præmissis habemus intentio tuæ possit magnificentiæ clarius aperiri, venerabilem fratrem nostrum *Raymundum* Episcopum *Lascurren.* & dilectum filium Magistrum *Willielmum Testa* Archidiaconum *Aranæum* in Ecclesia *Covenarum* Capellanum nostrum, de quorum fidelitatis intimæ puritate plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad tuam duximus præsentiam destinandos, & tuæ Serenitati mentem nostram aperire oraculo vivæ vocis, quorum relationibus ex parte nostra prolatis fidem volumus plenariam adhiberi. Dat. *Burdegal.* 8. Kal. *Septembris*, Pontificatus nostri anno primo.

To this last Bull and Letter, King *Edward* returned this complemental Answer.

Clauſ. 33 E 1. m. 7. dorſo.

Sanctissimo in Christo Patri Domino *C.* Sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici; *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oscula beatorum. Venientes ad nos venerabilis Pater *Reymundus* Episcopus *Luscurren.* & Magister *Gulielmus Testa* Archidiaconus *Aran.* in Ecclesia *Covenarum* Capellanus vester, beatitudinis vestræ Nuncii vestras nobis literas præsentarunt. Nos autem literas ipsas et Nuncios vidimus læta mente, et recepimus reverenter intuitu destinantis, gaudentes quamplurimum & ingenti lætitia in Domino exultantes, quod sicut eorundem Nunciorum patefacit assertio, plenè vigetis corporea sospitate, ac vobis ad gratias quas sufficimus assurgentes, ex eo quod noster regnique nostri status salubꝛis inest specialiter coꝛdi vestro. Sane reverentissimam personam vestram antequam montes transeatis videre, ac colloquium cum eadem habere vestræque Coꝛonationis solempniis interesse, si commode fieri posset, gratissimum nobis foꝛet; set ad hoc personam nostram quam vestræ Sanctitatiis benevolentia novit multis vexationibus fatigatam accedere, aut etiam *Edwardum* filium nostrum, Prælatorum, & aliorum Magnatum virorum prudentium decenti Comitiva vallatum mittere, pro quo sicuti et pro nobis conductum à Rege *Franciæ* juxta ordinationem Magnatum & Procerum Regni nostri primitus oporteret habere, brevitas temporis non permittit, quoniam expedire non credimus quoquomodo, quod accessus vester ad Curiam *Romanam* differatur, sed potius quantum honestati vestræ congruet maturetur. Et proculdubio admodum prægravamur, quod requisitionem & voluntatem vestram non possumus in hac parte, juxta nostri coꝛdis desiderium adimplere: ad vestra siquidem beneplacita et mandata pꝛosequenda pꝛo viribus et complenda nos

vestra

veſtra ſancta Paternitas devotos ſemper inveniet, et paratos. Veſtræ igitur Sanctitati, de qua fiduciæ plenitudinem obtinemus, devotiſſimè ſupplicamus, quatinus præmiſſis clementi meditatione penſatis, tàm nos quàm prædictum natum noſtrum ſuper hoc habere dignemini excuſatos, ſicque Nos, regnum noſtrum, et noſtros proſequi gratioſe quod veſtræ benignæ pietatis affectum, quem vos ad perſonam noſtram longa experientia habuiſſe percepimus, de bono in melius continue augeri effectualiter ſenciamus. Ad hæc, circa promotionem negocii Terræ Sanctæ menti noſtræ præcipue inſidentis, cujus ſtatui miſerabili foze compatiendum non indigne conſpicitur, eo libentius pietatis veſtræ clementiam excitamus, quo ad ſubveniendum eidem propoſitum veſtrum verſari intimius credimus et tenemur. Super quo et aliis, quæ dictorum Nunciorum veſtrorum legationem contingunt quibus noſtram aperuimus plenius voluntatem, dignetur eiſdem Providentia veſtra fidem indubiam adhibere. Cæterum quoſdam Prælatos & Magnates alios regni noſtri cum poteſtate plenaria & ſpeciali mandato ad veſtram præſenciam reverendam in brevi proponimus deſtinare, ad faciendum, appzobandum et recipiendum ea omnia quæ ſuper pzæmiſſis pzo nobis et ſæpedicto nato noſtro veſtra Sanctitudo viderit ozdinanda, et quæ nos et idem filius noſter faceremus, ſeu facere poſſemus ſi noſtra adeſſet pzæſencia perſonalis. Sanctiſſimam perſonam veſtram conſervet altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ per tempora proſpera & longæva. Dat. apud *Weſtm.* 4 die *Octobris*, Anno regni noſtri 33. *An.* 33 E. 1

This Epiſtle he ſoon after ſeconded with theſe enſuing Meſſengers, Proctors and Procurations which he diſpatched to him concerning the ſeveral affaires ſpecified in them, who preſented him with the premiſed gold plate for his Chamber; the more eaſily to obtain the Kings deſires.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* Divina Providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus* ejuſdem Gratia, &c. devota pedum oſcula beatorum. Ex ſinceræ dilectionis affectu quem ad nos magna experientia vos habuiſſe et habere pzobavimus, de quo veſtræ Sanctitati quas poſſumus graciarum referimus actiones, inducimur ad veſtræ liberalitatis januam audacius pulſandum, et paternæ ſubſidium bonitatis, confidentius requirendum; Dilectos igitur & fideles noſtros venerabiles patres *Walterum Coventr.* & *Lychf.* Theſ. noſtrum, & *Willielmum Wygorn.* Epiſcopos, *Henr. de Lacy* Comitem *Lincolniæ* Conſanguineum noſtrum, *Hugonem le Deſpenſer*, *Amaneun. de Lebreto*, *Ottonem de Grandiſono* Milites, Magiſtros *Johannem de Benſtede* Scaccarii noſtri Cancellarium *Sarisberien. Robertum de Pickering Eborum*, *Bartholomæum de Ferentino London*, & *Philippum Martell Ciceſtren.* Eccleſiarum Canonicos, ad præſentiam veſtræ beatitudinis deſtinantes, devotis eidem precibus ſupplicamus, quatinus mentis noſtræ deſideria Benignitati veſtræ per ipſos vel aliquos ex pzimo nominatis ipſozum vivæ vocis ozaculo, exponenda benigne audire, benevolentiaque paterna exaudire. Nos ſiquidem mandatis veſtris totis ſemper viribus obedire cupimus, beneplacitiſque (Sanctitatis) veſtræ pzoponimus ſinceris affectibus complacere. Conſervet vos Altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ per tempora proſpera & longæva. Dat. apud *Weſtm.* 20 die *Octobris.* Clauſ. 33 E 1. m. 26 dorſo.

This Epiſtle and Procuration to the Pope, the King ſeconded with another to ſeveral Cardinals, thus recorded.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *N.* Dei gratiâ *Oſtienſi* & *Velletrenſi* Epiſcopo, Amico ſuo Kariſſimo; *Edwardus* eadem gratiâ Rex *Angliæ*, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Venerandæ Paternitati veſtræ tanto libentius preces noſtras porrigimus, quanto confidentius ipſas à dilectionis veſtræ ſinceritate intra exauditionis gratiam introduci ſperamus. Hinc eſt quod cum dilectos & fideles noſtros venerabiles Patres *Walterum Coventr.* & *Lychf.* Theſ. noſtrum, & *Willielmum Wygorn.* Epiſcopos, *Henr. de Lacy* Comitem *Lincolniæ*, Conſanguineum noſtrum, *Hugonem le Deſpenſer*, *Amaneum de Lebrete*, *Ottonem de Grandiſſono* Milites, Magiſtros *Johannem de Benſtede* Scaccarii Cancellarium *Sarum*, *Robertum de Pickering Eborum*, *Bartholomæum de Ferentino London.* & *Philippum Martell Ciceſtren.* Clauſ. 33 E 1. m. 5. dorſo. Pro Rege.

An. 33 E. 1. *ceſtren.* Eccleſiarum Canonicos, ad Sanctiſſimi Patris Domini *C.* divina Providentia Summi Pontificis, pro quibuſdam arduis noſtris, regnique noſtri negotiis veſtræ benevolentiæ per eoſdem vel eorum aliquos exponendis, præſenciam deſtinamus, amicitiam veſtram de qua plenè confidimus, affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus negotia memorata favore propitio commendata velitis habere, et ut celerem et optatum expeditionis effectum veſtro mediante juvamine ſortiantur, opem impendere ac operam efficaces, mandantes nobis cum fiducia ſi qua pro vobis aut veſtris volueritis nos facturos. Dat. apud *Weſtm.* 20 die *Octobris.*

Eodem modo ſcribitur pluribus Cardinalibus. Dat. ut ſupra.

Ibidem. SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* divina Providentia Sanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus* eadem gratiâ Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oſcula beatorum. De circumſpectione & fidelitatis intimæ puritate dilectorum & fidelium noſtrorum *Henr. de Lacy* Comitis *Lincoln. Hugonis le Deſpenſer, Amanen.* Domini *de Lebreto, Ottonis de Grandiſſono*, fratrum *Thomæ de Jorz*, & *Johannis de Wrotham* de Ordine Prædicatorum, *Johannis de Beneſtede*, & Magiſtri *Philippi Martell* exhibitorum præſencium fiduciæ plenitudinem optinentes, ſuper quibuſdam negotiis, honorem, ſtatumque noſtrum et Coronæ noſtræ tangentibus, quæ valde inſident corde noſtro, vobis mentem noſtram decrevimus aperire. Sanctitati veſtræ devotiſſimè ſupplicantes, quatinus hiis quæ prædicti *Henricus, Hugo, Almenenus, Otto, Thomas* & *Johannes, Johannes* & *Philippus*, ſeptem, ſex, quinque, vel quatuor eorundem quos præſentes eſſe contigerit, ex parte noſtra ſuper præfatis negotiis beatitudini veſtræ expreſſerint viva voce fidem indubiam digne-mini adhibere, ac ea votiva effectui juxta ſperatam fiduciam mancipare. Conſervet vos Altiſſimus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora proſpera & longæva. Dat. apud *Weſtm.* 27 die Menſis *Octobris*, Anno Gratiæ 1305.

He likewiſe ſent this Letter to the Pope for the canonization of *Thomas de Cantelupe* late Biſhop of *Hereford* deceaſed, famous for ſundry miracles, as was ſuggeſted, that ſo he and his Realm might enjoy the benefit of his prayers and interceſſion for them in heaven, according to the Superſtitious Doctrine, practiſe, and Error of that ignorant age.

Cl. 33 E. 1. m. 3. dorſo. De tranſlatione Sancti Thomæ de Hereford. SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* divina Providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oſcula beatorum. Pium & Juſtum eſſe cenſetur, ut ſicut Glorioſus Deus in Sanctis ſuis & in Majeſtate mirabilis, fideles miniſtros ſuos magnificat, altis decorat honoribus, & cæleſtis efficit beatitudinis poſſeſſores in cœlis; ſic & ſacroſancta *Romana* Eccleſia veſtigia ipſius proſequens, eos ad quorum memorias ipſe Deus ſuæ virtutis potentiam manifeſtat, ſigna ac prodigia faciens pro eiſdem, dignæ venerationis officio laudari, glorificari, & ſtudiis ſollicitis honorari efficiat in terris, ut per hoc fides catholica roboretur, et idem altiſſimus qui laudabilis eſt in ſecula, glorificetur amplius et laudetur, ac ex hoc ſalutis noſtræ cauſam miſericorſecula, glorificetur amplius et laudetur, ac ex hoc ſalutis noſtræ cauſam miſericordius & miſerabilius operari dignetur. Cum itaque *Thomas* dictus de *Cantilupo* Eccleſiæ *Herefordenſis* Antiſtes, qui nobili exortus proſapia, dum carnis clauſus carcere tenebatur, pauper ſpiritu, mente mitis, juſtitiam ſitiens, miſericordiæ deditus, mundus corde, verè pacificus prout firmiter recolimus nos expertos, utpote cujus apud nos diu, & laudabilis converſatio & glorioſæ vitæ inſignia, ex multa familiaritate quam nobiſcum habuit eadem fuerunt evidentius nobis nota, quod ſanctitatem vitæ & ipſius converſationem laudabilem cernebamus, quemadmodum degens in ſeculo magnis pollebat meritis, nunc veniens in cœlo, magnis corruſcare miraculis dinoſcatur, in tantum, quod ipſius meritis et interceſſionibus glorioſis, lumen cæcis, ſurdis auditus, verbum mutis, et greſſus claudis, et alia pleraque beneficia ipſius patrocinium implorantibus cœleſti dextera conferuntur, de quorum miraculorum corruſcatione multiplici nonnullis de regno noſtro certitudinaliter innoteſcit. Nos attendentes per Dei gratiam fideles in Chriſto, noſque præcipue, et populum regni noſtri ejus poſſe ſuffragiis adjuvari, ut quem familiarem habuimus in terris mereamur habere patronum in cœlis; Sanctitati veſtræ devotiſſimè ſupplicamus, quatinus tantam lucernam abſconſam ſub modio remanere di-

utius

utius non ſinentes, ſet eam mandantes ſuper Candelabrum collocari, hiis qui ſunt in domo Domini ſolatium præbituram, dignemini ipſum aſcribere Sanctorum Cathologo venerando, ut ejus precibus Dominus exoratus gratiam in præſenti, et gloriam nobis præbeat in futuro. Conſervet vos Altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora fæliciter longiora. Dat. apud *Weſtm.* ſecundo die *Novembris*, Anno regni noſtri 33. Whereupon he was accordingly * *Canonized* for a *Saint*. -*An.* 33 E 1

* Godwins Catalogue, p. 377.

King *Edward* having * *formerly* denyed upon mature deliberation with his Counſil, to admit of the *Popes proviſions* to a prebendary in the Cathedral at *Yorke*, for which ſeveral Cardinals had importunately written to him, as being prejudicial to his Crown, dignity, contrary to his Royal Oath, and of dangerous conſequence, as he had formerly informed them, thought fit to remind them thereof by this new Letter, for fear they ſhould croſſe, and not promote his Proctors affairs, then ſent by him to the Pope and Court of *Rome*.

* See here, p. 934, 935.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *L.* Dei gratiâ *Albanenſi* Epiſcopo, Amico ſuo Kariſſimo; Rex, *&c.* ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Literas veſtras per quas pro *Franciſco* Nepote fælicis Recordationis *Bonifacii* Papæ octavi ſuper quadam Præbenda in Eccleſia *Eborum*, quàm dudum cuidam de Clericis noſtris contulimus jure noſtro, ſpecialiter nos rogaſtis, affectione plena recepimus, ipſarumque tenorem intelleximus, diligenter deſiderantes itaque veſtris favere precibus, quatinus poterimus bono modo negotium prædictum per illos de Conſilio noſtro plenè examinari & diſcuti fecimus cum diligentia ſtudioſa, ad ſciendum ſi poſſent viam aliquam invenisse per quam abſque præjudicio juris noſtri Regii, et Coronæ noſtræ *Angliæ* læſione, poſſemus annuere votis veſtris. Verum poſt longum inde inter eos habitum conſilium et tractatum, eiſdem pluribus rationibus videbatur, quod in grave præjudicium et manifeſtum noſtri et hæredum noſtrorum, et exhæredationem ac enormem Coronæ noſtræ Regiæ (cujus jura illæſa in omnibus obſervare vinculo juramenti aſtringimur) cedere læſionem, ſi veſtris adquieſcerimus precibus ſuprædictis. Cum igitur præmiſſis obſtantibus ad præſens fieri nequeat quod rogaſtis, Paternitatem veſtram affectuoſe requirimus et rogamus, quatinus nos in hac parte habere velit veſtra grata benevolentia propenſius excuſatos; Non enim credimus, quod ad faciendum aliqua quæ in enervationem Jurium Coronæ noſtræ aliqualiter redundarent, ſeu ex quibus Juramenti noſtri prædicti poſſemus, quod abſit, incurrere læſionem, veſtræ nobis fidelitatis integritas et amicitiæ puritas ſuaderent. Dat. apud *Bruſtwock* 3. die *Novembris*.

Eodem modo ſcribitur Domino *Franciſco* Sanctæ *Mariæ* in *Coſmedyn* Diacono Cardinali. Dat. ut ſupra.

Clauſ. 33 E 1. m. 7. dorſo.

Pope *Clement* ſo highly reſented the Kings oppoſition of his Predeceſſors and his own Papal *Proviſions* to this *Italian*, the Biſhop of *Biblis*, and others in *England*, that he ſharply reprehended him for, and adviſed him ſpeedily to reform it, in the cloſe of his ſucceeding Bull. To whom the King ſent this new Procuration for ſetling peace, and relief of the *Holy Land*.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* divina Providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus* ejuſdem gratiâ Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oſcula beatorum. Attendentes pium et laudabile veſtræ Sanctitatis propoſitum circa promotionem negotii *Terræ Sanctæ*, quod tanto ad effectum poſſe Deo auſpice fæliciorem perduci ſperamus, quanto inter Reges et Principes, cæteroſque Nobiles et Magnates Chriſti fideles vinculum majoris unitatis et concordiæ puriorisque caritatiſque ferbidioris per veſtræ circumſpectionem clementiæ fuerit inductum et fortius ſtabilitum. Quamobrem inter Sereniſſimum Principem Dominum *Philippum* eadem gratia *Francorum* Regem, & Nos, ſucceſſoreſque ſuos et noſtros ſolidam concordiam, caritatem ferbidam, pacemque firmam continuari fæliciter et augeri ex intimis affectantes, dilectos & fideles noſtros venerabiles patres *Walterum Coventr.* & *Lychf.* Theſaur. noſtrum, & *Willielmum Wygorn.* dicta gratia Epiſcopos, *Henricum de Lacy* Comitem *Lincoln.* Conſanguineum noſtrum

Pat. 33 E 1. part 2. m. 8. Procuratorium pro Rege.

An. 33 E. 3. nostrum, *Hugonem le Despenser*, *Amanenum de Labreto*, *Ottonem de Gradissono* Milites, Magistros *Johannem de Benstede*, Scaccarii nostri Cancellarium, *Sarisberien. Robertum de Pickering Eborum*, *Bartholomæum de Ferentino London.* & *Philippum Martell. Ciceſtr.* Ecclesiarum Canonicos, de quorum circumspecta prudentia & fidelitate probata plenam fiduciam optinentes, Procuratores nostros & Nuncios speciales ad vestræ Sanctæ Paternitatis præsentiam destinamus. Dantes eisdem vel septem ex ipsis primo nominatis, aut quinque de dictis septem, plenariam potestatem et speciale mandatum super passagio *Terræ sanctæ* prædictæ tractandi, ordinandi, conbeniendi, concordandi et pascisscendi, necnon faciendi, approbandi et recipiendi pro nobis, et nostro nomine ea omnia quæ ad solidam concordiam, caritatem et pacem inter præfatum Regem et nos, ac alia quæ ad animæ nostræ salutem, et ad nostrum regnique nostri commodum et honorem, præstante Domino, vestra beatitudo duxerit ordinanda, præstandique in animam nostram quodlibet genus liciti Sacramenti, ac faciendi, et expediendi omnia alia et singula quæ nos faceremus, seu facere possemus si personaliter adessemus, etiamsi mandatum exigant speciale. Ratum habituri & firmum quicquid dicti Procuratores, vel septem ex ipsis primo nominati, aut quinque de dictis septem nostro nomine fecerint in præmissis, & præmissa tangentibus quoquomodo. Et hæc Sanctæ Paternitati vestræ & omnibus quorum interest, aut interesse poterit in futur. significamus per nostras Patentes Literas sigilli nostri munimine consignatas. Dat. apud *Westm.* 15 die *Octobris*, Anno Domini 1305. Regni verò nostri 33.

The Pope finding some obstructions in the Treaty before him, (which hindred the conclusion of this much desired Peace between both Crowns) by some of King *Edwards* Articles and Proctors, thereupon sent this ensuing Bull unto him, for the prorogation of the former Truce to a longer day, and new powers to new Commissioners for setling a final Peace between them; in the close of which Bull (the Original whereof I met with in the *White Tower*) he sharply reprehends the King for opposing his *Papal Provisions* to Ecclesiastical prefermente in *England*, and other Innovations of the *Roman* See, advising him to reform them.

An. 33 E 1. in Turri London

Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, Charissimo in Christo filio *Edwardo* Regi *Anglorum* illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Regalem volumus excellentiam non latere, quod in Termino *Quinden.* festi proximo præteriti nativitatis beatæ *Mariæ* virginis prorogato super tractatu pacis inter te, fili charissime, ac charissimum in Christo filium nostrum *Philippum* Regem *Franciæ* illustrem, quos per dispendiosa & periculosa diffidia invicem disjungere charitatis æmulus studuit, divina suffragante gratia reformandæ, tam tui quam ejusdem Regis nuncii se coram nobis præsentare curarunt, & subsequenter mandatis suis exhibitis hinc & inde, præfati tui nuncii quosdam articulos super quibus petierunt procedi ante omnia tradiderunt; tandem verò visis per partem alteram ipsis articulis, & circa tractatum prædictum nonnullis per utrosque nuntios propositis & petitis, quia prælibati tui nuntii absque tua conscientia, vel consilio aliorum majorum nunciorum tuorum certis ex causis ulterius procedere omiserunt, & terminus instantis Nativitatis Dominicæ usque ad quem noster super hiis juxta formam Treugarum debebit durare tractatus sic instet, quod minime præsumitur posse interim tractatus hujusmodi terminari, cum utriusque prædictis nunciis deliberavimus instare apud te dictumque Regem, super prorogatione ipsius termini ulterius facienda, & medio tempore aliquos ex eis de tuo & dicti Regis sanguine descendentes, quosque certificati fuerimus super hoc remanere in Curia, ne forsan vulgaris habeat opinio, tractatum fore ruptum, & propterea occasionem aliqui, qui pacem odientes libenter nutrirent discordiam, assumere valeant malignandi. Quocirca Regiam rogamus magnificentiam, & exhortamur in Domino *Jesu Christo*, quot et quanta mala Deo displicibilia et exosa, totique Christianitati et fidei Catholicæ nociva non modice produxerunt guerræ præteritæ, ac producere (nisi pacis Deo grata concordia, eo donante, superbenerit) imposterum verisimiliter extimentur, inter pectoris claustra Regii pia consideratione revolvens, et ad ipsam concordiam affectibus sinceris intendens, ab eodem instanti festo Nativitatis Domini usque ad unum annum velis hujusmodi tractandi terminum prorogare, ac etiam ordinare, quod alii solennes nuncii, qui potestate sufficien-

ti ſuffulti, tractatum hujuſmodi rationabilem ſubire, ac etiam uſque ad fælicem exitum proſequi velint ac valeant, infra certum terminum ad noſtram præſentiam tranſmittantur, ſuper quibus omnibus nos celeriter infra inſtantia feſta beatorum *Nicholai* vel *Thomæ* Apoſtoli ad longius, ut ea poſſimus ſignificare parti alteri, curet Serenitas Regia per ſuas literas efficere certiores; ſcituri es pro certo, fili dulciſſime, quod ſincere ſecundum Deum et juſtitiam, et abſque ſcintilla partialitatis cujuſlibet, ſuper tractatu pacis ejuſdem, quam ferventibus affectamus deſideriis, intendimus proceders, ſicut etiam tui prædicti nuntii evidenter percipere ſuper hiis quæ acta ſunt hiis diebus præteritis potuerunt: & nihilominus dilectus filius Magiſter *Andræas de Offord* Juris Civilis Profeſſor, Clericus & Nuncius tuus, quem pro præmiſſis ſerioſus & fidelis explicandis ad tuæ ſublimitatis præſentiam ire perſonaliter, & ad nos cum reſponſione redire celeriter volumus, referre poterit viva voce. Porrò quia Treugarum obſervatio multa poteſt afferre proculdubio commoda fælici proſecutioni & perfectioni tractatus prædicti, et eorum violatio ſi (quod abſit) contingeret incommoda varia miniſtrare, precibus & exhortationibus noſtris adjicimus, ut tua magnitudo Regia eas juxta formam ipſarum in quibus inter cætera infraſcripta clauſula & inſerta mandet & faciat inviolabiliter obſervari, & revocari, quæ forſan in partibus *Britanniæ* vel alibi fuerit in contrarium attemptata; cum præfata Rege *Franciæ* ſuper eiſdem faciendis & complendis mittendo ſibi articulos nobis per nuntios tuos prædictos oblatos cum tenore clauſulæ prælibatæ ſcribamus, ſicut aliàs, & ſuper obſervatione treugarum ipſarum & revocandis attemptatis, ſi quæ forent in contrarium plenis affectibus ſcripſerimus: indubiè ſupponentes, quod hæc effectualiter complebuntur, & hoc etiam nobis ejuſdem Regis nuntii promiſerunt; & ulterius ibidem inter nos & ipſos extitit prolocutum, quod ut treugæ ipſæ melius & inviolabilius abſque violatione qualibet obſerventur, de voluntate Regis ejuſdem procedet, & hoc credunt obtinere cum ipſi ſi ad hoc tua fili percariſſime concurrerit voluntas, quod nos eas authoritate noſtra de utriuſque veſtrum conſenſu et voluntate obſervari teneaciter faciamus, quæ tuis præfatis nunciis duximus explicanda. Clauſulæ vero prædictæ ſeries dinoſcitur eſſe talis. *Item ſi aliqui in* Vaſconia *vel alibi durantibus dictis treugis moveant guerram, interim vicino vel inimico ſuo alterius exiſtenti, quod dicti Reges ſe interponere non habeant per ſe vel alium directè vel indirectè, & quod propter hæc Treugæ prædictæ non frangantur, & laborabunt benè abſque fraude & diligenter Reges prædicti quod ſubditi unius partis non faciant guerram durantibus treugis prædictis ſubditis alterius partis in* Vaſconia *vel* Britannia. Cæterum, fili amantiſſime, quædam ſuper aliquibus aliis, & præſertim novitatibus quas audivimus fieri & multiplicari (proh dolor!) contra provisos per ſedem Apoſtolicam in partibus regni tui, præfato Clerico et Nuncio tuo ſecrete impoſuimus tuæ Celſitudini verbo tenus explicanda, eandem Celſitudinem per Dei miſericordiam obſecrantes, ut ſuper reverentia et devotione ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris tuæ, progenitorum tuorum claræ memoriæ Regum *Angliæ*, qui velut Principes Catholici et deboti eam honorare laudandis et meritoriis operibus ſtuduerunt, veſtigiis inhærendo, rejectis et ſpretis malorum hominum, qui ſua ſuper hoc in tuæ ſalutis, honoris et famæ diſpendium propria venari commoda ſatagunt, ſiniſtris et fraudulentis ſuggeſtionibus et conſiliis venenoſis ea, quæ minus decenter contra honorem ſedis Apoſtolicæ attemptata quoquo modo fuerunt in hac parte, pie, faborabiliter et benigne revocare procures: præfato Clerico, & nuntio tuo fidem credulam ſuper hiis & aliis per nos eidem impoſitis, ut præmittitur nihilominus adhibendo. Dat. *Avinion.* 17. Kal. *Novembris.* Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Ap. 33 E. 1.

Nota.

The King this year ſent this Certificate and Letter to this Pope of the unanimous election of *William de Grenefeld* (his Clerk and Chancellor) to be Archbiſhop of *Yorke*, whoſe merits he therein highly applauds, deſiring the Pope ſpeedily to confirm and conſecrate him, being long delayed by his predeceſſor.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* divina Providentia Sanctæ *Romanæ* ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici; *Edwardus* eadem gratiâ Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oſcula beatorum. Vacante nuper Eccleſia *Eboracenſi* & ſuæ viduata Paſtore, Decanus & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ ad electionem de futuro præficiendo Pontifice procedentes, inter alios quos ad ejuſdem Eccleſiæ regimen utiles

Claus. 33 E 1. m. 22. dorſo. See Pat. 33 E. 1. m. 21. intus.

 ſore

An.33 E. 1. foze conſpexerunt ad perſonam dilecti Clerici et Cancellarii noſtri Magiſtri *W. de Grenefeld* Eccleſiæ prædictæ Canonici ſuæ conſiderationis intuitum direxerunt, & ipſum concorditer eligerunt in ipſius Eccleſiæ Archiepiſcopum & Paſtorem; Nos autem ejuſdem Electi, cujus altitudo Conſilii, aſſiduis, ſcientia literalis, & induſtria circumſpecta ad quælibet agenda ſalubriter dirigenda, necnon & nobis ac regno noſtro dinoſcitur eſſe perutilis, commodi & honoris deſiderantes augmentum, Sanctitati veſtræ omni qua poſſumus inſtantia ſupplicamus, quatinus præmiſſis clementi meditatione penſatis, præfatum Electum qui pro confirmationis et conſecrationis munere Deo propitio favorabiliter obtinendo ad præſentiam veſtræ dominationis accedit, Apoſtolici favoris præſidio dignemini proſequi, et juxta ſperatam fiduciam celeriter atque fæliciter expedire. Firmiter enim ſperatur & creditur, quod per ſolertem memorati Electi induſtriam & evidentem prærogativam virtutum ipſius, in Spiritualibus & temporalibus utilia & ſalubria ſuſcipiet incrementa, quodque per votivam præfectionem illius plus providebitur eidem Eccleſiæ quàm perſonæ. Conſervet vos Altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora proſpera & longiora. Dat. apud *Linc.* 31. die *Decembris*, Anno regni &c. 33. Hereupon the Pope to gratifie the King, receiving a great ſum of money from *Grenfeld*, ſpeedily confirmed, conſecrated, and diſmiſſed him.

a Actus Pontif. Ebor. col. 1719. See Mat. Weſtm. An. 1305. p. 456. Hen. de Knyghton de Event. Angl. l. 3 c. 13. col. 2530.
b Catalogue of Biſhops, p. 451

[a] *Thomas Stubs* in the life of *Grenefeld*, informs us; *Hic autem* Willielmus *die Veneris* 6. *non.* Decembr. *à fratribus ſuis* Eboracenſis *Eccleſiæ Canonicos, in Paſtorem canonicè electus*, Curiam Apoſtolicam cauſa conſecrationis expetiit; *ubi cum* 2. *annus moram feciſſet continuam* 3. *Kal.* Februarii, *Anno Dom.* 1305. *Regni verò præfati Regis* Edwardi 33. *à Domino Papæ* Clemente *quinto, Pontificatus ipſius Domini Papæ anno primo*, Lugduni *conſecratus eſt.* [b] Biſhop *Godwin* in his life informs us, *That after his Election he was fain to await the Popes pleaſure two years before he could obtain conſecration, which at laſt he received from Pope* Clement *the* 5th. But (notwithſtanding the Kings Letters in his favour) it coſt him 9500 Marks (no ſmall ſumme in that age, yet no Simony in the Pope) beſides the charge that he was at whiles he lay in the Popes Court: By reaſon of theſe immoderate expences he became ſo bare, *that at his firſt comming into* England, *he was fain to make two Collections amongſt his Clergy in one year, the firſt he called a* Benevolence, *the ſecond an* Ayde.

This' year King *Edward* commanded all the *Priviledges* granted by him or his Progenitors Kings of *England*, or any way concerning the State of the kingdom, to be brought by his Treaſurer and Chamberlain to the Tower of *London*, and there delivered by Indenture under Seal to the Keeper of the Rolls of the Chancery, to be there kept and reſerved by thoſe who ſhould ſucceed in the ſaid office.

Clauſ. 33 E 1. m. 3. intus. De privilegiis Regis ſede Apoſtolica conceſſis in Turri London deponendis.

REX Theſ. & Camerariis ſuis ſalutem. Quia certis de cauſis volumus, quod omnia privilegia per Summos Pontifices quoſcunque nobis ſeu Progenitoribus noſtris quondam Regibus *Angliæ* conceſſa, et ſtatum noſtrum ſeu Regni noſtri qualitercunque tangentia, apud TURRIM NOSTRUM *LONDON*. REPONANTUR & CUSTODIANTUR; Vobis mandamus, quod omnia hujuſmodi privilegia in Theſ. noſtro ſub cuſtodia veſtra exiſtentia, dilecto Clerico noſtro *Roberto de Cotyngham* Contrarotulari Garderobæ noſtræ per Indenturam inter vos et ipſum inde conficiendam, biſis præſentibus ſine dilatione liberetis, uſque AD DICT. TURRIM *LONDON*. IBIDEM ſub ſigillo ſuo et ſigillo dilecti Clerici noſtri *Adæ de Oſgodeby* CUSTODIS ROTULORUM Cancellariæ noſtræ, et ſigillis aliorum, eiſdem *Roberto* & *Adæ* in officiis illis ſuccedentium CUSTODIENDA. Teſte Rege apud *Weſtm.* 7. die *Novembris*.

From which Record it is obſervable: Firſt, That King *Edward* had a ſpecial care to collect and preſerve all Popes Bulls, Letters and Records which concerned the priviledges and rights of himſelf and his Royal Progenitors and the Realm of *England*. 2ly. That theſe Bulls and Records were ſpecially directed to be carried to the *Tower of London*, and delivered to the Keeper of the *Rolls* of the *Chancery*, to be there carefully preſerved in the ſaid *Tower*, where all the Records of the *Chancery* and Office of Records were then kept, and intended to be kept in ſucceſſion, as the ſafeſt and fitteſt place for ſuch an invaluable Treaſure, of ſo great concernment both

to

to the King, Kingdom and Subjects: To which Tower all the Records concerning *Scotland* and other the Kings Dominions were then sent, and there reserved for the Kings and Subjects benefit, as is evident by *Placita Parl.* An. 33 E. 1. nu. 6. the Prior of *Goldinghams* Case; where the question was, whether that Priory was within the Jurisdiction of the Archbishoprick of St. *Andrews* or Kings of *Scotland*, or of *England*; to decide which controversie it was then ordered in Parliament, **Quod scrutantur Rotuli de** Scotia **quæ sunt in custodia** TURRIS LONDON. **tangentes regnum** Scotiæ. **Postea, quia &c. nec Rotuli Regis de terra** Scotiæ **in** TURRI LONDON. **sunt scrutati,** *Ideo datus est dies ad Parliamentum Regis post* Pascha, &c. Therefore there were Rolls kept, and searches made after them in the Tower in that age, for deciding of Cases pending in Parliament, and by consequence a Tower, House, Office there appointed for them, and the Keepers of them to reside in, for the Kings and Subjects benefit. *An.* 33 E. 1.

The Archbishop of *Canterbury* in his Metropolitical Visitation of the Dioceſſe of *Cicester*, having most insolently and contemptuously against the Kings Prohibition, excommunicated the Keeper of the Castle of *Hastings*, and certain Canons of the Kings Free-Chappel there, for refusing to admit him into the Castle to visit this Free-Chappel, by the Kings command; and afterwards sending his Commissioners to visit it in the absence of the Keeper, who thereupon entred the Castle, visited the Chappel, though exempt from all Archiepiscopal, Episcopal, and Ordinary Jurisdiction, and placed a Dean therein; the King thereupon issued this Writ to summon the Archbishop personally to appear before him at a day, to answer these high contempts against his Crown and Royal dignity; and another Writ to the Constable of *Dover* Castle, to go to *Hastings* and enquire the truth of the premisses, remove the new Dean there placed unduly, and appoint another in his stead, and certifie him in the next Parliament of all his proceedings therein.

Clauſ. 33 E. 1: m. 17. dorſo. Pro Rege.

REX Archiepiscopo *Cantuar.* salutem. **Visitantibus vobis nuper Diocæsim** *Cycestr.* **prohibuimus vobis, ne Jurisdictionem aliqualem in libera Capella nostra de** *Hastings*, **seu Præbendis ad Capellam eandem spectantibus, præsumeretis aliquatenus exercere, seu quicquam aliud attemptare, quod in nostri seu Coronæ aut Regiæ dignitatis nostræ præjudicium, seu libertatis prædictarum Capellæ et Præbendarum posset cedere læsionem: Set vos finibus propriis non contenti, et falcem in messem alienam mittentes, mandato nostro hujusmodi minime ponderato, ad Willam de** *Hastings* **intentione visitandi prædictam Capellam et Præbendas ad ipsam spectantes, cito postea declinantes, in** *Johannem de Wicheo* **tunc custodem Castri nostri ibidem, pro eo quod non permisit, sicut nec facere debuit, vos ingredi prædictum Castrum ad visitandum Capellam eandem, et in quosdam alios ipsius Capellæ Canonicos vobis in ea parte non parentes, Excommunicationis sententiam promulgastis, et excommunicatos public denunciari mandastis. Et quia propositum vestrum in dicta visitatione illa vice non potuistis implere, Vos injurias accumulantes injuriis, quibusdam Commissariis vestris subsequenter sub certa forma scripsistis, ut ad locum prædictum accederent, et visitationis officium in prædicta Capella cum omnibus ipsam contingentibus vice vestra complerent. Qui quidem Commissarii mandatum vestrum hujusmodi exequentes, ad locum prædictum personaliter accesserunt, et in Castrum nostrum ibidem tunc carens custode intrantes, in libera Capella nostra prædicta infra idem Castrum situata, quæ ab omni Archiepiscoporum, Episcoporum, et aliorum inferiorum Prælatorum Jurisdictione ordinaria, sicut cæteræ liberæ Capellæ nostræ infra Regnum nostrum libera penitus et exempta extitit hactenus et existit, contra Prohibitionem nostram visitationis exercere officium præsumpserunt, in nostri et Coronæ ac Regiæ dignitatis nostræ non modicum præjudicium et contemptum. Nos igitur non valentes tantam insolentiam tamque enormes injurias equanimiter tollerare: Vobis mandamus firmiter injungentes, quod sitis coram nobis in crastino** *Sanctæ Trinitatis* **ubicunque tunc fuerimus in** *Anglia*, **ad respondendum nobis de prædictis excessibus contra nos, et Coronam nostram sic notorie perpetratis, et de aliis etiam quæ vobis objicere voluerimus in præmissis, ac ad faciendum et recipiendum ulterius quod Curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeatis tunc hoc breve.** Teste Rege apud *Westm.* 20 die *Aprilis*.

An. 33 *E.* I.

Pat. 33 E. 1. m. 2. intus. Pro Rege, de Decano in libera Capella de Hastings præficiendo.

REX dilecto & fideli suo *Roberto de Burgherſh*, custodi Quinque Portuum suorum, salutem. Meminimus Nos prohibuisse nuper *Roberto* Archiepiscopo *Cantuar.* tunc *Cicestrensem* Diocæsim visitanti, ne Jurisdictionem aliqualem in libera Capella nostra de *Hastings*, seu Præbendis ad Capellam eandem spectantibus, præsumeret aliquatenus exercere, seu quicquam aliud attemptare, quod in nostri seu Coronæ aut Regiæ dignitatis nostræ præjudicium, seu libertatis prædictarum Capellæ et Præbendarum posset cedere læsionem. Sed idem Archiepiscopus finibus propriis non contentus, mandato nostro hujusmodi minime ponderato, ad Willam de *Hastings* intentione visitandi prædictam Capellam et Præbendas ad ipsam spectantes subsequenter declinans, in *Johannem de Wycheo* tunc custodem Castri nostri ibidem, pro eo quod non permisit, sicut nec facere debuit, ipsum ingredi dictum Castrum ad visitandum Capellam eandem, et in quosdam alios ipsius Capellæ Canonicos sibi in ea parte non parentes * excommunicationis sententiam promulgavit, et excommunicatos publice denunciari mandavit. Et quia propositum suum de dicta visitatione implere non potuit illa vice, ipse injurias accumulans injuriis, quibusdam Commissariis suis postmodum sub certa forma scripsit, sicut accepimus, ut ad locum prædictum accederent, et visitationis officium in præfata Capella cum omnibus ipsum contingentibus vice sua complerent. Qui quidem Commissarii mandatum suum hujusmodi exequentes, ad locum prædictum personaliter accesserunt, et in Castrum nostrum ibidem tunc carens custode intrantes, in libera Capella nostra prædicta infra idem Castrum situata, quæ ab omni Archiepiscoporum, Episcoporum, et aliorum inferiorum Prælatorum Jurisdictione ordinaria, sicut cæteræ Capellæ nostræ infra Regnum nostrum libera penitus et exempta extitit hactenus et existit, contra Prohibitionem nostram exercere visitationis officium præsumpserunt, quendam *Willielmum de Lewes* eidem Capellæ in his quæ ad Decani officium pertinent præficiendo, ut locum in ea teneat præsidentis. Aliaque diversa statuta et ordinationes authoritate præfati Archiepiscopi ibidem condendo, in nostri et Coronæ ac Regiæ dignitatis nostræ præjudicium et contemptum, ac exhæredationis periculum manifestum. Nos igitur non valentes tantam insolentiam tamque enormes injurias aliqualiter tolerare: Vobis mandamus firmiter injungentes, quod ad locum prædictum personaliter accedentes, super præmissis et cunctis circumstantiis eorundem inquiratis diligentius veritatem. Et si vobis constiterit præfatum *Willielmum de Lewes* Decani officium, sicut præditur admisisse, et eidem in memorata Capella nostra incumbere, tunc ab ipsis officio et Capella sine dilatione amoventes, eidem præficiatis aliquem alium nomine nostro qui locum Decani tenere possit ibidem, donec per nos aliud inde fuerit ordinatum, certiorantes nos in proximo Parliamento nostro distincte et aperte de his quæ inveneritis in præmissis, et quolibet præmissorum. Teste Rege apud *Westm.* 8 die *Novembris*.

* *Nota.*

Et mandatum est Canonicis Capellæ prædictæ, quod præfato *Roberto* in omnibus quæ statum et libertatem Capellæ prædictæ qualitercunque contingunt, intendentes sint et respondentes, ipsumque super præmissis viis et modis quibus poterunt informent. Teste ut supra.

The Bishop of *Winton* having demolished an Old Chappel dedicated to St. *Stephen*, and founded a New one in the same place to the honour of St. *Elizabeth* daughter to the King of *Hungary*, and annexed a certain Meadow thereunto for the maintenance of a Chappel and Chauntry Priests; the King by his Soveraign Ecclesiastical power, for augmentation of Gods service and worship, confirmed it by this his Royal Patent.

Pat. 33 E. 1. m. 12. intus. Pro Episcopo Winton. de nova Capella fundata.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum bonæ memoriæ *J.* quondam *Winton.* Episcopus jam defunctus, ad honorem Sanctæ & individuæ Trinitatis, ac gloriosæ Virginis *Mariæ*, & omnium Sanctorum, & præcipuæ in honore Sanctæ *Elizabethæ* quondam filiæ Regis *Hungariæ*, fundaverit dum viverit quandam novam Capellam in prato quod fuit ejusdem Episcopi ante portam Castri de *Wolvesey*, quod pratum *Sancti Stephani* nominatur, pratumque prædictum quod sex acras in se dicitur continere, cum situ ejusdem Capellæ, ac etiam quandam Capellam

pellam Sancti *Stephani* in prato prædicto antiquitus situatam, dederit, annexerit, & concesserit pro se, & successoribus suis Episcopis *Wynton.* prænominatæ Capellæ Sanctæ *Elizabeth.* sic de novo fundatæ, & *Johanni de Wenefred* Capellano nunc præposito ejusdem Capellæ, ac Capellanis, Clericis, & aliis Ministris in eadem Capella Sanctæ *Elizabeth.* servientibus; Habendum & tenendum eisdem Præposito, Capellanis, Clericis & Ministris, & eorum successoribus in prædicta Capella Sanctæ *Elizabethæ* Deo servituris imperpetuum. Nos factum et intentionem ejusdem Episcopi in hac parte pro augmentatione cultus divini habentes specialiter commendata, fundacionem, deputacionem, annexionem et concessionem prædictam ratas habentes et gratas, eas pro nobis et hæredibus nostris quantum in nobis est concedimus et confirmamus, sicut scriptum præfati Episcopi super hoc confectum rationabiliter testatur, Statuto nostro de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 28 die *Martii.*

Per petitionem de Consilio. *An.* 33 *E.* 1

No sooner was Pope *Clement* elected and inthroned in *France*, but under his specious pretexts of setling a firm peace between the Crowns of *England* & *France*, he began to exercise his new rapines and Papal usurpations in *England*, by complying with King *Edward*, in granting him a *two years Disme* from his Clergy for his own use, though pretended for the ayde of the *Holy Land*, that himself might more easily exact the First-fruits of vacant Ecclesiastical benefices to fill his own Coffers, though out of his Dominions, which occasioned these memorable Satyrical verses to be made of him and the King this year.

[a] Ecclesiæ navis titubat; *Regni quia clavis*
Errat; Rex, Papa facti sunt unica Cæpa
Hoc faciunt, do, des, Pilatus hic, alter Herodes.

Illo quoque tempore Papa Clemens concessit Regi Angliæ (who had presented him with a Royal costly present of Gold plate for his Chamber & Tables) per biennium Decimas Ecclesiasticorum proventuum pro negotiis *Terræ Sanctæ*, sed in usus alios expendebantur, videns insatiabilem quorundam Episcoporum Angliæ avaritiam importune postulantium primas vacantes Ecclesias per annum in suis Diocesibus sibi concedi, advertensque, quia quod postulat inferior, potest et superior; appropriavit sibi ipsi per biennium omnes proventus de primo vacantibus Ecclesiis in Anglia, *videlicet*, de primo anno primos fructus, tam de Episcopatibus, Abbatiis, Prioratibus, Præbendis, Rectoriis, et Vicariis, quam de cæteris minutis beneficiis. Which *Thomas Walsingham* thus varieth, Dominus vero Papa attendens, quod charitas incipit a seipsa, primus fructus per Angliam sibi reservabit, &c. This is the first president of any Popes reserving, or exacting *Annates* or *First-fruits* of all Ecclesiastical Dignities, Promotions and Benefices throughout *England* extant in our Histories, which though reserved but for two years by this Pope at first, grew afterwards into custome by degrees both in *England* and elsewhere, though strenuously opposed, and frequently prohibited and declaimed against as a most intolletable grievance, mischief, oppression, abuse, diminishing Gods service, worship, damning mens souls, and destroying Churches; as those who please may read at large in *Nicholaus de Clemangiis* his learned Treatise, *De Annatibus non solvendis*, Operum Lugduni Bat. An. 1593. p. 82. to 106. *Ranulphus Cestrensis* Polychronicon, l. 7, c. 42. *Platina* in vita *Gregorii* 9. *Polydorus Virgilius*, de Inventoribus Rerum, l. 8. c. 2. *Carolus Molinæus*, contra *Parvas datus & abusus Paparum*, *Laurentius Bochellus*, Decreta Ecclesiæ Gallicanæ, l. 4. cap. 10. p. 650, 663, 670, 671, 674. lib. 7. Tit. 19. *De Annatis*, p. 1195, to 1139, & *Henrici Spelmanni* Glossarium, Tit. *Annates*, & *de eorum Origine & usu.*

[a] Mat. Westm. Anno 1305. p. 456, 457. Tho. Walsingham Ypodigma Neustriæ, p. 96, 97. Mat. Parker Antiqu. Eccles. Brit. p. 218.

REX venerabili in Christo Patri *R.* eadem gratia *Dublin.* Archiepiscopo, salutem. Cum felicis recordationis Dominus *Bonifacius* Papa octavus, medietatem Decimæ Cleri *Angliæ* & *Hiberniæ* per ipsum de assensu nostro impositæ per tres annos, nobis pro arduis & urgentibus nostris & regni nostri negociis liberaliter concessisset; altera medietate ejusdem Decimæ si idem Papa per dictum triennium vitam duceret in humanis sibi in subsidium *Romanæ* Ecclesiæ reservatâ, & si ipsum infra dictum triennium in fata decedere, vel pacem super guerra de regno *Siciliæ* mota reformari contingeret, extunc totum residuum dictæ Decimæ nostris usibus similiter concessis set & voluisset integraliter applicari. Et jam intellexerimus, quod Magister *Wilielmus de Hothum* Canonicus Ecclesiæ Sancti *Patricii Dublin.* & *Guido de Vikio* personæ Ecclesiæ de *Hese* Collectores dictæ Decimæ in *Hiberniæ*, prætextu vanarum et frivolarum excusationum quarundam personarum ecclesiasticarum prætendencium, tam per mortem prædicti Domini Papæ, quam pro eo, quod Magister *Gerardus de Petotaria*, qui ad dictam Decimam colligendam se procuratorem & nuncium assecuit, per sedem apostolicam fuisse specialiter deputatum, commissionem per *London.* Episcopum & Magistrum *Bartholomæum de Ferentino* Canonicum *London.* principales Collectores prædictæ Decimæ in *Anglia* & *Hibernia* eis factum, ut dicitur revocaverat, se ad solucionem prædictæ Decimæ non teneri, lebacioni et collectioni ejusdem Decimæ hactenus supersederunt, de quo miramur plurimum et movemur. Cumque nuper dictus Magister *Gerardus* totum id quod in hac parte tàm in *Anglia* quàm in *Hibernia* per ipsum fuerat aliqualiter attemptatum expressè revocaverit, prout in quodam instrumento publico inde confecto, quod dictis *Willielmo* & *Guidoni* missimus apercius continetur. Nos advertentes dictam Decimam nobis virtute concessionis prædictæ totaliter deberi, hujusmodique impositiones & omnes concessiones gratiosas durante termino impositionum & concessionum illarum vim fortiri debere & effectum; Vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes, quod prædictis *Willielmo* & *Guidoni*, vel eorum alteri quem præsentem esse contigerit, in lebatione et collectione Decimæ suprædictæ per quascunque censuras Ecclesiasticas, aliisque, viis et modis quibus ad commodum nostrum melius expedire videbitur, & prout præfati *Willielmus* & *Guido* vel eorum alter vobis scire facient vel faciet, injungent vel injunget, intendentes sitis & respondentes, consulentes, & auxiliantes; Præmissa omnia Suffraganeis cæterisque vestris subditis quibuscumque districtius injungentes; & hæc omnia & singula sicut de vobis specialiter confidimus, nostrumque commodum & honorem diligitis, celeriter exequamini cum effectu; ita quod vestram diligenciam in hac parte debeamus merito commendare. Scire vos volentes, quod si nobis constare poterit, quod per vos et negligentiam vestram steterit quo minus tota pecunia de prædicta Decima in Dioc. bestra debita cum celeritate levetur, eandem pecuniam levari de vestris bonis temporalibus faciemus. Teste ut supra.

Consimiles literæ diriguntur Archiepiscopis & Episcopis subscriptis, & similiter excepto Suffraganeis; Archiepiscopo *Cassell.* Archiepiscopo *Tuamens.* Episcopo *Midd.* Episcopo *Kildar.* Episcopo *Loghlin.* Episcopo *Ossor.* Episcopo *Fernensi*, Episcopo *Laonien.* Episcopo *Limer.* Episcopo *Imlaghs.* vel ejus vices gerenti, Episcopo *Cemeren.* Episcopo *Clonferten.* Custodi Spiritualitatis Archiepiscopatus *Armacen.*

The premised Collectors notwithstanding the former Writs being not so diligent in

in collecting the Disms in *Ireland* as the King expected; he thereupon associated 2. others to them, and 3. more to take an account thereof by these two Patents. *An.* 33 E. 1.

REX dilectis Clericis & fidelibus suis *Willielmo de Moens* Canonico Ecclesiæ Sancti *Patricii Dublin.* & Magistro *Johanni le Mareschal* Canonico Ecclesiæ *Daren.* salutem. Sciatis, quod cum nuper assignaverimus dilectos Clericos nostros Magistrum *Willielmum de Hotham* Canonicum Ecclesiæ Sancti *Patricii Dublin.* & *Guidonem de Wychio* personam Ecclesiæ de *Hese* ad arreragia Decimæ per Dominum *Bonifacium* nuper Papam octavum, Clero terræ *Hyberniæ* de assensu nostro impositæ per tres annos, & per eundem Papam pro arduis & urgentibus nostris & regni nostri negociis nobis concessæ, levand. & colligend. juxta formam commissionis eis factæ per bonæ memoriæ *R.* nuper *London.* Episcopum & Magistrum *Bartholomæum de Ferentino* Canonico *London.* principales Collectores dictæ Decimæ in *Anglia* & *Hibernia* per sedem Apostolicam deputatos, prout in literis nostris patentibus eis inde confectis, quæ penes eos residen, plenius continetur; ac idem negotium pro eo quod prædicti Magister *Willielmus* & *Guydo* circa id exequendum nimis remissi et negligentes extiterunt, adhuc in majori sui parte remaneat inconfectum, in nostri grave dispendium, et negociorum nostrorum prædictorum retardacionem manifestam, de quo miramur quamplurimum & movemur. Nos attendentes dampna et incommoda grabiora nobis et dicto regno nostro posse de facili imminere, nisi negocium prædictum celerius expediatur, et de vestra fidelitate et industria in hac parte plene confidentes, associamus vos præfatis *Willielmo* & *Guidoni* ad arreragia prædicta levanda; ita quod prædicti *Willielmus* & *Guydo*, vel eorum alter, ac illi qui sub ipsis *Willielmo* & *Guydone* in dicta terra ad dicta arreragia levanda & colligenda sunt deputati, eadem arreragia levent, & ea Thesaurario Scaccarii nostri *Dublin.* vel illi quem idem Thes. periculo suo ad arreragia illa recipienda loco sui assignare voluerit, liberent custodienda, quousque eidem Thes. super hoc aliud duxerimus demandandum. Et ideo vobis mandamus, quod unà cum prædictis *Willielmo* & *Guydone* ad prædictum negocium diligenter et celeriter exequendum in forma prædicta specialiter attendatis. Taliter in eodem negocio vos habentes, quod industriam vestram in hac parte merito debeamus commendare. Scituri, quod si vos remissos seu negligentes in hoc negocio exequendo contigerit inveniri, ad vos tanquam ad mandatorum nostrorum contemptores graviter capiemus: Mandavimus etiam præfatis *Willielmo* & *Guydoni*, & eorum alteri, quod vos vel alterum vestrum, si ambo interesse non possitis, ad hoc in socios vel socium admittant vel admittat, necnon Thes. prædicto quod à prædictis *Willielmo* & *Guydone* vel eorum subcollectoribus aut eorum aliquo arreragia prædicta recipiat in forma prædicta. In cujus, &c. T. R. apud *Westm.* 7. die *Nov.*

Pat. 33 E. 1. pars 1. De pecunia de Decima in Hibern. ad opus Regis levanda.

Ista forma concordata est per Consil. Regis.

REX dilectis & fidelibus suis *Willielmo le Deneneys*, *Nigello le Bruyn*, & *Ricardo le Blund*, salutem. Cum nuper assignaverimus dilectos Clericos nostros Magistrum *Willielmum de Hothum* Canonicum Ecclesiæ Sancti *Patricii Dublin.* & *Guydonem de Wychio* personam Ecclesiæ de *Hese*, ad arreragia, *&c.* ut supra plenius continetur, prædicti *Willielmus* & *Guydo*, ac illi qui sub ipsis in prædicta terra ad dicta arreragia levanda & colligenda sunt deputati, licet magnam partem arreragiorum illorum levaverint, nichil tamen nobis adhuc solvere curarunt, ut dicitur, in nostri grave dispendium ac negociorum nostrorum prædictorum retardacionem manifestam, de quo miramur quamplurimum & movemur: Nos igitur super facto ipsorum *Willielmi* & *Guydonis* ac subcollectorum suorum prædictorum in hac parte volentes cerciorari, de vestraque circumspectione & industria confidentes in hac parte, assignavimus vos ad audiendum compotum prædictorum *Willielmi* & *Guydonis* ac subcollectorum suorum prædictorum, quorum iidem *Willielmus* & *Guydo* vel alter eorum vobis scire facient vel faciet, de receptionibus suis Decimæ prædictæ necnon liberacionibus suis, si quas nobis aut aliis ad mandatum nostrum inde fecerint, & ad faciendum ulterius quod ad hujusmodi compotum pertinet: Ita tamen, quod si vos tres ad certos dies & loca quos ad hoc provideritis, ad hujusmodi compotum audiendum interesse non possitis, tunc duo vestrum quos adesse contigerit præmissa expleatis in forma prædicta. Et ideo vobis mandamus, quod ad præmissa explenda

Ibidem.

An. 33 E 1. & perficienda intendatis in forma prædicta. Proviso, quod si aliquos vel aliquem Collectorum vel subcollectorum prædictorum in arreragiis Decimæ prædictæ per ipsos vel ipsum receptæ existere vos contigerit invenire, tunc ipsos vel ipsum super prædictum compotum arestetis, donec arreragia hujusmodi nobis plenariè fuerint persoluta. De nominibus verò non solvencium, quæ prædicti Collectores vel eorum subcollectores aut eorum aliquis vobis scire facient vel faciet, dilectos & fideles nostros *Johannem Wogan* Justic. nostrum *Hibern.* & Thes. & Barones de Scaccario nostro *Dublin.* reddatis distinctè & apertè per vestras patentes literas cerciores, ut ipsi contra sic non solventes procedere possint, prout in quodam brevi quod eis super hoc mittimus, pleniùs continetur. Mandavimus eciam dilecto Clerico nostro Magistro *Thomæ Cantok* Cancellario nostro terræ prædictæ, quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ei scire facietis, venire faciat coram vobis per brevia nostra sub sigillo nostro quo in eadem terra utimur in sua custodia existente, prædictos *Willielmum de Hothum* & *Guydonem* vel alterum eorum, si ambo non inveniantur, & similiter subcollectores suos prædictos, quorum nomina vos vel duo vestrum ei scire facient, ad reddendum compotum suum prædictum, et ad ulterius faciendum quod justicia suadebit, & quod omnia alia brevia quæ ad celerem levacionem arreragiorum prædictorum juvare poterunt quovis modo, quociens per præfatos Thes. & Barones, ac vos Collectores vel subcollectores prædictos, seu aliquem vestrum super hoc ex parte nostra fuerit præmunitus, sub sigillo nostro prædicto absque dilatione aliqua fieri faciat, prout ad commodum nostrum melius viderit faciendum. In cujus, &c. Teste ut supra.

Ista forma concordata fuit per Cons. Regis.

King *Edward* having by the * premised Ordinance this year (as he apprehended) setled a perpetual peace in *Scotland*, without any possibility of a future rebellion or revolt, upon that groundlesse confidence soon after called those Nobles into question who from the 24. to the 32. year of his reign had most opposed, and wrested from him the confirmation of the *Great Charter*, and *Charter of the Forest*, together with *Articuli super Chartas*, the Deafforestations of Forests, and free pardon of all his rancor and indignation against them, ratified by several Parliaments, and his own Oath for the inviolable observation of them, from which Oath he endeavoured to purchase: an absolution from Pope *Clement* the 5. But his principal aym was, to avenge himself upon the Archbishop of *Canterbury*, who had twice obstinately refused to grant him any ayde from the Clergy for the defence of the Realm, without the Popes previous license, deprived his Clerks against his Writs and their appeals with high contempt, visited and invaded his Free Chappels, excommunicated his Officers and others for opposing him, against his reiterated Prohibitions, to the prejudice of his Prerogative, the disinheritance of the rights of his Crown, and contempt of his Royal authority: yea conspired with others to depose and imprison the King, and Crown his Sonne in his stead, and often stirred up the Nobles against him to the disturbance of the kingdoms peace: whom he thereupon sharply reprehended, seised his goods, temporalties, and then sent him to Pope *Clement* the 5, that so he might be crushed by their double power; thus recorded by * *Mat. West.* and others. *Igitur dum Rex speraret omnia sui regiminis negotia in pace moderari optata, quia tempus tacendi præteriit, in quo siluit, tacuit & patiens fuit, & aderat tempus loquendi, convenit cantè Comitem* Marescballum, super quodam dedecore et conspiratione, quam Archiepiscopus Cantuariensis et plures Comites et Barones contra ipsum machinaberant, *ipso tunc agente in* Flandria. *Qui nequaquam valens ista contradicere, gratiam Regis petit. Pro qua obtinenda, constituit Regem hæredem suum universorum quæ habuit, & sic mortem perdidit & vitam invenit. Et Rex remunerans eum, vitæ Comitis mille libratas terræ adaugendo concessit. Et sic facti sunt amici Rex & Comes. Similiter Rex singulatim singulos conveniens, qui huic facto consenserant,* pecuniaria pœna mulctavit. *Ac si diceret,* Nolo mortem proditorum meorum, sed convertantur et redimantur per bona sua temporalia, sicque vivant. *Ad ultimum,* Archiepiscopus convenitur, (who had sundry times affronted him, yea invaded the rights and prerogatives of his Crown this very year, in his visitations of his Free Chappels, and other particulars) et arguit eum Rex in peccato consimili. *Suffusus rubore Archiepiscopus, pallium Regi tendit,* in misericordia ejus se et bona sua submittendo. *Cui Rex;*

* Here, p. 1053, to 1057.

* An. 1305. p. 452, 453. Antiqu. Eccles. Brit. p. 216, 217. Godwins Catalogue of Bishops, p. 127, &c. Holinshed, Speed, Daniel, An. 1305, & 1306.

Rex; Non per me, ſed per Pares tuos Coepiſcopos de facto tuo æquitas decernatur et judicium. *Et addidit.* Quoties ſcripſi tibi in viſitatione tua, Clericos meos angarianti, mecum coeſſentes, ut non procederes contra eos noſtri reverentia, uſquequo belli fremitus finiretur, nec exaudiſti me. Verum non obſtante illorum appellatione, ipſos in eorum abſentia de Eccleſiis ſuis privaſti. Novi quidem ſuperbiam cordis tui, immiſericordiam et aſtutiam. Semper enim contentioſe contra me egiſti; *Hæc & multa alia convitia dixit ei. Porrò Archiepiſcopus adeò erat confuſus*, ut peteret benedictionem a Rege. *At Rex*, Non ſic decet pater, ſed ego à te debeo benedici: *et benedixit eum in eodem loco.* * *Eodem quaſi ſub tempore*, *Rex* Angliæ Robertum Cantuarienſem Archiepiſcopum apud D. Papam accuſabit ſuper eo, quod pacem regni ſui perturbabit, ſibique rebellantes defendit et fovit. *Propter quæ citatus à Summo Pontifice*, licentiatuſque a Rege, *quaſi valedicens illi*, *verſus* Burdegalim *transfretatur.* Ubi ab executione officii ſui ſuſpenſus fuit, quouſque de ſibi impoſitis legitime ſe purgaret. Which proceedings againſt him are thus more particularly recorded by * *William Thorn* a Monk of *Canterbury*, and *Matthew Parker* and *Godwin* out of him.

An. 33 E. I

* Mat. Weſt. An. 1306. p. 457.

Anno Domini 1305. *Cum ſupradictus Archiepiſcopus* Robertus *ſuper multis Articulis*, et præcipue ſuper proditione quam cum quibuſdam Comitibus Proceribuſq; multis pactus erat in dolo, ut Regem a regni ſolio dejicerent, et filium ejus Edwardum in throno ſubrogarent, et patrem perpetuo carceri manciparent, a Rege calumniaretur, et objecta non poſſet juſticiare; timore vehementi perterritus, ad pedes Regis pronus cadens in terram, ut ejus mereretur aſſequi clementiam, ſeſe per ſingula flens et ejulans Regiæ ſubdidit voluntati. Sic ergo humiliatus eſt ille Deo odibilis et ſuperbus, qui per totum Anglorum orbem oris ſui flatu more meretricio, et ſacerdotium deturpabit, et in Clerum et populum tyrannidem exercuit inauditam, et qui Regem Dominum ſuum literatorie ei ſcribens nominare renuit ſuperbiendo; nunc autem humiliatus, et Regem et Dominum ſuum fatetur et nominat, obediens factus invitus ei devocius ſerviendo.

* Chronica W. Thorn, An. 1305. col. 2004, 2005. Antiqu. Eccleſiæ Brit. p. 217. Godwins Catalogue of Biſhops, p. 127.

Eodem Anno Dominus Papa prædictum Archiepiſcopum ſuper exceſſibus accuſatum multimodis in pleno Conſiſtorio uſque tercio, ore tenus vocabit, vocatumque publice in palacio et foro ſolempniter ſub voce præconia et tuba proclamante a Temporalibus et Spiritualibus uſque ſe ſuo repræſentaret aſpectui ſuſpenſum eſſe promulgabit, omnibuſque et ſingulis de Archiepiſcopo conqueri volentibus juſtitiam facere repromiſit. *Cumque Archiepiſcopus ſe citandum conſpiceret*, Regem adiit transfretandi licentiam periturus. *Cujus adventum cum Rex cognoviſſet, thalami ſui oſtia omnibus intrare volentibus patere juſſit, ut ſermo quem adverſus eum habiturus eſſet circumſtantes non lateret: Quem hiis verbis Rex ſic alloquitur.*

Licentiam transfretandi quam a nobis poſtulare veniſti libenter tibi concedimus, revertendi autem tibi licentiam nullam permittimus ſive et damus, memores doli et fraudis ac proditionis quas in Parliamento Lincolniæ **cum Baronibus noſtris in Regiam machinatus es Majeſtatem, cujus rei litera ſigno tuo ſigillata teſtis eſt, et teſtimonium perhibet contra te evidenter; ſed propter amorem beati** Thomæ **et Eccleſiæ cui præes reverentiam et honorem, vindictam hucuſque diſtulimus, reſervantes eam Papæ qui noſtras in te injurias ulciſceretur, et prout meruiſti retribuet tibi utpote credimus et ſperamus. A protectione vero noſtra quam ipſe requiris te prorſus excludimus, tibi omnem gratiam negantes et miſericordiam, quia vero ſemper immiſericors fuiſti, et idcirco miſericordiam conſequi non mereris.**

Demum vero cum per Summi Pontificis Nuncios a ſpiritualibus et temporalibus ſuſpenſus, ac etiam peremptorie citatus continuo transfretavit, qui dignitatis ſuæ ſtatum animo revolvens, et tanquam exilio proſcriptus de redditu ſuo prorſus deſperans, flere cæpit ultra modum mœſticia plenus et dolore. Infœlix homo ille qui ſuperbe jactando ſæpe dicebat; Hominem ſub cœlo non timeo, nunc autem mendax factus, et Papam timet et Regem, ſua verens amittere aut ſibi peſora pro ſuis demeritis evenire. Cumque ſe Summi Pontificis repræſentaret obtutibus, ab ipſo velut a vehementer indignante et irato continuo repulſus eſt, nullamque pene per annum ad Papam ingrediendi aut cum eo loquendi habere potuit facultatem. Papa vero per annum illum, permiſſu Regis, et ſpiritualia et temporalia univerſa per quendam Vaſconem **ad uſus proprios applicavit. Hæc**

Anis 33 & 34 E. 1. **autem scripta sunt ut credatis, quia pater** Augustinus **habet potestatem in terra ponendi peccata, et suos indebite gravantes vindictam inferendi, et ut credentes ipsum et suos honoretis in nomine ejus.**

I finde by this Letter of *Humfry de Waleden* to the Chanceller, that the Kings Treasurer ordered two Writs to be issued to the Sheriffs of *Kent*, *Surry* and *Sussex*, to seise all the Corn of the Archbishop of *Canterbury* within their Counties.

Bundela Brevium de Privato Sigillo, &c. An. 33 & 34 E 1. in Turri London

A Son treschier Seigneur, si lui plest, Sire *Williame de Hamiltone* Chanceller nostre Seigneur le Roy, le soen *Humfrei de Waledene*, si lui plest, honeurs & totes reverences. Sire come nadgieres aviez en maundement de mon Seigneur l'Evesque de *Cestre* Tresorier nostre Seigneur le Roy, qe vous me feissez avoir deus Briefs; un a Viesconte de *Kent*, e un autre a Viesconte de *Surrey* e *Sussex*, que bons fuissent pur moi, pur **faire prisser les blez de l'Erceveschée de** *Canterbire*; des quieux Briefs, lun de devoit estre ale au Viesconte de *Surrey* & *Sussex* fust tresublie, vous pri Sire, qe tien Brief come vous feistes au Viesconte de *Kent*, voillez faire au Viesconte de *Surrey* & *Sussex*, e envoier le me par le porteur de cest lettre. Nostre Sire vous gard e vous doint bone vie e lungge.

This proud Archprelate being thus solemnly reprehended, suspended from his Spiritualties and Temporalties, banished the Realm, scorned, contemned both by the King, Pope, Clergy, People, to whom his pride and tyranny had rendred him very odious, continuing in exile to King *Edwards* death, was reduced to great extremities: For as * *Mat. Parker* stories out of *Stephen Berchnit*, and *Annales* Augustin. *Eccles.* Cantuar. *Cum se à Regis præsentia subtraxisset antequam Papam proficisceretur inter Monachos* Cantuarienses, *quia ei jam egeno & proscripto nemo alemonia ministrare ausus est, aliquando delituit, & ab his nutritus atque fotus est. Quo cognitio,* **eos quoque proscripsit Rex, vetuitque edicto, ne quis eis ad usus vitæ necessarios ministraret.** *Tum* 80. *à* **Claustris Monachos præcipitavit, prædia in fiscum contulit,** *nec à fratribus quidam mendicantibus sublevati sunt, sed vicatim per singulas ædes eleemosynas petebant. Tandem Rex in exilium acto* Roberto *monasterio bonisque restituit.* Roberto *autem Archiepiscopo in exilium acto,* Wintonensis *Episcopus pro eo intercessit,* **eumque Dominum suum appellavit; Rex eo turbatus, Episcopum** Winton. **protectione sua privavit, ejusque bona in fiscum deferri jussit, quod alium quam Regem Dominum agnosceret, ac talem qui proditionis et manifestæ in Regem contumaciæ reus, vel saltem jus in suo regno amisisset.** *In Archiepiscopi exilio* Clemens *quintus* Papa (by the Kings consent, against his own Prerogative Royal) Cantuariensis *sedis* **œconomos constituit** Gulielmum de Testa *Archidiaconum* Arravensem, *&* Petrum Amalinum *Canonicum* Burgensem, **qui authoritate nisi Papali** Norvicensem **Episcopum de primitiis quas a suæ Diocæsis Clero vendicavit in jus vocabant. Papa vero hoc motus exemplo, qui ea quæ Episcopi in suis Diocæsibus sibi arrogaverunt, jure sive injuria usurpare, partaque ab aliis acquirere sibi solebat, proposuit et impetravit suæ cameræ primitias cujuscunque Ecclesiastici in** Anglia **beneficii triennio proximo vacaturi.**

* Antiqu. Eccles. Brit. p. 217, 218.

In the Clause Roll and Roll of *Rome*, An. 34 *E.* 1. I finde these ensuing Letters of King *Edward* the 1. sent by special Messengers to Pope *Clement*, and several Cardinals, concerning his premised convention of the Archbishop before him, his speeches to, and his complaints against him to the Pope, as the chief firebrand of the wars and seditions raised against him in all parts, the principle *remora* of his intended voyage to the *Holy Land*; and that he could expect no peace nor quietnesse in the Realm whiles he continued in any part thereof; which he importuned the Pope and Cardinals to consider of, and redresse, by summoning him to his presence, &c.

Ex Rotulo Romæ, de An. 34 E 1. mem. 10. & Rot. Claus. m. 5, 17. & 24. Pro Rege de R. Archiepiscopo Cantuar.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *C.* Divina Providentia Sacrosanctæ *Romanæ* & universalis Ecclesiæ Summo Pontifici; *Edwardus* eadem Gratia Rex *Angliæ*, &c. devota pedum oscula beatorum. Accedens ad præsentiam nostram nuper *Cantuar.* Archiepiscopus, post rumores aliquos quos de sacra Curia vestra dedicerat statum contingentes ipsius, apud nos institit & rogavit, **quod nos sibi exhibere vellemus super aliquibus negotiis eum tangentibus gratiosos:** Nos itaque hiis quæ nobis

nobis dicere voluit intellectis, ſibi duximus reſpondendum, quod ipſe erga Nos ita ſe geſſerat tempoꝛibus retroactis, ac pꝛocuraverat et fecerat nobis et noſtris poſtpoſita ratione dedecus, dampna quamplurima et deſpectus, quodque per factoꝛes et pꝛocuratoꝛes ſuos regnum noſtrum ſic dudum commotum fuerat et turbatum, quod per ipſum non ſtetit, quin exhæredati pꝛoculdubio fuiſſemus: quæ quidem ad veſtram notitiam retrolapſis tempoꝛibus credimus plenius perveniſſe, quam modo literis exꝛpꝛimamus. Et quamvis ad alliciend. eundem ad manſuetudinem et benevolentiam erga nos et noſtros curam appoſuerimus diligentem, nichil nobis pꝛofuit, nec quicquam emendationis in ea parte percepimus, ſet potius eo amplius erga nos et noſtros continuationem ſuæ malevolentiæ et contrarietatis ſenſimus efferbere. Inde ſibi diximus & expreſſe, quod non meruerat ullam in nobis gratiam invenire, nec etiam videbatur nobis quod ſibi gratiam aliquam facere debebamus. Cum igitur (Pater Sanctiſſime) negotium *Terræ Sanctæ*, ſicut accepimus, multum inſideat coꝛdi veſtro, de quo non mediocriter recreamur, ac nos etiam præ cæteris deſiderabilibus cordis noſtri dictum negotium geramus in votis, fuiſſemuſque idem negotium jamdiu & diligentius proſecuti, niſi occupationes multiplices & immenſæ guerrarum & gravium turbationum contra nos inopinabiliter ſubortarum in diverſis locis & partibus obſtitiſſent, quarum pars magna per pꝛocurationem pꝛæfati Archiepiſcopi oꝛtum habuit et pꝛovenit, ſitque coꝛditer beatitudinis veſtræ omnes occaſiones tollere per quas pꝛoſecutio pꝛædicti negotii *Terræ Sanctæ* poſſit aliqualiter impediri, Sanctitati veſtræ affectuoſis pꝛecibus ſupplicamus, quatinus præmiſſis ſi placet benigna meditatione penſatis, honoꝛe Dei pꝛævio, ſic de ſtatu ſæpedicti Archiepiſcopi veſtra Pꝛovidentia oꝛdinet et diſponat, quod ad pꝛæfati negotii *Terræ Sanctæ* pꝛomotionis augmentum, ac noſtri regnique noſtri ſtatum cedat pacificum et quietum. Quin conſiderata malevolentia quam in dicto Antiſtite verſus nos et noſtros abſque culpa noſtra invenimus habundare, credimus firmiter et tenemus, quod ſi contingeret ipſum diutius in pꝛæfato regno noſtro vel alibi infra noſtram poteſtatem moꝛari, longe plus ſolito fieret nobis contrarius et infeſtus, ac ſuis conatibus niteretur nos et noſtros moleſtare, magiſque gravare quam pꝛius, nos et tranquillitatem regni noſtri periculoſius perturbando, nec aliquid videre ſcimus ad pꝛæſens quod ſit iter noſtrum impedire valeret, ſicut moꝛa ipſius infra poteſtatem noſtram, pꝛout ſuperius eſt exꝛpꝛeſſum. Conſervet vos Altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ per tempora proſpera & longiora. Dat. apud *Wynton.* ſexto die *Aprilis*, Anno regni noſtri 34. *Annis* 33 & 34 *Ed.* 1.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *N.* Dei gratia Epiſcopo *Hoſtien.* Amico ſuo chariſſimo; *Edwardus*, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Accedens ad præſentiam noſtram nuper *Cantuar.* Archiepiſcopus, poſt rumores aliquos quos de Apoſtolica ſede dicerat ſtatum contingentes ipſius, &c. (*ut ſupra uſque ibi.*) Cum igitur cordi Domini Summi Pontificis multum inſidiat, ſicut accepimus, negotium *Terræ Sanctæ* de quo non mediocriter recreamur, ac nos, &c. ortum habuit & provenit, ſitque cordi dicti Domini Summi Pontificis omnes occaſiones tollere per quas, &c. valeat aliqualiter impediri; ſibi affectuoſiſſime ſupplicamus, quatinus prænominatis benigna meditatione penſatis, honoꝛe Dei pꝛævio, ſic de ſtatu ſæpedicti Archiepiſcopi, &c. (*ut ſupra.*) Quocirca Paternitatem veſtrum de qua confidimus prece qua poſſumus deprecamur, quatinus ad pꝛomotionem eoꝛum quæ a pꝛæfato Domino Summo Pontifice fieri ſpecialiter petimus in pꝛæmiſſis, opem dantes ei ſi placet et operam efficaces, taliter apud eum velitis ſupꝛa nominatum negotium Dei et noſtri intuitu pꝛomovere, quod vos cordi habere per effectum operis ſentiamus quod ſic inſtanter noſtra devotio poſtulat & requirit. Dat. ut ſupra. Chauſ. 34 E 1. m. 17 dorſo.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; *viz.* Venerabili in Chriſto Patri Domino *P.* Titulo Sanctæ *Priſcæ* Presbytero Cardinali; Venerabili in Chriſto Patri Domino *R.* Sanctæ *Mariæ Novæ* Diacono Cardinali; Venerabili in Chriſto Patri *Tho. Jorz* Titulo Sanctæ *Sabinæ*, Presbytero Cardinali.

He likewiſe writ a Letter of the ſame date to his Conſtable at *Burdeaux* to promote this buſineſſe (which he much laid to heart) with the Pope and Cardinals with all his power upon all occaſions.

REX

Annis 33 & 34 E. 1.
Claus. 34 E 1. m. 17. dorso.

REX dilecto Clerico suo Magistro *Richardo de Haveringes* Constabulario suo *Burdeg.* salutem. Discretionem vestram credimus non latere, qualiter Archiepiscopus *Cantuar.* erga nos se gessit temporibus retroactis, ac procuraverit et fecerit nobis et nostris omni ratione postposita dedecus, damna quamplurima et despectus, quodque per factores et procuratores suos regnum nostrum sic dudum commotum fuerat et turbatum, quod per ipsum non stetit quin exhæredati proculdubio fuissemus. Cum itaque Domino Summo Pontifici per nostras Literas supplicamus, ut de statu dicti Archiepiscopi, quem semper nobis et nostris absque Culpa nostra invenimus malevolum et pro suis viribus adversantem sic ordinet et disponat, quod ad nostrum regnique nostri statum cedat pacificum et quietum, quoniam si contigeret ipsum diutius in prædicto regno nostro, vel alibi infra potestatem nostram morari, longe plus solito fieret nobis contrarius et infestus, ac suis conatibus niteretur nos et nostros molestare, magisque grabare quam prius, nos et tranquillitatem regni nostri periculosius perturbando, nec aliquid videre sciamus ad præsens quod sic prosecutionem negotii *Terræ Sanctæ* (quod gerimus in votis potissime) impedire valeret, sicut si idem Archiepiscopus infra potestatem nostram moram traheret longiorem. Vobis mandamus firmiter injungendo, quatinus erga dictum Dominum Summum Pontificem & Card. subscriptos, videlicet Dominum *Hostien.* Episcopum, *Th.* Tit. Sanctæ *Mariæ novæ* Diacon. Cardinal. quibus super hujusmodi negotio scribimus, promoveatis idem negotium (quod multum insidet cordi nostro) totis viribus, totoque posse quotiens opus fuerit, et videbitis opportunum circa promotionem ipsius omnem quam poteritis diligentiam adhibentes. Dat. ut supra.

These Letters he backed with this second Epistle, and another Nuncio to the Pope in *July* following, thus recorded in *Rotulo Romæ*, An. 34 E. 1.

Rot. Romæ An. 34 E. 1. nu. 10.

PApæ Rex, Devota pedum oscula beatorum. Licet interdum ex multa benevolencia fidelium nostrorum dissimulemus offensas, illas tamen quæ in nostri et dignitatis nostræ regiæ præjudicium, contumeliam et contemptum per subditos nostros notabiliter committuntur eo minus dissimulare nos convenit, quo magis superioris injuria creseeret subjectorum culpis remanentibus impunitis. Sanè in memoria vestræ beatitudinis ea credimus residere quæ nuper de statu Archiepiscopi *Cantuar.* diximus scripsimus certiosè per literas nostras et nuncios speciales, qualiter idem Archiepiscopus erga nos se gesserat temporibus retroactis, ac procuraverat ac fecerat nobis et nostris postposita ratione, dedecus, dampna quamplurima et despectus; quodque fidelitatis vinculo ac devotionis debito non servatis, per factiones et procuraciones suas sic regnum nostrum et nonnullos de fidelibus nostris ejusdem contra nos dudum commoverat et turbarat, quod per ipsum non stetit quin exhæredati proculdubio fuissemus, non ut exinde sibi profectus accresceret, set ut solum nos et statum nostrum lapsu præcipiti subvertisset. Et quamvis ad alliciendum eundem ad mansuetudinem & benevolenciam erga nos & nostros, adhibuissemus sollicitudinem opportunam, nichil nobis profuit, nec quicquam emendacionis in ea parte percepimus, set potius eo amplius erga nos et nostros continuacionem suæ malivolenciæ et contrarietatis sensimus effervere. Et quia Pater sanctissime negocium terræ Sanctæ, sicut accepimus, multum insidet cordi vestro, de quo, *&c.* (ut supra, sitque, *&c.* ut supra) aliqualiter impediri, Sanctitati vestræ duximus supplicandum, quatinus præmissis intenta si placet consideratione pensatis, honore Dei prævio, eo modo de statu sæpedicti Archiepiscopi vestra providencia ordinare et disponere dignaretur, quod ad prefati negocii terræ Sanctæ promocionis augmentum, ac nostri regnique nostri statum cederet pacificum et quietum. Quoniam considerata malivolencia, *&c.* (ut supra) habundare verisimiliter præsumimus, et tenemus quod si contingeret ipsum in præfato regno nostro vel alibi, *&c.* ut supra. nec aliquid videre sciamus, *&c.* (prout superius est expressum) Hæc igitur Pater Sancte quæ præmisimus innovanda et iteranda decrevimus, et desiderabiliter expectamus; volentes vestræ patere noticiæ reverendæ; quod si contingeret Archiepiscopum memoratum restitui, quod absit, statui pristino et honori, temporalia ipsius Archiepiscopatus quæ ex certis causis sunt in manibus nostris ad præsens, ad quæ quidem

Nota.

dem

dem rehabenda indignum se reddidit, exigentibus gravibus suis excessibus atque demeritis, sibi restituere urgente conscientia non possemus. Et ut insuper de intencione nostra vobis plenius liqueat in premissis, per dilectum clericum et secretarium nostrum magistrum *Philippum Martelli*, Juris Civilis professorem Canonicum *Cicestrens.* de cujus fidei puritate fiduciæ plenitudinem optinemus, quem ad vestram præsenciam destinamus super hiis mentem nostram vobis decrevimus lactus aperire, cui si placet dignemini in hiis quæ ex parte nostra clemenciæ vestræ expresserit viva voce fidem indubiam adhibere. Conserver, *&c. ut supra.* Dat. apud *Preston* secundo die *Julii* anno regni nostri, *&c.* 34. *An.* 34 E. 1.

The Pope upon the Kings Letters and Sollicitations suspending the Archbishop from his Spiritualties and Temporalties, took occasion thereupon by a new usurpation to depute the custody as well of his Temporals as Spirituals to his own Nuncios in *England*, against the Kings Crown, Dignity, and Custom of the Realm, whereupon the King by advice of his Counsel, to preserve the Rights of his Crown, seised upon and committed the custody of his Temporalties to *Humfrey de Waleden*, as the *Fine Roll* of 34 *E* 1. thus records.

REX Omnibus ad quos, *&c.* salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro *Humfrido de Waleden* Archiepiscopatum *Cantuar.* quibusdam de causis in manu nostra existentem, custodiendum quamdiu nobis placuerit. Ita quod deexitibus inde provenientibus nobis respondeat ad Scaccarium nostrum. In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Westm.* 8 die *Jan.* *per ipsum Regem.* Fines 34 E. 1. pars unica. De Archiepiscopatu Cantuar. commisso Humfrido de Waleden.

Et mandatum est Militibus, *&c.* quod eidem *Humfrido*, *&c.* intendentes sint & respondentes, sicut prædictum est. In cujus, *&c.* Teste Rege, *ut supra.*

Et mandatum est *Waltero de Glouc. stria* Escaetori citra *Trentam*, quod eidem *Humfrido* Archiepiscopatum prædictum cum pertin. una cum exitibus per ipsum inde perceptis à tempore captionis ejusdem in manum Regis sine dilactione liberet, ita quod de dictis exitibus Regi ad Scaccarium prædictum ad plenum valeat respondere. Teste Rege ut supra.

In *August* following the Church of *Reycolure* belonging to the *Archbishoprick* of *Canterbury* being void, the King presented a Clerk unto it, (which was his principal Physitian,) as this Record attests.

MAgister *Nicholaus de Dyngewiks* Clericus, habet literas Regis de præsentacione ad Ecclesiam de *Reycolure Cantuar.* Dioc. vacantem, et ad donacionem Regis spectantem ratione temporalium Archiepiscopatus *Cantuar.* in manu Regis existentium: Et diriguntur litteræ Administratoribus Spiritualitatis Archiepiscopatus prædicti, a Sede Apostolica deputatis. In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Neuburgh in Tyndale* 23 die *Aug.* per breve de privato Sigillo. Pat. 33 E. 4. m. 9. De præsentacione.

Not long after the Pope being informed thereof, sent the King a Message, that he was much displeased with his seisure of the Temporalties, being contrary to the Canonical Sanctions; whereupon the King, though he asserted, that by the special Law and Prerogative of his Crown, and custom of the Realm (which the Canons could not controul) he might justly seise the Temporalties, and take their Profits to his own use, yet he was contented, notwithstanding his right, out of his special favour and affection to the Popes person, that the profits of the Temporalties seised in his hands should become the Popes, and be entirely delivered to those he should send to receive them, by the Guardian of them whom the King had appointed, who should give a reasonable account to them thereof, as this Letter of his informs us.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *C.* Divina Providentia Sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, suus devotus filius *E.* ejusdem Gratia Rex *Anglia*, *&c.* cum omni devotione, devota pedum oscula beatorum. Placuit nuper Sanctitati vestræ *Robertum Cantuar.* Archiepiscopum ab Administratione spiritualium et temporalium suspendere, ipsumque *Robertum* ad vestrum examen specialiter Rot. Romæ An. 34 E. 1. nu 9. memb. 5.

An.34 E. 1. ter evocare, et etiam certas personas ad gerendam administrationem dictorum spiritualium et temporalium deputare: quæ deputatio pro eo quod iurta assercionem virorum providorum de Consilio nostro, qui ad jura Coronæ et dignitatis nostræ regiæ manutenenda et conservanda specialiter deputantur, quoad temporalia dicti Archiepiscopatus in manifestum præjudicium dictarum Coronæ et dignitatis nostræ redundabat, temporalia dicti Archiepiscopatus in manum nostram capi fecimus, prout nobis ex variis causis secundum Regni nostri consuetudinem licuit, et hoc jure nostro regio facere tenebamur: Et quia sanctissime Pater jam nuperrimè per dilectum Clericum nostrum Magistrum *Thomam de Suerthia* Canonicum *London*, (cui voluntatem vestram nobis referendam ut asserit, injunxistis) accepimus, quod captio hujusmodi vestræ fuit contraria voluntati, utpote Canonicis sanctionibus inimica. Nos Pater beatissime, licet dicta temporalia jure speciali dictæ Coronæ nostræ annexo, ipsa suspensione durante in manu nostra tenere, ipsorumque proventus possemus nostris usibus applicare, ob specialem tamen affectionem quam erga personam vestræ beatitudinis gerimus, et semper favente Deo quantum in nobis est gerere cupimus in futuro, volumus et concedimus, quod fructus et proventus dictorum temporalium sic in manu nostra existentium vestri fiant, et illi seu illis quos ad hoc mittend. duxeritis integraliter liberenter. Mandabimus etenim custodi eorundum temporalium per nos deputato, quod ipsi per vos sic mittend. de ipsis fructibus et proventibus per rationabilem compotum sit respondens: De voti- *Nota.*
va autem responsione, *&c.* Conservet, *&c.* in longeva, *&c.* Dat. apud *Brudele in Marchia Scotiæ* 7. die *Septembris.* Anno, *&c.* 34.

The King before this Letter and Grant to the Pope, having conferred the Church of *Reycolure* upon his Physitian after the Archbishops suspension, fearing that the Pope would eject him, writ this Letter to him, for his approbation and confirmation therein, and that he might hold his other former Benefice together with it, since his health and life did next under God principally depend upon him; and withal granted him this new authority to present to all benefices belonging to the Archbishoprick which should from thenceforth become void.

Rot. Romæ, Anno 34 E 1. m. 4. nu 8.

Sanctissimo in Christo Patri Domino *C.* Divina providentia Sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, suus devotus filius *Edwardus* eadem gracia Rex *Angl.* &c. devota pedum oscula beatorum. Pater sanctissime, status nostri negociorumque nostrorum certitudinem beatitudini vestræ referre norunt vivæ vocis oraculo Valetti vestri & nostri præsencium portitores. Quoad temporalia vero Archiepiscopatus *Cantuar.* Sanctitati vestræ per dilectum Clericum nostrum Magistrum *Thomam de Suthwerke*, ac per nostras literas jampridem meminimus nos scripsisse, quod licet de jure Coronæ nostræ fructus temporalitatis Archiepiscopatus prædicti durante suspensione Archiepiscopi illius loci capere, et ad opus nostrum retinere possemus, sicut datum est nobis intelligi per discretos viros de nostro consilio legum et consuetudinum regni nostri habentes notiam pleniorem. Nos tamen ob specialem affectionem quam erga sanctissimam personam vestram optinemus, concessimus et concedimus, quod Custos dictorum temporalium per nos deputatus, de fructibus et proventibus dictorum temporalium durante suspensione prædicta, illi quem ad recipiendum fructus et proventus hujusmodi duxeritis assignandum plenarie sit respondens. Et præter hæc Pater sanctæ, volumus et concedimus, quod de beneficiis ecclesiasticis pertinentibus ad collacionem Archiepiscopi memorati ordinare pro vestræ Sanctitatis arbitrio valeatis, dictæ suspensionis tempore perdurante. Verum quia postquam temporalia prædicta capi fecimus in manum nostram, ac diu ante confectionem præsencium, dilectum Clericum nostrum Magistrum *Nicholaum de Tyngewyk* medico nostro (cui post Deum grates referimus de vita & reconvalescentia nostra de infirmitate qua jam per aliqua tempora eramus fatigati) præsentabimus ad Ecclesiam de *Recolure* quæ vacabit post captionem suprædictam, Paternitati vestræ devota precum instancia supplicamus, quatinus eidem Clerico nostro gratiam velitis facere specialem, et taliter circa statum suum paternæ provisionis munificentia ordinare, quod idem Magister *Nicholaus* dictam Ecclesiam de *Recolure*, una cum Ecclesia de *Colleshulle Sarum* Dioc. quam adeptus fuit ante præsentacionem sibi factam de Ecclesia de *Recolure* antedicta, ipsamque tenet in præsenti, retinere

retinere valeat et habere. Hanc autem requisicionem nostram quam vestræ clemen- *An.* 33 *E.* 3
ciæ ex intimo cordis affectu facimus in hac parte, favorabiliter exaudire dignemini, gracioſisque affectibus adimplere, ſicut vitam nostram diligitis, nostrique corporis ſospitatem. Præsertim cum eundem *Nicholaum*, periciorem et aptiorem de regno nostro pro cura et custodia ſtatus et sanitatis nostræ nostro judicio reputemus, cique ex toto curam corporis nostri commiserimus, ob grandem fiduciam quam de ipsius pericia optinemus. Conservet vos, &c. Dat. apud *Hantwyſell* 11 die *Septembris*. Anno regni nostri 34.

I finde that the King had formerly granted this Benefice to *Simon de Faveresham* who had quitted the *Archdeaconry* of *Canterbury* (whereof he was in posſeſſion by the Kings preſentation) at his requeſt to *Lebreto* an *Italian* recommended to it by the Pope, who yet was diſturbed and cited before the Pope by another who pretended a proviſion to *Raicolure* from this Pope, in whoſe behalf the King ſent this Epiſtle to him.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* divina providencia Sacroſanctæ *Romanæ* Cl. 34 E. 1. m. 16. Pro Magiſtro Simone de Faveresham.
ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, *Edwardus* eadem gratia Rex *Angl.* &c. devota pedum oſcula beatorum. Vir magnificæ probitatis Magiſter *Simon de Faveresham* Doctor in Theologica facultate, aſſiduè ſtudiis virtutum invigilans, eminencia ſcienciæ literalis, morum gravitate & vitæ mundicia aliorumque laudabilium ſuffragio meritorum, adeo dicitur inſigniri, quod apud clemenciam veſtram judicio noſtro meretur favoris plenitudinem invenire. Cum itaque dictus Magiſter *Simon* veſtris volens devote in omnibus obtemperare mandatis, Archidiaconatum *Cantuarienſem* quem nuper fuerat aſſecutus, et aliquandiu ipsius pacifica poſſeſſione gaviſus, prætextu collacionis Nato dilecti et fidelis noſtri *Amaneni de Lebreto*, de Archidiaconatu prædicto per vos factæ abſque difficultate dimiſerit, ſubſequenterq; Eccleſiam de *Raicolure* Dioc. *Cantuar.* adeptus, occaſione cujuſdam provisionis quæ pro quodam Clerico, longe utique ab ipsius *Simonis* meritis et bonitate diſtante, auctoritate veſtra in dicta Dioc. dicitur emanaſſe, ſuper eadem Eccleſia inquietari timeat et vexari; Sanctitati veſtræ precibus ſupplicamus, quatinus his quæ præmiſimus, et aliis eciam quæ de tam probo et famoſo Clerico prædicantur clementi meditacione penſatis, ſic eum habere dignemini in his quæ ſtatum contingunt ipsius, gratioſis affectibus commendatum, ac Apoſtolici favoris gracia proſequi ſpeciali, ut in effectu percipiat quod ſuggeſſerit noſtræ mentis affectus. Conſervet vos altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora proſpera & longæva. Dat. apud *Wolveſeye* 12. die *April*,

After which it ſeems he quitting his preſentation to *Raicolure*, the King preſented his Phyſician to it notwithſtanding the Popes *proviſion*, which he would not admit of, and the Pope notwithſtanding his premiſed Letters refuſed to recall.

The King having now cruſhed the Earls and Barons who had formerly oppoſed and conſpired againſt him, with this Archbiſhop, the Captain, chief author, and encourager of their conſpiracy, * *Quia hujus inteſtinæ ſeditionis cauſam*, juramentum regni ſui Proceribus de obſervandis eorum privilegiis et immunitatibus a ſe præſtitum eſſe ſenſerat, ejus religione amplius non teneri, ſed Papali authoritate ſolvi voluit: obtinuitque Rex a Domino Papa abſolutionem a juramento quod invitus præſtiterat ſuper obſervantia libertatum alias a Comitibus et Baronibus exactarum; uſus conſuetudine et cautela paterna, (*ſcilicet avi & patris ſui Regis* Johannis & Henrici 3.) qui quoties inſtabat neceſſitas de facili jurare voluit, ſe ſatisfacturum votis eorum, et eadem facilitate voluit reſilire quotiens ſibi tempus commodius arrideret, prætendens ſemper Papalem abſolutionem a præſtito juramento: *Qua Regum tàm ſupina cæcitate*, Papalis jurisdictio ad eam magnitudinem crevit, *ut Reges plus quam* Egyptiaca *obſcuritate involuti*, Papæ tantum authoritatis deferentes, quæcunque vel firmiſſima ac ſanctiſſima jura atque fœdera ea diſſolvi poſſe, ſæpe ad ſuam et regnorum pernicicm credebant. † *In hebdomada* Paſchæ, fecit Rex publicari Bullam Apoſtolicam ſuper abſolutione juramenti præſtiti ſuper deaſſorceſtatione ſampridem facta et ſervanda, excommuni-

* Mat. Parker, Antiq. Eccleſ. Brit. p. 216. Tho. Walſingham, Hiſt. Angl. p. 63. & Ypodigma, p. 97.

† Mat. Weſt. p. 457.

 cando

An. 33 E. 1. **canda juſjurandum illud ſervare volentes, damnantes vero illud approbat et abſolvit.** What could be more *atheiſtical, antichriſtian, diabolical, ſcandalous, deſtructive to Chriſtian Religion, publike faith, honeſty, juſtice,* and *humane ſociety*, then for this and other Popes by their impious Bulls to canonize profeſſed *perjury*, and *breach of ſolemn Oathes* for a Chriſtian virtue; and damn the obſervation of them for a moſt deteſtable *crime*? yea to excommunicate all thoſe as unworthy the priviledge, name, or ſociety of Chriſtians, who made a conſcience to obſerve their ſolemn ſacred Oathes; & yet to approve, abſolve all thoſe as moſt innocent and meritorious Chriſtians, who perfidiouſly and willfully violated them? * *This letting looſe the Lion, and untying the King from the Covenant made with his Subjects concerning their Charters confirmed to them by his three laſt Acts of Parliament, by abſolving him from his Oath*, **was an Act of little Piety in the Pope, and of as little conſcience in the King; who (as if he now ſhould have no more need of his Subjects) diſcovered with what ſincerity he did it:** is *Samuel Daniels* juſt cenſure of, and obſervation thereon. Which unworthy Act God himſelf immediately after exemplarily retaliated, by the *Scots* violation of their Oathes, Covenants, and new Ordinance moſt ſolemnly made and ſworn by them to King *Edward* in Parliament without any Papal abſolution, and raiſing new rebellions and wars againſt him, when he was moſt ſecure, to his unparallelled vexation.

* Daniel's History, p. 200.

This year Pope * *Clement* following the rapines of his avaritious predeceſſors, ſent *William Teſta* (a foreign Archdeacon) into *England* as his Nuncio, to collect all the *Diſmes, Peter-pence*, and other duties belonging to the Church of *Rome* and See Apoſtolick, with the arrears of the *Diſmes* belonging to Pope *Boniface* the 8. in *England, Scotland, Wales* & *Ireland*, the goods of a Cardinal & others dying inteſtate, and all indiſtinct Legacies, gifts, compoſitions, penalties, redemption of vowes formerly made, or impoſed, for the relief of the *Holy Land*, (only in pretext, but in truth for the Popes, *Roman* Churches, and the Kings uſe, who ſhared this prey between them) deſiring his favourable protection and aſſiſtance therein by this Bull, which I found in the *White Tower* (the beginning wherof being defaced in ſome words I have conjecturally ſupplied in a Parentheſis.)

* See here, p. 1077.

Anno 33 E 1. in Turri London.

C *Lemens* Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio *Edwardo* Regi *Angliæ* Illuſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Illam (confidentiam de tua Excellentia ſuſcepimus) **quod preces noſtras prompto affectu ſuſcipias, et effectu benivolo ſtudeas adimplere.** Hinc (eſt quod ex Serenitatis Regiæ tuæ prompta) Eccleſiæ *Romanæ* devotione, dilectum filium *Gulielmum Teſta* Archidiaconum *Aranen.* Eccleſiæ (de circumſpectione) **ipſius fidelitate et legalitate confiſi, Collectorem et Exactorem Decimarum et Denarii** (S. *Petri*, quæ in) **partibus** *Angliæ, Scotiæ, Walliæ* & *Hiberniæ* **Eccleſiæ prædictæ debentur, necnon reſidui procurationum et** (arreragiorum) **dictæ Sedis quæ adhuc reſtant perſolvend. quæque juxta quandam Ordinationem fælicis recordationis** *Bonifacii* **Papæ 8. prædeceſſoris noſtri, ad dictam Eccleſiam pertinent, ac bonorum bonæ memoriæ** *Giffredi* **Epiſcopi** *Parma*, **necnon Nuncii dictæ Sedis in illis partibus, qui apud Sedem eandem inteſtatus deceſſit,** (the Pope then claiming inteſtate Cardinals and Biſhops goods within his Territories to himſelf) **et indiſtincte Legatorum, necnon pecuniariarum pœnarum quæ frequenter (ſicut accepimus) in eiſdem partibus promittuntur in diverſis contractibus pro** *Terræ Sanctæ* **(auxilio) et etiam committuntur, et generaliter omnium quæ ex teſtamento, ex votis ſeu votorum redemptionibus tam Cruceſignatorum quam aliorum quomodocunque, dictæ** *Terræ* **ſubſidio, aut alias ipſi Eccleſiæ in eiſdem partibus quacunque ratione vel cauſa quomodolibet debentur per noſtras ſub dicta forma Literas duximus deputandum: Et ad ea fabor Regius eſſe noſtis plurimum opportunius. Serenitatem** * **Regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem Collectorem, pro noſtra et Apoſtolicæ Sedis reverentia habere velis propenſius commendatum. Ita quod idem Collector hujuſmodi officium per nos ei commiſſum, Regalis Excellentiæ dextera ſuffragante facilius et liberius exequi valeat, et nos Magnificentiam Regiam exinde dignis in Domino laudibus commendare poſſumus.** Dat. *Naverii* 10 Kal. *Aprilis*, Pontificatus noſtri, Anno primo.

* itaque

To

To the Tranſcript of this Bull, this enſuing Cedule was annexed, (ſome words whereof in the beginning of ſeveral lines being torn and defaced, are ſupplied in a parentheſis) conteining ſome requeſts of this *William Teſta* made to the King, for the ſpeedy clearing of all doubts and queſtions that might ariſe between the King and him in the Execution of the Popes Commiſſion, in ſuch points as might intrench upon the Kings Crown and Dignity, (as ſome of them did) and the more effectual collection of ſuch arrears, and ſummes of money belonging to the Pope and *Roman* See, by the Kings favour and aſſiſtance, as no wayes intrenched upon his Crown or prerogative. *An.* 33 E. 1.

(REgiæ *Excellentiæ ſupplicat* Gulielmus Teſta *Archidiaconus* Arraven. *Domini Papæ Capellanus*) *& in partibus* Anglicanis *Nuncius, quatinus juxta* (*tenorem Literarum Regiæ*) *Majeſtati directarum in negociis* ab Apoſtolica ſede ſibi Commiſſis eidem Nuntio (in collectionibus pecuniarum) et aliis Romanæ Eccleſiæ negociis ſibi commiſſis, et etiam committend. ſibi et ſuis (de gratia ſua ſpeciali conſilium, auxilium) et favorem impendat, *& nullas injurias ſeu moleſtias aut impedimenta* (*inferat vel inferri permittat*) quominus ipſa, ſine præjudicio Regis poſſit executioni mandare. Anno 34 E 1. in Turri London.

Item, (*Quod Dominus Rex in omnibus*) *negotiis dicto Nuncio commiſſis eidem Nuncio* declaret et exprimat, ſi qua ſibi vel Coronæ ſuæ præjudicialia inveniantur, ut ſuper illis ſuperſedere valeat, et ſuper aliis commiſſa ſibi negotia exercere, juxta Regiæ Majeſtatis benevolentiam et favorem.

Item, Cum propter multa Nuncio prædicto commiſſa, ſeu etiam a ſede Apoſtolica committenda, aliqua forſitan dubia poſſent emergere, pro (quorum declaratione) idem Nuncius ſuper puncto quolibet Regiam Majeſtatem perſonaliter adire non poſſit, nec etiam pluries velit inquietare dictam Regiam Majeſtatem; *Placeat ſibi aliquibus viris Eccleſiaſticis declarationem dubiorum committere prædictorum, ut ad ipſos quociens opus fuerit poſſit habere recurſum*, et quod Literas Apoſtolicas ſibi directas ac etiam dirigendas publicare valeat locis et temporibus opportunis, et libere uti eiſdem ſine præjudicio Coronæ prædictæ.

Item, Quod quoſcunque debitores tam Romanæ Eccleſiæ quam Terræ Sanctæ ad ſolvend. ea quæ debent poſſit compellere per auxilium brachii ſecularis, ſi per cenſuram Eccleſiaſticam coherceri non poſſent.

Item, *Quod ad Informationem dicti Nuncii, omnia Regiſtra, Rotuli, & quæcunque aliæ informationes ſuum officium contingentia ſibi deliberentur, & (arreragia Decimæ & pecuniæ* Terræ Sanctæ, *quæ per Collectores*) *Domini Regis recepta fuerint, ſeu etiam conſignata tempore* Gerardi de Pocorarii *prædeceſſoris ejuſdem, ſi aliter non poſſit exequi officium ſupradictum.*

How extravagantly and oppreſſively this Papal Collector demeaned himſelf in the execution of this Bull to the prejudice of the Kingdom, Church, People, and what ſad petitions, complaints were made againſt him to the King and Parliament, and what oppoſitions, Laws they thereupon made againſt them, and the like Papal exactions in future ages, I ſhall fully relate in its proper * time and place. **An.* 35 E 1.

The Maſters and Scholars of the Univerſity of *Cambridge* being beaten and aſſaulted in their Lodgings by the Townſmen and others this year; the King (out of his care of learning, and Gods worſhip) iſſued this Commiſſion to examine the Treſpaſs, and certify him the truth thereof.

REX dilectis & fidelibus ſuis *Rogero de Heghham* & *Roberto de Baiocis*, ſalutem. Quia ex grabi querela Magiſtrorum et Scolarium Univerſitatis *Cantebr.* accepimus, quod quidam malefactores et pacis noſtræ perturbatores dictam Univerſitatem impugnare, et effectum diſciplinæ ſcolarizancium ibidem perturbare machinantes, oſtia quorundam hoſpiciorum eorundem Magiſtrorum et Scolarium in villa prædicta vi et armis fregerunt, et in Magiſtros et Scolares in eiſdem hoſpiciis inventos inſultum fecerunt, et ipſos verberaverunt, vulneraverunt, et male tractaverunt, et alia enormia eis intulerunt, in ipſorum Scolarium et Magiſtrorum dampnum non modicum, et ſtudii ſui, per quod cultus divinus in regno noſtro augmentari Pat. 33 E 1. pars 1. m. 17. Pro Magiſtris & Scolaribus Cantebr.

augmentari posset, retardacionem manifestam, et contra pacem nostram; assignavimus vos ad inquirendum per Sacramentum proborum, &c. de Comitatu *Cantebr.* per quos, &c. de nominibus prædictorum malefactorum, & super transgressione prædicta plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos, &c. quos, &c. inquisicionem inde faciatis, & eam distinctè & apertè factam nobis sub sigillis vestris & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breve. Mandavimus enim Vicecomiti nostro Com. prædicti, quod ad certos, &c. venire faciat coram vobis tot & tales probos, &c. de Balliva sua, per quos, &c. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 7 die *Marcii.*

Per Petitionem de Consilio.

Within few dayes after, upon the Universities Petition, he granted them liberty during his royal pleasure, to hold plea of personal actions between Scholars and Townsmen before their *Chancellor*, notwithstanding any Writ of Prohibition.

Pat. 33 E 1. m. 26. Pro Scolaribus Universitatis Cantebrig.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod de gratia nostra speciali concessimus Scholaribus Universitatis *Cantebr.* quod de omnibus actionibus personalibus possint conbenire Burgenses et alios Laicos Municipii nostri *Cantebr.* coram Cancellario ejusdem Universitatis, et quod per prohibicionem nostram super hoc nequaquam impediantur. In cujus, &c. Pro nostræ libito voluntatis duraturas. Teste Rege apud *Westm.* 12 die *Marcii.*

* See here, p. 1064.

Per Petitionem de Consilio, & per idem Cons. congregatum.*

The King likewise for the tranquility and quiet of the Scholars and Students of this University, confirmed the Charter of King *Henry* the 3d. his father, that no Tourneys, Justs or Tiltings should be used in *Cambridge*, nor within 5. miles thereof under severe penalties.

Pat. 33 E 1. pars 2. m. 4. Pro Magistris & Scolaribus Universitatis Cantebr.

REX Vic. *Cantebr.* qui pro tempore fuerit, salutem. Cum celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, pater noster, per cartam suam quam confirmavimus, concesserit Magistris et Scolaribus Universitatis *Cantebr.* Quod Torneamenta aliqua, aventuræ, justæ, seu hujusmodi hastiludia non fierent in villa *Cantebr.* seu per quinque miliaria circumquaque torneare, justas facere seu aventuras, vel alia hastiludia quærere seu exercere præsumerent: Nos tranquillitatem ibidem studencium affectantes, et concessionem et inhibitionem prædictas inviolabiliter observari volentes; Tibi præcipimus, quod quociens Torneamenta aliqua, aventuras, justas, seu hujusmodi hastiludia in eadem villa, seu alibi infra prædicta quinque miliaria circumquaque proclamari contigerit, ad requisitionem Magistrorum et Scolarium ejusdem Universitatis, Ne quis Torneamenta aliqua, justas, aventuras, seu hastiludia aliqua ibidem, seu infra prædicta quinque miliaria exercere præsumat ex parte nostra publice proclamari facias, et firmiter inhiberi. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 7 die *Novembris.*

He likewise issued this Writ to the Sheriff of *Cambridge*, for the apprehending of *Thomas Pecche*, and others, for presuming to proclaim a Justs there, in contempt of his former Writ.

Claus. 33 E 1. m. 3. Pro Thoma Pecche, & al. attachiand.

REX Vic. *Cantebr.* salutem. Cum celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angl.* pater noster, per cartam suam quam confirmavimus concesserit Magistris & Scolaribus Universitatis *Cantebr.* Quod torneamenta aliqua, aventuræ, justæ, seu hujusmodi hastiludia non fierent in villa prædicta, seu per quinque miliaria circumquaque, et sub grabi forisfactura inhibuerit, ne quis de regno *Angliæ* apud Willam prædictam seu alibi infra prædicta quinque miliaria circumquaque torneare, justas facere seu aventuras, seu alia hastiludia quærere præsumeret contra concessionem prædictam: Ac licet Major Villæ prædictæ, *Thomæ Pecche, Rogero Tamery, Nicholao Bath, Roberto Honel, Philippo Colevill, Warino de Bassingburn, Johanni de Exning, Waltero de Orewell, Johanni de Hunton, Henr. Chaumberleyg de Beks*, & aliis qui nuper justas in dicta villa proclamari fecerint, infra eandem villam inhibuerit ex parte nostra, ne justas aliquas contra tenorem Cartæ et confirmationis nostræ prædicta-

præditarum facere præsumerent quobismodo, iidem nichilominus *Thomas, Rogerus, Nicholaus, Robertus, Philippus, Warinus, Johannes, Johannes, Walterus, Johannes & Henricus* prohibicione hujusmodi non obstante, justas prope Villam prædictam facere præsumpserunt, in nostri contemptum, et quietis ac tranquillitatis Magistrorum et Scolarium prædictorum perturbacionem manifestam. Et quia hujusmodi transgressionem et contemptum relinquere nolumus impunitos; tibi præcipimus firmiter injungentes, quod prædictos *Thomam, Rogerum, Nicholaum, Robertum, Philippum, Warinum, Johannem, Walterum, Johannem & Henricum*, ubicumque eos infra ballivam tuam contigerit inveniri, per corpora sua sine dilacione attach. et in prisona nostra, salvo custodias, donec aliud inde a nobis per literam sub prisato sigillo nostro receperis in mandatis. Et si fortè aliqui ipsorum in Balliva tua non poterint inveniri, tunc nobis de nominibus eorundem & de locis in quibus fuerint conversantes constare facias indilatè. Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die *Novembris*. *Per ipsum Regem.* *An.* 33 *E.* 1.

He likewise gave his royal assent for setling several shops and an house in *Oxford* upon *Bayliol* Colledge, demised to them by *William Burnell*, for the better maintenance of Scholars and learning therein.

Pat. 33 E 1. m. 1. intus. Pro Magistro & Scolaribus Domus de Balliolo in Oxon.

REX Omnibus ad quos, &c. salutem. Quia accepimus per Inquisicionem quam per Vic. nostrum *Oxon.* fieri fecimus, quod non est ad dampnum vel præjudicium nostrum, aut aliorum, si concedamus *Hugoni de Scales, Galfrido de Heghham*, & *Johanni de Borham*, executoribus Testamenti Magistri *Willielmi Burnel* quondam Præpositi *Wellensis*, quod ipsi novem shopas cum pertin. in *Oxon.* quæ de nobis tenentur, et unum messuagium cum pertin. in eadem villa quæ idem *Willielmus* in testamento suo eisdem executoribus legavit, ad executionem Testamenti sui inde faciendam, dare possint & assignare dilectis nobis in Christo Magistro Domus Scolarium de *Baliolo Oxon.* & Scolaribus ejusdem Domus, Habend. & tenend. eisdem Magistro & Scolaribus, et successoribus suis Magistris & Scolaribus ejusdem Domus de nobis & hæredibus nostris, & aliis Capitalibus Dominis feodi illius per servicia inde debita & consueta imperpetuum. Nos per finem quem prædictus Magister fecit nobiscum in Cancellaria nostra, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis executoribus, quod ipsi shopas & messuagium prædict. cum pertin. dare possint & assignare prædictis Magistro & Scolaribus, Habend. & tenend. sibi & successoribus suis Magistris & Scolaribus ejusdem Domus de nobis & hæredibus nostris, & aliis Capitalibus Dominis feodi illius per servicia inde debita & consueta, imperpetuum, & eisdem Magistro & Scholaribus quod ipsi shopas & messuagium prædicta cum pertin. à præfatis executoribus recipere possint. Habend. & tenend. sibi & successoribus suis prædictis, sicut prædictum est, tenore præsencium similiter licentiam dedimus specialem, Statuto nostro de terris & tenement: ad manum mortuam non ponendis edito non-obstante; Nolentes quod iidem Executores, aut prædicti Magistri, & Scholates seu successores sui ratione præmissorum per nos vel hær. nostros, Justiciarios, Escaetores, Vicecomites, Ballivos, aut alios Ministros nostros quoscunque occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. In cujus, &c. Teste Rege apud *Swaton*, sextodecimo die *Januarii*, & dupp.

Clans. 33 E 1. pars 1. m. 2. Pro Scolaribus Domus de Balliolo Oxon.

REX Majori & Ballivis *Oxon.* salutem. Cum per literas nostras Patentes concesserimus, & licenciam dederimus dilectis nobis in Christo Magistro Domus Scolarium de *Balliolo Oxon.* & Scolaribus ejusdem Domus, quod ipsi unum messuagium & novem shopas cum pertin. in *Oxon.* quæ Magister *Willielmus Burnel* nuper Præpositus Eccleſiæ *Wellen.* defunctus in Testamento suo eisdem Magistro et Scolaribus legavit, ab executoribus Testamenti ipsius Magistri *Willielmi* juxta formam dicti legati recipere possent; Habenda & tenenda eisdem Magistro & Scolaribus & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris, & Capitalibus Dominis feodi illius per servicia inde debita & consueta, prout in literis nostris prædictis plenius continentur, quod quidem testamentum coram vobis in Curia vestra modo debito ut dicitur est probatum; Vobis precipimus, quod si prædicta messuagium & Shopæ præfatis scolaribus ut prædicitur sint legata, & testamentum prædictum coram vobis ut prædictum

Anno 33 E. 1 dictum est sit probatum, tunc eisdem magistro & scolaribus prædicta Messuagium & Shopas liberetis, tenenda juxta formam legationis testamenti prædicti ac probationis ejusdem, necnon juxta consuetudinem ejusdem villæ & juxta licentiam nostram suprædictam, salvo jure cujuslibet. Teste Rege apud *Westm.* 5. die *Novembr.*

Eodem modo mandatum est Balivis *Margaretæ* Reginæ *Angliæ* de prædicta villa Teste ut supra.

How all the ancient Lands, Revenues, Temporal and Ecclesiastical Royalties, Liberties, Priviledges, and Sanctuary, granted to the Church of St. *Peters* in *York*, and to the Canons, Dean, Chapter, or Archbishop thereof, out of reverence to St. *Peter* the *Prince of the Apostles* (who had his *Chair* therein, as well as at *Rome*, and likewise his * *Banner* carried in the Wars in the forefront of the Army) were originally derived from the Piety, Bounty, and Ecclesiastical Sovereignty of our Kings, not from the Pope; and what they were, this memorable Charter of King *Edward* the first, which recites and confirms them, will at large instruct us.

* Here Tom. 1. p. 33. 346. Tho. Stubs Actus Pontif. Ebor. col. 1703. 1704.

† Chart. 33 E. 1. m. 6. pars 1. Pro Decano & Capitulo Ecclesiæ beati Petri Eborum.

† REX Archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus Chartam confirmationis, & declarationis quarundam Libertatum necnon innovationis ac uberioris concessionis Libertatum in eadem contentarum, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* Pater noster fecit Ecclesiæ Sancti *Petri Eborum* & Decano & Capitulo ejusdem, in hæc verba. *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Acquitan.* Comes *Andegav.* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justic. Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Balivis & fidelibus suis salutem. Inspeximus Chartam quum Dominus *Henricus* quondam Rex *Angliæ* proavus noster fecit Ecclesiæ Sancti *Petri Eborum*, in hæc verba. *Henricus* Rex *Angliæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Consulibus, Proceribus, & Universis fidelibus suis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* salutem. **Possessiones & dignitates & libertates & consuetudines quas habuit** *Eborum* **Ecclesia. Concedo & Regia authoritate præsenti Carta confirmo, sicut hic subscriptæ sunt sub Regibus antiquis** & Archiepiscopis quod plerique meminisse possunt, *Edwardo* Rege *Aldredo* Archiepiscopo fuit Ecclesiæ Sancti *Petri* consuetudo egregiæ libertatis, **si quis enim quemlibet cujuscunque facinoris aut flagitii reum & convictum infra atrium Ecclesiæ caperet & detineret, universali judicio vj. hundreth emendebat. Si vero infra Ecclesiam xij. hundreth infra Chorum xiij. Penitentia quoque de singulis sicut de Sacrilegis injuncta in hundreth viij lib. continentur. Quod si aliquis vesano spiritu agitatus Diabolico ausu quenquam capere præsumeret in Cathedra lapidea juxta altare, quam** *Angli* **vocant** *Fridstall*, **id est, Cathedra quietudinis vel pacis, hujus tam flagitiosi sacrilegii emendatio sub nullo judicio erat, sub nullo pecuniæ numero claudebatur, set apud** *Anglos Boeeles*, **hoc est sine emenda vocabatur.** Hæ Emendæ nihil ad Archiepiscopum sed ad Canonicos pertinebant, Canonici Sancti *Petri* in *Hird*, id est domestica vel intrinseca familia appellabatur *Fena Canonicorum*, propriè **Mensa Sancti** *Petri*. Denique, siquæ in Ecclesia, vel in Cimiterio, vel in domibus Canonicorum, vel in terris eorum injusta agentur, aut ipsi Canonici adversus se invicem, aut adversus alios, vel alii adversus Canonicos vel adversus alios, forisfactura nulla Archiepiscopo, set tota Canonicis judicabatur; Archiepiscopus autem in rebus Canonicorum hoc tantum juris habebat, quod defuncto Canonico, ipse aliis prælationes, & præbendas præbeat; **nec tamen sine consilio et assensu Decani et Capituli. Si vero Archiepiscopus adversus Apostolicum vel Regem committeret ad quod redimendum vel pacificandum pecunia opus esset, nihil tamen Canonici Archiepiscopo præter suam voluntatem darent, et pecunia Canonicorum et hominum eorum pro Commisso vel debito Archiepiscopi, nec etiam in namium caperentur.** Habeant Canonici in domibus & in terris suis *Soccam & Saccam*, *Tol* & *Theam*, *Involl* & *Uvell*, & *Infangenetheefe*, **et omnes easdem honoris et Libertatis consuetudines, quas ipse Rex in terris suis habebat, et quas Archiepiscopus de Domino Deo et de Rege tenebat:** Hoc etiam amplius, quod nemo de terra Canonicorum *Wapenthaemort* nec *Trydingmet* nec *Shyresmet* sequebatur; Sed calumpnians aut calumniatus ante ostium Monasterii Sancti *Petri* rectitudinem & recipiebat & faciebat. **Hoc autem a religiosis principibus et bonis antecessoribus sic provisum est**, quamvis Canonici placitantes pulsato * signato ad horas Canonicas, cito

* signo.

possent

possent regredi: Archiepiscopo vero per Senescallos, & Præfectos, & Milites suos facilius erat prædicta placita sequi & tenere. Si vero aliquis terram aliquam Sancto *Petro* daret vel venderet, nemo postea *Soccam vel Saccum, Tol & Theam* in illa clamabat, sed easdem consuetudines quas & alia terra Sancti *Petri* **ista habebat; tantum amoris et reverentiæ Antecessores nostri huic Sanctæ Principis Apostolorum Ecclesiæ deferebant.** Quando autem Rex congregabat exercitum, unus homo tantum preparabatur de tota terra Canonicorum **cum vexillo Sancti** *Petri*, qui si Burgenses in exercitum irent Dux & Signifer eis procederet, sine Burgensibus vero nec ipse iret. Hanc etiam consuetudinem sive dignitatem habeant Canonici Sancti *Petri* ab Antecessoribus Regibus, nominatim quoque à Rege *Edwardo* concessam & confirmatam, ut nullus de familia **Regis vel de exercitu ejus in propriis domibus Canonicorum, nec in Civitate, nec extra hospitetur. Ubicunque fit duellum** *Eborum* **juramenta debent fieri super textum vel super reliquias Ecclesiæ Sancti** *Petri*, **et facto duello Victor arma Victi ad Ecclesiam Sancti** *Petri* **offerat, gratias agens Deo, et Sancto** *Petro* (here conjoined as equals) **pro victoria.** Si Canonici vel homines eorum Clamorem fecerint in placitis Regis, **Clamor eorum ante omnem causam terminetur, quantum potest terminari, servata Ecclesiæ dignitate.** Teste Archiepisc. *Eborum, W. Giff:* Episc. *Wynton, W. Berlo* Episc. *Lincolnia, R. Flamb* Episc. *Dunelm. W.* Com. de *Warr. R. Basset, G. Rysdel, F.* fil. *Sygulfi* apud *Wynton.* Nos autem concessionem & confirmationem prædictam ratam & gratam habentes, eam pro nobis & Hæredibus nostris prædictæ Ecclesiæ concedimus & confirmamus, sicut præfata Charta ipsius Regis *Henrici* rationabiliter testatur, & sicut eadem Ecclesia Libertatibus in prædicta Charta contentis hucusque usa est. Et ad declarationem quarundam Libertatum in eadem Charta sub quibusdam generalitatibus contentarum & concessionem libertatum uberiorem, concedimus Decano & Capitulo ejusdem Ecclesiæ, & hac Charta nostra confirmamus pro nobis & Hæredibus nostris, quod ipsi Decanus & Capitulum habeant omnia amerciamenta omnium hominum suorum ad ipsos Decanum & Capitulum & singulos Canonicos pertinentium, & fines pro eisdem amerciamentis, ita quod ad nos vel Hæredes nostros nichil inde pertineat: sed ipsi Decanus & Capitulum & Canonici recipiant de hominibus suis quicquid de eisdem recipere deberemus de prædictis pro quocunque delicto seu transgressione amerciati fuerint in Curia nostra, sive coram nobis vel Baronibus nostris de Scaccario, sive coram Justiciariis nostris de Banco, sive coram Justic. nostris, Itinerantibus ad communia placita, sive coram Justic nostris assignatis ad quascunque Assizas capiendas vel Gavilas deliberandas, seu ad quascunque Inquisitiones faciendas, sive etiam amerciati fuerint coram quibuscunque aliis Justic. nostris, Vicecomitibus, Inquisitoribus, Præpositis, Ballivis, vel aliis Ministris nostris ad quodcunque officium ex parte nostra deputatis, exceptis Justic. nostris & hæredum nostrorum ad placita forestæ nostræ deputatis. Salvis nobis & Hæredibus nostris amerciamentis prædictorum Decani & Capituli de propriis delictis suis ubicunque in Curia nostra amerciati fuerint, & omnibus aliis finibus quam pro amerciamentis hominum suorum, quos ipsi & quicunque homines sui fecerint nobiscum, vel coram quibuscunque Justic. aut aliis Ballivis nostris: Salvis etiam nobis **placitis forestæ nostræ et omnibus finibus et amerciamentis proventuris de ipsis et hominibus suis de eadem foresta.** Et quod iidem Decanus & Capitulum imperpetuum habeant omnia Catalla & Bona quorumcunque hominum suorum utlagatorum, Damnatorum, & fugitivorum de quibus posset ad nos aliquis quæstus pertinere sive hominis, sive illius Capituli, sive Decani, sive singularis Canonici, & etiam animalia in terris suis quæ vocantur *Weyf.* Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus nostris quod iidem Decanus & Capitulum, & singuli Canonici, atque eorum Successores, & eorum homines universi sint quieti in Civitate & Burgo, in *Feriis & Nundinis*, in transitu *Pontium & Maris Portuum*, & in omnibus locis per totam *Angliam, Hiberniam, & Walliam*, & omnes terras & aquas nostras, de quolibet *Thelonio, Tallagio, Passagio, Pedagio, Lastagio, Stallagio, Hydagio, Wardagio*, operibus & auxiliis *Castellorum, Murorum, Pontium, & Parcorum, Walliorum, Fossatorum, & Vivariorum, Navigio, Domuum Regalium* ædificatione & omnimoda operatione & custodia *Castrorum*, & de omni *Carrucio & Summagio*, nec eorum *carri, carretta aut equi capiantur ad aliqua carriagia facienda.* Et quod Sylvæ eorum ad prædicta opera, vel aliqua alia nullo modo capiantur. Et quod sint quieti de omnibus *Geldis, Danegeldis, Fengeldis, Herngeldis, Forgeldis, Penygeldis, Thethingpeny,*

An. 33 E.1. thingpeny, Hundred peny, Miskenings, Thenag. Chiming. & Herbag. & de *Vectigalibus & tributis, & exercitu, & equitatu,* & de omni *terreno Servitio, & seculari exactione, salvo Servitio unius Signiferi* secundum quod continetur in præscripta Carta præfati Regis *Henrici* proavi nostri; Et similiter quod imperpetuum sint quieti de *Sectis Comitatum, Hundredorum, Wapentagiorum,* & *Trithing,* & de *Murdro & Latrocinio, Escapio, & Concelamento, & Homsekne, Gribruch, Bloodwyte, Flitwyte, Forstall, Leyrwyte, Hongwyte,* & *Wardpeny,* & *Worwhalpeny,* & de omnibus auxiliis *Vicecomitum,* & *Ministrorum suorum,* & de *Scutagiis,* & *Assisis,* & *Recognitionibus, Inquisitionibus,* & *Summonitionibus* **nisi pro Libertate et negotiis Ecclesiæ** *Eborum.* Et tunc si placitum inter homines prædictæ Eccleſiæ & Canonicos, vel inter Canonicos per se, vel inter homines per se ex utraque parte, omnes de *Assisa* sint de Libertate prædictæ Eccleſiæ, vel de Libertate beatæ *Mariæ Eborum* si illi non sufficiant. Si vero inter Decanum & Capitulum, vel eorum aliquem, Canonicos singulos vel eorum homines & aliquem qui non sit de Libertate *Assisa* debeat arramiari & capi, medietas sit de fornisecis: & quod idem Decanus & Capitulum habeant Curiam suam & justitiam cum *Secco* & *Sacca, Tholl* & *Theam,* & *Infangenethief,* & *Utfangenethief, Flemenstick, Ordel,* & *Orest* infra tempus & extra, cum omnibus aliis Immunitatibus, Libertatibus, consuetudinibus & quietanciis suis. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus nostris quod si iidem Decanus & Capitulum, & Canonici prædicti vel eorum homines placitum habeant adversus alios, vel alii adversus eos, vel ipsi ad invicem, placitum illud non teneatur nec audiatur alibi quam in hostio prædictæ Ecclesiæ Sancti *Petri.* Salvis placitis Coronæ nostræ quæ in domo alicu jus Canonici extra Cimiterio audiantur & teneantur, sicut iidem Decanus & Capitulum hucusque usi sunt, & eis à prædecessoribus nostris Regibus ipsis est concessum: & quod finitis placitis prædictis habeant iidem Decanus & Capitulum extractus Rotulorum Justic. nostrorum qui placita prædicta tenuerunt de omnibus Amerciamentis hominum suorum sub Sigillis eorundem Justic. Ita quod ipsa Amerciamenta vel Fines pro Amerciamentis, non veniant in Summonitionem a Scaccario nostro, per quod iidem Decanus & Capitulum & eorum homines aliquatenus molestentur. Sed liceat eisdem Decano & Capitulo homines suos ad eorundem Amerciamentorum solutionem distringere modo quo viderint meliori: Nullus etiam Vicecomes, aut alius Ballivus vel Minister noster terras vel Libertates eorundum Decani & Capituli ad aliquas districtiones faciendas ipsis irrequisitis ingrediatur; Nec Averia eorum in namium capiantur, sed imperpetuum habeant Returnum Brevium nostrorum de omnibus ipsos & homines suos, & eorum terras, & tenementa contingentibus. Et hoc eis pro nobis & Hæredibus nostris concedimus & presenti Carta confirmamus. Prohibemus etiam, quod nullus Vicecomes, vel Ballivus, aut alius Minister noster infra terras prædictorum Decani & Capituli vel Ecclesiæ prædictæ aliquem hominem capere, ligare, verberare, interficere vel sanguinem fundere, seu rapinam vel aliquam violentiam facere presumat. Nec Nativos, vel Fugitivos suos, vel Catalla eorum aliquis detineat, nec eos vel homines eorum pro consuetudine aliqua vel servitio, vel exactione, vel aliqua causa disturbet de rebus suis quas homines eorum assidare poterunt suas esse proprias. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis et Hæredibus nostris, quod prædicti Decanus & Capitulum, & Canonici, & eorum homines imperpetuum habeant omnes Libertates, consuetudines & quietantias prædictas sicut prædictum est, sine impedimento & contradictione nostri, & hæredum nostrorum, & omnium Ballivorum nostrorum. Et prohibemus super gravem forisfacturam nostram, ne quis eos contra easdem Libertates in aliqua vexet, disturbet, vel inquietet, nec eis molestiam inferat aut gravamen. Hiis testibus: Venerabili patre *B.* Archiepiscopo *Cantuar. Richardo* Comite *Cornub. Rogero Bigod* Comite *Norfolch.* & Marescallo *Anglia, Johan. de Plessetis* Comite *Warr. Petro de Sabaud. Johanne* filio *Galfridi* Justic. nostro *Hibernia, Petro Chaceport* Archidiacono *Well.* Magistro *Willielmo de Killkenny* Archidiacono *Coventren. Petro de Rawll. Henrico de Wengham, Radulpho* filio *Nicholai, Bertramus de Croiell, Johanne de Grey, Roberto Wallerond, Barth. Pech. Stephano Banton, Willielmo de Grey, Nicholao de Sancte Manre,* & aliis. Dat. per manum nostrum apud *Portesmuth* quinto die *Julii,* Anno Regni nostri Tricesimo septimo. Nos autem confirmationem, declarationem, innovationem & concessionem prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris Ecclesiæ Decano & Capitulo prædictis concedimus & confirmamus, sicut Carta prædicta rationabiliter

biliter teſtatur. Hiis teſtibus, Venerabilibus Patribus *R. Cantuar.* Archiepiſcopo, *W. Coventr. & Lichfield* Epiſcopo, & *Johanni de Britann.* juniore, *Hugone le Diſpenſer*, *Roberto* filio *Rogeri*, *Johanne de Sulley*, *Roberto de la Ward* Seneſcallo Hoſpitii noſtri, *Edmundo de malo Lacu*, et aliis. Dat. per manum noſtram apud *Kennington* 20 die *Maii*. *An.* 33 *E.* 1

Such ample Liberties did the Dean, Chapter and Canons of *York* procure from our Kings, to the prejudice of their Crowns and Revenues, out of their reverence to St. *Peter*, who then kept his reſidence in his Chair and Church at *York*, not at *Rome* it ſelf, to which Popes would ſeem to confine it, though they reſided elſewhere, as Pope *Clement* did now at * *Burdeaux*. +Here p. 1065.

The King likewiſe iſſued this Writ for the reſtoring of a Malefactor who fled to the Churchyard and Altar of *Whitegifte* in *York* Dioceſſe, and was violently pulled out of it and impriſoned, under pretext of preſerving the Liberties of the Church.

REX Vic. *Eborum* ſalutem. Ex inſinuatione dilectorum nobis in Chriſto Decani & Capituli Eccleſiæ beati *Petri Eborum* Cuſtodum Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Eborum* ſede vacante accepimus, quòd cum *Willielmus* filius *Richardi* de *Whitegift* Dioc. *Eborum*, occaſione cujuſdam tranſgreſſionis per ipſum contra pacem noſtram factæ ut dicitur, **ad aream de** *Whitegifte* **quæ eſt Cimiterium Deo dedicatum confugiſſet, ut per libertatem et immunitatem eccleſiaſticam ibidem tuerí poſſet et ſalvari**, quidam homines ipſum *Willielmum* ſic fugientem inſequentes, et infra idem Cimiterium exiſtentem, **vi et armis ab eodem extrarerunt, et ipſum ſic extractum vinculis ligaverunt, et ſic ligatum ad priſonam caſtri noſtri** *Eborum* **duxerunt, qui quidem** *Willielmus* **occaſione illa et non alia in priſona prædicta detinetur, ut dicitur, in eccleſiaſticæ libertatis leſionem manifeſtum**: per quod iidem cuſtodes nobis humiliter ſupplicarunt, ut in præmiſſis apponere vellemus remedium oportunum: **Nos itaque libertatem eccleſiaſticam et ejus immunitatem illæſas conſervare et manutenere volentes, ut tenemur**, tibi præcipimus, quod ſi tibi conſtare poſſit præmiſſa vera eſſe, **tunc præfatum** *Willielmum* **a prædicta priſona liberari, et ſub ſalvo et ſecuro conductu ad Cimiterium prædictum a quo extractus fuit, reduci, et in eundem ſtatum reponi fac. quo extiterat tempore extractionis ſuprædictæ.** Teſte Rege apud *Reyle* 18 die *Auguſti*. Claus. 33 E. 1. m. 7 De homine extracto de eccleſia ad eccleſiam reducendo.

The King out of his Eccleſiaſtical Soveraignty and Piety granted the Tithes and Appropriations of all his new Aſſarts within his Foreſt of *Dene* which were extraparochial, to the Biſhop of *Landaff*, to augment his over-ſmall Biſhoprick, and maintain a Chauntry in the Church of *Newland*.

REX Omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod ad emendacionem Epiſcopatus *Landavenſis*, qui nimis exilis eſſe dinoſcitur, necnon in ſubvencionem ſuſtentacionis cujuſdam Capellani divina pro anima noſtra et animabus anteceſſorum noſtrorum ſingulis diebus celebrantis et imperpetuum celebraturi in Eccleſia omnium Sanctorum de la *Newlande* infra Foreſtam noſtram de *Dene*, quam venerabilis Pater *Johannes* Epiſcopus prædicti Epiſcopatus tenet ſibi et ſuis Succeſſoribus *appropriatam, conceſſimus eidem Epiſcopo pro nobis et hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, quod ipſe & ſucceſſores ſui Epiſcopi ejuſdem loci **omnes Decimas de aſſartis intra foreſtam prædictam de novo aſſartatis et aſſartandis provenientes, percipiant et habeant Eccleſiæ ſuæ de la** *Newlande* **prædictæ, quas ad eandem Eccleſiam volumus imperpetuum pertinere, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque; Dum tamen aſſarta predicta extra limites cujuſcumque parochiæ exiſtant.** In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Weſtm.* 20 die *Marcii*. Pat. 33 E 1. m. 14. Pro Epiſcopo Landavenſi. * See p. 1112.

Per ipſum Regem & petitionem de conſilio. **Dupp.**

The like Grant and Appropriation of extraparochial Tithes of Aſſarts within the Foreſt of *Sherwood*, the King made this year to the Prior of *Felleye* by this Patent.

An. 33 *E.*1.

Pat. 33 E 1. m. 6. Pro Priore de Felleie.

REX, Omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod ad emendationem ſtatus Prioris et Canonicorum regularium Prioratus de *Felleye* in Com. *Nottingham* qui exilis eſſe dinoſcitur, & ut prædicti Prior et Canonici numerum fratrum ſuorum commodius augere, et curis ſecularibus prætermiſſis eo diligencius et quiecius poſſint divinis obſequiis inſiſtere, ut tenentur, conceſſimus pro nobis et hæredibus noſtris intuitu caritatis prædictis Priori et Canonicis, quod ipſi et ſucceſſores ſui omnes decimas de aſſartis noſtris bayarum de *Lyndeby*, *Rumwod*, & *Willeye* infra foreſtam noſtram de *Shirewode* noſtro tempore aſſartatis provenientes, percipiant et habeant Eccleſiæ ſuæ Prioratus ſui prædicti de noſtra eleemoſina, appropriatas imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunque, dum tamen bayæ prædictæ infra limites alicujus parochiæ non exiſtant. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtm.* 15 die *April.*

Per ipſum Regem.

The King likewiſe of piety, for encouragement of Miniſters, ordered the Tithes of his Mills in *Holderneſſe* to be paid to the Parſons of all Pariſh Churches wherein they were, as the Nobles and others there uſed to pay them.

Cl. 33 E 1. m. 4. De Decimis dandis de molendinis Regis in Holderneſſe.

REX dilecto ſibi *Ricardo Oyſel*, Ballivo ſuo de *Holderneſſe*, ſalutem. Mandamus vobis, quod de exitibus molendinorum noſtrorum in Balliva veſtra faciatis Decimas dari perſonis Eccleſiarum in quarum parochiis molendina illa exiſtunt, prout alii Magnates de regno noſtro, ac homines partium illarum Decimas dant de exitibus molendinorum ſuorum. Et nos vobis inde in compoto veſtro ad Scaccarium noſtrum debitam allocationem fieri faciemus. T. R. apud *Weſtm.* 20 die *Octobris.*

Per breve de Privato Sigillo.

In like manner he iſſued this Writ for payment of Tithes of Agiſtments of all cattle, and of Colts, out of the Park of *Ryſebergh*, to the Abbot of *Nuttele.*

Clauſ. 33 E 1. m. 9. Pro Abbate de Nuttele.

REX Ballivis *Margaretæ* Reginæ *Angl.* Conſortis noſtræ, de *Ryſebergh* ſalutem. Quia accepimus per inquiſicionem quam per Vic. noſtrum *Bnk.* fieri fecimus quod dilectus nobis in Chriſto Abbas de *Nuttele* perſona Eccleſiæ de *Ryſebergh*, ac prædeceſſores ſui Abbates ejuſdem loci, & perſonæ Eccleſiæ prædictæ, à tempore quo non extat memoria, tàm tempore *Ricardi* de *Alemannia* dudum Comitis *Cornubiæ*, quàm tempore *Edmundi* nuper Comitis, ibidem percipere & habere conſueverunt decimam tam pullanorum ipſorum *Ricardi* et *Edmundi*, quam aliorum in Parco de *Ryſebergh* pullinatorum, quam denariorum de agiſtamento de quibuſcumq; animalibus in eodem Parco facto provenientium, quouſque perſona *Lumbard.* & *Willielmus Beauſamis* Cuſtodes equicii noſtri, poſtquam dictum Manerium ſimul prædicto Parco per mortem præfati *Edmundi*, ad manus noſtras devenit præfatum Abbatem quo minus dictam decimam percipere et habere poſſet impediverunt, per quod vos poſtquam dicta Manerium & Parcum præfatæ Conſorti noſtræ aſſignavimus dictum Abbatem ſuper hoc ſimiliter impedivi ſtis, et adhuc impeditis. Nos nolentes quod eidem Abbati injurietur in hac parte, Vobis mandamus, quod prædictum Abbatem decimas prædictas in Parco prædicto percipere et habere permittatis, prout ipſe et prædeceſſores ſui prædicti eas temporibus retroactis percipere et habere conſueverunt. T. R. apud *Cantuar.* 6. die *Julii.*

Per petitionem de Conſ.

What Penſions the King and Queen too then claimed for their Clerks from Abbots and Biſhops newly created, or to be created by the King, theſe Records will inform us.

Clauſ. 33 E 1. m. 22. Pro Ricardo de Berland Clerico.

MEmorandum, quod Dominus Rex 6. die *Januarii* ad requiſitionem Magiſtri *Willielmi de Grenefeld* tunc Cancellarii ſui, conceſſit quantum in ipſo fuit *Ricardo de Byrland* Clerico de Cancellaria, penſionem annuam quam futurus Abbas de *Muchelny* ratione novæ creationis ſuæ dare teneretur uni de Clericis Regis; & poſtmodum *Johannes de Gouele* Theſ. Reginæ nunciavit Cancellar. quod eadem Regina

na similiter concessit quantum in ipsa fuit prædicto *Ricardo* pensionem antedictam. *An.* 33 *E.* 1.

MEmorandum, quod Rex ad instanciam *Margar.* Reginæ *Angliæ*, Consortis suæ, concessit *Willielmo de Leycestr.* Clerico gratiam ad ipsum Regem pertinentem, ratione novæ creacionis futuri Prioris Prioratus de *Merton*, nunc vacantis et in manu sua existentis. Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimoquarto die *Octobris*. Clauſ. 33 E 1. m. 5. dorſo Pro Willielmo de Leyc.

REX venerabili in Christo Patri *J.* eadem gracia *Linc.* Episcopo, salutem. Promocionem dilecti Clerici nostri *Edmundi de Dymeton* prætextu diutini & laudabilis servicii quod idem *Edmundus* in partibus *Vascon.* non sine magnis laboribus & expensis nobis impendit, specialiter affectantes, vestram Paternitatem affectuosè requirimus & rogamus, quatinus eidem *Edmundo* de proximo vacatura præbenda in Ecclesia vestra *Lincoln.* providere velitis, intuitu caritatis nostrique rogaminis interventu, præfatum *Edmundum* tali & tam benigno favore in hac parte ad nostram instanciam prosequentes quod vobis pro ipso grates speciales reddere teneamur, eidem *Edmundo* aliquam decentem et honestam pensionem percipiendam singulis annis de camera vestra, quousque sibi de præbenda pro ipso competenti in Ecclesia vestra prædicta, juxta rogatum nostrum duxeritis provid. per vestras patentes literas concedendo. Et quid ad has preces nostras duxeritis faciendum nos reddatis per vestras literas certiores. Dat. apud *Westm.* 30 die *Marcii*.
Per ipsum Regem, & petitionem de Consilio. Clauſ. 33 E 1. m. 17. dorſo. Pro Edmundo de Dymeton.

The King by his Ecclesiastical Prerogative (according to the manner and devotion of that age) commanded Prayers and Masses to be made for the soul of *Joan* late Queen of *France*, by these ensuing Writs to the Archbishop and other Prelats.

REX Venerabili in Christo Patri *R.* eadem gratia Archiepiscopo *Cantuar.* totius *Angliæ* Primati salutem. Deus omnium conditor & creator, qui cœlestis profunditate consilii ordinat, vocat, disponat & revocat subjectas suæ providenciæ creaturas, sereniſſimam consortem *Philippi* Regis *Franc.* illustris Consanguinei nostri kariſſimi, *Johannam* quondam Reginam *Franciæ* ab hoc seculo, prout sibi placuit evocavit. Cum igitur opus sanctum et salubre censeatur pro defunctis, ut a peccatorum solbantur nexibus exorare, Paternitatem vestram affectuose requirimus et rogamus, quatinus ipsius *Johannæ* exequias debote et solempniter celebrantes, ejus animam cum decantacione missarum aliisque devotarum orationum suffragiis ipsi altissimo specialiter commendetis, ipsamque ab universis et singulis, Religiosis et aliis personis ecclesiasticis, subditis vestris, per totam vestram diocæsim adjubari similiter per hujusmodi suffragia faciatis. Quæsumus autem, ut de missarum numero et aliarum orationum suffragiis quæ pro præfata *Johanna* mandaveritis seu injunxeritis facienda, per vestras literas nos curetis quamcicius vobis inde constiterit, reddere certiores; ut vobis ad grates & gratias ob præmissa teneri meritò debeamus. Teste Rege apud *Westm.* 13. die *Aprilis*.
Eodem modo scribitur subscriptis, viz. *J. Karliolensi*, &c. Clauſ. 33 E 1. m. 16. dorſo. De orando pro anima Johannæ quondam Reginæ Franciæ.

REX dilecto sibi in Christo —— Abbati Sancti *Augustini Cantuar.* salutem. Deus omnium conditor, *&c. ut supra.*
Consimiles literæ diriguntur Abbatibus subscriptis, videlicet, Abbati de Sancto *Edmundo*, and sundry others mentioned in the Roll.

The like Writ he issued this year for Prayers and Masses to be made for *Blanch* late Dutchesse of *Austria* deceased.

REX Venerabili in Christo Patri *R.* eadem gratia Archiepiscopo *Cantuar.* totius *Angliæ* Primati salutem. Cum opus sanctum et salubre censeatur pro defunctis, ut a peccatorum salvantur nexibus exorare; paternitatem vestram affectuose requirimus et rogamus, quatinus exequias nobilis Dominæ *Blanchiæ* quondam Duciſſæ *Austriæ*, et sororis *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, Consortis nostræ kariſſimæ Cl. 33 E 1. m. 12. dorso. De orando pro anima Blanchiæ quondam Duciſſæ Austs.

An. 33 *E.* 1. kariſſimæ; quam quidem Duciſſam, Deus prout ſibi placuit, ab hoc ſeculo evocavit, debote et ſolempniter celebrantes, ejus animam cum decantacione miſſarum, aliiſq; debotarum orationum ſuffragiis ipſi Altiſſimo ſpecialiter commendetis, ipſamque ab univerſis et ſingulis Religioſis et aliis perſonis Eccleſiaſticis ſubditis veſtris per totam veſtram Dioc. faciatis ſimiliter commendari. Teſte Rege apud *Kenyngton.* 26 die *Marcii.*

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis, videlicet *J. Karliolenſi, J. Norwycenſi, J. Elyenſi, R. Wyntonienſi, J. Roffenſi, A. Dunolmenſi, Thomæ Exonienſi, S. Sarum, W. Wygorn. R. Herefordenſi, W. Bathonienſi & Wellenſi, W. Coventr. & Lychf. A. Aſſavenſi, A. Bangorenſi, D. Menevenſi, J. Landavenſi* Epiſcopis, Electo *Lond.* Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Eborum* ſede vacante, & Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatus *Cyceſtr.*

REX dilecto ſibi in Chriſto Abbati S. *Aug. Cantuar.* ſalutem. Cum opus ſanctum, &c. veſtram amicitiam affectuoſè requirimus, &c. *ut ſupra,* commendetis & faciatis, &c.

Conſimiles literæ diriguntur Abbatibus ſubſcriptis, viz. Abbati de Sancto *Edmundo,* Ab. de S. *Albano,* Ab. de *Waltham,* Ab. *Weſtm.* &c. Teſte ut ſupra.

How the King by his Prerogative exempted Clerks from reſidence on their benefices, imployed continually in his ſervice, theſe Writs will inform us.

Cl. 33 E 1. m. 22. De reſidencia non facienda.

Mich. de Eſton-Croks Perſona Eccleſiæ de *Kelleneden,* qui per præceptum Regis obſequiis in Garderoba Regis jugiter intendit, habet literas Regis Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatus *London.* quod non compellatur ad reſidentiam perſonalem in dicto beneficio ſuo faciendam. Teſte Rege apud *Linc.* 5. die *Januarii.*

Cl, 33 E 1. m. 15. dorſo. Pro Magiſtro Roberto de Pykering, Clerico.

REX, *&c.* dilectis ſibi in Chriſto Capitulo *Eborum* ſalutem. Cum nuper per breve noſtrum mandaverimus dilecto Clerico noſtro Magiſtro *Roberto de Pykering* Confratri & Concanonico veſtro, quod omnibus aliis prætermiſſis *London.* perſonaliter accederet, ita quod eſſet ibidem die Veneris proxima poſt *Octabas Purificationis* beatæ *Virginis* proximo præteritas, cum illis de conſilio noſtro quos tunc inveniret ibidem, ſuper quibuſdam arduis negotiis Nos et ſtatum regni noſtri tangentibus colloquium habiturus; & promiſerimus eidem Magiſtro *Roberto,* quod ipſum interim ſuper reſidencia ſua in Eccleſia veſtra prædicta indempnem faceremus per omnia conſervari; ac idem Magiſter *Robertus* ad mandatum noſtrum prædictum *London.* acceſſerit, & ibidem pro negociis Nos & ſtatum regni noſtri tangentibus cum cæteris de Conſilio noſtro per præceptum noſtrum moram traxerit uſque modo. Nos ipſius Magiſtri *Roberti* indempnitati in hac parte cupientes proſpicere, ut tenemur, Vos affectuoſe requirimus et rogamus, quatinus eundem Magiſtrum *Robertum* pro tempore quo ad mandatum noſtrum ab Eccleſia veſtra prædicta taliter abſens fuerit, juxta promiſſionem noſtram prædictam indempnem noſtri intuitu conſervantes hujuſmodi, abſenciam ſuam pro reſidencia teneatis; Ita quod vobis ex hac cauſa grates ſpeciales reddere teneamur. Teſte Rege apud *Weſtm.* 6 die *Aprilis.* Which he might have diſpenſed with by his abſolute Regal power, without any ſuch entreaty.

He alſo this year granted the Chappel of St. *Croſſe,* upon condition of the Chaplains perſonal reſidence to officiate every day therein.

Pat. 33 E 1. pars 2. m. 14. intus. De Capella data.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod caritatis intuitu dedimus & conceſſimus dilecto nobis in Chriſto fratri *Thomæ de Netherton* Capellano, Capellam noſtram *Sanctæ Crucis* in Foreſta noſtra de *Whichewode* vacantem, & ad noſtram donacionem ſpectantem: Habendam cum omnibus ad Capellam illam ſpectantibus; ita quod ibidem perſonaliter reſideat, et in eadem Capella ſingulis diebus horas canonicas dicat, miſſamque celebret, prout per alios Capellanos qui capellam prædictam hactenus habuerunt fieri conſuevit. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Shene,* primo die *Octobris.*

In

In like manner the Abbeſſe of *Wherewell* bound by a new Conſtitution to perpetual reſidence within that houſe with her Nuns; had this Writ to make an Attorny upon that account. *An.* 33 *E.* 1.

ISabella Abbatiſſa de *Wherewell* quæ moratur in domo ſicut aliæ Abbatiſſæ, ac Moniales ejuſdem ordinis juxta conſtitutionem nobam inde factam ſuo perpetuo manent incluſæ, habent literas Regis Attorn. ſub nominibus *Roberti de Cormaylles*,& *Johannis de Swyltenham*, duratur. per unum annum. Teſte Rege apud *Reylegh* 17 die *Aug.* Pat. 33 E 1. pars 2. m. 14. De Attorn.

That ſome *Roman* Cardinals had at this time 2. Prebendaries or more in Cathedral Churches in *England*, and yet reſided in neither, appears by this Recerd.

NEapoleo Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis, præbendarius præbendæ de *Suthcane* in Eccleſia beati *Petri Ebor.* & præbendæ de *Sutton* in Eccleſia beatæ *Mariæ Lincoln.* in Cur. *Romana* commorans, habet literas *R.* de Attornato ſub nominibus *Galfridi de Pinno* & *Johannis Rychy de Florencia*, &c. In cujus, &c. per biennium duraturas præſ. T. R. apud *Berkynggs* 21 die *Septemb.* Ibid. De Attorn.

The Archdeacon of *Canterbury* excomunicating divers of the ſervants of the Abbot of St. *Auguſtines*, for collecting the fruits of vacant Benefices belonging to the Abby, as they uſed time out of mind, which the Archdeacon pretended to belong to him; from which ſentence the Abbot and they appealed as unjuſt; the King thereupon granted this *Superſedeas* to the Writs *De Excommunicato capiendo* iſſued againſt them.

REX Vic. *Kanciæ* ſalutem. Monſtravit nobis dilectus nobis in Chriſto — Abbas Sancti *Auguſtini Cantuar.* quod cum cuſtodia Eccleſiarum de advocatione ipſius Abbatis, necnon et perceptio fructuum earundem Eccleſiarum per homines ejuſdem Abbatis colligendorum cum ipſas Eccleſias vacare contigerit, a tempore vacacionis earundem quouſque plenæ fuerint et conſultæ, ad ipſum Abbatem de jure et conſuetudine pertineant, & idem Abbas & prædeceſſores ſui Abbates ejuſdem loci cuſtodiam Eccleſiarum ſic vacancium habuerint,& fructus per homines ſuos ad hoc deputatos collegerint & habuerint a tempore quo non extat memoria, *Johannes de Langeton* Archidiaconus *Cantuar.* aſſerens fructus Eccleſiarum prædictarum infra Archidiaconatum prædictum ſic vacancium, ad ipſum pertinere, *Ricardum le Creour* de *Cantuaria*, *Thomam* fil. *Johannis de Wynelesburgh*, *Thomam Appelgar*, *Willielmum de Nyton*, *Thomam Sprot*, *Ricardum Godefrey*, *Willielmum Burgeys*, *Johannem de Berton*, *Willielmum Lamb*, *Ricardum le Fullere*, *Rogerum Sprot*, *Michaelem* fil. *Willielmi de Wynelesbergh* de *Beltham*, & *Simonem Romyng* ſervientes ipſius Abbatis, & per ipſum Abbatem ad fructus Eccleſiæ de *Wynelesbergh* quæ eſt de advocatione ejuſdem Abbatis nuper vacantis colligendos deputatos, excommunicabit: per quod nos nuper ad requiſitionem venerabilis patris *R. Cantuar.* Archiepiſcopi nobis per literas ſuas patentes ſignificantis, quod prædicti *Ricardus*, *Thomas*, *&c.* & *Simon* ſunt excommunicati, nec ſe volunt per cenſuram Eccleſiaſticam juſticiari; Tibi præcepimus, quod prædictos *Ricardum*, *Thomam*, *&c.* & *Simonem* per corpora ſua ſecundum conſuetudinem *Angliæ* juſticiares, donec Sanctæ Eccleſiæ tàm de contemptu quàm de injuria ei illata ab eis eſſet ſatisfactum. Cumque idem Abbas pro ſe & prædictis *Ricardo*, *Thoma*, *&c.* ac aliis ſibi in hac parte adhærentibus, a ſententia prædicta tanquam ab iniqua ad ſedem Apoſtolicam legitime appellaverit, et appellacionis illius negocium proſequatur, ut intellexerimus,cum effectu: Nos nolentes quod prædictis *Ricardo*, *Thomæ*, *&c.* & *Simoni* per prædictum breve via præcludatur quo minus appellacionis prædictæ negocium proſequi poſſint, maxime cum hujuſmodi breve de gracia noſtra procedat, et appellancium ſtatus integer eſſe debeat: Tibi præcipimus, quod executioni brevis noſtri tibi inde directi faciendæ ſuperſedeas pendente appellacionis negocio ſuprædicto, vel donec aliud à nobis inde habueris in mandatis: Et ſi prædictos *Ricardum*, *Thomam*, *&c.* & *Simonem*, vel eorum aliquem ea occaſione ceperis, tunc ipſos à priſona qua ea occaſione detinentur ſine dilatione deliberes in forma prædicta. Teſte Rege apud *Weſtm.* 7. die *Aprilis.* Cl. 33 E 1. m. 16. Pro Abbate S Auguſtini Cant.

What

An. 33 E 1. What Theeves and Apostates some Monks proved in that age, this Record will evidence.

Pat. 33 E 1. pars 2. m. 15. De pardonacione transgressionis pro fratribus Minoribus Exon.

REX omnibus Ballivis & fidelibus suis ad quos, *&c.* salutem. Sciatis, quod cum frater *Nicholaus de Sardekyn* de *Bristoll*, qui de Conventu fratrum Prædicatorum de *Exon.* nuper erat, per assensum et auxilium fratris *Stephani de Exon.* de dicto Conventu quandam partem de denar. dilecti & fidelis nostri *Gilberti de Knovill* in domo ipsorum fratrum apud *Exon.* depositis, a domo illa jamdiu aspostasset, et se exinde cum dicta pecunia elongasset; Ita quod aliquo tempore postmodum non potuit, ut dicitur, inveniri; & cæteri fratres de Conventu prædicto præfatum *Stephanum* subsequenter pro quodam delicto contra ordinis sui regulam commisso, in carcerem sive custodiam detrusissent, juxta ordinis illius exigenciam castigandum: Ac fratres *Johannes de Loc levicil*, *Robertus de Otery*, *Willielmus de Reigny* qui diversis vicibus fuerunt ibidem Priores, & cæteri fratres de Conventu predicto coram dilectis & fidelibus nostris *Willielmo Martyn*, & sociis suis Justiciar. nostris ad diversas felonias & transgressiones in Com. *Devon.* audiendas & terminandas assignatis, jam sint de receptamento prædicti fratris *Stephani* & non de aliqua transgressione alia indictati, prout accepimus ex testimonio fratris *Roberti de Bromyerd* Prioris Provincialis in *Angl.* & *Hugonis de Manceștr.* de ordine memorato. Nos ob amorem & bonam voluntatem quos ad dictum Ordinem gerimus, & habemus, & per testimonium prædictorum fratrum *Roberti* & *Hugonis* firmiter credentes, quod prædicti fratres *Johannes*, *Robertus de Otery*, *Willielmus de Reigny*, & alii de Conventu prædicto præfatum fratrem *Stephanum* pro dicto crimine, si illud commisissent, concelando, seu alio malo modo minime receptarunt; pardonavimus eis transgressionem prædictam quatinus ad nos pertinet, aut pertinere poterit occasione facti & receptamenti prædictorum; Ita quod prædicti fratres seu aliqui vel aliquis de Conventu prædicto occasione facti seu receptamenti prædictorum non molestentur in posterum in aliquo seu graventur. In cujus, &c. T. R. apud *Bures* 11 die *Aug.*

Per Breve de privato sigillo.

There were several partial purgations this year of Clerks indicted for murders, robberies, burning of houses, receiving of Felons; who were delivered out of prison, and their goods restored to them again, by several certificates of Archbishops and Bishops, as the * *Clause Roll* of this year attests, to the great incouragement of Malefactors

* Claus. 33 E 1. m 7, 8, 22.

What a Sovereign Ecclesiastical Jurisdiction the King this year exercised in granting Licenses to Bishops and Abbots to appropriate Churches to them and their Successors, and fine those who presumed to appropriate them without his special License, these Records will inform us.

Pat. 33 E. 1. m. 13. intus. pro J. Episcopo Karliolensi.

REX Omnibus ad quos, *&c.* salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus et dedimus licenciam pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, venerabili in Christo Patri *Johanni* Episcopo *Karlioli*, quod ipse Ecclesiam de *Roubury* quæ est de advocatione sua propria, sibi et Ecclesiæ suæ beatæ *Mariæ Karliol.* in proprios usus perpetuo possidendam appropriare, et eam sic appropriatam tenere possit sibi et successoribus suis Episcopis ejusdem loci imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum Justic. Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque. In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Westm.* 20 die *Marcii.* *Per ipsum Regem.*

Pat. 33 E. 1. pars 1. m. 11. intus. Pro Priore de Boulton in Craven.

REX Omnibus ad quos, *&c.* salutem. Sciatis quod per finem quem dilectus nobis in Christo Prior de *Boulton* in *Cravene* fecit nobiscum coram venerabili Patre *W. Coventr. & Lychf.* Episcopo Thesaurario nostro, pardonavimus eidem Priorii & Conventui ejusdem loci transgressionem quam fecerunt appropriando sibi et Ecclesiæ suæ de *Boulton* Ecclesiam de *Carleton* et *Cravene*, quæ est de advocatione sua propria ut dicitur, in proprios usus imperpetuum possidendam, nostra ad hoc licentia non optenta, & concessimus pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est prædictis Priori et Conventui, quod ipsi et successores sui prædictam Ecclesiam de *Carleton* sic appropriatam in propros usus retinere possint sibi et Ecclesiæ

suæ

ſuæ de *Boulton* prædictæ imperpetuum ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum Juſtic. Eſc. Vic. aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque, ſtatuto noſtro de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Weſtm.* primo die *Aprilis.* *An.* 33 E. 1.

The King granted this Licenſe, Safe-conduct and Protection to the Biſhop of *Sodor*, to viſit the Churches within his Juriſdiction within the Iſle of *Inchegal.*

REX Omnibus Ballivis et fidelibus ſuis ad quos, *&c.* ſalutem. Cum venerabilis Pater *Alanus* Epiſcopus *Sodorenſis* ad partes Inſularum de *Inchegal* **cauſa viſitacionis ſuæ et ad officia Epiſcopalia ibidem exercenda de licencia noſtra jam accedat,** vobis mandamus, quod eidem Epiſcopo aut hominibus ſuis in eundo ad partes prædictas, ibidem morando, et exinde redeundo non inferatis vel quantum in vobis eſt inferi, permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen, ſet ejus pocius ſalvum et ſecurum conductum noſtri contemplacione habere faciatis quociens opus fuerit, et ab ipſo Epiſcopo ex parte noſtra ſuper hoc fueritis requiſiti. In cujus, *&c.* per unum annum duraturas. Teſte Rege apud *Weſtm.* 26 die *Marcii.* *Per ipſum Regem nuncup.* A. Dunolm. *Epiſcopo.* Pat. 33 E. 1. pars 1. intus. De conductu.

The Marriage propounded by Pope *Boniface*, and ſollicited by his Succeſſor, being compleated between King *Edward* and *Margaret* Siſter of the King of *France*, in order to ſettle a Peace between them, the King iſſued this Patent in augmentation of her Dower, made by him at the Church door when he eſpouſed her.

REX Omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum felicis recordacionis *Bonifacius* divina providencia nuper Sanctæ *Romanæ* ac univerſalis Eccleſiæ ſummus Pontifex in quem ſuper pace inter nos et Regem *Franciæ* reformanda, ſuper diſcordiis et guerris inter nos et ipſum racione quacumque nuper exortis, ſub certis formis ex modis ex parte noſtra et ipſius Regis fuerat compromiſſum, inter cætera quæ in pronunciationis ſuæ ſerie continetur, **ex virtute dicti compromiſſi ordinaſſet,** *quod matrimonium inter nos &* Margaretam *ſororem prædicti Regis* Franciæ *contraheretur ſub certis condicionibus atque pœnis, & quod dotalicium ad valorem quindecim Milium librarum* Turonenſium *in terris & tenement. in locis competentibus per nos aſſignaretur eidem.* Noſque dotalicium prædictum de tribus Milibus libratarum terræ monetæ *Turonen.* augmentaverimus de noſtræ **propria et libera voluntate,** et ad præmiſſa in omnibus et ſingulis adimplenda nominaverimus et aſſignaverimus eidem *Margaretæ* certa Caſtra, Civitates, Villas, Honores, Burgos, Firmas, Maneria, Hundreda, et alia loca diverſa **de quibus eam dotavimus ad oſtium Eccleſiæ quando eam deſponſavertimus,** prout in litteris noſtris patentibus eidem *Margaretæ* inde confectis plenius continetur: Nos honorem et ſtatum ipſius *Margaretæ* uberius reſpicere volentes, dotalicium prædictum de duobus Milibus libratarum terræ monetæ prædictæ jam duximus augmentandum, ita quod in univerſo habeat in dotem ſeu dotalicium terras et tenementa uſque ad valorem viginti Milium librarum *Turonenſ.* annuatim, quatuor *Turonenſ.* pro uno *Sterlingo* computandis. Et in valorem dictarum duarum Milium librarum *Turonenſ.* nominavimus et aſſignavimus eidem *Margaretæ* Maneria, Villas, Firmas et Hundredum ſubſcripta, videlicet, Villam de *Kingeſthorpe* cum pertin. in Com. *Northampton* in valorem ſexaginta librarum *Sterlingorum,* Manerium de *Eſton.* cum pertin. in eodem Com. in valorem quadraginta librarum, Manerium de *Kingeſclive* cum pertin. in eodem Com. in valorem ſexaginta et duarum librarum, Manerium de *Briggeſtock* cum pertin. in eodem Com. in valorem quadraginta et unius librarum et decem ſolidorum, viginti et quinque libras de Firma quam *Lawrencius* de *Falwele* in eodem Com. in valorem undecim librarum ſexdecim ſolidorum et octo denariorum, Manerium de *Esongebenyngton* cum pertin in Com. *Lincoln.* in valorem centum et ſexaginta librarum, Villam de *Grymesby* cum redditibus et omnibus aliis pertin. ſuis in eodem Com in valorem quinquaginta librarum, et quinquaginta libras de firma quam homines de Soca de *Caſtro* reddunt per annum in eodem Com. Habenda et tenenda eidem *Margaretæ* in augmentacionem dotis ſuæ prædictæ quoad vixerit, adeo integrè et liberè Pat. 33 E. 1. pars 2. m. 19. intus. Pro Regina.

Anno 33 *E.* 1 liberè ſicut nos ea tenuimus. In cujus, *&c.* Data per manum noſtram apud *Banſtede* 30 die *Maii.* *Per Breve de Privato Sigillo. Duplicatur.*

The King by his Eccleſiaſtical Prerogative granted this Licenſe to the Biſhop of *Landaff* to * appropriate the Church of *Newland* to his Biſhoprick.

* See p. 1105.

Pat. 33 E. 1. m. 18. Pro Johanne Epiſc. Landavenſi.

REX Omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod caritatis **intuitu conceſſimus et licenc. dedimus pro nobis et hæredibus noſtris quantum in nobis eſt,** venerabili Patri *Johanni* Epiſcopo *Landavenſ.* quod ipſe Eccleſiam de *Nova terra* in Foreſta noſtra de *Dene Herefordenſ.* Dioceſis, cujus advocacionem habet ex donacione noſtra, **appropriare ſibi et Eccleſiæ ſuæ** *Landavenſ.* **et eam ſic appropriatam ſibi et ſucceſſ. ſuis Epiſcopis ejuſdem loci retinere et in proprios uſus habere poſſit imperpetuum ſine occaſione vel impedimento noſtri,** vel hæred. noſtrorum, Juſtic. Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Thetford* 9 die *Febr.* *Dupl.*

What Protections the King granted this year to ſuch who by his Licenſe repaired to or ſtaied in the Court of *Rome,* theſe Records will inform us.

Pat. 33 E. 1. pars 2. m. 12. intus.

MAgiſter *Willielmus de Grenefeld* Decanus Eccleſiæ Sanctæ *Trinitatis Ciceſtrenſ.* **qui de licencia Regis moratur in Curia** *Romana,* habet litteras Regis de protectione uſque ad Feſtum Natalis Domini proximo futurum cum clauſula volumus, *&c.* except. *&c.* & except. *&c.* præſ. *&c.* Teſte Rege apud *Shene* ſecundo die *Octob.*

Pat. 33 E. 1. pars 1. m. 17. intus. De protectione.

ROgerus *la Warre,* qui **pro Regis et regni negotiis ad Curiam** *Romanam* **profecturus eſt,** habet litteras Regis de protectione per unum annum duraturas, cum clauſula volumus, *&c.* except. & except. *&c.* præſ. *&c.* Teſte Rege apud *Cantuar.* 12 die *Julii.* *Per ipſum Regem.*

JOhannes *de Tany* qui cum præfato *Rogero* pro Regis & Regni negociis **Curiam** *Romanam* **profecturus eſt,** habet conſimiles litteras de protectione cum clauſula, *&c.* duraturas, ut ſupra. *Per teſtim. præfati Rogeri.*

Pat. 33 E. 1. m. 7. parte 1. De Attorn.

STephanus Prior de *Lewes* qui **de lic. Regis profecturus eſt ad Curiam** *Romanam,* habet litteras Regis de attorn. ſub nominibus fratris *Guichardi* de *Caro loco* commonachi ejuſdem Prioris & *Thoma de Holm,* duraturas per biennium, preſentibus, *&c.* Teſte Rege apud *Weſtm.* 7 die *Aprilis.*

Ibid. De protectione.

Idem *Stephanus* Prior *de Lewes* qui **de licencia Regis profecturus eſt ad Curiam** *Romanam,* habet litteras Regis de protectione ſimplices ſine clauſulis duraturas per biennium, præſentibus, *&c.* Teſte Rege ut ſupra. Dupl.

*Mat. Weſtm. An. 1305. p. 456. Godwins Catalogue. p. 387.

John de Langeton being elected and cofirmed Biſhop of *Ciceſter* after the death of *Gilbert de Sancto* * *Leopoldo, pater Orphanorum, conſolator mœrentium viduarum, in grabatis & in tuguriis decubantium pius & humilis viſitator, & inopum quàm divitum affluens recreator* (as few Biſhops were then or ſince) *cujus vitæ ſanctimoniam ſubſecuta mox crebra miracula proteſtantur)* the King thereupon this year iſſued this Writ for the reſtitution of his Temporalties.

Pat. 33 E. 1. pars 2. m. 17. intus. De reſtitutione temporalium.

REX dilecto ſibi *Waltero de Geddynges* Cuſtodi ſuo Epiſcopatus *Ciceſtrenſ.* ſede vacante, ſalutem. Cum venerabilis Pater *R.* Archiepiſcopus *Cantuar.* electionem nuper factam in Eccleſia Cathedrali *Ciceſtrenſ.* de diſcreto viro *Johanne de Langeton* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, cui priùs **regium aſſenſum adhibuimus et favorem, confirmaverit,** ſicut per literas patentes ipſius Archiepiſcopi nobis inde directas nobis conſtat. Nos confirmacionem illam acceptantes cepimus fidelitatem ipſius Electi, & temporalia Epiſcopatus prædicti prout moris eſt, reſtituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem Electo temporalia Epiſcopatus prædicti liberetis in forma prædicta. Teſte Rege apud *Dover* 16 die *Julii.*

Per breve de privato Sigillo

Et mandatum eſt Militibus, *&c.* In cujus, *&c.* Teſte ut ſupra.

Per breve de privato Sigillo.

This

This year *Henry de Merewell* being elected and confirmed Bishop of *Wynton* by the Kings royal assent, (not *Henry de Woodloke*, as * *Godwin* mistakes) the King issued this Writ for restitution of his Temporalties.

An. 23 E. 1.

* Catalogue of Bishops, p. 179.

REX dilectis & fidelibus suis *Nicholao Fermband* & *Roberto de Harghwedon* Custodibus suis Episcopatus *Wynton.* vacantis, & in manu nostra existentis salutem. Cum venerabilis pater *R. Cantuar.* Archiepiscopus, tocius *Angl.* Primas electionem nuper celebratam in Ecclesia Sancti *Swythini Wynton.* de fratre *Henr de Merewell* Priore ejusdem Ecclesiæ in Episcopum loci illius, cui prius Regium assensum adhibuimus et favorem confirmaberit, sicut per literas patentes ejusdem Archiepiscopi nobis inde directas nobis constat; Nos confirmationem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ipsius Electi, et temporalia Episcopatus prædicti, prout moris est, restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem Electo Temporalia Episcopatus prædicti liberetis, sicut prædictum est. Teste Rege apud *Westm.* 12 die *Marcii*, dupp.

Et mandatum est Militibus, &c. In cujus, &c. T. ut supra.

Pat. 33 E 1. m 26. intus. De restitucione temporaliu.

The King out of his charity granted this Patent to the Master and Brethren of St. *Thomas* of *Acon London*, to collect Alms in *England*, *Scotland*, *Ireland* and *Wales*, in pursuance of Popes Bulls formerly made unto them.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & omnibus Ballivis & aliis Christi fidelibus in *Anglia*, *Scocia*, *Hibernia* & *Wallia* ad quos, &c. salutem. Cum dilectis nobis in Christo Magistro & fratribus Domus Sancti *Thomæ* Martyris de *Acon London.* a diversis Summis Pontificibus sit indultum, quod ipsi vel eorum procuratores aut nuncii semel in anno recipiantur in Ecclesiis ad fidelium eleemosinas colligend. propter quod iidem Magister & fratres ad loca diversa pro hujusmodi eleemosinis colligendis procuratores & nuncios suos mittant. Nos dilectum Clericum nostrum Magistrum *Edmundum de London.* Magistrum domus, necnon & fratres ejusdem Domus & alios procuratores & nuncios quos loco suo assignare voluerint, ad præmissa facienda, homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones Domus illius in protectionem & defensionem nostram suscepimus speciales, vobis Ballivis nostris præcipientes, quod ——— &c. *vos eciam prælatos requirimus & rogamus, &c. Ita quod à Deo possitis ex hac causa meritum reportare, &c. Et quia intelleximus quod quidam malivoli se per Magistrum & fratres Domus prædictæ falso advocantes, nomine ipsorum Magistri & fratrum eleemosinas in diversis locis colligunt, &c. prout aliàs in casu consimili fieri consuevit. In cujus, &c. per triennium duraturas. T. R. apud Sanctum *Albanum*, 5. die *Maii*.

Pat. 33 E 1. pars 1. m 2. Pro Magistr. & fratribus Domus S. Thomæ Martyris de Acon London.

* As here, p. 1013.

This year the King granted the Custody of the Temporalties of the Abbey of St. *Benedict de Hulmo* during the vacancy for a certain rent, as he did to sundry *others before in the same form.

*Here, p. 1042 1043.

REX, &c. (*as before, in that to St.* Edmunds *usque ibi.*) Reddendo nobis et hæredibus nostris pro qualibet vacacione Abbaciæ prædictæ sive duraverit per quatuor menses, sive per minus tempus ducentas marcas infra eosdem quatuor menses. Et si forte vacacio Abbaciæ illius duraverit ultra quatuor menses, tunc prædicti Prior et Conventus pro proximis quatuor mensibus integris sequentibus, si tanto tempore duraverit, solvant nobis et hæredibus nostris ducentas marcas: et sic pro quibuslibet quatuor mensibus integris post primos quatuor menses durante vacacione prædicta ducentas marcas. Et si ultra quatuor menses integros duraverit minori tempore quam per quatuor menses, tunc pro illo minori tempore de dictis ducentis marcis pro rata temporis illius proporcionaliter nobis solvant. Et volumus et concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Prior & Conventus et eorum successores imperpetuum habeant & teneant custodiam Abbaciæ prædictæ singulis temporibus vacacionum ejusdem in forma prædicta; ita quod nullus Vicecomes, Escaetor, seu quicumque alius Ballivus vel Minister noster vel hæredum nostrorum de custodia Abbaciæ prædictæ, seu Cellarum suarum, Maneriorum, aut aliarum rerum seu bonorum quorumcumque ad dictam Abbaciam seu Cellas su-

Pat. 33 E 1. pars 2. m. 23. intus. Pro Abbate Sancti Benedicti de Hulmo.

An. 33 *E.* 1. as ſpectancium quoquo modo ratione vacacionis illius ſe in aliquo intromittat. Hoc tamen excepto, quod Eſcaetor, *&c.* (*as before to thoſe of St.* * Edmonds, *and others forecited.*) T. R. apud *Stok Dabernun*, 29 die *Maii.*

*Here, p. 1043.

Though the King levyed money by all poſſible means this year, yet he ſhewed his juſtice in cauſing goods unduly levyed for the *Quindiſme* to be reſtored to the Executors of the Biſhop of *Sarum*, by this Writ.

Cl. 33 E 1. m. 10. Pro Executoribus teſtamenti Willielmi de la Cornere dudum Epiſcopi Sarum.

REX Theſ. & Baronibus ſuis de Scaccario, ſalutem. Monſtraverunt nobis Executores teſtamenti bonæ memoriæ *Willielmi de la Cornere* dudum Epiſcopi *Sarum*, quod cum idem Epiſcopus ſicut cæteri Epiſcopi de regno noſtro, anno regni noſtri decimo octavo conceſſiſſet nobis decimam bonorum ſuorum ſpiritualium ſecundum taxacionem *Norw.* per quod quintamdecimam nobis eodem anno à communitate regni noſtri conceſſam de bonis ſuis temporalibus ſolvere non debuit, vos licet decima nos de bonis ſpiritualibus prædicti Epiſcopi contingens, nobis ad dictum Scaccarium perſolvatur, ipſos tamen Executores pro Quintadecima de bonis temporalibus quæ fuerunt prædicti Epiſcopi nobis reddenda graviter diſtringitis, & partem inde levari feciſtis, in ipſorum Executorum dampnum non modicum & gravamen. Et quia nolumus quod iidem Executores in hac parte indebitè prægraventur, Vobis mandamus, quod ſi vobis conſtare poſſit quod prædictus Epiſcopus dictam decimam nobis ſolverit, tunc Executores prædictos de prædicta quintadecima quietos eſſe faciatis. Et ſi quid de bonis dicti defuncti ſeu Executorum prædictorum ratione dictæ Quintædecimæ ad opus noſtrum lebatum fuerit, ad eiſdem Executoribus prout juſtum fuerit reſtitui, vel eis inde debitam allocacionem prout fore viderit faciendum fieri faciatis. Teſte Rege apud *Greneford*, 15. die *Maii.*

The King likewiſe inhibited any Barons, Knights or others, who repaired to the Tourneys or Juſts to be held in *Sarum*, to lodge then or at any other time in the Canons houſes within the Cloſe, or take victuals there to their diſturbance.

Pat. 33 E 1. pars 2. m. 5. Pro Canonicis Eccleſiæ de Sarum.

REX Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus fidelibus ſuis ad turneandum apud *novam Sarum* de cætero conventuris, ſalutem. Tranquillitati & quieti Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ beatæ *Mariæ Sarum* infra clauſum ejuſdem Eccleſiæ commorancium, ut eo commodius & quiecius divinis poſſint obſequiis intendere proſpicere cupientes; Vobis omnibus & ſingulis mandamus firmiter injungentes, ne aliquod hoſpicium infra clauſum prædictum, ſeu victualia, aut aliqua alia neceſſaria ad dictos Canonicos ſeu eorum aliquem ſpectancia contra voluntatem eorundem Canonicorum aut Ballivorum ſuorum ibidem ipſis abſentibus, hac vice, vel aliàs cum vos vel aliquem veſtrum ex cauſa hujuſmodi ad Civitatem prædictam contigerit declinare, capiatis ſeu capi faciatis, ſet in adventum veſtrum ibidem vos taliter habeatis, quod dicti Canonici ſeu alii Miniſtri Eccleſiæ prædictæ non impediantur per vos ſeu veſtros, quo minus divinis obſequiis more ſolito quietè & pacificè intendere valeant, ſicut decet. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* 7. die *Novembris.* *Per ipſum Regem.*

I found this Record in the *Fine Rolls* of this year touching the Kings ſeiſing the Temporalties of *Thomas* Archbiſhop of *Yorke* for his * premiſed contempt, till his death.

* Here, page 1029, 1039. &c.

Fines 33 E 1. m. 18. Pro executoribus teſtamenti T. nuper Archiep. Eborum.

REX dilectis & fidelibus ſuis *Lamberto de Thrikingham*, & *Johanni de Byron* Cuſtodibus Archiepiſcopatus *Eborum* vacantis & in manu ſua exiſtentis, ſalutem. Cum nuper præſentaſſemus dilectum Clericum noſtrum Magiſtrum *Johannem Buſſh* ad capellam ſeu ſacriſtariam beatæ *Mariæ* & Angelorum *Eborum*, & ad præbendam de *Styvelynton* in Eccleſia beati *Petri Eborum*, & bonæ memoriæ *Thomas* tunc Archiepiſcopus *Eborum*, pro eo quod dictum Clericum noſtrum ad capellam ſeu ſacriſtariam prædictas admittere recuſavit, fuiſſet inde coram Juſtic. noſtris apud *Eborum* diſrationatus, in quo quidem negocio ita eſt proceſſum quod propter inobedienciam quam dictus Archiepiſcopus nobis fecit capi fecimus in manum noſtram temporalia ipſius Archiepiſcopi, quæ in manu noſtra remanſerunt uſque

que ad diem obitus Archiepiſcopi ſupꝛadicti, ac executoꝛes teſtamenti ejuſdem Archiepiſcopi pꝛo deliberacione bonoꝛum et catallοꝛum quæ fuerunt ipſius Archiepiſcopi, et quæ occaſione pꝛædicta capta fuerunt in manum noſtram habend. ad nos jam acceſſerint & nobis ſupplicaverint, ut de bladis pꝛo ſemine avernagii et quadꝛageſimæ ſufficienter, ac pꝛo ſuſtentacione beſtiarum de carucis capere velimus, & reſiduum bladorum, ac aliorum catallorum eis liberare. Nos volentes præfatis Executoribus pro ſalute animæ dicti defuncti gratiam facere in hac parte; Vobis mandamus, quod capto de bladis prædictis pro ſemine & ſuſtentacione beſtiarum in ſupradicta, reſiduum eorundem bladorum, ſimul cum omnibus aliis bonis & catallis quæ fuerunt prædicti Archiepiſcopi, et quæ occaſione pꝛædicta capta fuerunt in manum noſtram, pꝛæfatis Executoꝛibus liberari faciatis ad execucionem teſtamenti pꝛædicti inde faciendam. Salvis eciam nobis redditibus, herbagiis, et aliis exitibus tempoꝛalium pꝛædictoꝛum inde pꝛovenientibus a tempoꝛe capcionis eoꝛundem in manum noſtram. Teſte apud *Bruſtwyk* 23 die *Novembr*,

Per breve de Privato Sigillo.

An. 33 E. 1.

What Veniſon the King took this year in the Parks of the Archbiſhop of *Yorke* (then in his hands) this Writ will inform us.

REX dilecto & fideli ſuo *Lamberto de Trikingham* Cuſtodi ſuo Archiepiſcopatus *Eborum*, ſede vacante, ſalutem. Mandamus vobis, quod in chaciis et parcis Archiepiſcopatus pꝛædicti ſexaginta et duos Damos de melioꝛe pinguedine inſtantis ſeiſonæ capi et bene parari, nobiſque *London.* mitti faciatis, et cuſtum quod ad hoc appoſueritis vobis in compoto veſtro ad Scaccarium noſtrum de exitibus Archiepiſcopatus illius allocari faciemus. Teſte Rege apud *Cyceſtr.* 17 die *Junii.*

Cl. 33 E 1. m. 6. De venacione capienda ad opus Regis.

The King borrowing 1000 Marks from the Popes *Italian* Merchants for the defraying the expenſes of *Walter Wynterburne* his Chaplain, advanced to the ſtate of a *Roman Cardinal*, iſſued this Writ for the repayment thereof out of the Diſms of *Ireland* granted him by Pope *Boniface* the 8.

REX dilectis ſibi *Willielmo de Hothum* & *Guidoni de Wykio* Perſonæ Eccleſiæ de *Heſe*, Collectoribus Decimæ Clero *Hibern.* per Dominum *Bonifacium* nuper Papam octavum impoſitæ per tres annos, ſalutem. Cum per literas noſtras obligatorias teneamur dilectis Mercatoribus noſtris *Johanni Grandonis*, *Matthæo Clariſſimi*, & *Gerardo Hugon.* Mercatoribus de Societate *Spinorum* de *Florencia* in mille Marcis ſterlingorum quas venerabili patri *Waltero de Wynterburne* Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pꝛesbytero Cardinali per pꝛæceptum noſtrum liberarunt pꝛo expenſis ipſius Cardinalis, et aliis neceſſariis ad ſtatum Cardinalatus ſpectantibus inde faciendis, pꝛout in literis patentibus dicti Cardinalis receptionem dictæ pecuniæ teſtificantibus, quas dicti Mercatores in Garderoba noſtra liberarunt plenius continetur; Vobis mandamus firmiter injungentes, quod de denariis de dicta Decima per vos levatis & levandis dictus mille Marcas præfatis Mercatoribus vel uni eorum, aut attornato eorundem quem ad hoc per ſuas patentes literas duxerint aſſignand. quam cicius poteritis, non obſtante aliquo mandato noſtro prius vobis facto liberetis; Recipientes à Mercatoribus prædictis vel uni eorum, aut attornato eorundem literas noſtras prædictas, & ſimiliter alias literas noſtras de acquietancia & indempnitate veſtra in hac parte quas eiſdem tradidimus, vobis cum pecuniam illam ut prædicitur receperint liberandas: & hoc nullatenus omittatis. T. R. apud *Ciceſtr.* 17 die *Junii.*

Clauſ. 33 E 1. m. 11. intus. Pro Mercatoribus de Societate Spinorum de Florencia.

The King this year iſſued this Patent to the Abbot of *Oſeney* for the ſatisfaction of ſuch monies he had paid to the Popes Collectors, which the King obliged himſelf to diſcharge him from, being granted only for the uſe of the *Holy Land*, to which none of it was applyed either by the King or Pope.

REX Omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum in ſatisfactionem quingentarum librarum quæ de Decima in Subſidium *Terræ Sanctæ* à Clero *Angl.* conceſſa ad manus noſtras devenerunt, & in quibus dilecti nobis in Chriſto — Abbas

Pat. 33 E 1. pars 2. m. 22. Pro Abbate de Oſeneie.

*An.*33 *E.* 1. bas & Conventus de *Oseneye* Summo Pontifici se pro nobis ad nostri instanciam obligarunt, et quas pro nobis eidem Pontifici postmodum persolberunt, allocaverimus eisdem Abbati & Conventui trescentas & quinquaginta & duas libras, tresdecim solidos, & quatuor denar. in quibus iidem Abbas & Conventus nobis tenebantur super compotum suum coram dilectis & fidelibus nostris *Johanne de Insula* & sociis suis, ad compotos Collectorum decimæ Clero *Angliæ* per bonæ memoriæ Dominum *B.* Papam octavum, nuper per tres annos de nostro assensu impositæ audiendis, assignatis, redditum de denariis de dicta ultima decima per ipsos tempore quo fuerunt subcollectores ejusdem in Dioc. *Linc.* receptis, pro qua quidem allocatione iidem Abbas & Conventus quasdam firmas eis per nos in recompensacionem dictarum quingentarum librarum prius assignatas ad certum tempus habendas in manus nostras reddiderunt, volentes indempnitati eorundem Abbatis & Conventus prospicere in hac parte, ipsos & successores suos de prædictis trescentis & quinquaginta & duabus libris, tresdecim solidis, & quatuor denar. acsi in Garderoba nostra soluti fuissent pro nobis & hæredibus nostris tenore præsencium quietamus, & promittimus nos & hæredes nostros ipsos — Abbatem & Conventum & successores suos erga prædictum Summum Pontificem, & alios quoscumque inde indempnes penitus conservare. In cujus, &c. T. R: apud *Horsele*, 30 die *Maii*.

The King likewise issued this Commission to audit the Accounts of the Sub-collectors of the Dismes thus given to him by Pope *Boniface* the third.

Pat. 33 E. 1. m. 20. intus. De compoto Subcollectorum Decimæ audiendo.

REX Dilectis & fidelibus suis *Johanni de Insula*, *Waltero de Glouceſtr.* *Radulpho de Sandwico*, Magistro *Willielmo de Hanstede* & *Ada de Brum* salutem. Cum bonæ memoriæ Dominus *Bonifacius* Papa octavus medietatem decimæ Clero *Angl.* per ipsum de assensu nostro per tres annos impositæ, nobis pro arduis & urgentibus nostris & regni nostri negociis liberaliter concessisset, altera medietate dictæ decimæ si idem Papa per dictum terminum vitam duceret in humanis, sibi in subsidium Romanæ Ecclesiæ reservata, & si ipsum infra dictum terminum in fata decedere, vel pacem super guerra de regno *Sicilia* mota reformari contingeret, totum residuum dictæ decimæ à tempore mortis suæ seu dictæ pacis reformacionis, colligendum & levandum, nostris usibus similiter concessisset & voluisset integraliter applicari; Nosque dilectis nobis in Christo Abbatibus & Conventibus de *Waltham*, de *Redinge*, de *Furnois*, de *Faversham*, de *Sancto Edmundo*, *Oseneye*, *Langley* in *Norff.* *Colcestrens.* *Certesey*, beatæ *Mariæ Eborum*, *Seleby*, *Novo Monasterio*, *Cokersand*, *Burton* super *Trentam*, *Glouceſtr.* *Hida*, *Wynton*, *Shireburn*, *Glaston*, *Kermerdyn*, *Wygemore*, & *Valle Crucis*, Ac eciam Prioribus & Conventibus de *Ely*, *Bernewell*, *Kenilworth*, *Roffa*, *Sancti Gregorii Cantuar.* *Karliolo*, *Thurgerton*, *Sanctæ Katerinæ* extra *Lincoln*, *Lanceneton*, *Sancti Nicholai Exon*, & *Lanton prime*, necnon Decanis & Capitulis *Hereford.* *Cicestrens.* & *Bangoren*, *Exon.* Subcollectoribus Decimæ prædictæ nuper mandaverimus, quod omnia arreragia dictæ Decimæ sine dilacione aliqua levari facerent. Ita quod ea haberent apud *Westm.* ad certos dies in brevibus nostris eis inde directis contentos, & quod præfati Abbates, Priores et Decani personaliter interessent, vel aliquos sufficienter instructos et plenam potestatem ab ipsis habentes mitterent tunc ibidem ad **compotum suum coram aliquibus fidelibus nostris quos ad hoc duceremus assignandos inde redden.** et faciend. et recipiend ulterius quod Curia nostra consideraret in hac parte, Assignavimus vos ad audiendum compotum Subcollectorum prædictorum de receptionibus suis Decimæ prædictæ, necnon liberacionibus suis inde factis, et ad faciendum ulterius quod ad hujusmodi compotum pertinet, prout vobis per nos et consilium nostrum plenius est injunctum. Ita tamen, quod si vos omnes non interfueritis, tunc quatuor vel tres vestrum quos adesse contigerit præmissa expleatis: Et ideo vobis mandamus, quod ad premissa explenda et perficienda intendatis in forma prædicta. In cujus, &c. T. R. apud *Swaneton.* 16 die *Januarii.*

Hereupon these Subcollectors produced several acquittances under seal of the several sums they had collected and paid into the Kings Wardrobe for their discharge, whereof I found a whole Bundle in the *White Tower*, many of them being likewise recorded in a schedule annexed to the Patent Roll of this year; whereof I shall recite only one for brevity sake.

REX

An. 33 E. 1.

Pat. 33 E 1. mem. 6. in Ced. De pluribus acquietanciis factis Subcollectoribus Decimæ.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod recepimus per manus dilecti Clerici noſtri *Johannis de Drokenesford* Cuſtodis Garderobæ noſtræ de dilectis nobis in Chriſto —— Abbate & Conventu de *Burton ſuper Trentam*, Subcollectoribus Decimæ Clero *Angliæ* per fælicis recordationis Dominum *B.* nuper Papam octavum de aſſenſu noſtro impoſitæ per tres annos, per Epiſcopum *London.* & Magiſtrum *Bartholomæum de Ferentino* Canonicum *London.* dictæ Decimæ principales Collectores in Dioc. *Coventr.* & *Lychef.* deputatos, viginti libras de primo termino, & centum libras de ſecundo termino tercii anni termini trium annorum prædict. & ſex libras & ſex ſolidos de decima bonorum temporalium dictorum Abbatis et Conventus in villa de *Appelby* in Archid. *Derb.* de dicta Decima provenientes, & nos de porcione ejuſdem Decimæ juxta conceſſionem dicti Summi Pontificis contingentes. De quibus quidem centum & viginti & ſex libris & ſex ſolidis dictum Abbatem & Conventum ac ſucceſſores ſuos tenore præſencium quietamus, & ipſos erga Summum Pontificem, ac prædictos principales Collectores, & alios quoſcumque indempnes pꝛomittimus conſerbari. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Bruſtwyk* 26 die *Novembr.*

Per literam Philippi de Wylgheby *Cancellarii de Scaccario.*

All the reſt run almoſt in the ſame form.

In the decayed Bundle of Writs in the *White Tower*, Anno 33 E. 1. there is this Writ extant, for ſuing in Court Chriſtian againſt the Kings Prohibition.

Anno 33 E 1. in Turri London.

EDwardus, &c. *Venerabili in Chriſto patri*, W. Covent. & Litchf. *Epiſcopo, &c. Mandamus vobis ſicut alias vobis mandavimus, quod venire facias coram Juſtic. noſtris, &c.* Edmundum de Whitacre *Clericum veſtrum, ad reſpondend.* Johanni de Plumpton, *de placito*, quare ſecutus eſt placitum in Curia Chꝛiſtianitatis, de catallis et debitis quæ non ſunt de teſtamento vel matrimonio contra pꝛohibitionem noſtram, ꝛc. T. R. de *Hengham, apud* Ebor. 3 *die* Febr. *Anno regni noſtri* 33.

What Eccleſiaſtical Juriſdiction the King exerciſed this year in *Ireland*, in confirming the elections of Archbiſhops, Biſhops and others there, and preſenting to Churches, theſe Records will inſtruct us.

Pat. 33 E. 1. m. 11. Pro Ricardo Archiep. Dublin.

REX Juſtic. Eſcaetoribus, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis in *Hibern.* ad quos, &c. ſalutem. Volentes venerabili patri *Ricardo Dublin.* Archiepiſcopo gratiam facere ſpecialem, concedimus ei, quod toto tempoꝛe vitæ ſuæ abſque impedimento noſtri vel hæredum noſtꝛoꝛum utatur et gaudeat eiſdem libertatibus, liberis conſuetudinibus et quietanciis, quibus ipſe Archiepiſcopus et pꝛædeceſſoꝛes ſui Archiepiſcopi *Dublin.* per cartas pꝛædeceſſoꝛum ſuoꝛum Regum *Angl.* et noſtras hactenus uſi ſunt. Et ideo vobis mandamus, quod prædictum Archiepiſcopum contra hanc conceſſionem noſtram non vexetis, vel ab aliquibus quantum in vobis eſt vexari permittatis. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtm.* 28 die *Marcii.*

Per ipſum Regem & petitionem retornatam de Conſilio.

Ibid. m. 10. intus. Hybern. De licencia eligendi & temporalia reſtituend.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan* Juſtic. ſuo *Hibern.* vel ejus locumtenenti, ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto —— Prior & Conventus Sancti *Patricii* in *Duno* nobis per literas ſuas patentes ſignificaverint, quod Eccleſia ſua prædicta per mortem bonæ memoriæ *N.* nuper Epiſcopi illius loci eſt paſtoris ſolacio deſtituta, ſupplicantes nobis, prout moris eſt, quod licenciam, &c. licenciam illam eis duxerimus concedendam, mandantes, &c. Nos eorundem Prioris & Conventus laboribus & expenſis in hac parte parcere volentes iſta vice, &c. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtm.* 28 die *Marcii.*

The Chief Juſtice refuſing to reſtore the Temporalties to the new elected Biſhop, becauſe not confirmed by the Archbiſhop of *Armach*, the See being then void, but by the Gardian of the Spiritualties; the King thereupon iſſued this Writ to reſtore them to him.

REX

An. 33 *E.* 1.

Pat. 33 E 1. Pro Thoma Electo Sancti Patricii in Duno.

REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo *Hibern.* salutem. Cum nuper Ecclesia Sancti *Patricii* in *Duno* per mortem bonæ memoriæ *N.* Episcopi illius loci pastoris solacio destituta, ad supplicacionem Prioris & Conventus Ecclesiæ prædictæ, concesserimus eis quod ipsi alium sibi eligerent in Episcopum & pastorem; Et ut laboribus, expensisq; ipsorum Prioris & Conventus parceretur in hac parte, dederimus vobis potestatem, quod facta electione prædicta de futuro Episcopo, eidem electioni cum Electus hujusmodi per Priorem & Conventum dictæ Ecclesiæ fuisset præsentatus, assensum Regium præberetis vice nostra; significantes loci Metropolitano, ut id quod suum est in hac parte exequeretur: Et quod si contingeret electionem hujusmodi per loci Metropolitanum canonicè confirmari, & vobis per literas ejusdem Metropolitani inde constaret, tunc accepta ab eodem Electo fidelitate in casu illo nobis debita, Temporalia ejusdem Episcopatus eidem Electo, prout moris est, liberaretis vice nostra; vobis licet electio per prædictos Priorem & Conventum facta de Magistro *Thoma Ketel* Persona Ecclesiæ de *Lesmoghan* in Episcopum loci prædicti, cui Regium assensum præbuistis, ut dicitur, vice nostra, fuisset per Decanum & Capitulum *Ardmacan.* Custodes Spiritualitatis illius loci sede vacante, auctoritate Metropolitica canonicè confirmata, & vobis per literas eorundem Custodum inde constitisset, fidelitatem tamen ipsius Electi capere, et temporalia Episcopatus prædicti ei restituere distulistis, pro eo, quod per literas Archiepiscopi *Ardmacani* de confirmacione electionis prædictæ non constabat, sicut ex parte ipsorum Prioris & Conventus nobis est ostensum; Vobis igitur mandamus, quod si dicta sedes *Ardmacan.* sit vacans, & electio prædicta per præfatos Custodes rite fuerit confirmata, & per literas eorundem Custodum vobis inde constiterit, ut est dictum; tunc accepta fidelitate Electi prædicti, juxta tenorem mandati nostri alias vobis super hoc directi, eidem Electo temporalia Episcopatus prædicti a die quo vobis de confirmacione electionis prædictæ sic constabat, sine dilacione liberetis. T. R. apud *Raureth*, 18 die *Augusti.*

Clauſ. 33 E 1. m. 7. Pro R. Archiepiscopo Dublin.

REX Collectoribus Decimæ Clero *Hiberniæ* per *Bonifacium* nuper Papam octavum impositæ per tres annos, salutem. Quia ad requisicionem venerabilis patris *R.* Archiepiscopi *Dublin.* dedimus eidem Archiepiscopo respectum usque ad festum Nativitatis Sancti *Johannis Baptistæ* prox. futur. de demanda illa quam ei fieri facitis de denar. in quibus Archiepiscopus nobis tenetur de Decima prædicta, vobis ad opus nostrum reddend. Vobis mandamus, quod eundem Archiepiscopum respectum hujusmodi interim habere permittatis. Districtionem si quam ei ea occasione feceritis relaxando; Proviso, quod tunc nobis de denariis prædictis ad ultimum satisfiat. Teste Rege apud *Lanfare*, septimo die *Septembris.*

Per breve de Privato sigillo.

Pat. 33 E 1. m. 6. Hibernia.

Robertus de Carleton Capellanus, habet literas Regis de præsentacione ad Ecclesiam de *Typerkynyn* vacantem, & ad Regis donacionem ratione Archiepiscopatus *Dublin.* dudum vacantis, et in manu Regis existentis spectantem. Et diriguntur literæ *R. Dublin.* Archiepiscopo. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* 26 die *Aprilis.*

Pat 33 E 1. m. 7. De licentia eligendi

Nicholaus le Botiller Cancellar. Ecclesiæ *Fernen.* & *Willielmus de Braybrok* Clericus, nunciantes Regi mortem bonæ memoriæ *S.* nuper Episcopi illius loci, habent literas Regis de licencia eligendi. In cujus, &c. Teste Rege apud *Wylburgham*, 14 die *Febr.* *Per breve de privato sigillo.*

Ibid. De temporalibus restituendis.

REX dilectis & fidelibus suis *Johanni Wogan.* Justic. suo, & Magistro *Thomæ Cantok* Cancellario suo *Hibern.* vel eorum loca tenentibus, salutem. Cum dilecti nobis in Christo Decanus & Capitulum Ecclesiæ *Fernen.* nobis per literas suas patentes significaverint, quod Ecclesia sua prædicta per mortem bonæ memoriæ *S.* nuper Episcopi illius loci pastoris est solacio destituta, supplicantes nobis, *&c.* Nos licentiam illam duximus concedendam, *&c.* In cujus, &c. Teste Rege ut supra.

Per breve de privato sigillo.

King

An. 33 E. I

King *Edward* in order to the ſettlement of his Affairs in *Scotland*, beſides the * *premiſed Ordinance* for that purpoſe, made this accord with moſt of the Nobility of *Scotland* and their adherents (who had lately againſt their ſolemn Oaths revolted from, rebelled, and waged War againſt him) to receive them to his peace, and grant them both their Lives and Liberties, putting them only to a Fine and Ranſom of two, three, four or five years annual value of their Lands, according to their ſeveral offences, the moiety whereof they were to pay to the King every year, and to reſerve the other moiety for their ſupport till their full Ranſom was ſatisfied, and taking a new Oath of Allegiance to him for the future, as theſe Records inform us.

* Herep. 1053. to 1057.

CEs ſont les choſes accordes ove Mounſieur *Richard de Burgh* Conte *Dulveſtr*, Monſieur *Henry de Percy* Chevaliers, & *Johan de Benſtede* Clerke, pur noſtre Seigneur *Edward* par la grace de Dieu Roy *D'engleterre*, Seign. *Dirlaund*, et Ducs *Daquitaine* dun part, et Mounſieur *Johan Comyn de Badenaugh* pur luy et pur touz ſes eidanz *Deſcoce*, auxi bien ceux qui ſont la outre come ceux qui ſont par decea dautre, les queux choſes les avantditz *Conte Eymar*, *Henri & Johan de Banſtede* en nomi du dit Roi, et lavant dit *Johan Comyn* enſemblement ove Mounſieur *Edmund Comyn* de *Kilbride*, Mounſieur *Johan de Graham*, Mounſieur *Johan de Vaux*, Mounſieur *Godfrei de Roos*, Mounſieur *Johan de Maxwell* le emzniez, Mounſier *Pieres de Prendregyſt*, Mounſier *Wauter de Berkely* de *Kerdaan*, Mounſieur *Hugh de Erth*, Mounſieur *William de Erth*, Mounſieur *James de Roos*, et Mounſieur *Wauter de Rothovan* Chevalers, pur eux, pur touz les eidantz *Deſcoce* qui a la pees et a la foi du dit Roi voudrent eſtre, **ont Jurez a tenir et a garder lotaument**: Primerement eſt accord, qe tote manere de gentz *Deſcoce* qui ad le dit *Johan Comyn* vendront a la pees noſtre Seigneur le Roy avantdit, forpris aucunes perſones qui ſont ſi apres nomez, ſoient receu as conditions, que enſuent: Ceſtaſavoir, que ſauvez lour ſoient vie et membre, et quil ſoient quites denpriſonment, et quil ne ſoint deſheritez; Iſſint que de lour ranzon, et des amendes des treſpas quil ont faitz ſolement a noſtre Seigneur le Roy, et del eſtabliſſement de il terre *Deſcoce* il eſtoiſent as Ordinaunce. Et eſt entendu que les enfantz que ſont de deinz age dievent joyr de meiſmes ces conditions quant a ſauvement de vie et de membre, et quant aquitance denpriſonment et de deſheritance, et eſteront de lur ranzun, et de totes autres choſes ace qe noſtre Seigneur le Roy enordenra, a ſon prochein Parlement. Et demorrent totes les fermettez qui ſont orendroit en la meyn noſtre Seigneur le Roy & de ſiens en la tenaunce quel ſont ore juſqes a meiſme Parlement ſi que le dit Roy enordeine ſa volunte a cele hore, ſauve de aucunes, qui demorrent plus longement en ſa meyne, ſicome il eſt de ſouzdit. Et ce doit faire la gard des dites fermetez pas mi les choſes qui iſoint appurtenantz, ou en autre manere covenable as couſtages de ceux a queux eles ſerront rendues, & dievent enſement les pris de Guerre eſtre delivres dune parte & dautre, forpris Monſieur *Herbert de Morham* & ſon pere. Et tout auſint ſe devient deliverer touz ceux qui ſont en oſtage pur ranzon de gentz du dit Roi qui ont eſte pris par les gentz *Deſcoce* en tien manere que ce que paetz eſt de meiſme la ranzon paetz ſoit ſans plus, & quant a ce que neſt arriere deivent les oſtages & touz ceux pur qui il feurent livereiz eſtre de tout, en tout quites & delivres dune part & dautre. **Les perſones forpriſes**, ſicome eſt deſuſdit, ſont *Robert* **Eveſque de** *Glaſgu*, Mounſieur *James* Seneſchall *Deſcoce*, Mounſieur *Johan Soules*, Mounſieur *David de Graham*, Mounſieur *Alexander de Lyndeſey*, Mounſieur *Simon Fraſer*, *Thomas du Boys*, & Mounſieur *William de Walleys*, Dont il eſt accord que meiſme Leveſque come de ſon corps & de la temporaltee, & le dit Seneſchall, & Mounſirur *Johan Soules* ſoient as conditions de ceux de commune, ſicome eſt deſuſdit, & outre **tiegnent exil pur 2. anz hors** *Deſcoce* **et par de la** *Trente*. Et demoergent les Chaſtelx du dit Seneſchall en la meyne noſtre Seigneur le Roy, durant lexil, & ce face la gard as couſtages de meiſme le Seneſchall en la manere deſudite. En droit de Mounſieur *David de Graham*, & Mounſier *Alexandre de Lyndſey* accord eſt, quil ſoient auſint as conditions de ceux du commun, ſi come eſt avantdit, & outre ce tiegnent exil hors *Deſcoce* par demy an. Ceſt aſaver le dit *David de la Leawe* de *Twede*, & la dit *Alexandre* par de la *Trente*. Et quant a Mounſieur *Simon Fraſer*, & *Thomas du Boys*, eſt accorde, quil ſoient enſement as conditions de ceux

Placita Parliamentaria in Turri London, An 33 E. 1. See Ryley p. 369, 370. Forma Pacis Scotiæ in adventu Johannis le Comyn & aliorum.

du

An. 33 *E.* I. du commun ſicome eſt de ſuſdit, & outre ce tiegnent exil par trois anz hors de la Seignury noſtre Seigneur le Roi avauntdit, & hors du poeir le Roi de *Fraunce* auſint, ſil ne puiſſent autre grace trover en le medu temps. Et quant a Mounſieur *Guilliam de Galeys* eſt acorde, quil ſe mette en la volunte & en la grace noſtre Seignieur le Roi, ſi lui ſemble que bon ſoit.

Derechiefe, eſt accorde, que les Eveſqes de Seint *Andrew* & de *Dunkeldyn*, le Conte de *Bonghhan*, le Seneſchall *Deſcoce*, Mounſieur *Johan de Soules*, Mounſieur *Ingelram de Umframvil*, & les autres gentz *Deſcoce* qui ſont la outre, veignent a la pees noſtre Seigneur le Roi avantdit de deinz la quinzeine de ceſt *Paſque* prochein, ſi lour ſemble que bon ſoit, & ſoient recon en la fourme de ſuſdite, cheſcun ſolonc ſa condition & ſolonc ſon eſtate. Dautre part avantdit *Johan Comyn* doit eſtre a noſtre Seigneur le Roy a *Dunfermelyn* & ce prochein *Dimagne* enſemblement ove touz ceux de ſon accord qui lors y purront eſtre, pur faire lour homages & lur feutez, ſicome il affiert, & ceux que ne purrozt eſtre a cele houre pur certaine eſſoigne, deivent venir apres par ſuffiſant conduit a plus toft quil purront, pur obeir & pur eſtre receveu la fourme avantdite. Et ſait aſavoire que les avantditz *Conte Dulveſter*, *Eymar*, *Henri*, & *Johan de Beneſted* de ont premis en *Bonfoi*, quil mettront lur loial peine envers noſtre Seigneur le Roi avantdit quil voille pur ſes lettres overtes ratifier ceſt accord en touz pointz quiele hore que le dit *Johan Comyn* & les autres qui oue luy venderont ſi come eſt avantdit, averont fait lor **homages et ſerments de feute** en due manere. En teſmoignance de queux choſes eſt ceſte endenture faite, dount lune parte demoert devers le dit noſtre Seigneur le Roy, Seal du Seal ou dit Mounſier *Johan Comyn* & de Mounſieur *Edmund de Comyn*, Mounſieur *Johan de Graham*, & de Mounſieur *Johan de Vaux*; & lautre, devers meiſme celui Mounſieur *Johan Comyn*; Seale des Seales as dite *Conte Dulveſter*, *Eymar*, *Henri* & *Johan de Benſtede*. Don a *Strathord* le Neviſme jour de *Fevrier* lan du Regne noſtre Seigneur le Roy avantdit trentiſme * ſecund.

* teirce.

Placita Parl. An 33 E. 1. See Ryley p. 566, 567.

EDward par la Grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirlande*, & Ducs *Daquitaine*; A touz ceux qui ces preſentes lettres verront ou oront, ſalutz. A perpetuel memoire des choſes ſouz eſcrites, par ceſtes preſentes lettres vous feſoms a ſavoir, que come le gentz de terre noſtre *Deſcoce* **apres ceo quil fuerent en noſtre homage et ligeaunce et liez a nous par ſerment de foiaute, et per eſcritz et en autre manere, tant effoꝛciablement come nous et noſtre Counſeil ſabiens oꝛdener et charger, ſe relevaſſent contre nous par maubeis Counſeil, et meuſſent guerre, enfeſant robberies, arſons, homicides, felonyes, et pluſurs autres maux, et damages a lour poeir en noſtre dit terre *Deſcoce*, et auſi en partie en *Engleterre*, contre lor homages, foiautes et ligeaunces avauntdites, et puis pluſurs de eux ſe revenitſent a noſtre foi et a noſtre obeiſaunce et feuſſent receuz a noſtre pees**, et a noſtre volunte: Et des darreyns *Johan Comyn*, Seigneur de *Badenaugh* Chevalier & les autres qui a cel houre oue lui tindrent, veniſſent auſi & feuſſent receus a noſtre pees, & a noſtre foi, en manere que **endꝛoit de lour ranzons et des amendes de treſpas et outrages ſoulment faitz a nous et de leſtabliſement de la terre *Deſcoce* eſteuſſent a noſtre Ordenance, et a noſtre volunte**; Nous ia ſeit, que **les deſpitz, treſpas, outrages, et deſobeiſances qe les dites gentz de noſtre dite terre *Deſcoce* nous ont faitz ſoient ſi grauntiz et tant a charger par reſon, quil ne purraient a nul temps de ce faire ſuffiſauntz amendes ne due ſatisfaction, ſicome eux meiſmes ſont bien reconiſſantz et tot ne voillions: ſicome nous ne deboms tieux deſpitz, treſpas, outrages, e deſſobeiſaunces ſoeffrir a paſſer ſauntz acun puniſſement. Nemie pur ce nous eantz regard a ces que les gentz de la dite noſtre terre *Deſcoce* ſe ſont bien et loiaument poꝛtez vezs nous puis noſtre derrein partier de celes parties, et pur leſperaunce qe nous aboms de lour bon poꝛt et de leur bon ſervice en temps avenir, vueillantz a eux fair grace eſpecial, lour aboms graunte et grauntoms, qe ſaubes lour ſoient vie et membꝛe, et quites ſoient denꝛiſonment et de diſheriteſon, ſaubes totes voies a nous les terres, tenementz, et les Seignuries que *Johan de Baliol* iadis Roi *Deſcoce* dona et aliena de les demeynes appurtenantes a la Roiaute *Deſcoce*, a faire de ce noſtre pleiſir: Et pardonoms et releſſoms as gentz de lavantdite noſtre terre *Deſcoce* qui ſont venuz et receuz a noſtre pees et a noſtre foi, treſpas a nous faitz, coꝛrons rancour, et tute manere de**

mall

mall bollance que nous aboms bers eux enſi totes boies, quil ſoient tenuz a paer ce que par nous & noſtre Counſeil eſt Ordene, ſolonc noſtre dit & noſtre pronunciation, que ſenſuent en ceſt forme. *An.* 33 E. I.

Pope *Clement* the 5th, his Delegates, Nuncioes and Agents, exceedingly encroaching this year upon the rights of the King, his Crown and Dignity, although the King in other particulars complyed with their requests in all things that intrenched not upon the rights and prerogatives of his Crown and Royal Dignity, to advance his own designes; yet he and his Counsil would by no means yeeld, or condescend to their manifold new, illegal requests, Procurations, Usurpations, and proceedings, that were derogatory or prejudicial to the rights of his Crown, but opposed them to their power both in and by his Letters to this Pope and his Cardinals, by several Writs of Prohibition and Attachments issued to his Nuncioes, Legates, Delegates, and other Agents: Witnesse this ensuing Letter of his to this Pope on the behalf of *John Bush* his Clerk, whom he had legally presented to a Præbendary in the Church of *Yorke*, then void and in his hands, into which *Francis* the son of *Peter Gaitain* an alien had intruded himself by the Popes provision; who cited the Kings Clerk out of the Realm personally to appear before the Pope upon false suggestions, to answer him damages for the pretended injuries done unto him, in turning him out of this prebendary, against the rights and liberties of his Crown, Dignity, and Realm.

PApæ Rex, &c. Oppoztunum et solertem diligentiam libenter impendimus, ut jura Regiæ nostræ dignitatis conserventur illæsa, ad quæ manutenda et conservanda Rot. Romæ, An. 34 E. 1. m. 5. n. 9.

An. 34 *E.* 1. ſerbanda tanto ſollicitius excitamur, quanto ſpecialius ex virtute juramenti quo ſtigamur, illa tenemur indefeſſa ſollicitudine defenſuri. Sanè vacante nuper *Eborum* Eccleſia & ejuſdem Archiepiſcopatu in noſtris manibus exiſtente, quandam præbendam quam in ipſa Eccleſia invenimus tunc vacantem, cujus poſſeſſioni quidam *Franciſcus* filius *Petri Gaitain* incumbebat de facto, dilecto Clerico noſtro Magiſtro *Johanni Buſh* de *London* jure noſtro Regio duximus conferendam. Quo virtute collationis noſtræ hujuſmodi dictam præbendam ritè & canonicè aſſecuto, prædictus *Franciſcus* per ſe et ſuos occaſionem quærens haſtute gravandi eundem noſtrum Clericum et vexandi, ipſum citari perſonaliter coram vobis, ſicut accepimus, procuravit, ad reſpondendum eidem ſuper damnis et injuriis ſibi factis. Attendentes autem citationem ipſam ex ſuggeſtione non vera, ſet potius conficto quæſito coloꝛe fuiſſe optentam, quæ ſi de veritate ipſius negotii veſtræ beatitudini primitus conſtitiſſet nullatenus ut credimus emanaſſet; Sanctitati veſtræ inſtantius ſupplicamus, quatinus præmiſſis benigna conſideratione penſatis, quodque in hujuſmodi negotio noſtrum principaliter intereſſe verſetur, ſuper præfata citatione et eſus effectu ſic Clementia veſtra dignetur remedium efficax adhibere, quod jus noſtrum prædictum, ad quod obſervandum ſicut prædicitur ſumus aſtricti ut conſervetur illæſum; et idem Clericus noſter, (cujus defenſioni in ipſo negotio deeſſe non poſſumus, ſicuti nec debemus) eo prætextu non inquietetur indebite ſeu gravetur. Conſervet vos Altiſſimus, &c. Teſte Rege apud *Lavertoft*, quarto die *Octobris*.

The like Oppoſition he made againſt a new illegal clauſe thruſt into this Popes Bull and reſcript concerning the Manors, Villages, and temporal Demeſnes of the *Priory* of *Okeburn*, which he would by no means tolerate or aſſent to, but commanded it to be obliterated, as manifeſtly derogatory to his royal Right, refuſing to reſtore the temporalties, till this prejudicial clauſe was expunged, as this Letter of his concerning this Priory to a *Romiſh* Cardinal, informs us.

Rot. Romæ, An. 34 E 1. m. 1, intus. num. 4.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *R.* Sanctæ *Mariæ* novæ Diacono Cardinali, amico ſuo chariſſimo, *Edwardus*, *&c.* ſalutem, & dilectionem ſinceram. Licet ea libenter quæ utilitatem et honoꝛum veſtroꝛum pꝛomotionem reſpiciunt, quantum bono modo poſſemus pꝛomptis affectibus implꝛemus; Hiis tamen quæ nobis et juri dignitatis noſtræ Regiæ ac Coꝛonæ ſunt pꝛæjudicialia, nequaquam aſſenſum pꝛæbere balemus, ſicuti non poſſumus nec debemus. Unde cum aliqua in Apoſtolico reſcripto contenta Pꝛioꝛatum de Okeburn tangentia, videlicet, ubi de Maneriis, villis et dominiis tempoꝛalibus fit mentio, quæ ſi pꝛocederent, manifeſte juri noſtro Regio derogarent, tollantur ea quæ pꝛæjudicant, et ponatur Pꝛioꝛatus cum pertin. ſuis ſalvo conſueto appoꝛto ſuperioꝛi Monaſterio faciendo: Et ſic poſtulata tranſire ſuſtinebimus, quantum poterimus jure noſtro Regio inoffenſo. Dat. apud *Karliolum*, 4 die *Aprilis*.

To which I ſhall ſubjoyn this Record and *Memorandum* concerning the Biſhop of *Catheneſſe*. The King by his Prerogative Royal as *Superior Lord of Scotland*, giving his royal licenſe for, and aſſent to the election and confirmation of the ſaid Biſhop of *Cathneſſe* in *Scotland*, confirmed by the Pope, iſſued this Writ for the reſtitution of his Temporalties; which yet the King would not grant him, till he had publikely renounced all clauſes in the Popes Bull concerning his temporalties (implying the Pope to have a power over them) as prejudicial to the Kings right and Crown, as this Records aſſures us.

Pat. 34 E 1. m. 31 intus. De reſtitutione Temporalium in Eccleſia Catanen.

REX Cuſtodibus ſuis terræ *Scotiæ*, & locum ſuum in eadem tenentibus ſalutem. Cum Dominus Summus Pontifex electionem nuper celebratam in Eccleſia Cathedrali *Catanen.* de diſcreto viro *Fertardo* Decano ejuſdem Eccleſia in Epiſcopum illius loci, cui pꝛius Regium aſſenſum adhibuimus et faboꝛem, confirmaverit, ſicut per literas ipſius Summi Pontificis bullatas nobis inde directas nobis conſtat: Nos confirmationem illam acceptantes, cepimus fidelitatem ipſius Epiſcopi, tempoꝛalia Epiſcopatus pꝛædicti, pꝛout moꝛis eſt, reſtituimus eidem. Et ideo vobis

bis mandamus, quod eidem Episcopo temporalia Episcopatus prædicti liberetis, sicut prædictum est. Teste Rege apud *Wynton.* 4 die *Aprilis.* *An.* 34 *E.* I

Eodem modo mandatum est *Willielmo* Comiti de *Ros*, Custodi Regis Episcopatus prædicti, sede vacante. T. R. ut supra.

Et Memorandum, quod dictus Episcopus pro eo quod in Bulla de confirmatione electionis prædictæ Regi directæ, quædam verba temporalia Episcopatus prædicti tangentia continebantur, quæ Regi et juri suo Regio præjudicialia videbantur, apud *Wynton* die supradicto * renunciabit Bullæ prædictæ quoad verba suprædicta. Et Rex de sua gratia speciali eidem Episcopo temporalia Episcopatus prædicti reddidit, et idem Episcopus eadem Temporalia de gratia Regis sic admisit, et ea de Rege se tenere coram Rege et Consilio suo ibidem recognovit. * *Nota.*

So carefull was the King and his Counsil in that age, to prevent all new encroachments and usurpations on the Crown and Prerogative by any new words or clauses, which Popes usually inserted into their Bulls upon every occasion to inlarge their Papal Jurisdiction, and would not obliterate nor renounce when justly excepted against by the King and Counsil.

As the Pope and his Agents, Nuncios and Collectors thus usurped upon the Rights and Prerogatives of the Crown on the one hand, which the King and his Counsil strenuously opposed; so did his Bishops and their Ecclesiastical Courts and Officers on the other hand, which he with his Judges and Courts of Justice restrained this year, by these Writs of Prohibition extant in the Bundles of Writs I found in the White Tower, *An.* 34 *E.* 1.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, *&c.* dilecto & fideli suo *Thomæ de la Hyde*, salutem. Sciatis quod dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos Magistri *Roberti de Polhorman*, quod coram vobis attornare voluerit, ad lucrandum & perdendum in loquela quæ est coram Justic. nostris inter *Gilbertum de Bohedon* & prædict. *Robertum*, de eo quod idem *Robertus* **tenuit placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio contra prohibitionem nostram.** Teste meipso apud *Wynton.* 15. die *Aprilis*, Anno regni nostri 34. *Edwardus*, *&c. Thomæ de Raleigh*, *&c.* Dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos *Henrici de Lucy*, *Willielmi de Curcy*, *Willielmi de Swynesfield*, *Michaelis de Alba marlea*, & *Willielmi de Colebeart*, *&c.* in loquela quæ est coram Justic. nostris de Banco per breve nostrum inter ipsos, *&c.* & Episcopum *Exon.* Magistr. *Johannem de Burton*, & Magistr. *Willielmum de Sancta Oliva*, **de eo quod idem Episcopus et** *Johannes* **tenuerunt placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio: Et de eo quod** *Willielmus de Sancta Oliva* **secutus est idem placitum in eadem Curia contra prohibitionem nostram**, *&c.* Teste meipso apud *Kyngeston Lacy* 26 die *Decemb.* An. regni nostri 34. *Edwardus*, *&c.* Vicec. *Cantebr. &c.* Si *Thomas le Butcher* de *Cantebr. &c.* pone, *&c. Willielmum* Vicarium Ecclesiæ Sancti *Edwardi de Cantebrig. &c.* **quare secutus est placitum in Curia Christianitatis de catallis**, *&c.* **quæ non sunt**, *&c.* **contra prohibitionem nostram**, *&c.* T. meipso apud *Lauretost* 18. die *Octobr.* An. regni nostri 34. Vic. *Essex*, *&c.* Si *Johannes* fil. *Roberti de Leycestr. &c.* pone, *&c.* Magistr. *Willielmum de Halstede* & *Johannem* personam Ecclesiæ Sancti *Nicholai Colcestr.* & *Galfridum Bacun*, *&c.* **quare secuti sunt idem placitum in eadem Curia contra prohibitionem nostram.** Teste meipso apud *Lauretost* 4. die *Novembr.* Anno regni nostri 34. Brevia Regis, An. 34 E. 1. in Turri London.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitanniæ*, Vicecomiti *Eborum* salutem. Si *Nicholaus de Merk*, & *Gilbertus Leorson* fecerint te securum de Clameo suo pros. tunc pone per vadium & salvos Plegios *Inettam* Priorissam de *Grendale*, quod sit coram Justiciariis nostris apud *Westmonast.* à die Sancti *Michaelis* in 15 dies, ostensur. **quare cum placita de transgressionibus contra pacem nostram factis in regno nostro, ad Coronam et Dignitatem nostram et non ad alium pertineant in eodem Regno, eadem Priorissa super hujusmodi transgressionibus secuta est placitum in Curia Christianitatis, in læsionem Coronæ et dignitatis nostræ, et grave dampnum dictorum** *Nicholai* **et** *Gilberti*, **et contra prohibitionem** Ibid.

An. 34 *E.* 1. bitionem nostram. Et habeas ibi nomina Plegiorum & hoc Breve. Teste meipso apud *Sanctum Albanum* 16. die *Junii*, Anno Regni nostri Tricesimo quarto.

Pleg. de *Pros. Radulphus* filius *Simonis de Lefthous*, *Adam* frater ejus.

Pleg. *Inettæ* Priorissæ de *Grendale*, *Willielmus de Walpol*, *Robertus Præpositus*.

Placita de An. 34 E. 1. Adhuc de crastino S. Martini.

Henricus de Calethorp attach. fuit ad respondendum *Ricardo de Saltfletby* & *Luciæ* Uxori ejus, & *Ricardo de Yerdeburx* de placito, **quare secutus est placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis, quæ non sunt de testamento vel matrimonio, &c. Et unde prædictus *Richardus*, et alii queruntur, quod cum ei detulissent prædictam prohibitionem in Cimiterio de *Whiteby*, in Vigiliis Sancti *Martini* anno 34. ne sequeretur prædictum placitum : Idem *Henricus* spreta prohibitione prædicta, eos trarit in placitum coram Priore de *Whiteby* apud *Whiteby* auctoritate Apostolica, exigendo ab eis viginti *Marc.* quæ non sunt de testamento vel matrimonio, &c. contra prædictam prohibitionem, &c. Et unde dicunt, quod deteriorati sunt et dampnum habent ad valentiam decem libras, et inde producunt Sectam, &c.**

Et *Henricus* venit & defendit vim & injuriam quare, *&c.* sed dicit, **quod nunquam eos implacitavit in Curia Christianitatis, nec aliquod placitum de aliquibus catal. quæ non sunt de testamento, &c. postquam ei detulit prædictam prohibitionem, &c.**

Ibid Rot m. 24.

Ernald. de Kideland optulit se, *&c.* versus Magistrum *Walterum de Penbrok* Archidiacon. de *Berdestapel* de placito, **quare tenuit placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis ipsius *Ernaldi* quæ non sunt de Testamento, &c. contra Prohibitionem, &c.** Et versus *Simonem le Lorun.* **quare secutus est idem placitum contra Prohibitionem, &c.** Et ipsi non venerunt, *&c.* Et præceptum fuit *Vicecomiti*, **quod attach. eos,** quod essent ad hunc diem. Et Vicecomes de prædicto *Simoni* nihil fecit. Ideo (sicut prius) præceptum est Vicec. quod attach. eum, quod sit à die *Paschæ* in quinque septimanas. Et Vicecomes sit auditurus Judicium suum, *&c.* Et de prædicto Archidiacono mandavit Vicecomes, quod non habet Laicum feodum per quod, *&c.* Et super hoc testatum est, quod habet Beneficium Ecclesiasticum in Episcopatu *Exon.* Ideo mandatum est *R. Exon.* Episcopo, quod faciat eum venire ad diem, &c. Unde Vic. mandavit, *&c.*

* See here, Tome 2. in the Epitome of his life, in the Table.
† Hist Angliæ, p. 552, 553. Godwins Catalogue of Bishops, p. 241.
Rot. Romæ, An. 34 E. 1. num. 3.

The King this year sent this Letter and special Messengers to Pope *Clement* for the canonization of *Robert Grosthead*, late Bishop of *Lincoln*, wherein he highly extols his Learning, holinesse of life, and the wonderful virtues and miracles since his death, although a * *fierce Antagonist* against the Usurpations, vices, corruptions of the Popes, Church, See of *Rome*, and vicious Clerks, Monks, Freers in his age, **et Romanorum Malleus et Contemptor**, as † *Matthew Paris* stileth him.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *C.* Divina Providentia sacrosanctæ *Romanæ* ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici; *Edwardus* ejusdem gratia Rex *Angliæ*, &c. Devota pedum oscula beatorum. Sedis Apostolicæ prudentia circumspecta, quæ actibus intenta saluberrimis et operibus exposita pietatis, solerter exequitur quæ sunt ad divini nominis honorem et gloriam ac exaltationem Catholicæ fidei, salutemque fidelium merito censuit riteque providit, ut quos triumphantis Ecclesiæ Regio gloriosa post devictum consummatumque certamen trifforme, mundi, carnis spiritusque maligni cœlestis beatitudinis efficit possessores, curia solers Ecclesiæ militantis laudando et glorificando in terris, dignæ generationis officio prosequatur, quatinus eorum suffragiis et patrociniis apud Deum, qui est gloriosus in sanctis suis, et in sua majestate terribilis inter mundanos conflictus et turbines adjuvetur. Felicis itaque memoriæ *Robertus* quondam *Linc.* Episcopus, Dei famulus, vir utique in ergastulo carnis positus excellens meritis, vitæ sanctitate præclarus, et velut stella matutina in medio nebulæ, et quasi lucerna non sub modio set super Candelabrum posita, sperfit in aliis lumen sapientiæ et doctrinæ, in domo Domini virtutum jubare adeo coruscando, quod tandem in divini nominis confessione legitime certans, et contra mundum, carnem, et dæmonem triumphans, athleta non degener, Confessor inclytus, et virtutum opifex, pastor bonus in populo cursum vitæ perlustrantem, miraculis vires et potentiam naturalem excedentibus fæliciter consummavit, de peregrino Civis cœlestis effectus, et beatorum Confessorum agminibus aggregatus; Hæc de ipso Agonista nobili tenet Ecclesia Anglicana : Hæc Pontifi

calis

calis narrat Authoritas : Hæc memoria seniorum retinet, Clerus indicat, militia meminit, testatur populus, et omnis utriusque serus ætas recenter quodammodo velut a patribus nunciata filii recordantur. Dignum igitur æstimantes et congruum tam reverendum virum debere condignis in terris attolli præconiis, quem in cœlis cives Sanctorum et Domestici Dei glorianter honorant, ac ipse Sanctorum Dominus stola gloriæ redimitum ad paradisi januam coronabit ; Beatitudini vestræ humiliter duximus supplicandum, quatinus nunciis pro Canonizatione præfati Episcopi obtinenda ad vestræ Sanctitatis præsentiam accedentibus, iuxta formam quæ Sacrosancta *Romana* Ecclesia in consimili negotio uti consueverat, benignam digneminí, si placet, audientiam gratiosis affectibus exhibere, ut per promeritæ Canonizationis eventum idem Episcopus per Apostolicæ sedis gratiam ascribi valeat beatorum Catalogo Confessorum, sicque ipse ut sanctus honoretur in terris, et glorificetur Altissimus in excelsis. Conservet vos Altissimus, &c. Dat. apud *Karliol.* 6. die *Maii.* *An.* 34 E. 1

Notwithstanding these large *Encomiums* of *Grosthead* both by the King, Prelates, Clergy, and people of *England*, and their importunity to canonize him for a Saint, I cannot find by History or Record he was ever actually canonized, because he opposed the usurpations, corruptions of the Popes and Court of *Rome*; when as *Anselm*, *Becket* of *Canterbury*, and *Hugh* of *Lincoln*, though Arch-Traytors, Rebels against our Kings, were readily canonized for Saints upon this only account, that they maintained the usurpations of the Popes and Court of *Rome*, upon the Crowns, Rights, Liberties of our Kings, kingdome, and the Church of *England*.

The Bishop of *Cicester* by his usurped authority endowing a Vicar in the Church of *Rye*, (of the Kings patronage, without his or his royal progenitors assent) of the 3d. part of the Tithes and Oblations, to the prejudice of the Kings Crown, right, and Clerk presented thereunto; the King thereupon issued this Writ, declaring the endowment voyd in Law, if made without the royal assent, commanding the Bishop to inquire out, and certifie him the truth thereof.

Brevia Regis in Turri London, An. 34 E. 1.

EXcellentissimo Principi & Domino suo, *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ* illustri, &c. *J.* ejusdem permissione Ecclesiæ *Cycestrensis* Minister humilis, salutem, &c. Celsitudinis Regiæ Majestati vestræ mandatum recepimus, formam continens infrascriptam. Edwardus, &c. *venerabili in Christo Patri* J. *eadem gratia Episcopo* Cicestr. *salutem.* Ne nostra seu Coronæ et dignitatis nostræ Regiæ Jura deperiant, vel per alicujus occupationem aut subtractionem aliqualiter minuantur, nos decet studiosam operam adhibere; et ad ea manutenenda, et conservanda, et subtracta aut occupata si quæ fuerint revocanda, eo potius debemus esse solliciti, quo ad hoc vinculo astringimur Juramenti. *Cum itaque* Alexander Butemount *ad Ecclesiam de la* Rye, *vestræ Diocæsis, quæ de nostro Patronatu existit, nullâ portione de nostro seu alicujus Progenitorum nostrorum quondam Regum* Angliæ *assensu seu voluntate inde subtractâ, nuper per nos præsentatus, & in ea per prædecessorem vestrum canonicè institutus*, super perceptione duarum partium provenluum, et obventionum ejusdem Ecclesiæ et amplius per Johannem Dykesterne, *prætendentem se esse Vicarium ejusdem Ecclesiæ de ordinatione dicti prædecessoris vestri, & ipsum dictos Proventus & obventiones ea de causa percipere debere, sit, & à tempore institutionis suæ prædictæ fuerit impeditus*; quod in nostri juris præjudicium et coronæ nostræ exhæredationem, immo in diminutionem et deteriorationem Advocationis nostræ Ecclesiæ prædictæ, si toleraretur, cederet manifeste, præsertim cum hujusmodi ordinationes Vicariarum in Ecclesiis de advocatione nostra existentibus, fieri nequiant nec debeant, nostro assensu super hoc minime requisito, per quod dictam ordinationem, eo quod sine nostro aut progenitorum nostrorum prædictorum voluntate facta fuit, irritam et nullam penitus reputamus. *Vobis mandamus, quod vocato coram vobis præfato* Johanne, et de ordinatione Vicariæ prædictæ, et causis et omnibus circumstantiis ejusdem inquisita ex officii vestri Pastoralis debito plenius veritate, si inveneritis hujusmodi ordinationem de dicta Ecclesia sine assensu nostro, seu progenitorum nostrorum prædictorum taliter factam fuisse, tunc eam, prout ad vos pertinet, adnulletis; præfatum *Alexandrum* provenlus et obventiones prædictas integre et tanquam *Nota.*

An. 34 E. 1. quam Rectorem eſuſdem Eccleſiæ percipere permittatis. *Et ſi fortaſſis prædictus* Johannes *aliquid de nobis vel aliquo Progenitorum noſtrorum prædictorum pro ſe de ordinatione habeat memorata, vel cauſa aliqua ſubfuerit quare id facere nequeatis*; tunc nos inde diſtincte et aperte reddatis per veſtras literas certiores. *Teſte meipſo apud* Weſtm. 6 *die* Junii, *Anno regni noſtri* 34.

Cujus igitur Brevis ratione prædictum Vicarium ad oſtendendum titulum in dicta Vicaria quem habet coram nobis fecimus evocari: et quia ſufficienter oſtendit, ſe in ipſa Vicaria per bonæ memoriæ *Gilbertum* prædeceſſorem noſtrum fuiſſe inſtitutum, nos abſque parte proſequente ſuper contentis in hoc Brevi, contra ipſum procedere ulterius debite non valemus. Verumptamen ſi Rector Eccleſiæ memoratæ, aut quivis alius in ipſo negotio proſequatur, parati ſumus & erimus facere quod incumbit. Valeat, &c. Dat. apud *Cacham* 14 Kal. *Auguſti*. An. Dom. 1306.

King *Edward* being informed by ſome of his ſuperſtitious Prelates and Clergy, that divers of his *Engliſh* Subjects, and others adhering to him, had incurred the Sentence of Excommunication and Irregularity, by ſlaying his *Scottiſh* Enemies, Traytors and Rebels, in his late Wars, and laying violent hands on the Trayterous *Scots* Biſhops, Abbots, Clergymen, and that in ſome Churches, which they had burned and defaced, procured a Commiſſion from Pope *Clement* to the Biſhop of *Carliſle* and three Abbots, to abſolve thoſe who did deſire abſolution from their Excommunication, Irregularity, and other Eccleſiaſtical Cenſures, as theſe his Writs, iſſued for that purpoſe to the Biſhop of *Carliſle* and others, the Sheriff of *Kent*, and all other Sheriffs of *England*, do clearly evidence.

Clauſ. 34 E. 1. memb. 15. dorſo. De Abſolutione pro illis qui diverſa mala perpetrarunt inimicos Regis inſequendo.

REX Venerabili in Chriſto Patri *J.* eadem. gratia *Karliolenſi* Epiſcopo ſalutem. Cum Sanctiſſimus Pater Dominus *Clemens* Divina Providentia ſummus Pontifex, vobis et Religioſis viris Abbatibus beatæ *Mariæ Eborum*, de Sancto *Albano*, & de *Waltham*, abſolvendi fideles noſtros de Regno noſtro et aliunde a ſententiis excommunicationum et aliis delictis in quæ inciderunt nonnullos hoſtes et rebelles noſtros qui in perturbationem regni noſtri, jurium noſtrorum et fidelium pravis conatibus nitebantur, Gladio et modis aliis perimendo, plures etiam mutilando et ſubjiciendo verberibus, Eccleſias etiam et loca Eccleſiaſtica incendio et ruina vaſtando et quædam alia committendo. Et ſimiliter cum illis qui propter præmiſſa irregularitatem aliquam incurrerunt, homicidis exceptis, authoritate Apoſtolica diſpenſandi per literas Apoſtolicas ſeparatim plenam commiſerit poteſtatem, prout in quadam Bulla quam vobis inde mittimus plenius continetur. Vos rogamus cum affectu, quatinus omnibus illis de Regno noſtro et aliunde qui in proſequendo hoſtes et rebelles noſtros, prædictos excommunicationum ſententias ſeu delicta alia aut irregularitatem aliquam incurrerunt, et vobis pro abſolutione vel diſpenſatione ſuper ſententiis aut irregularitate prædictis obtinend. voluerint recipere abſolutionis ſeu diſpenſationis hujuſmodi beneficium, quatinus ipſa audita petitione eorundem veſtra diſcretio prout noverit indigere juxta tenorem Bullæ prædictæ ſine difficultate qualibet impendatis. Teſte Rege apud *Wynton* 17. die *Aprilis*.

Clauſ. 34 E. 1. m. 15. De abſolutione & diſpenſ. pro illis qui diverſa mala perpetrarunt inimicos Regis inſequendo.

REX Vicec. *Kanc.* ſalutem. Cum quidam fideles noſtri de regno noſtro & aliunde tam Clerici quam Laici nobis adhærentes in proſequendo diverſis vicibus nonnullos hoſtes et rebelles noſtros qui in perturbationem Regni noſtri, Jurium noſtrorum et fidelium pravis conatibus nitebantur, quamplures ex eis gladio, et modis aliis perimerint, quoſdam etiam mutilando et ſubjiciendo verberibus, Eccleſias etiam et loca Eccleſiaſtica incendio et ruina vaſtando, in perſonas illarum manibus violenter infectis, datis etiam tam ibi quam alibi deprædationibus incendiis et rapinis ſecundum conſuetudinem hoſtium contra hoſtes: Ac Sanctiſſimus Pater Dominus *Clemens* divina providentia ſummus Pontifex, ad inſtantiam noſtram, Venerabili Patri *Karliolenſi* Epiſcopo ac Religioſis viris Abbatibus beatæ *Mariæ Eborum*, de Sancto *Albano* et de *Waltham*, Abſolvendi prædictas homicidas, excommunicatos, ſacrilegos, et alios qui in favorem noſtrũ talia commiſerunt ab hujuſmodi excommunicationum Sententia quas propterea incurrerunt, et delictis aliis ſupradictis, et etiam cum illis qui propter hæc in irregularitatem aliquam inciderunt, homicidis exceptis, authoritate Apoſtolica diſpenſandi, per

ſeparatas

ſeperatas literas Apoſtolicas commiſerit poteſtatem. Tibi præcipimus firmiter injungentes quod in Civitatibus, Burgis, & locis aliis infra Ballivam tuam ubi videris expedire, publicè proclamari facias, **Quod omnes illi de eadem Balliva tua qui hujuſmodi abſolutione ſeu diſpenſatione ſe ſentiunt indigere, ad aliquem prædictorum Epiſcopi vel Abbatum accedant cum voluerint abſolutionis ſeu diſpenſationis beneficium ſuper præmiſſis, prout indiguerint, petituri, et etiam recepturi. Et hoc nullo modo omittas.** Teſte Rege apud *Wynton* 17. die *Aprilis*. *An.* 34 *E.* 1.

Conſimiles Literæ diriguntur ſingulis Vicecomitibus per *Angliam*.

I cannot finde by Record or Hiſtory that any perſons came to be abſolved by them in theſe caſes, it being lawful by the *Laws of God and Man, for the King and all his loyal Subjects and Adherents, to kill, ſtrike, apprehend, and lay violent hands on all the perfidious Traytors and Rebels of the *Scottiſh* Nation and others, even in Churches and Churchyards, yea to burn their Churches, when they fled into and fortified them againſt them, without incurring the leaſt Sentence of Excommunication, Irregularity, Interdict, or other Eccleſiaſtical Cenſures, impoſed by Popes or Prelates Canons, which they extended to the protection of Traytors, Rebels, Murderers, and other Malefactors, to the publike prejudice both of Juſtice, Government, and Monarchy, beyond their primitive intention.

* See Albertus Gentiles & Hugo Grotius de Jure Belli.

This year I met with this memorable Plea before the Chancellor in the Chancery, at the ſuit of the Freres of the Hoſpital of the Houſe of God in *Donewich*, againſt the Abbot of St. *Oſitha*, for taking a Croſs out of their Hoſpital, whither many reſorted to adore it, who beſtowed much Alms upon them, and carrying it to the Abbey of St. *Oſitha*, and there keeping it in contempt of the King, to the ſubſtraction of the Alms of the Hoſpital, and great dammage and impoveriſhing of the Freres: One of the firſt Pleas I have obſerved of this kinde in Chancery.

Placita coram Cancellario, Anno regni Regis E. filii Regis H. 34. in Turri Lond. *Eſſex.*

M*Andatum fuit Abbati de Sancto* Oſitha *in forma quæ ſequitur. Edwardus, &c.* dilecto ſibi in Chriſto Abbati de S. *Oſitha*, ſalutem. Mandamus vobis firmiter injungentes, **quod Crucem illam quam nuper ad proſecutionem fratrum Hoſpitalis noſtri Domus Dei de** *Donewyco* in Cancellaria noſtra per vos venire fecimus, quamque dilectus Clericus noſter *Willielmus de Hamelton* Cancellarius noſter nobis poſtmodum reſtituit cuſtodiendam, donec aliud inde præceperimus, habeatis in eadem Cancellaria noſtra, in Quindena S. *Johannis Baptiſtæ* proximo futuro, ubicunque fuerit in *Anglia*; ut tunc inde fiat, quod Conſilio noſtro fore videbitur faciendum. Et hoc nullatenus omittatis. Et habeatis ibi hoc Breve. Teſte meipſo apud *Harewe* 12 die *Junii*, Anno regni noſtri 34.

Suff.

Pretextu cujus mandati prædicti Abbas ad prædictum diem in Cancellaria Regis perſonaliter venit, **et quandam Crucem ſecum ibidem detulit**; *quæ per conſiderationem dictæ Cancellariæ apud* Novum Templum London, *liberata eſt in depoſito cuſtodienda, donec, &c. Unde mandatum eſt Vicecomiti* Suffolc. *in forma quæ ſequitur. Edwardus, &c.* Vicecomiti *Suff.* ſalutem. **Quia accepimus quod quædam Crux, quæ quondam fuit Hoſpitalis noſtri** *Domus Dei de Donewico* (**ob cujus devotionem dum in prædicto Hoſpitali fuit quamplures de diverſis partibus ad locum illum confluentes, non modicas Eleemoſinarum largitiones ibidem contulerunt**) **ab eodem Hoſpitali uſque Abbatiam de S.** *Oſitha* **aſportata fuit, et ibidem adhuc exiſtit; in noſtri contemptum et dicti Hoſpitalis depreſſionem, et eleemoſinarum prædictarum ſubtractionem; necnon et fratrum ac ſororum ibidem degentium depauperationem manifeſtam. Per quod nos, qui hujuſmodi Hoſpitalia, quæ de Eleemoſinis Progenitorum noſtrorum quondam Regum** *Angliæ*, **et noſtra, infra Regnum noſtrum ſunt fundata, in ſatis juribus confovere tenemur; et ſubtracta ab eiſdem (ſi quæ ſint) quantum in nobis eſt, modis omnibus revocare; Abbati de S.** *Oſitha* **nuper mandavimus, quod Crucem prædictam in Cancellaria noſtra, in Quindena S.** *Johannis Baptiſtæ* **proximo præterita haberet. Qui quidem Abbas præterto mandati noſtri prædicti quandam Crucem tunc ibidem detulit, quæ de aſſenſu dicti Abbatis per Cancellarium noſtrum in Theſaurariæ apud** Novum Templum London, **liberata eſt, in depoſito cuſtodienda, donec diſcuſſum fuerit in Curia noſtra, utrum Crux illa ſit eadem Crux, quæ a prædicto Hoſpitali ſic aſportata fuerit, nec-**

An. 34 *E.* 1. ne? Tibi præcipimus, quod venire facias coram nobis in Cancellaria noſtra, a die S. *Michaelis* in quindecim dies, ubicunque tunc fuerit in *Angliæ*, tot & tales probos & legales homines, tam de Villa de *Donewyco*, quam de partibus adjacentibus, per quos rei veritas melius ſciri poterit. **Et ſi ſic, tunc, quo tempore, et per quem, et qualiter, et quo modo; et utrum prædicta Crux quæ ſic liberata eſt in depoſito cuſtodienda, et quæ eis tunc ibidem oſtendetur, ſit eadem Crux quæ ſic aſportata fuit, necne?** Et habeas ibi hoc Breve. Teſte meipſo apud *Beverlacum* 22. die *Julii*, Anno regni noſtri triceſimo quarto. *Ad quem diem Vicecomes retornavit nomina ſubſcriptorum per manucapt. viz.* Willielmi de Cokeleye, Warini Scot, Richardi de Crainsford, Johannis de Hoxne, Richardi Cach, Roberti Codom, Roberti Joce, Johannis Kenrich. Rogeri le Taillur, Hamon. *fil.* Lof. Richardi Cokeſman, Willielmi Belicot, Willielmi de Titineſhale, Johannis de Riſimer, Willielmi de Munderill, Radulphi Swan, Roberti de Colevill, & Willielmi de Caldecotes.

Eſſex. *Et ſimiliter mandatum fuit Vicecom.* Eſſex. *in forma ſubſcripta. Edwardus, &c.* **uſque ibi, ſit eadem Crux, quæ ſic aſportata fuit, necne?** cum additione clauſulæ quæ ſequeretur; Et ſcire faciatis præfato Abbati, quod tunc ſit ibi ad faciendum & recipiendum quod Curia noſtra conſideraverit in hac parte. Et habeas ibi nomina eorum, per quos ei ſcire feceris, & hoc Breve. Teſte ut ſupra. Ad quem diem præfatus Abbas venit, & Vicec. retornavit nomina ſubſcriptorum, viz. *Johannis de Wyleby, Willielmi de Bret, Roberti de Dykeley, Alani de Markeſhale, Saeri le Chamberlein, Willielmi Pettifrank, Benedicti de Cokefeld, Johannis de Frothewik, Johannis Cokain, Johannis de Badhele, Saeri Caperoun, Roberti de Myſteley, Nicholai Gernoun, Hamonis de Bryche, Gilberti de Deſham, Galfridi de Ruly, & Johannis de Brokesbourne.* Et Jurati non ven. ideo diſtr. per omnes terras, *&c.* Ita, *&c.* quod habeat corpora, &c. hic in Octabis *Purific.* beatæ *Mariæ.* Et datus eſt dies Abbati quod tunc ſic ibi ad faciend. & recipiend. &c. ut ſupra. **Et poſtea prædictus Abbas perſonaliter in Cancellaria conſtitutus, cognovit, Crucem prædictam eſſe Hoſpitalis prædicti, et eam in præſentia dicti Cancellarii** *Adæ de Brom* **Magiſtro Hoſpitalis prædicti reddidit et reſtituit dicto Hoſpitali imperpetuum remanendam.**

So that this Suit, for taking away and recovery of this adored Croſs, and the Alms gained and loſt thereby, was then proſecuted in Chancery, not in the Spiritual Court, and a Jury impannelled to try this iſſue, whether the Croſſe brought into the Chancery by the Abbot, was the ſame that was taken out of the Hoſpital or not?

* Flores Hiſt. p. 457. This year *Rex Edwardus* by his Eccleſiaſtical Prerogative, as * *Mat. Weſtminſter* ſtories, *vergens jam in ſenium, conquerentibus ad eum quibuſdam famulis domus ſuæ nondum promotis ad libitum, facta inquiſitione quæ Cœnobia monaſtica ſeu canonica per progenitores ſuos fuerant fundata,* **in ipſis ſingulis, non ſimplicia Corredia monaſterialia, ſed ſicut in regia equitabant, cum uno equo, vel bino; ita et illos dum viverent, ab illo die erogavit, ſed voluit Corredia cum neceſſariis erogari.** Whereof there are ſundry Preſidents in the Bundles of Privy Seals, Writs, and Certificates, and in the Clauſe and Patent Rolls of *An.* 31, 32, 33 *&* 34 *E.* 1. and ſundry excuſes by Abbors, Priors, Covents, made and returned to the King in Chancery, why they could not grant them ſuch Corodies by reaſon of Poverty, Debts, Loſſes, or Corodies formerly granted by them to others upon the Kings or his Queens Letters and recommendations, ſome whereof I have remembred in the precedent years, and pretermit the reſidue, running in like form with them.

Reynerus de Gaienne Proctor to *Thomas Pybeſet*, endeavouring to make Procurations and Appeals to the See of *Rome* againſt *Ralph Stokes*, on whom the King had conferred the Prebend of *Wyghton* in the Church of *Yorke*, during the vacancy of the Archbiſhoprick, to hinder him from the poſſeſſion thereof againſt right, to the prejudice of the rights of his Crown; the King thereupon iſſued this Prohibition to them, not to proceed therein to the prejudice of his Crown and right, under pain of condigne puniſhment;

REX

An. 34 *E.* 1

Cl. 34 E 1. m. 11. dorſo. Prohibitio pro Rege, & pro Radulpho de Stokes Clerico Regis.

REX Magiſtro *Reynero de Gaienne* Procuratori *Thomæ Pykelott*, vel ipſius *Reyneri* ſubſtituto, ſalutem. Circa obſervationem et defenſionem Juris noſtri Regii eo magis eſſe ſollicitos nos opoꝛtet quo ad hoc aſtricti ſumus vinculo juramenti, nec diſſimulare poſſumus, ſicuti nec debemus, quia ejuſdem juris impugnatoꝛes faciemus, pꝛout convenit pꝛopulſare. Cum igitur Præbendam de *Wyghton* in Eccleſia *Eborum* vacantem, & ad noſtram donationem ſpectantem, dilecto Clerico noſtro *Radulpho de Stokes* contulerimus jure noſtro, Nobiſque datum ſit intelligi, quod tu nomine pꝛæfati *Thomæ* poſſeſſioni dictæ pꝛæbendæ de facto, cum de jure non poſſit, ut dicitur incumbentis, ad impediendum effectum collationis noſtræ pꝛædictæ, necnon et in noſtri juris Regii pꝛædicti pꝛæjudicium pꝛovocationes facere et appellationes interponere jam intendis. Tibi pꝛohibemus, ne in negotio pꝛædicto pꝛovocationes ſeu appellationes per quas nobis ſeu juri noſtro Regio pꝛæjudicium aliquale generetur, aut effectus collationis noſtræ pꝛædictæ ſic rite factæ aliqualiter minus juſte impediatur interponere pꝛæſumas: pꝛo certo habens, quod ſi ſecus feceris ad te tanquam ad Juris noſtri Regii impugnatoꝛem graviter capiemus. Teſte Rege apud *Wynton.* 3. die *Martii.*

Although the K[illegible] condeſcended, that the Adminiſtrators of the Spiritualties of the Archbiſhopric of *Canterbury* deputed by Pope *Clement*, ſhould intermeddle in ſome things, yet he expreſly prohibited them to meddle in the purgation of any Clerks convict and impriſoned for Felony and other crimes, by this Writ.

Cl. 34 E. 1. m. 8. De purgatione quorundam tranſgreſſorum non admittenda.

REX Adminiſtratoribus Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Cantuar.* a ſede Apoſtolica deputatis, ſalutem. Mandamus vobis, quod ad purgationem aliquam coꝛam vobis capiendam de pꝛiſonibus in Curia noſtra convictis ſuper feloniis et tranſgreſſionibus per ipſos contra pacem noſtram in regno noſtro factis, et ea occaſione in pꝛiſona noſtra de *Maydeneſtan* detentis vos nullatenus intromittatis, donec aliud inde duxerimus oꝛdinandum. Teſte Rege apud *Grantham*, 16 die *Julii.* Yet he permitted his own Biſhops and other Ordinaries this year to take the purgation of ſundry Clerks convicted of Robberies, and other Felonies, and iſſued Writs to reſtore their goods and chattels that were ſeiſed to the Kings uſe; as *Clauſ.* 34 *E.* 1. *m.* 8, 10, 11, 15, 22. inform us.

Reymund a *Roman* Cardinal ſending two Proctors into *England*, on whom the Pope by his Proviſion had conferred ſome Benefices in the Churches of *Yorke*, *Lincoln*, and *Litchfield*; the King at his requeſt, out of his reverence to the Pope and See Apoſtolick, and honor to this Cardinal, granted them this enſuing Safe-conduct; yet with this caution, (which marred their deſign) that the ſaid Proctors ſhould not by any means proſecute, procure or attempt any thing, which might any way turn to the prejudice of his Crown and Royal dignity.

Pat. 34 E 1. De conductu procuratoribus Cardinalibus.

REX Vicecomitibus, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ad quos, &c. ſalutem. Cum dilecti nobis Magiſtri *Reymundus Fabri*, & *Elyas de Caſtellione* Procuratores venerabilis Patris *Reymundi* Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis, cui ſanctiſſimus Pater Summus Pontifex de quibuſdam beneficiis in *Eborum*, *Linc.* ac *Litch.* Eccleſiis oꝛdinavit, ut accepimus, pꝛovidere; nobis cum inſtantia ſupplicaverint, ut ipſis in pꝛoſequendo dicta negotia ſalvum et ſecurum conductum noſtrum concedere dignaremur: Nos, tam ob pꝛædicti Domini Summi Pontificis et ſedis Apoſtolicæ reverentiam et honoꝛem, quam pꝛædicti Cardinalis intuitu, prædictorum Procuratorum precibus in hac parte favorabiliter annuentes; Vobis mandamus, quod eiſdem Procuratoribus cum ipſos vel eorum aliquem ad dicta negotia proſequenda per Ballivas aut diſtrictus veſtros tranſitum facere contigerit, non inferatis, ſeu quantum in vobis eſt ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod vel gravamen, ſet ipſos potius à moleſtiis, dampnis & impedimentis hujuſmodi protegatis & etiam defendatis. Et ſi quid, &c. emendari, & ſi neceſſe fuerit ſalvum & ſecurum conductum habere faciatis eiſdem in proſequendo negotia memorata, quociens per ipſos vel eorum aliquem indè fueritis requiſiti. Dum tamen iidem pꝛocuratoꝛes quicquam non pꝛoſequantur, nec pꝛocurent

An. 34 *E.* 1. quomodolibet vel attemptent quod in præjudicium coronæ vel dignitatis nostræ Regiæ cedere valeat quoquomodo. In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duratur. Teste Rege apud *Budeslee*, 17 die *Februarii*.

Per breve de Privato Sigillo.

The Pope importuning King *Edward* by his Letters liberally to conferre his Castle of *Mulhan* upon *Amanenus* Lord of *Lebreto*, belonging heretofore to his ancestors, for the good services he and they had done him in his warrs in *Gascoigne*, returned him this answer why he could not grant his request upon a double account, especially for his high contempt and affront in taking and detaining prisoner *Peter Arnoldi* one of his principal Clerks, being of his Counsil, and refusing to release him upon the request of some of his Counsil in *England*, to his great disgrace and contempt; which he prayed the Pope to endeavour to redresse, and procure his Clerks enlargement.

Clauss. 34 E 1. m. 17 dorso. Pro Rege.

PApæ Rex, Devota pedum oscula beatorum. Recepimus cum reverentia qua decebat, literas quas in nobis vestra beatitudo transmisit, inter cætera continentes, ut dilecto & fideli nostro nobili viro *Amaneno* Domino de *Lebreto* Castrum nostrum de *Milhano* cum pertin. quod quondam fuerat progenitorum suorum, pro bono & laudabili servitio quod idem *Amanenus* in guerra nostra *Vascon.* nobis impenderet, liberaliter concedere curaremus, eodem modo tenendum quo pater & dicti progenitores sui Castrum illud antiquius tenuerunt; Unde vestra noverit Sanctitudo, quod satis sumus experti, nec à nostra sunt notitia aliena laudabilia et grata servitia quæ prædictus *Amanenus* in dicta guerra nostra *Vascon.* & alibi nobis exhibuit fideliter & constanter, de quibus nos multipliciter commendamus. Et licet verum, quod prædictum Castrum de *Milhano* aliquando fuisset progenitorum præfati *Amaneni*, sicut dictæ vestræ literæ continebant. Pater tamen ipsius certis ex causis Castrum illud commisit, et nichilominus claræ memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* pater noster eidemque pro dicto Castro nomine Escambii alias terras dedit. Cæterum, pater Sanctissime, cum quidam Clericus noster, et de Consilio nostro non minimus, sicut forsitan benè nostis, Magister *Petrus Arnaldi de Vico* post creationem vestram captus fuerit, et sic captus, adhuc in carceribus teneatur, & verisimiliter præsumamus, quod ad procurationem *Amaneni* hoc actum extiterit, præsertim pro eo, quod idem *Amanenus* per majores de nostro Consilio in *Anglia* requisitus, malivolentiam quam ad ipsum Clericum nostrum gerebat sibi remitteret, id facere recusasset, in nostri vituperium et dedecus factum hujusmodi cedere reputemus: Sanctitati vestræ supplicamus humiliter & devotè, quatinus ad præmissa illum respectum, si placet, habere dignemini quem honori nostro vestra providentia viderit convenire, quodque id nobis gratum esse debeat & acceptum: clementiam vestram scire volentes, quod prompti erimus et parati ad ea quæ vobis noverimus esse grata, & etiam cum promptitudine qua poterimus adimplere, quod super hiis de quibus nos requirendum duxistis vobis visum fuerit faciendum, supplicantes precibus iteratis, ut super prætactis nobis significare velitis vestræ beneplacita voluntatis, et prædictum Clericum nostrum taliter prosequi gratia et favore, ut in persona ipsius quod pro nobis feceritis percipere valeamus. Conservet, &c. Dat. *Wynton.* 8 die *Aprilis*, Anno regni nostri, &c. 34.

After which answer *Amanenus* complying with the Kings request, being likewise sent over to him as a *Nuncio* from the Pope, he did out of his veneration to the *Pope* settle this Castle upon him and his heirs by this Patent.

Pat. 34 E 1. m. 10. De Amaneno Domino de le Breto.

REX Omnibus ad quos, &c. salutem. Licet nuper per cartam nostram dederimus & concesserimus *Edwardo* filio nostro karissimo, totum Ducatum (*Aq.*) prædict. cum omnibus pertin. suis. Habend. & tenend. sibi, et post ipsum Regibus in regno *Angliæ* hæreditariè regnantibus, cum omnibus ad eundem Ducatum qualitercumq; spectantibus; ita tamen, quod præfatus filius noster Ducatum prædictum alienare non possit, nec quicquam de eodem aut pertin. ejusdem distrahere vel diminuere quoquo modo, ad requisitionem tamen sanctissimi patris Domini *Clementis* divina providentia sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summi Pontificis nobis factam,

tam, pro munere gratiæ ſpecialis, necnon pro laudabili et gratuitu ſervicio quod dilectus et fidelis Miles noſter *Amanenus* Dominus *de le Breto* nobis & dilecto filio noſtro hactenus multipliciter impendit, concedimus, et licentiam damus eidem filio noſtro, pro nobis et hæredibus noſtris, quod ipſe Caſtrum et Caſtellaniam de *Milhano*, cum pertin. ſuis in Ducatu prædicto, dare poſſit et concedere præfato *Amaneno*: Habend. et tenend. ſibi et hæred. ſuis de filio noſtro, & poſt ipſum, de Regibus in regno *Angliæ* hæreditariè regnantibus, cum dominicis, homagiis, redditibus, ſerviciis, feodis, & advocationibus Eccleſiarum, libertatibus, liberis conſuetudinibus, alta juſticia & baſſa, et aliis Juribus quibuſcumque, ad prædicta Caſtrum et Caſtellaniam pertinentibus, ſine aliquo retenemento, adeo integrè ſicut ad manus ejuſdem filii noſtri, ex dono et conceſſione noſtris prædictis devenerunt imperpetuum, faciendo inde de cætero eidem filio noſtro, & poſt ipſum, Regibus in regno *Angliæ* hæreditariè regnantibus, ſervicia quæ de eiſdem Caſtro et Caſtellania, ante eſcambium, inter celebris memoriæ Dominum *H.* quondam Regem *Angliæ* patrem noſtrum & patrem præfati *Amaneni*, inde factum, debebantur, et fieri conſueverunt. Condicionem autem prædictam in dicta carta noſtra contentam, videlicet, quod præfatus filius noſter Ducatum prædictum alienare non poſſit, nec quicquam de eodem, ſeu pertin. ejuſdem diſtrahere aliqualiter diminuere, quo ad donationem prædictam de dictis Caſtro e Caſtellania et ſuis pertin. faciendam, penitus revocamus. In cujus, &c. T. R. apud *Thresk* 28 die *Julii*, triplicatur. *An.* 34 *E.* 1.

King *Edward* having procured the Popes abſolution from his Oath to obſerve the Perambulation of the *Foreſts* formerly made and ſetled in Parliament, to the great diſcontent of his Nobles and people, upon the new commotions and rebellions in *Scotland* beyond his expectation, in a Parliament in the 34 year of his reign, to regain his Nobles and peoples affections, and free them from the manifold oppreſſions, grievances, and illegal Proceedings by the Officers of his Foreſts, made this enſuing *Ordinance*, which he ſent to all the Sheriffs of *England*, and Juſtices of his *Foreſts*, to publiſh, proclaim, obſerve for the future by theſe memorable Writs, recorded in the *Statute Roll* in the *Tower*, not printed with the *Ordinance* it ſelf in **Tottle's Magna Charta*, or any other *Statute book*.

* Lond. 1556. pars 2. f. 67. Ex Rot. Stat. Anno 34 E. 1. m. 13, & 14.

REX Omnibus ad quos, &c. ſalutem. Dum imbecillitatis humanæ conſpicimus imperfectum, ac onera longè latéque diffuſa noſtris humeris incumbencia attenta conſideracione penſamus, intus nimirum punctoris diverſis torquemur, diverſorum cogitationum fluctibus agitati, et vexamur frequenter noctes ducendo inſomnes, quid agendum, quid tenendum, quidbe exequendum exiſtat inter præcordia hæſitantes; in eo tamen qui ſupra cuncta tenens in excelſis imperium, qui dat eſſe rebus, et diſpenſat prout vult munera gratiarum, cum ſapienciæ ſuæ magnitudinem humani non capiant intellectus, virtutes reſumimus, ſperantes, quod in ſerviciis ſuis perficiat actus noſtros, & ſuæ bonitatis clementia noſtrum miſericorditer videat et ſuppleat imperfectum, ut ipſius fulti præſidio per viam mandatorum Domini dirigamur. Profecto inter omnia ſollicitudini noſtræ et curæ inhærentia, circa illud præcipue noſtra non intermiſſive verſatur intencio, ut ſubditis noſtris regni noſtri incolis quietis et tranquillitatis dulcedinem præparemus, in quorum quiete quieſcimus, et in eorum tranquillitate non ſine ſuabitatis odore in floribus pacis deſideratæ interius confovemur. Sane ex fidelium noſtrorum relatibus, et oppreſſorum crebris clamoribus, de quibus nimia mentis commocione turbamur, didicimus, quod per Miniſtros Foreſtarum noſtrorum populus ejuſdem regni miſerabiliter opprimitur, depauperatur, et diverſis afficitur injuriis, undique moleſtatus; nonnunquam enim fiunt accuſaciones de foreſta et indictiones vulgariter ſic appellatæ, non per legitimas Inquiſiciones proborum et legalium hominum patriæ præcedentes, ut juſticia requirit, ſet ad dictum unius vel forſan duorum de foreſtariis, aut ad dictum unius vel forſan duorum de viridariis qui ex odio aut aliàs malicioſè, ut ab aliquo pecuniam extorqueant quenquam accuſant vel indictant, et exinde ſequuntur attachiamenta gravia, et punitur innocens quem nulla omnino culpa ſeu delictum conſtringit. Opprimitur eciam populus præ multitudine Foreſtariorum et aliorum miniſtrorum, quos cum non habeant undè aliunde vivant, per patriam foreſtæ adjacentem vivere oportebit eoſdem, et quod eſt deterius pro jure officii ſui vendi-

cant

An. 34 E. 1. cant ut sic vivant : Isti nichilominus pro suis victualibus quibus egent boscum suæ custodiæ aut sub suis custodiis deputatum, et feras in eisdem existentes vendendo, donando, et multipliciter minuendo ac minui permittendo, successivis dierum processibus destruunt et adnichilant, ad nostrum et hæredum nostrorum intollerabile detrimentum. Quid plura? dampna et grabamina quæ circa hoc proveniunt, ut accepimus, difficile fore per singula enarrare. Cupientes itaque oppressionibus et grabaminibus hujusmodi, quæ absque gravi scandalo diucius sub dissimulacione præterire nequimus, modis et viis omnibus quibus possumus, obviare, ac regni nostri incolarum paci et tranquillitati pervigili studio providere.

Volumus in primis & ordinamus pro nobis & hæredibus nostris, quod de transgressionibus in Forestis nostris de viridi et venacione de cætero faciendis, Forestarii infra quorum ballivas hujusmodi transgressiones fieri contigerit, præsentent easdem ad proxima Swanimota, coram Forestariis, viridariis, regardatoribus, agistatoribus, et aliis earundem forestarum Ministris, et super præsentacionibus hujusmodi ibidem coram Forestariis, viridariis, et omnibus aliis Ministris supradictis per sacramentum tam Militum quam aliorum proborum et legalium hominum de partibus vicinioribus ubi transgressiones sic præsentatæ factæ fuerint non suspectorum, veritas plenius inquiratur, et sic inquisita veritate, præsentationes illæ per communem concordiam et assensum omnium ministrorum prædictorum sollempniter roborentur et sigillis suis sigillentur; et si alio modo fiat indictamenti pro nullo penitus habeatur. Et si aliquem prædictorum Forestariorum, regardatorum, aut aliorum Ministrorum forestarum iplarum obire contingat, seu per ægritudinem vel alio modo impediri, quominus interesse valeat hujusmodi Swanimotis, incontinenti Justiciarius Forestæ seu locum ejus tenens ponat alium loco suo, ita videlicet, quod indictamentum fiat per omnes in forma prædicta, quodque Ministri qui ponendi sunt ponantur, sicut hactenus fieri consuevit, exceptis Viridariis qui per electionem et per breve nostrum deputabuntur. Et volumus, quod nullus Ministrorum prædictorum in assisis juratis, seu inquisicionibus extra Forestam capiendis de cætero ponatur.

Et si superoneracio Forestariorum aut aliorum qui se gerunt ut Ministros Forestæ inveniatur, amoveantur hujusmodi superonerantes et imprisonentur secundum discrecionem Justic. Forestæ vel ejus locum tenentis, necnon & illi per quos positi fuerant, ad voluntatem nostram similiter puniantur. Et ad quodlibet Swanimotum inquiratur sollempniter de superoneracione Forestariorum et aliorum Ministrorum Forestæ, et de eorum oppressionibus populo nostro illatis, et fiant inde emendæ et punitiones, prout superius est expressum.

Quoad illos vero qui tempore quo Foresta deafforestata fuit transgressiones de viridi aut venacione in Foresta fecerunt, quia deafforestacionem eandem, et ut sententia excommunicationis in contrabenientes fulminaretur, quanquam de nostra bona voluntate minime processisset, concessimus, quam quidem sententiam Dominus Summus Pontifex postmodum revocabit; et quas concessionem et deafforestationem ex certis causis revocamus et eciam adnullamus; Volumus, quod transgressiones hujusmodi pardonentur, transgressionibus illis exceptis quæ in ea parte quæ Foresta remansit commissæ fuerunt; ita tamen, quod hayæ & fossata facta medio tempore prosternantur et penitus amoveantur et adnichilentur; salvis arentacionibus nostris quas secundum assisam Forestæ volumus remanere. Boscus autem cesus & prostratus amoveatur, & boscus stans, remanent in Foresta. Et si forte aliquis talis boscus adhuc stans sit venditus, in Foresta remaneat, & venditor satisfaciat emptori juxta quantitatem porcionis bosci stantis in Foresta, & taliter medio tempore venditi, & prout ceperit de eodem.

Volumus eciam, quod Justiciarius Forestæ nostræ vel ejus locum tenens in præsencia Thes. nostri, et per assensum ejusdem habeat potestatem capiendi fines et redemciones illorum qui sunt indictati de transgressionibus usque nunc in Foresta commissis itinere Justiciariorum minime expectato.

Volumus insuper, quod illi qui communem pasturam in Foresta ante perambulacionem factam habebant, & qui sunt postea repositi in Foresta, quique de dicta communia per perambulacionem prædictam fuerant impediti, habeant communem pasturam de cætero in Forestis, adeo large et libere sicut ante perambulacionem factum habere solebant; salvis arentacionibus nostris in forma prædicta. In cujus, &c. *T. R. apud *Westm.* 27 die *Maii.*

*An. 34 E. 1. See Tottles Magn. Charta. pars 2. f. 68.

Consi-

Conſimiles literæ miſſæ fuerunt ad ſingulos Com. per *Angl.* Et mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per *Angl.* quod literas illas in plenis Comitatibus ſuis legi, **et ordinationem Regis in eiſdem contentam publice faciant proclamari.** *An.* 33 *E.* 1.

Rex Juſtic. Foreſtæ ſuæ ultra *Trentam* vel ejus locum tenenti ſalutem. Dum imbecillitatis, *&c.* Salvis arentacionibus in forma prædicta. Et ideo vobis mandamus **quod ordinacionem noſtram prædictam in balliva veſtra fac. publice proclamari, et eam de cætero in omnibus et ſingulis ſuis articulis obſervetis, et per totam ballivam veſtram faciatis firmiter et inviolabiliter obſervari.** Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Juſtic. foreſtæ Regis citra *Trentam* vel ejus locum tenenti.

I finde this Bull of Pope *Clement* the fifth, ſent to King *Edward*, complaining of his Breach of the deſigned Peace between him and the King of *France*, by ſeiſing of ſome Merchants Goods, and receſs of two of his Commiſſioners appointed to aſſeſs dammages on both ſides, mentioned in the * *precedent year*, enrolled in the Clauſe Roll of 34 *E.* 1. *m.* 12. *dorſo.* To which the King by advice of his Counſil returned this long ſatisfactory anſwer, refuting the ſuggeſtions of the *French* contained in the Popes Bull, as meer falſhoods and calumnies void of truth, and promiſing aſſiſtance to the Pope in caſe of danger. * Here p. 1066 1067.

Clauſ. 34 E. 1. m. 12. dorſo. Pro Rege.

PApæ Rex devota pedum oſcula beatorum. Sanctitatis veſtræ Literas quas nobis Magiſter *Johannes de Salariis* Clericus lator præſentium præſentavit, reverenter receptis & earum tenore plenius intellecto, ea quæ continebantur in eis per nos & conſilium noſtrum examinari fecimus diligenter. Unde poſt tractatum ſuper hiis habitum exquiſitè, & eidem Clerico ad plenam informationem & inſtructionem eorum per dictum Conſilium noſtrum expoſitum ſibi, certum reſponſum dedimus in præmiſſis, quod providenciæ veſtræ latius exponere poterit viva voce. Conſervet vos altiſſimus, *&c.* Dat. apud *Weſtm.* 4 die *Junii.*

Ibidem.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* Divina Providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, *Edwardus* eadem gratia, *&c.* Devota pedum oſcula beatorum. Sanctitatis veſtræ literas nobis ex parte veſtra per Magiſtrum *Johannem de Solariis* Clericum præſentatas reverenter recepimus, inter alias continentes. Vobis intelligi *datum eſſe, quod poſtquam* Nuncii *noſtri nuper apud* Lugdunum *ſe veſtro conſpectui præſentarunt, et per veſtræ paternitatis providentiam, ut quatuor probi viri, duo videlicet pro parte Regis* Franciæ, *et duo pro parte noſtra, ad inquirendum de dampnis et injuriis poſt pacis reformationem ſeu trenga durante inter dictum Regem et nos illatis hinc inde, et ad faciendum paſſis dampna et injurias ſatisfactionem congruam exhiberi juxta negotii qualitatem, aſſignarentur ſeu deputarentur extitit ordinatum:* plura bona & merciamonia Civium *Ambanien.* cæterorumque Mercatorum *Corbia*, & aliorum locorum de Regno & poteſtate dicti Regis, ordinatione prædicta non obſtante, arreſtata & ſeiſita, ac ipſis per gentes noſtras alia dampna non modica ſunt illata. Super quibus vobis pater Sancte volumus eſſe notum. Quod ſuggeſtio illa nullam omnino continet veritatem; Nam poſtquam *Nuncii* noſtri prædicti à nobis receſſerunt iter arripiendo ad veſtram præſentiam accedendi, infra regnum noſtrum ſuper gentes dicti Regis nulla hujuſmodi arreſtatio facta fuit, ſed magno tempore elapſo, cum quidam Mercator noſter pannos & alia bona quæ ad opus noſtrum emerat in *Brebant* verſus *Angliam* per poteſtatem duceret dicti Regis, idem Rex pannos & bona prædicta arreſtari & ad opus ſuum capi quo libito ſuo fecit: & tandem poſt preces noſtras pro reſtitutione pannorum & bonorum prædictorum pluries ſibi directas, ac longam ſectam & frequentem inſtanciam Mercatoris prædicti, inquiſita ſuper hoc & reperta plenius veritate, præfatus Rex præcepit dicto Mercatori pro pannis & bonis prædictis certam pecuniæ ſummam taxatam ſuo arbitrio liberari, prout in ipſius Regis literis patentibus eidem Mercatori inde confectis plenius eſt contentum: Super quo quidem præcepto nulla executio nec reſtitutionis effectus juxta formam literarum prædictarum poſtmodum extitit ſubſecutus, quamvis idem Rex poſt confectionem literæ ſuæ prædictæ pluries ſuper hoc per nos debite fuerit requiſitus. Propter quod, diu antequam *Nuncii* noſtri prædicti apud *Lugdunum* ad veſtram præſentiam acceſſiſſent vel etiam ab *Anglia* receſſiſſent, juxta conſuetudinem in Regno noſtro **in caſu conſimili uſitatam et** * **legem Mercatoriam, præceſſa** * lex Mercatoria.

An. 34 E. 1. processu debito observato, bona et mercimonia Mercatorum de potestate dicti Regis ad valentiam pannorum et bonorum prædictorum fuerint arestata, tali, viz. modo quod quacunq; hora idem Rex nostro sattisfaceret Mercatori juxta formam literarū suarum prædictarum, et tunc præfatum arrestum penitus relaxaretur Mercatoribus antedictis. Quoad id etiam quod præfatæ Literæ vestræ continebant, quod unus de nostris de dictis quatuor qui in vestra præsentia ad præmissa, ut præmittitur nominati, electi fuerunt & jurati, de partibus *Franciæ* discessit negotio imperfecto: vestræ clementiæ intimamus, quod prædicti duo per nos nominati & in vestra præsentia, ut prædictum est jurati, in partibus *Franciæ* per tres septimanas & amplius morabantur, quousque dictus Rex alios duos pro parte sua juxta ordinationem prædictam ipsis in dicto negotio adjungeret expectando. Et illis duobus deputatis postmodum per Regem *Franciæ*, & juratis, & de certo die incipiendi in dicto negotio procedere, inter ipsos quatuor concordato, unus de ipsis, qui pro Commissione ipsorum a nobis in hac parte habenda in *Angliam* ad nos venit cum commissione prædicta in *Francia*, rediit ante diem, altero interim assidue in dictis partibus commorante: & extunc illi duo per nos ut præmittitur deputati, intenderunt & adhuc intendunt continuo negotio memorato. Ita quod in nobis seu aliquo vel aliquibus de nostris in hac parte defectus aliquis non exiitit. Et utriusque facti præcedentis veritas sic se habet. Vestræ igitur clementiæ supplicamus, quatinus hujusmodi **falsis suggestionibus** seu earum persuasoribus qui sic nituntur excessus proprios palliare, si placet **de facili non credatis**, nec ex talium vanis verbis seu minis in hæsitationem seu timorem aliquam incidatis; tales enim invenietis amicos in necessitatibus & opportunitatibus vos tangentibus semper promptos qui de periculis & adversitatibus (si quæ forsitan, quod absit emerserint) cum Dei auxilio **viriliter vos defendent.** Licet autem super præmissis prædicto Magistro *Johanni* vestro *Nuncio* sit responsum, quia tamen posset contingere quod idem Clericus responsum hujusmodi vestræ benignitati non tam clarè prout sibi dictum extitit recitaret, ut de veritate præmissorum nostraque responsione prædicta plenius vobis constet, positisque quibuscunque alias forsitan vobis super hiis loquentibus certius respondere, præsentes Literas per vallettum nostrum latorem præsentium vestræ beatitudini destinamus. Conservet vos altissimus ad regimen Ecclesiæ suæ per tempora prospera & longæva. Dat apud *Westm.* 5 die *Junii.*

In a Bundle of Writs in the *White Tower*, I met with this observable one, issued to the Mayor and Bayliffs of the City of *Lincoln*, setting forth the Custom of the City to devise Lands as well as Chattels, commanding them to prove a Will of Lands devised in that City, according to the Custom therein used to prove Wills, or shew cause why they did it not; with the Certificate and return thereon, expressing the Custom of the City, and reasons they did not prove it.

Bundela Brevium in Turri London, An. 34 E. 1.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Majori & Ballivis suis *Lincoln.* salutem. Ex querela *Johannis* filii *Johannis Cotty* de *Lincoln.* accepimus, quod cum secundum consuetudinem in Civitate nostra *Lincoln.* hactenus optentam & approbatam, **liceat unicuique Civi ejusdem Civitatis ten. sua quæ sibi adquisierit in eadem Civitate tanquam Catalla sua in ultima voluntate sua legare cuicunque voluerit**, ac *Johannes Cotty* quondam Civis Civitatis nostræ prædictæ quædam ten. sua cum pertin. in Civitate prædicta & Suburbio ejusdem quæ sibi adquisierat, **in Testamento suo præfato *Johanni* legasset; et licet Executores Testamenti illius penes vos diligenter institerint ut probationem Testamenti illius secundum consuetudinem Civitatis prædictæ admitteretis, et executionem ejusdem fieri faceretis, prout hactenus in casu consimili fieri consuevit; Vos tamen probationem illam huc usque admittere distulistis et adhuc differtis minus juste, in ipsius *Johannis* dampnum non modicum et exhæredationis periculum manifestum. Volentes igitur præfato *Johanni* fieri in hac parte justitiæ complementum; Vobis præcipimus sicut alias præcepimus, firmiter injungentes, quod si ita est, tunc ad dictam probationem juxta modum et consuetudinem Civitatis nostræ prædictæ admittendam, et ad executionem debitam inde faciendam, absque ulteriori moræ dispendio procedatis, vel causam nobis significetis, quare mandatum nostrum alias vobis inde directum exequi contempsistis.** Teste meipso apud *Wolvesey*, 15 die *Aprilis*, Anno regni nostri 34.

Where-

Whereupon they made this Return annexed to the Writ. *An.* 34 *E.* 1.

ISta eſt cauſa quare ad probationem Teſtamenti *Johannis Cotty* **quondam Civis** *Lincoln.* de ten. in dicto Teſtamento Legatis non proceſſimus, quia modus & conſuetudo hactenus uſitat. & approbat. in Civitat. *Lincoln.* inter Cives dicti Civitatis tales ſunt, **quod quodlibet Teſtamentum dictæ Civitatis tangens Laicum feodum deb. probari coram Majore et Ballivis in plena Cur. infra Quadraginta dies poſt mortem Teſtatoris, ubi Teſtator obierit infra Quatuor Maria.** Et unde contra dictum Teſtamentum objectum fuit infra dictum terminum quatuordecim Annis elapſis & amplius per *Henr.* filium & Hæredem dicti *Johannis* Teſtatoris, quod probatio inde fieri non debuit pro diverſis defectibus in illo Teſtamento inventis, videlicet, **Quia ſigillum dicti Teſtatoris dicto Teſtamento non fuit appoſitum.** Item pro hoc, quod dictum Teſtament. efficiebatur de duabus Cedulis ſimul conſutis, ubi integre fieri debet ſicut Carta Feoffamenti. Item propter diverſa ten. apud *Baumburgh, Canewyke* & alibi in Com. *Lincoln.* extra Libertatem Civitatis *Lincolniæ* in dicto **Teſtamento legata, contra Legem et conſuetudinem Regni; per quos quidem defectus una cum aliis in dicto Teſtamento inventis, Major et cæteri homines de Curia ad probationem inde ad tunc admittendam non proceſſerunt, eo quod videbatur eis quod eſſet exhæredatio prædicti** *Henrici*, **et contra conſuetudinem et libertatem Civitatis prædictæ ad talem probationem procedere.** Unde iidem Executores ſe intruſerunt in dict. ten. & *Johannem* filium *Johannis Cotty* in ſeiſinam poſuerunt ſuper herbam prædicti *Henr. Cotty*, & idem retent. ipſum ejecit velud per treſdecim Annos & amplius elapſos, per quod dictus *Johannes* filius *Johannis Cotty* tulit breve Domini Regis *Novæ diſſeiſinæ* verſus dictum *Henricum* de tenementis prædictis coram *Willielmo Inge* & *Adam de Crokedak*, tunc temporis Juſtic. Domini Regis ad Aſſiſas capiend. aſſignat. apud *Linc.* coram quibus dictus *Johannes* nichilominus nichil cepit per breve ſuum, **eo quod dictum Teſtamentum coram ipſis per Aſſiſam pro dictis defectibus pro nullo habebatur**: a quo quidem tempore uſque noſtrum Executores dicti Teſtamenti omnino ceſſaverunt, ad probationem præd. dicti Teſtamenti optinend. per quod ad probationem Teſtamenti prædicti admittend. de tanto tempore ultra tempus limitatum, quod eſt contra conſuetudinem hactenus in dicta Civitate uſitatam, & ſimiliter propter diverſos Articulos per prædictum *Henricum* filium & Hæredem dicti Teſtatoris ſuperius contra dictum Teſtamentum objectos, ad præſens non proceſſimus.

A clear evidence, That the Probat of Wills in Cities and Places where Tenements and Lands were deviſable by cuſtom, belonged not to the Eccleſiaſtical but Temporal Courts, and that the King might by his Writs command Wills to be proved by thoſe who ought to prove them, or render him a legal reaſon why they refuſed ſo to do.

William Grenefeild Archbiſhop of *York* after his premiſed coſtly Conſecration had this Writ iſſued for the reſtitution of his Temporalties.

REX Dilectis & fidelibus ſuis *Lamberto de Thrikingham* & *Johanni de Byron* Cuſtodibus ſuis Archiepiſcopatus *Eborum* ſede vacante ſalutem. Cum Dominus ſummus Pontifex electionem nuper celebratam in Eccleſia Cathedrali *Eborum* de diſcreto viro Magiſtro *Willielmo de Grenefeild* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Archiepiſcopum illius loci, **cui prius regium aſſenſum adhibuimus et favorem confirmaverit**, ſicut per literas ipſius ſummi Pontificis Bullatas nobis inde directas nobis conſtat, Nos confirmacionem **illam acceptantes**, cepimus fidelitatem ipſius Archiepiſcopi, & temporalia Archiepiſcopatus prædicti prout moris eſt reſtituimus eidem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem Archiepiſcopo temporalia Archiepiſcopatus prædicti liberetis ſicut prædictum eſt. Teſte Rege apud *Wynton*, 31 die *Marcii*. Pat. 34 E. 1. m. 32. De reſtitutione temporal. Archiepiſc. Eborum.

Eodem modo mandatum eſt præfatis Cuſtodibus vel eorum ſub-Cuſtodibus apud *Chirchedon, Compton*, & *Otenden* in Com. *Glouceſtr.* Teſte Rege ut ſupra.

Et mandatum eſt Militibus, *&c.* & reſpondentes ſicut prædictum eſt. In cujus, *&c.* Teſte Rege ut ſupra.

An. 34 E. 1.

After which returning from the Court of *Rome* to the Kings presence. to prevent all affronts to him and his followers within the Diocess of *Canterbury*, concerning the carrying of his Cross therein, he procured this Safe-conduct from the King.

Pat. 34 E. 1. m. 36. intus. De conductu, Pro W. Archiepisc. Eborum.

REX Omnibus Amicis & Ballivis & fidelibus suis ad quos, *&c.* salutem. Cum Venerabilis Pater *Willielmus de Grenefeild Eboracensis* Archiepiscopus sit ad præsens a **Curia** *Romana* **ad nostram præsentiam reversurus**, vos amicos rogamus vobis, ballivis & fidelibus mandantes, quatenus eidem Archiepiscopo aut familiæ suæ in veniendo ad nos a Curia prædicta non inferatis, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod seu gravamen, sed eis potius salvum & securum conductum habere faciatis quociens ab ipso super hoc ex parte nostra fueritis requisiti. In cujus, *&c.* usque ad festum nativitatis Sancti *Johannis Baptistæ* prox. futur. duratur. Teste Rege apud *Caneford*, 10 die *Februarii*. *Per Breve de privato Sigillo.*

Hereupon this Archbishop in his return from the Popes Court this year, was invited to lodge and feast with the Abbot in the Monastery of St. *Augustines* at *Canterbury*, yet with special caution in writing concerning the bearing of his Cross within it, lest it should turn to their future prejudice. *Chronica W. Thorn, col. 2005, 2006.

* *Eodem anno Archiepiscopus* Eboracensis *rogatus (est) ab Abbate ad convivandum secum*; **facta tamen litera, quod non in præjudicium domus veniret per Crucis erectionem, quæ talis.**

Universis Christi fidelibus, &c. Willielmus *permissione, &c. Noverint Universitas vestra quod nos in crastino S.* Benedicti, *An. Dom.* 1305. *ex rogatu Domini* Thomæ *Dei gratia Abbatis S.* Augustini Cant. *ad* Romanam *Ecclesiam nullo medio pertinentis, ad Monasterium prædictum causa hospitandi* **Cruce prævia hospitantes, et ibidem pernoctantes; confitemur et cognoscimus de plano, quod per nostrum ingressum, vel moram, seu Crucis nostræ delationem, non intendimus nec volumus privilegiis, immunitatibus aut juribus ipsius Abbatis et Conventus Monasterii prædicti nunc vel in posterum in aliquo derogare; nec etiam nobis vel succeff. nostris aliquid possumus Jurisdictionis aut juris acquirere, per quod posset in futurum præjudicium generari.** So careful were the Abbot and Covent to prevent all umbrages of infringing or violating their Priviledges and Liberties. And had not the King, his Counsil, and Judges, then much more reason to be carefull and vigilant to prevent by their Letters and Prohibitions all the apparent and clandestine Usurpations of the *Roman* Popes, Cardinals, Legates, Nuncios, Proctors, and of our own Bishops and Prelates, upon the ancient Rights and Priviledges of his Crown, his Temporal as well as Ecclesiastical Jurisdiction, and Subjects Liberties?

A Writ *de Excommunicato capiendo* being issued out against the Abbot of *Sallay*, and some of his Monks, to the Sheriff of *Yorke*, the King by his Ecclesiastical Authority, upon their tender of sufficient Manucaptors, and caution, issued this Writ for their enlargement, if imprisoned thereon, and to supersede their caption if not taken by the Writ.

Clauf. 34 E. 1. m. 6. Pro Abbate de Sallay & quibusdam Monachis suis.

REX Vic. *Eborum* salutem. Præcipimus tibi quod si frater *Johannes* Abbas de *Sallay* invenerit tibi sufficientem manucaptionem pro qua respondere volueris pro ipso Abbate, *Johanne de Heton* & fratre *Willielmo de Osbaldeston* commonachis dicti Abbatis quos ad denunciationem Venerabilis Patris *W.* Archiepiscopi *Ebor.* **tanquam excommunicatos** & claves Ecclesiæ contemnentes per te justiciari præcepimus, donec Sanctæ Ecclesiæ tam de contemptu quam de injuria ei illata ab eis esset satisfactum, quod erunt in Cancellaria nostra coram Cancellario nostro apud *London* in crastino animarum, ad faciend. & recipiendum tunc ibidem quod Curia nostra consideraverit in hac parte, ipsos Abbatem, *Johannem* & *Willielmum* si ea occasione & non alia **in prisona nostra existent sine dilatione deliberari factas ab eadem per manucaptionem prædictam; Et alios in brevi de captione nominatos interim non capias eadem occasione**: Et habeas ibi nomina manucaptorum & hoc breve. Teste Rege apud *Hoyneſalgh*, 10 die *Septembris*.

The

The King likewiſe iſſued this Writ to the Sheriff of *Suffolk*, to take into his cuſtody the bodies of two perſons therein named, who were excommunicated by the Abbot of St. *Edmunds*, who had a power by the Kings Charters to excommunicate thoſe within his Juriſdiction, and to * *certifie their Excommunications*, as well as the Biſhop of the Dioceſſe. *An.* 34 *E.* 1. Coke 1. Inſtit. p. 134. a.

REX Vicecom. *Suff.* ſalutem. Significavit nobis dilectus nobis in Chriſto *Thomas* Abbas de Sancto *Edmundo* Sanctæ *Romanæ* Eccleſiæ immediatè ſubjectus, per literas ſuas patentes, quod *Nicholaus de Huntingdon* Capellanus, & *Robertus Shipman* Laicus, **ſuæ juriſdictionis, propter ſuas manifeſtas contumacias excommunicati ſunt, nec ſe volunt per cenſuram Eccleſiaſticam juſticiari: Quia vero poteſtas regia ſacroſanctæ Eccleſiæ in querelis ſuis deeſſe non debet, tibi præcipimus quod prædictos *Nicholaum* et *Robertum* per corpora ſua ſecundum conſuetudinem *Angl.* juſticies hac vice, de gracia noſtra ſpeciali, donec ſanctæ Eccleſiæ tam de contempta quam de injuria ei illata ab eis fuerit ſatisfactum.** Teſte Rege apud *Kyngſton Lucy*, 28 die *Decembris*. Clauſ. 34 E. 1. m. 22. vel 23. De excommunicato capiendo ad ſignificacionem Abbatis de Sancto Edmundo.

The King this year the more to ingratiate himſelf with Pope *Clement*, who loved Veniſon, ſent him no leſs than a hundred *Engliſh* Bucks for a preſent, but no Stags, becauſe he had plenty of them in *France*, as this Record informs us.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* Divina providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, ſuus devotus filius. *Edwardus* ejuſdem gratia Rex, *&c.* devota pedum oſcula beatorum; **De venatione noſtra *Anglicana* ſanctitati veſtræ per latorem præſentium mittimus Centum Damos, ferinam vero Cervorum vobis tranſmittere poſtponentes, pro eo quod in partibus illis venationem hujuſmodi novimus abundare.** Conſervet vos altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora proſpera & longæva. Dat. apud *Lanretoft*, 6 die *Novembris*, Anno regni noſtri 34. Clauſ. 34 E. 1. m. 4. dorſo. Pro Rege.

King *Edward* ſoon after hearing a rumor that ſome ſad accident had befaln the Pope, ſent a ſpecial Meſſenger to him, with this complemental Letter, deſiring with all ſpeed to receive an anſwer from him of his proſperous and happy eſtate, till which his mind could receive no pleaſure, nor his heart any joy, as he ſuggeſted.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri Domino *C.* Divina Providentia Sacroſanctæ *Romanæ* ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici. *Edwardus* eadem Gratia Rex *Angliæ*, *&c.* Devota pedum oſcula beatorum. Quidam rumor auribus noſtris jam inſonuit pater ſancte, quod tedia ſeu incommoda quædam (quæ nobis diſplicent in immenſum noſque gravant in intimis & conturbant) vobis nuper caſualiter acciderunt; Nos igitur de ſtatu veſtro (quem diu conſervet omnipotens incolumem atque ſanum) nova audire proſpera & felicia avide cupientes, dilectum vallettum noſtrum *Bern. Ferrant* exhibitiorem præſentium ad veſtræ ſanctitatis præſentiam deſtinamus: veſtram Clementiam devotis precibus exorantes, quatinus de ſtatus veſtri continentia nobis reſcribere dignemini per eundem quamprimum fieri poterit bono modo. **Animi enim jocunditatem ſeu cordis lætitiam non ſumemus quouſque de ſanctiſſimæ perſonæ veſtræ ſtatu nova fœlicia ſciverimus et optata, et ea nobis per veſtras literas proprias duxeritis nuncianda.** Conſervet vos altiſſimus ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora fœliciter longiora. Dat. apud *Ryngwode*, 19 die *Decembris*. Clauſ. 34 E. 1. m. 22. dorſo. Pro Rege.

What extraordinary affection Pope *Clement* bore to King *Edward* and the ſtate of his affairs, and the King to him (who ſerved each others turns for their reciprocal gain, in impoſing and levying Diſmes, Taxes on the Clergy and People) what Letters he ſent to him and his Cardinals to promote the affairs and advancement of others to whom he had relation, the premiſed Epiſtles of his to the Pope, with others enſuing, will evidence.

SAnctiſſimo Patri in Chriſto Domino *C.* divina providencia Sacroſanctæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ*, *&c.* cum omni reverencia & honore humilima pedum oſcula beatorum. **Quantum ſucceſſive** Clauſ. 34 E. 1. m. 15. Pro Rege.

An. 34 *E.* 1. **sive refloreat erga nos vestræ benignitatis affectus, aperte colligimus ex animi teneritudine quem ad statum nostrum habetis, quodque vobis placuit de ipso statu tam pie et tenere cogitare, atque disponere,** quod utique ab innato sanguine & antiqua gratitudine novimus processisse, Assurgentes vobis ad grates & gratias quas possumus seu sufficimus super eo, quod nuncios nostros quos nuper ad presenciam vestram transmisimus admisistis honorificè, & benignè nostri consideracione tractastis, prout illorum relacio nobis plenius præfecit. Sanè pro quibusdam arduis negotiis nos & statum nostrum tangentibus quæ non mediocriter insident cordi nostro, discretos viros Magistrum *Thomam de Cobham* Canonicum *London*, decretorum doctorem, & *Rogerum* dictum *Sauvage* Militem nostrum præsentatores præsencium, de quorum fidelitate & circumspectione plenam fiduciam optinemus, ad vestram præsenciam destinantes, sanctitati vestræ supplicamus humiliter & devotè, quatinus eisdem Canonico & Militi quibus super dictis negociis aperuimus laciùs mentem nostram, beatitudini vestræ per eos serioßus exponendam, in hiis quæ ex parte nostra super dictis negociis vobis expresserint viva voce, dignemini si placet, fidem indubiam adhibere, ac juxta speratam fiduciam operibus adimplere. In prosperitate continua & longæva ad exaltacionem Ecclesiæ suæ sanctæ vestram conservet altissimus sanctitatem. Dat. *Wynton.* 23 die *Aprilis.*

Ibidem. m. 15. dorso. Pro Priore de Pontous.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *C.* Divina Providentia Sacrosanctæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici. *Edwardus* eadem gratia Rex *Angl. &c.* devota pedum oscula beatorum: Quia domus & edeficia Prioratus de *Pontou* tempore guerræ inter Regem *Franciæ* & nos in *Vasconia* nuper motæ combusta, possessionesque Prioratus ejusdem destructæ fuerunt similiter & consumptæ, ac dilectus Capellanus noster frater *Arnaldus* Prior Prioratus prædicti, pro eo quod parti nostræ fideliter adhæsit, dampna recepit non modica & jacturas: Nos ipsum Priorem suis exigentibus meritis cupientes prosequi gracioße, vestræ clemenciæ devotis precibus supplicamus, quatinus eidem Priori de **aliquo beneficio competenti juxta statum suum in partibus** *Vascon.* **vel alibi ubi vestræ placuerit sanctitati, provideri dignetur vestræ dominacio graciosa; Has preces nostras sic ſi placet** Pater sancte ad exaudicionis gratiam admittentes, quod dictus Prior prætextu fidelis gestus sui erga nos, bonæque affectionis quam ad nos gerit, ampliorem gratiam & favorem in vestra sancta præsencia se senciat assecutum. Conservet, *&c.* Dat. apud *Wolvesey*, 28 die *Aprilis.*

Clauſ. 34 E. 1. m. 15, dorſo. De Baldewino fil. Comitis de Lucenburgh.

PApæ Rex devota pedum oscula beatorum. Comes de *Lucenburgh* specialiter nos rogavit, ut super promocione *Baldewini* fratris sui miliciæ clericali ascripti beatitudini vestræ literas nostras deprecatorias dirigere curaveremus: Nos itaque circa ipsius *B.* commoda promovenda licentius contemplacione prædicti Comitis intendentes, sanctitati vestræ attencius supplicamus, quatinus dictum *B.* favoris & graciæ specialis benevolencia prosequentes, sic eum habere si placet, dignemini in hiis quæ statum suum respiciunt gratiosis affectibus commendatum, quod precum hujusmodi interventu uberiorem fructum se gaudeat assecutum. Conservet, *&c.* Dat. apud *Wynton.* 3 die *Maii*, Anno regni nostri, 34.

Ibidem.

VEnerabili in Christo Patri Domino *R.* Sanctæ *Mariæ novo* Diacono Cardinali amico suo kariſſimo. *Edwardus* eadem gratia, *&c.* salutem, & sinceræ dilectionis affectum. Circa dilecti nobis *Baldewini* fratris nobilis viri Comitis de *Lucenburgh*, miliciæ clericali ascripti commoda promovenda licencius contemplacione dicti Comitis intendentes, pro ipso domino summo Pontifici literas nostras deprecatorias duximus dirigendas, paternitatem vestram affectuosè rogantes, quatinus prædictum *B.* nostri præcatus interventu habentes gratioßus commendatum, ad promotionem utilitatum ipsius erga dictum summum Pontificem dare velitis si placet opem & operam efficaces. Ita quod vestro mediante subsidio speratum fructum sibi senciat proveniße & nos vobis exinde teneamur ad gratiarum uberes actiones. Dat. apud *Wynton.* 3 die *Maii.*

These Letters of the King for favours and preferments for others abroad, induced the Pope and Cardinals to crave the like favour for their Nephews, Creatures,

from

from the King: Hence the King upon the Petition of the Popes Nephew, out of his respect to the Pope and other considerations, was pleased to license him to incloſe with battlements, and to fortifie his houſe in *Budos*, in *Gaſcoigne*, by this Writ. *An.* 34 *E.* I.

REX Seneſcallo, Præpoſitis, Officialibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis fidelibus ſuis in eodem Ducatu *Vaſc.* ſalutem. Sciatis, quod cum dilectus nobis *Reymundus Guilli de Budos* Miles, nepos Domini *Clementis* Summi Pontificis nobis ſupplicaverit, ut nos ſibi concedere velimus, quod ipſe domum ſuam de *Budos*, quæ eſt infra Præpoſituram de *Berſak* infra Ducatum prædictum kernellare, et domum illam fortem facere poſſet, muris, turrellis, foſſatis, et modis aliis quibus ſibi melius viderit expedire. Nos, ob reverentiam præfati Summi Pontificis, necnon & pro eo quod fortalicium hujuſmodi ad noſtram & terrarum noſtrarum in partibus illis, necnon et hominum de progenie prædicti Summi Pontificis ſecuritatem ſic faciendum reputamus; conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato *Reymundo*, quod ipſe domum ſuam prædictam kernellare, et fortem facere poſſit in forma ſupradicta, & eam ſic kernellatam & fortem factam poſſit, ſibi, hæred. & ſucceſſor. ſuis imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel hæred. noſtrorum, Seneſcallorum, Præpoſitorum, Officialium, Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum Ducatus prædicti quorumcumque. In cujus, &c. T. R. apud *Wynton.* 9. die *Martii*.

Per breve de Privato ſigillo.

Pat. 34 E. I. m. 32. intus. Pro Reymundo Guilli de Budos.

The King by Judgment of his Court re-ſeiſing the Liberty of the Biſhop of *Durham*, for his abuſing thereof, granted the Cuſtody of it by this Patent to *Robert de Clifford*, till the next Parliament, or other order.

REX Militibus, dilectis hominibus, et omnibus aliis Tenentibus de libertate Epiſcopatus *Dunelm.* ſalutem. Sciatis, quod commiſimus dilecto et fideli noſtro *Roberto de Clifford* libertatem prædictam cum pertin. in manum noſtram per conſideracionem Curiæ noſtræ coram nobis captam, cuſtodiendam uſque ad proximum Parliamentum noſtrum, vel donec aliud inde duxerimus ordinandum. Ita quod Vicecomitem & alios miniſtros idoneos ad ea quæ libertatem illam contingunt exercenda & facienda ſub ipſo deputet vel aſſignet, & quod idem Vicecomes de exitibus inde provenientibus nobis reſpondeat ad Scaccarium noſtrum. Et ideo vobis mandamus, quod præfato *Roberto* tanquam Cuſtodi noſtro libertatis prædictæ in omnibus quæ ad cuſtodiam illam pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes, ſicut prædictum eſt. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Kynemereford*, 6. die *Decembr.*

Per breve de privato ſigillo.

Pat. 34 E. I. m. 40. intus. Pro libertate Epiſcopatus Dunelm. commiſſa Roberto de Clifford.

William Biſhop of *Worceſter* making a fine of 1000. Marks to the King in Chancery for receiving a Bull from Pope *Boniface* the 8. touching the reſtitution of his Biſhoprick, wherein there were ſome words prejudicial to the Kings Crown and right; the King was afterwards pleaſed out of his ſpecial grace, in hope of his future loyalty, to pardon his Fine for this great offence by this Writ of Privy Seal.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Cum venerabilis pater *W. Wygorn.* Epiſcopus pro quibuſdam verbis Nobis et noſtræ Regiæ dignitati præjudicialibus, quæ continebantur in quadam Bulla quam idem Epiſcopus ſuper collacione ſibi de Epiſcopatu prædicto per felicis recordacionis Dominum *Bonifacium* nuper Papam octabum facta, ad nos tulit, finem fecit nobiſcum in Cancellaria noſtra de mille Marcis, nobis ſolvendis ad voluntatem noſtram: Nos pro bono ſervicio quod præfatus Epiſcopus nobis impendit, & pro dilectione bonaque voluntate quas ipſum ad nos habere ſperamus, volentes ſibi in hac parte gratiam facere ſpecialem, pardonavimus ei dictas mille marcas; & volumus & concedimus, quod idem Epiſcopus pecuniam illam habeat de dono noſtro; Ita quod occaſione finis prædicti per nos vel hæred. noſtros, ſeu aliquem de Ballivis aut miniſtris noſtris futuris temporibus non moleſtetur, occaſionetur in aliquo vel gravetur, ſet quod inde totaliter ſit quietus. In cujus, &c. T. R. apud *Hydam Wynton*, 21 die *Marcii*.

Per breve de Privato ſigillo.

Pat. 34 E. I. m. 22. Pro W. Epiſcopo Wygorn.

Pope

Upon the Payment of the arrears of the Disms this year granted by Pope *Boniface* to the King by the Subcollectors, they received several acquittances, discharges for the same being paid into the Wardrobe, in this form.

Pat. 34 E. 1. m. 14 Cedula. Acquietanciæ pro diversis subcollectoribus in Anglia.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod dilectus Clericus noster *Johannes de Drokenesford* Custos Garderobæ nostræ recepit in eadem Garderoba ad opus nostrum de dilectis nobis in Christo Priore & Conventu Sanctæ *Katerinæ* extra *Linc.* subcollectoribus Decimæ Clero *Angliæ* per felicis recordacionis Dominum *B.* nuper Papam octavum, **de assensu nostro impositæ per tres annos**, per Episcopum *London.* & Magistrum *Bartholomæum de Ferentino* Canonicum *London.* dictæ Decimæ Principales Collectores in Dioc. *Lincoln.* constitutis, de arreragiis ejusdem Decimæ quindecim libras & quindecim denarios de dicta Decima provenientes, & nos de portione ejusdem Decimæ juxta concessionem dicti Summi Pontificis contingente, per manus *Johannis de Nevill* Vic. nostri *Linc.* solventis denarios illos in Garderoba prædicta, &c. de quibus quidem quindecim libris & quindecim denar. dictos Priorem & Conventum, ac successores suos tenore præsencium quietamus, **et ipsos erga Summum Pontificem ac prædictos principales Collectores et alios quoscunque indempnes promittimus conservare.** T. R. apud *Caversham*, 21 die *Novembr.* *Per billam prædicti* Johannis.

Consimiles literas de diversis pecuniarum summis habent subscripti; videlicet, above 40 Abbots, Priors, and other Subcollectors, whose acquittances are at large recited in the same Cedule. Yea the Original acquittances themselves under Seal (amounting to an hundred or more) I found extant in the *White Tower* in a peculiar Bundle, where all may peruse them.

Pope *Clement* the 5. having imposed a two years Dism, with the Kings consent, for the aid of the *Holy Land*, upon the Clergie of *England*, *Scotland*, *Ireland*, and *Wales*, appointed special Collectors to levy it in *Ireland*, to whom the King prescribed then a special Oath, diligently and faithfully to levy it without favor, hatred, love, or any other occasion, granting the Collectors thereof a protection during this imployment; as these Records inform us.

Pat. 34 E. 1. m. 27. Pro Rege.

REX dilecto Clerico suo Magistro *Thomæ Cantock* Cancellario suo *Hiberniæ*, salutem; Cum venerabiles Patres .... *Lincoln.* & .... *London.* Episcopi, **Collectores Decimæ per Sanctissimum Patrem Dominum** *Clementem* **Papam quintum nuper impositæ pro** *Terra Sancta* **Regio assensu per biennium in tota** *Anglia*, *Scotia*, *Hibernia* & *Wallia*, **committunt idem negocium dilectis Clericis nostris** *Ricardo de Berefford* Thes. nostro *Hibern.* & Magistro *Willielmo de Ryvere* Canonico *Sarum*, in *Hibern.* exequendum, **et idem negocium nobis sit cordi, et certis causis quas non exprimamus ad præsens, committimus potestatem sacramenta prædictorum** *Ricardi* & *Willielmi* **recipiendi de prædicto negocio**, postpositis favore, odio, timore, amore, & quacunque occasione alia diligenter & fideliter exequendo. T. R. apud *Westm.* 28 die *Aprilis.*

Ibid. De Protectione pro subcollectore Decimæ.

REX omnibus Ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod suscepimus in protectionem et defensionem nostram specialem, dilectum Clericum nostrum Magistrum *Elyam de Muskham* subcollectorem Decimæ **nobis a sede Apostolica in subsidium** *Terræ Sanctæ* **concessæ** per venerabilem patrem .... *Lincoln.* Episcopum, **principalem ejusdem Decimæ auctoritate Sedis Apostolicæ Collectores**, unà cum venerabili patre *London.* Episcopo deputatum, homines, terras, &c. Et si quid, &c. faciatis emendari, & eidem *Elyæ*, **quoties ipsum circa dictam negocium per ballibas aut districtus vestros transire contigerit, et per ipsum super hoc fueritis requisiti, salvum et securum conductum habere faciatis.** In cujus, &c. usque ad festum Sancti *Johannis Baptistæ* **prox.** futurum duraturas. Teste Rege apud *Wolvesey*, 23 die *Aprilis.*

Ibid. m. 27.

REX omnibus Ballivis, &c. salutem. Sciatis, quod suscepimus, &c. dilectum Clericum nostrum Magistrum *Willielmum de Hallestede* subcollectorem Decimæ **nobis a sede Apostolica in subsidium** *Terræ Sanctæ* **concessæ**, per venerabilem patrem

patrem ..... *London.* Epiſcopum principalem ejuſdem Decimæ auctoritate ſedis prædictæ Collectorem, unà cum venerabili patre *Lincoln.* Epiſcopo deputatum, homines, terras, &c. ipſius *Willielmi.* Et ideo vobis mandamus, quod ipſum Magiſtrum *Willielmum*, &c. et ſi quid, &c. Et idem *Willielmo* quociens ipſum circa dictum negocium per ballivas aut diſtrictus veſtros tranſire contigerit, et per ipſum ſuper hoc fueritis requiſiti, ſalvum & ſecurum conductum habere faciatis. In cujus, &c. uſque ad feſtum Sancti *Johannis Baptiſtæ* prox. futur. duraturas. Teſte Rege apud *Wolveſeye*, 22 die *Aprilis.* *An.* 34 E. 1.

Per ipſum Regem & Conſilium. duppl.

The King wanting monies, iſſued Writs in this ſtrict form to the Subcollectors, to haſten the levying and paying in of the two years Diſms newly granted him by Pope *Clement* for the relief of the *Holy Land*, which he made uſe of for his own neceſſities.

REX dilectis ſibi in Chriſto Decano & Capitulo *Hereford.* Subcollectoribus Decimæ per Summum Pontificem in ſubſidium *Terræ Sanctæ* conceſſæ in Civitate & Archidiaconatu *Hereford.* deputatis, ſalutem. Cum ob aliquas arduas & certas cauſas quas ad præſens vobis literatoriè exprimere diſtulimus ſit expediens, tam pro utilitate Eccleſiæ quam Reipublicæ, et neceſſe quod Decima prædicta in Civitate et Archidiaconatu prædictis, et alibi infra regnum noſtrum, cum omni celeritate qua fieri poterit lebetur, colligatur et principalibus Collectoribus ejuſdem Decimæ protinus perſolbatur; Vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes, quod Decimam illam infra loca vobis commiſſa cujuſcumque dilacionis diffugio poſtpoſito per omnimodas coherciones quas poteritis lebari, colligi, et dictis Collectoribus principalibus ad terminum vobis per ipſos ſtatutum perſolbi modis omnibus faciatis, ut ipſi de dicta Decima reſpondere valeant juxta dicti Summi Pontificis voluntatem; de illa ſumma pecuniæ quam hactenus de prædicta Decima lebaſtis, et quam tempore receptionis iſtius brebis promptam in manibus habueritis ſtatim poſt recepcionem ejuſdem reddentes diſtincte et aperte Theſ. & Barones noſtros de Scaccario per veſtras literas cerciores, et hoc ſicut indignacionem Summi Pontificis et noſtram, beſtrumque dampnum propium bitare bolueritis, nullatenus omittatis; Scituri pro conſtanti, quod ſi quos negligentes bel remiſſos in dicta Decima lebanda et colligenda bel rebelles in ſolucione ejuſdem inbenirí contigerit, eos abſque grabi punicione ebadere minime permittemus. T. R. apud *Weſtm.* 24 die *Maii.* Clauſ. 34 E 1. m. 14. De ſolucione pecuniæ Decimæ feſtinanda.

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis, videlicet; Abbati & Conventui *de Bello*, ſubcollectoribus, &c. in Civitate & Dioc. *Ciceſtr.* and ſundry others mentioned in this Roll: which he ſeconded with this Writ to the Biſhop of *London*, appointed chief Collector of theſe Diſms by the Pope.

REX venerabili in Chriſto patri *R.* eadem gratia *London.* Epiſcopo, alteri Collectorum Decimæ per Dominum Summum Pontificem in ſubſidium *Terræ Sanctæ* conceſſæ, ſalutem. Cum pro quibuſdam arduis & certis cauſis quas ad præſens certa ratione ſubticemus, mandaverimus Subcollectoribus Decimæ prædictæ, quod Decimam illam infra loca eis commiſſa cujuſcumque dilationis diffugio poſtpoſito colligi et levari, vobiſque ad terminos eis per vos aſſignatos faciant liberari; ita quod bos inde reſpondere baleatis juxta dicti Summi Pontificis boluntatem; Vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes, quatinus Subcollectores prædictos ad dictam Decimam cum omni celeritate qua fieri poterit lebandam, colligendam, et bobis liberandam, omnibus biis et modis quibus expedire videritis, excitetis, et efficaciter inducatis; ita quod vobis aut ipſis negligencia aliqua in hac parte per dictum Summum Pontificem bel nos impingi nequeat quoquo modo. Certificantes Theſ. et Barones noſtros de Scaccario indilate de illa ſumma pecuniæ quæ de Decima illa hactenus eſt lebata, et quæ in manibus prompta erit tempore quo iſtud brebe recipere bos continget. Teſte Rege apud *Weſtm.* 24 die *Maii.* Ibidem.

Eodem modo mandatum eſt *J. Linc.* Epiſcopo, alteri Collectorum Decimæ, &c. ut ſupra.

How

Anno 34 E. 1. How the King this year would have the values of his Livings to whom he presented his Clerks returned to him, according as they were taxed to the last Disme, for the Holy Land, before their admission to them, this Record will inform us.

Clauſ. 34 E. 1. m. 13. Pro Willielmo de Boreſworth clerico.

REX Venerabili in Christo Patri *J.* eadem gratia Episcopo *Linc.* salutem. Licet nuper quibusdam de causis vobis mandaverimus **quod nos super vero valore Ecclesiæ de *Heyford Waryn* vestræ Dioc. ad quam *Wilielmum de Boresworth* clericum vobis præsentaveramus, quantum videlicet valeat per annum juxta ultimam taxactionem de Ecclesiis *Anglicanis* factam, ratione Decimæ earundem in subsidium Terræ sanctæ nuper concessæ, nos redderetis certiores,** & quod interim executioni præsentacionis nostræ prædictæ supersederetis, de quo juxta tenorem dicti mandati nostri nos reddidistis certiores; Vobis nichilominus mandamus, quod executionem præsentationis nostræ quam vobis pro prædicto clerico nostro ad præsens mittimus prout ad vos pertinet fieri faciatis, non obstante prædicto mandato nostro vobis de supersedendo execucioni prioris præsentacionis nostræ inde factæ vobis directo. Teste Rege apud *Wynton*, 12 die *Maii*.

+ See Here p. 1100, 1101.

The King, as he had prohibited Justs in or near the University of * *Cambridge*, so likewise did he in *Oxford*, or twelve miles thereof, by this Writ, for the quiet and tranquility of the Scholars thereof.

Clauſ. 34 E. 1. m. 21. vel 22. Pro Magistris Universitatis Oxon.

REX Vic. *Oxon.* salutem. **Affectantes quietem et tranquillitatem Magistrorum Universitatis *Oxon.* et Scolarium ibidem Studencium, tibi præcipimus, quod si Torneamenta, Justas, Burdeiceas, seu alia hastiludia in villa prædicta vel infra duodecim miliaria circumquaque citra festum *Paschæ* proximo futur. contigerit proclamari, tunc ne quis Torneamenta, Justas, seu Burdeiceas facere seu alia hastiludia exercere præsumat citra dictum festum in villa prædicta, seu infra duodecim Miliaria circumquaque ex parte nostra publice proclamari facias et firmiter inhibere.** Teste Rege apud *Bynyndon*, 22 die *Januarii*.

King *Edward* to evidence his love to Learning, and Soveraign Ecclesiastical Power, licensed the Earl of *Lincoln* to appropriate five Churches for the maintenance of a new College with sundry Scholars in the University of *Oxford*, by this ensuing Patent to the Earl.

Pat. 34 E. 1. m. 13. Pro H. de Lacy Comite Linc.

REX Omnibus ad quos, *&c.* salutem. Licet per inquisicionem quam per dilectum & fidelem nostrum *Walterum de Glouc.* Esc. nostram ultra *Trentam* fieri fecimus acceperimus, quod est ad dampnum & præjudicium nostrum si concedamus dilecto Consanguineo & fideli nostro *Henrico de Lacy* Comiti *Lincoln.* **quod ipse advocationes Ecclesiarum de *Badynton*, *Ginelingham*, *Thoresby*, & *Halton*** supra *Trentam* in Com. *Lincoln.* & de *Buckeby* in Com. *Northampt.* quas idem Comes de nobis tenet in capitè, **dare possit et assignare tresdecim Scholaribus in quadam domo in *Oxon.* per ipsum Comitem de novo construenda in Universitate, ibidem moraturis;** Habendas & tenendas eisdem Scolaribus, & Successoribus suis Scolaribus in domo illa moraturis **imperpetuum.** Ita quod iidem Scolares **Ecclesias prædictas appropriare possint sibi et Succ. suis prædictis in proprios usus perpetuo possidendas,** in hoc videlicet, quod **si Ecclesias prædictas vel earum aliquas vacare contigerit hæredibus præfati Comitis infra ætatem et in custodia nostra vel hæredum suorum nostrorum existentibus nos et hæredes nostri præsentaciones nostras ad Ecclesias illas amittemus ratione donacionis et concessionis prædictarum; Nos tamen ob devocionem quam erga beatum *Thomam* gloriosum Christi Martirem, in cujus festo dictus Comes nos super hoc requisivit,** necnon propter bonam voluntatem quam habemus precibus ipsius Comitis annuendi, concessimus eidem Comiti & licentiam **dedimus pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod ipse advocationes prædictas dare possit et assignare prædictis tresdecim Scolaribus in domo prædicta per ipsum de novo construenda in Universitate prædicta moraturis; Habendas et tenendas sibi et Successoribus suis Scolaribus in domo illa moraturis imperpetuum.** Et præfatis Scholaribus quod ipsi advocaciones prædictas ab eodem Comite **recipere, et eas sibi et Successoribus suis prædictis appropriare possint**

poſſint in proprios uſus imperpetuum poſſidendas, ſicut præfatum eſt. tenore præ- *An.* 34 *E.* 1.
ſentium ſimiliter licenciam dedimus ſpecialem, ſtatuto noſtro de terris et tenem. ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante: Nolentes quod prædictus Comes vel hæredes ſui aut præfati Scolares ſeu Succeſſores ſui prædicti ratione præmiſſorum per nos vel hæredes noſtros Juſticiar. & Eſcaetores vel Ballivos aut alios miniſtros noſtros quoſcumque occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Beverlacum*, 22 die *Julii*.

The Monaſtery of *Cluny* having ſuſtained great loſſes, and being deeply in debt as was ſuggeſted, not by their own defalt, the King for their relief was graciouſly pleaſed, notwithſtanding his former Prohibitions, Statute, and Proviſions againſt it, to grant the Abbot thereof and his Proctors his licenſe to come and demand a competent Ayd and relief from all the Monaſteries and Cells ſubject to their Order, and their Tenants, within his Dominions, by this his Patent, and likewiſe to exhort and encourage them thereunto. So prevalent were thoſe begging Freers with him.

REX omnibus Seneſcallis, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & eorum loca tenentibus, ac aliis fidelibus ſuis quibuſcunque ad quos, &c. ſalutem. Licet Regiæ ſollicitudinis ſtudium circa diverſa quæ humeris noſtris agenda incumbant, **jugiter diſtrahatur, nonnunquam circa Eccleſiarum et Monaſteriorum curam libenter infundimus noſtræ conſiderationis intuitum,** & earum præcipue miſereri debito compaſſionis compellimur, **quas oneris et preſſuræ incommoda faciente ſo temporis adverſitate deplorare conſpicimus, ut noſtro interveniente miniſterio a mole gravaminum releventur, præſerventur a noxiis, et felicibus proficiant incrementis.** Cum igitur Monaſterium *Cluniacenſe* à Chriſti fidelibus omni veneratione colendum, cultores divini nominis induſtrios, honeſtatis munere præditos hactenus producere conſuetum, præter factum ſeu culpam Abbatis eidem Monaſterio nunc præſidentis, prout laudabili fidedignorum teſtimonio didicimus & credimus, ex diverſis & variis cauſis contingentibus adverſi conditione temporis id agente, ſit ad præſens diverſarum fluctuationum turbinibus agitatum, **et multiplici debitorum oncre prægravatum,** ipſius Monaſterii ſtatui benigno compatientes affectu, cupienteſque hujuſmodi obviare diſpendiis, ac Monaſterium & Abbatem ab iminentibus gravaminum preſſuris & debitorum oneribus relevari, **patienter permittimus et etiam tolleramus, necnon omnes quorum intereſt in quantum bono modo poſſumus excitamus, ut pro hujuſmodi oneribus facilius et commodius ſupportandis, et debitorum attenuationibus prædictorum, Monaſteria et Prioratus regni noſtri et diſtrictuum noſtrorum prædicto Monaſterio *Cluniacenſi* ſubjecta et eorum tenentes, gratum et rationabile ſubventionis auxilium eidem Abbati *Cluniacenſi* poſſint facere et præſtare noſtris interveniente licentia et aſſenſu: Vobis omnibus et ſingulis injungentes et etiam inhibentes, ne prædicto Abbati aut Procuratoribus ſuis ad hoc deputandis per ipſum ſuper hujuſmodi auxilio exigendo et levando nullum inferatis ſeu inferri permittatis impedimentum, moleſtiam ſeu gravamen.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Laurecoſt* 4 die *Novembris*.

Clauſ. 34 E. 1. m. 2. dorſo. Pro Abbate Cluniacenſi.

Per breve de Privato Sigillo. Dupl.

That the King by his Prerogative this year, as well as formerly, claimed a competent penſion for one of his Clerks, upon the new Creation of Biſhops, this Writ to the Archbiſhop of *York* aſſures us.

Clauſ 34 E. 1. m. 12. dorſo. Pro Roberto de Cotingham Clerico.

R*Obertus de Cotingham* Clericus habet literas Regis *W.* Archiepiſcopo *Ebor.* **de annua penſione, ratione novæ creationis ſuæ,** *&c.*

King *Edward* being aged, infirm, and mindfull of his approaching death, implored the daily, fervent and devout Prayers of the Friers Prædicants, aſſembled in a General Chapter at *Paris*, for himſelf, his Queen, Children, Realm and affairs, as he had of * the *Archbiſhops* and *Biſhops*, by this devout Writ.

* Speeds Hiſtory, p. 661.

An. 34 *E.* 1.

Clauſ. 34 E 1. pars 1. m. 16, vel 17.

REX, &c. Religioſis viris & ſibi in Chriſto dilectis, Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac diffinitoribus Fratribus univerſis in Generali Capitulo ſuo *Pariſ.* proximo conventuris, ſalutem, & Spiritu Sancto dirigi in agendis. Dum condicionem humanæ fragilitatis attendimus, & qualiter omni creaturæ tam ſublimi quàm humili prætereuntibus ſuo curſu diebus præſentis vitæ finis appropiat, attenta conſideracione penſamus, ſic venire cupimus, quantum nobis ex alto permittitur, diem mortis, ut æterni clemencia Judicis dignetur noſtri de ſuæ gratiæ plenitudine miſereri: Verum cum devotarum oracionum ſuffragia inter alia pietatis opera multum proſint ad divinam miſericordiam impetrandam, de vobis quorum ordinem benivolenciæ ſpecialis favore proſequimur, ut ſalutem noſtram zelemini, et pro nobis, Conſorte noſtra, et liberis noſtris, ac ſtatu proſpero regni noſtri, preces devotas Domino offeratis plenam fiduciam optinentes, devocionem veſtram in futurum dignam ſollicitudinem impendatis et inſiſtatis aſſiduis ſupplicationibus et interceſſionibus apud Deum, ut hic ſua pietate nos dirigat per ſuorum ſemitam mandatorum, et poſt diem extremum ſalvacionis locum nobis dignetur miſericorditer indulgere, ſtatumque regni noſtri conſervare proſperum et tranquillum: Univerſitatem veſtram Religioſam diu conſervet Altiſſimus in caritate continua et perfecta. Dat. apud *Wolveſeye*, 8 die *Aprilis*.

After which he iſſued another pious Writ to theſe Freers to the like effect aſſembled in their General Chapter at *Yorke*.

Ibid. m. 10. dorſo. De orando pro Rege & Regina, ac eorum liberis.

REX dilectis ſibi in Chriſto Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac diffinitoribus & fratribus univerſis in Capitulo ſuo Provinciali apud *Eborum* in proximo conventuris, ſalutem, & Spiritu ſancto dirigi in agendis. Inter cætera quæ fructum ſalutis repromittere credimus, hoc præcipuè in ſpei noſtræ fulcimentum accedit, quod nos aſſiduarum deprecacionum juſtorum fulti præſidio divinam propiciationem facilius conſequemur. De vobis itaque ut noſtram, ac Reginæ Conſortis noſtræ, liberorumque noſtrorum ſalutem, necnon ſtatum proſperum regni noſtri, et expedicionem felicem negociorum nobis incumbencium hiis diebus zelemini, plenam in Domino fiduciam optinentes, devocionem veſtram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus apud illum qui eſt vera ſalus, et qui temporalitatis et perpetuæ felicitatis tribuit largitatem: Nos, Reginam Conſortem noſtram, et liberos noſtros, ac ſtatum regni noſtri devotæ ſupplicacionis ſtudio commendetis, ipſius clemenciam qui menſuræ termino non artatur exorantes, ut ſic regnum temporale regere, negociaque noſtra prædicta expedicioni felici per ſuæ ſubvencionis dexteram mancipare poſſimus, quod hoc ad laudem ſui nominis, et noſtrum regnique noſtri commodum cedere valeat et honorem, quodque nos poſt ſupremum vitæ noſtræ exitum in regno cœleſti partem hæreditariam conſequamur. Dat. apud *Eſt-Stratton* 12 die *Julii*.

A pious Writ and requeſt worthy all Chriſtian Kings imitation in all times of age, ſickneſſe, danger, or when they have any weighty affairs to undertake.

In the Clauſe Roll of 34 E. 1. I finde the Names, Country, and Titles of all the *Roman* Cardinal Biſhops, Prieſts and Deacons, thus enrolled; that ſo the King might the better know how to write and make his addreſſes to them upon all occaſions.

Clauſ. 34 E 1. m. 14. dorſo. Epiſcopi Cardinales.

Dominus *Nicholaus de Prato*, natione *Tuſcus*, Epiſcopus *Oſtienſis* et *Velletrenſis*, ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis.

Dominus *Johannes Buckamachius*, natione *Romanus*, Epiſcopus *Tuſculanus*.

Dominus *Leonardus de Gwarchnio*, natione *Campanus*, Epiſcopus *Albanenſis*.

Dominus *Johannes de Murre*, natione *Marchiæ Anchononiæ*, Epiſcopus *Portuenſis*.

Dominus *Tethericus de Vrbe veteri*, Epiſcopus Civitatis Papalis, quondam *Peneſtrinus*.

Dominus *Petrus Iſpanus*, Epiſcopus *Sabinenſis*.

Magiſter

Magiſter *Petrus de Capella*, quondam Epiſcopus *Tholoſ.* titulo ſancti *Apolinar.* Presbyter Cardinalis. *An.* 34 E. 1.

Dominus *Berengarius Fridolo*, quondam Epiſcopus *Biterren.* titulo ſanctorum *Nerrei* et *Achillei*, Presbyter Card. Presbyteri Cardinales.

Dominus *Johannes Monachi*, natione *Pikard.* titulo ſanctorum *Marcellini* et *Petri*, Presbyter Card.

Dominus *Gentil Monte Florum* de *Ordine Minorum*, natione *Marchiæ Anchon.* ſancti *Martini* in *montibus*, Presbyter Cardinalis.

Dominus *Tho. Jorz, Anglicus*, titulo ſanctæ *Sabinæ*, Presbyter Card.

Frater *Nicholaus de Freanvill*, de *Ordine Prædicatorum*, quondam Confeſſor Regis *Franciæ*, titulo ſancti *Euſebii*, Presb. Card.

Dominus *Stephanus de Suſiato*, quondam Archid. de *Burg*, & Canc. dicti Regis, titulo ſancti *Curiaci* in **Termis*, Presb. Card. * Thermis.

Dominus *Wilielmus de Cantilupo* Camerarius Papæ, titulo ſancti *Marcelli*, Presb. Cardinalis.

Dominus *Willielmus Ruffati*, * Revendar. Papæ, titulo ſanctæ *Potenciunæ*, Presb. Cardinalis. * Referendarius.

Dominus *Petrus de Mota*, Vicecancellarius, titulo ſanctæ *Priſcæ*, Presbyter Cardinalis.

Dominus *Franciſcus de Campo Florum*, *Romanus*, ſanctæ *Luciæ* in *ſilice*, Diaconus Cardinalis. Diaconi Cardinales.

Dominus *Jacobus Gaietanus*, *Romanus*, ſancti *Georgii* ad *velum aureum*, Diaconus Cardinalis.

Dominus *Neapolis* de domo *Urſinorum*, ſancti *Adriani*, Diaconus Cardinalis.

Dominus *Landulphus Neapoli*, ſancti *Angeli*, Diaconus Cardinalis.

Dominus *Franciſcus Gaitanus*, de *Anagn.* ſanctæ *Mariæ in Coſmedyn*, Diaconus Cardinalis.

Dominus *Willielmus de Bergamo*, ſancti *Nicholai* in *Carcere Tulliano*, Diaconus Cardinalis.

Dominus *Petrus de Columpna*, Diaconus ſine aliquo titulo.

Dominus *Jacobus de Columpna*, Diaconus ſine, &c.

Dominus *Lucas de Fliſco*, ſanctæ *Mariæ* in *via lata*, Diaconus Cardinalis.

Dominus *Ricardus de Senis*, ſancti *Euſtachii*, Diaconus Cardinalis.

Dominus *Reymundus del Gont*, ſanctæ *Mariæ novæ* Diaconus, Nepos Papæ.

Dominus *Arnaldus de Polagrue*, Nepos Papæ, ſanctæ *Mariæ* in *Portieu*, Diaconus Cardinalis.

King *Edward* having * preſented his learned Clerk and Phyſitian (who under God had ſaved his life and recovered him from his ſickneſs) to the Church of *Recolure*, by his Prerogative during the vacancy by the Archbiſhops ſuſpenſion, the diſpoſition of whoſe Temporalties the Pope had reſerved to himſelf, and thereupon the Pope refuſing upon the Kings premiſed importunate Letters in his favour to confirm him therein, pretending he had granted it by his proviſion to another: The King thereupon ſent this ſecond Epiſtle to confirm him therein, or confer it on him by the power he had granted him, promiſing to beſtow another Benefice of equal value on the Popes Clerk, provided his Phyſician might enjoy this; backing it with another Epiſtle to a *Roman Cardinal*, to promote this buſineſs effectually, and procure a Diſpenſation to hold it with his other Benefice in the Dioceſs of *Sarum*. * See here p. 1095, 1096, 1097.

DOmino Papæ Rex, devota pedum oſcula beatorum. Virtutum dona præcipua actuſque præclari quibus dilectus Clericus noſter Magiſter *Nicholaus de Tynchewyke* noſter Medicus noſcitur inſigniri, necnon & ipſius obſequia laudabilia nobis gratanter impenſa animum noſtrum pulſant mentemque ſollicitant, ut ubi ipſius utilitatem & honoris augmentum perſpicimus promoveri, ibi operam efficacius apponamus. **Cum nuper veſtræ Sanctitati duxerimus concedendum, quod de Eccleſiis quarum advocationes ſpectant ad temporalitatem Archiepiſcopatus** *Cantuar.* **et quæ vacare contingerent durante ſuſpenſione ejuſdem Archiepiſcopi, pro veſtro arbitrio poſſetis libere ordinare, ac ante conceſſionem noſtram hujuſmodi**, præfatum Magiſtrum *Nicholaum de Tynchewyke* Medicum noſtrum, cui poſt Rot. Romæ An. 34 & 35 E. 1. mu. 5.

Ann. 34 & 35 *E.* 1.

Deum grates referimus de reconvalescentia qua nuper plurimum præmebamur, præsentassemus ad Ecclesiam de *Recolure*, cujus advocatio ad temporal tatem pertinet antedictam, et quæ vacavit dum dicta temporalia capta in manum nostram extiterunt: Sanctitati vestræ devotissimis precibus supplicamus, quatinus dictam præsentationem nostram gratam et acceptam, si placet habentes, benigne sustinere velitis, quod dictus Clericus noster ipsa Ecclesia gaudere valeat virtute præsentationis prædictæ, vel saltem eandem Ecclesiam eidem Clerico nostro conferre dignemini gratiose, et deinde cum ipso super retentione illius Ecclesiæ, una cum Ecclesia de *Coleshull Sarum* Dioc. quam prius fuerat assecutus, de Apo-

* See here p. 1096.

stolicæ potestatis plenitudine dispensare, prout * alias Sanctitati vestræ super hoc meminimus supplicasse: Et si forsan prædictam Ecclesiam de *Recolure* alteri Clerico contuleritis, post vacationem ejusdem, nos eidem Clerico tenori volumus, ad Ecclesiam vel Beneficium valoris consimilis vel majoris. Ita tamen quod dicta Ecclesia de *Recolure* remaneat ut præmittitur nostro Clerico memorato. Hanc autem requisitionem quam pro præfato Clerico nostro vestræ clementiæ facimus, sic ex intimo cordis nostri prodeunt, sicut aliqua alia quam vobis feciße recolimus temporibus retroactis, utpote pro persona honestæ vitæ, bonæ conversationis, eminentis scientiæ, habilique ad quamlibet dignitatem Ecclesiasticam nostro judicio optinendam, ad exauditionis gratiam vestra dignetur admittere sanctitudo, ac juxta desiderium cordis nostri gratiosis affectibus adimplere, et nobis super hoc responsum renunciare votivum. Nos enim audita felici expeditione dicti negotii quam desiderabiliter affectamus, non modicam exinde lætitiam assumeremus. Conservet, &c. Dat. apud *Laurecost* septimo die *Octobris*.

Rot. Romæ An 34 & 35 E. 1. nu. 5.

VEnerabili in Christo patri Domino *R.* titulo Sanctæ *Mariæ Novæ* Diacono Cardinali, amico suo carissimo, *Edwardus, &c.* salutem & sinceræ dilectionis affectum. Cum per alias nostras literas Sanctissimum patrem nostrum Dominum Summum Pontificem duxerimus requirendum, quatinus sustinere velit, quod Ecclesia de *Recolure* quæ vacavit postquam temporalia Archiepiscopatus *Cantuar.* capta fuerant in manum nostram, & ad quam præsentavimus dilectum Clericum nostrum Magistrum *Nicholaum de Tynchewyke* Medicum nostrum, hominem utique honestæ vitæ, bonæ conversationis & scientiæ eminentis, **eidem Clerico nostro remaneat virtute præsentationis nostræ suprædictæ, seu quod eandem Ecclesiam eidem Clerico conferat gratiose, et secum de solita benignitate disponet super retentione dictæ Ecclesiæ, una cum Ecclesia de *Coleshull Sarum* Dioc. quam idem Clericus prius fuerat assecutus:** Paternitatem vestram in quantum possumus requirimus & rogamus, quatinus penes dictum Dominum Summum Pontificem solertem diligentiam nostri intuitu velitis apponere & juvamen, & ut prædictum negotium juxta animi nostri desiderium ad effectum perduci valeat quem optamus, & ut gratiosum super hoc à dicto patre responsum habeamus quam citius fieri poterit, curetis si placet impetrare, nos enim audita felici expeditione juxta votum, magnam exinde cordis lætitiam sumeremus. Valeat vestra Paternitas per tempore longiora. Dat. apud *Laurecost* septimo die *Octobris*.

Thus was the King by his condescention and grant of the Temporalties and Presentations belonging to himself and his Crown, to this Pope, enforced to importune both the Pope and Cardinals by successive Letters, for the confirmation of his own Clerks presentations to Churches who best demerited of him, and yet could not at all, or with great difficulty and expence obtain his just requests; such was the avarice and ambition of this usurping Pontiff.

* See here p. 1024, 1025, 1026.

The King having **close imprisoned in Irons* the Archbishop of St. *Andrews* and Bishop of *Glasco* in *Scotland*, for their manifold Perjuries, Treasons, Rebellions against him, sent this Letter to the Pope for the promotion of others to their Bishopricks who were faithfull to him, and fit to be promoted, for the peace and welfare of that Kingdom.

Rot. Romæ An. 34 & 35. E. 1. nu 7.

SAnctissimo in Christo Patri Domino *C.* divina Providentia Sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, suus devotus filius, *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ, &c.* devota pedum oscula beatorum. Pater sanctissime, **quia Magister**

Willielmus

Willielmus de Lamberton Sancti *Andreæ*, et *Robertus Wychard Glasguensis* Episcopi, quos jam tanquam inimicos et proditores nostros contra nos hostiliter insurgentes captivos in nostra custodia detinemus, adeo ante hæc tempora erga nos se gesserunt prodicionaliter et perverse, utpote qui fidelitatem et sacramenta sua pluries nobis præstita non sunt veriti violare, reatum perjurii pluribus vicibus notorie incurrendo, ac per ipsos ipsorumque procuracionem et instigacionem pax et tranquilitas terræ nostræ *Scotiæ* sæpius jam commotæ fuerunt pariter et turbatæ, multisque ipsorum demeritis exigentibus erga nos reddiderunt taliter se indignos, quod pati non possumus nec debemus quid infra terram nostram *Scotiæ* prædictam nec alibi infra potestatem nostram morentur, propter pericula quæ nobis et terræ nostræ *Scotiæ* suprædictæ possent per ipsorum machinaciones subdolas futuris temporibus evenire. Et nos votis omnibus cupiamus quod sancta Ecclesia per bonas honestas et idoneas personas gubernatur et etiam deserviatur eidem, sanctitati vestræ devota precum instancia supplicamus, quatinus de prædicto Episcopatu Sancti *Andreæ*, caro & dilecto nobis Magistro *Willielmo Comyn* fratri nobilis viri Comitis *de Boghan*, viro utique benè literato, bonæ vitæ & conversacionis honestæ, aptoque nostro judicio pro tali dignitate optinenda, pro quo eciam aliàs vestræ supplicavimus Sanctitati, & qui alia vice ad eundem **Episcopatum electus extitit**, & per præfatum Magistrum *Willielmum* suosque complices inimicos nostros tunc impeditus; Ac de Episcopatu *Glasguens.* supradicto, dilecto Clerico nostro Magistro *Galfrido de Moubray*, qui similiter est homo nobilis genere ac honestus in conversacione, **dignemini providere**, per hos namque speramus firmiter, **quod Deo et sanctæ Ecclesiæ debeat bene et congrue deservirí**, ac pax dictæ terræ *Scotiæ* fœlicius confoveri per ipsorum probationem & constanciam poterit & melius custodiri. Super hiis igitur vestræ placeat beatitudini nobis vestram rescribere voluntatem, hoc enim negocium multum **instet cordi nostro**, per quod illudque ex causis præmissis, ac eciam pro eo quod personis pro quibus hanc requisicionem vestræ paternitati facimus dilectione amplectimur speciali, in quantum possumus desideramus favorabiliter exaudiri. Ad hæc pater Sancte cum nos alias vestram informavimus sanctitatem super **colloquutione incepta de matrimonio inter** *Alianoram* filiam nostram kariſſimam & filium nobilis viri quondam Comitis *Burgundiæ*, ac excellentis dominæ Comitissæ *Burgundiæ* & *Atrabat.* contrahendo, & in casu consimili per aliquos homines ante hæc tempora, ut bene nostis, fuerimus circumventi, vosque super negocio illo per dilectum Clericum nostrum Magistrum *Thomam de Suthwerk* curialiter responderitis, unde vobis ad graciarum assurgimus actiones, eidem sanctitati vestræ supplicamus, quatinus super dicto negocio nobis & viis congruis quibus vestræ sanctitati videbitur faciend. velitis si placet taliter ordinare, quod nullatenus circumveniamur in prædicto negocio, prout aliàs ut prædicitur nos esse recolimus circumventos. In prosperitate Dominus vos conservet ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ per tempora feliciter diuturna. Dat. apud *Laurecost*, 4 die *Octobris*. *An.* 34 & 35 *E.* 1.

Nota.

He likewise writ to the Pope to grant a Dispensation by his Papal power, for a marriage between a Kinswoman of his, and a Nobleman of *Scotland*, who were too near of Kinred to marry, for the better settling of peace between the *English* and *Scots*.

PApæ Rex devota pedum oscula beatorum. Considerantes dispendia quæ nobis & populis nostro regimini subditis *Angliæ* & *Scotiæ* nacionum jam per diversas vices irrogavit turbacio venenosa, quam quidam iniquitatis filii in partibus *Scotiæ* ante hæc tempora contra nos **prodicionaliter suscitarunt**, illa libenter prosequimur ac jugi meditacione studioq; pervigili procuramus, per quæ pacem & tranquilitatem inter dictos nostros subitos solidari credimus & dilectionem uberius confoveri. Cum itaq; pater sancte super matrimonio inter nobilem virum *Dunkanum de Fiff.* ac *Mariam* de monte *Hermerii* neptem nostram contrahendo sit penes nos habitus sermo aliqualis, **idemque** *Dunkanus & Maria* **pro eo quod in gradu affinitatis prohibito se attingunt, super quo vestram sanctitatem informare poterunt plenius præsentium portitores, nequeunt absque vestra dispensacione legitime copulari**, nosque illorum copulacionem pro bono pacis & dilectionis inter dictos nostros subditos *Angliæ* & *Scotiæ* nutriendæ futurisque temporibus conservandæ desiderabiliter affectamus, Ibid. nu. 6.

An. 34 & 35 E. 1. tamus, Sanctitati vestræ devotis precibus supplicamus quatinus præmissorum intuitu, nostrique rogaminis interventu ut iidem *Dunkanus & Maria* matrimonialiter conjungi valeant de apostolicæ potestatis plenitudine dignemini si placet favorabiliter dispensare. Conservet, *&c.* Dat. apud *Laurecost*, 28 die *Octobris*.

Per Breve de Privato Sigillo.

The King writing to the Pope to send special Nuncioes into *England* for the setling of his own affairs; and the Pope thereupon sending *Cardinal Hispan* and *Lebretto* to him for his own ends, under pretext of promoting the publike good of Christianity and the Realm of *England*, the King returned him this Letter of thanks.

Rot. Romæ, An. 35 E 1. SAnctissimo in Christo Patri Domino *C.* divina providencia sacrosanctæ *Romanæ* ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici; *Edwardus*, &c. devota pedum oscula beatorum. Pater sanctissime, Transmissæ nobis literæ vestræ per præsencium portitores, quas diligenter inspeximus continebant, quod vestra clemencia venerabilem patrem Dominum *Petrum Ispann.* Dei gratia fedis Apostolicæ Cardinalem, & nobilem virum Dominum *Amanenum* Dominum de *Lebreto* **pro aliquibus negocits tocius Christianitatis utilitatem, statumque regni nostri tangentibus**, jam pridem versus nos duxerat destinare, pro quibus eciam negociis litteras nostras vestræ sanctitati meminimus direxisse, quas diu antequam ad nos pervenerant vestræ literæ memoratæ, ad vestram credimus præsenciam perveniſſe. Et quia hujusmodi nuncii nobis hactenus fuerunt & adhuc sunt quamplurimum speciales, **de vestra missione eorundem sanctitati vestræ grates et gratiarum quas possumus referimus actiones**, potissimè de dicto Cardinali, quem *Edwardum* filium nostrum karissimum de progenie *Ispar.* existentem, de qua quidem patria idem Cardinalis duxit originem, specialiter diligere credimus & ex corde. Quamobrem, pater sancte, de adventu nunciorum prædictorum afficimur valdè læti. Conservet, &c. Dat. apud *Laurecost* tercio die *Januarii*.

King *Edward* sent this and a former Letter to this Pope for the restitution of the two Cardinals of *Columpna* to their dignities, lands, possessions, and goods, whereof they were deprived by his predecessor Pope *Boniface*, since they had been alwayes friendly and faithfull to him.

Rot. Romæ, An 35 E 1. m 3. PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum. Reverendos patres Dominos *Jacobum* & *Petrum de Columpna* dictæ sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinales, & domum ipsorum favore specialius benivolenciæ prosequentes, circa promocionem et utilitatem ipsorum eo libencius interponimus partes nostras, quo eos & alios de domo illorum fervenciores nostri nominis & honoris semper sensimus zelatores. Et licet **pro revocatione sentenciarum per Dominum** *Bonifacium* **Papam octavum** prædecessorem vestrum in ipsos & alios de domo illorum latarum, & restitucione terrarum & bonorum quibus fuerunt per eundem prædecessorem vestrum privati, per nuncios nostros quos nuper ad præsenciam vestram transmisimus instiiterimus, sicut recolimus diligenter, ut tamen affectionem quam ad eos & dictam domum ipsorum gerimus intercessio iterata testetur, sanctitati vestræ affectuosâ precum instanciâ supplicamus, **quatinus terras, possessiones, et bona quibus, sicut præmittitur, fuere pribati, præfatis Cardinalibus et aliis de domo sua prædicta quantum ad vestræ dominacionis gratiam attinet, benigne, plene, et integre restitui jubeatis**; ita, si placet, quod ex interventu precum nostrarum hujusmodi speratum fructum sibi senciant proveniſſe. Conservet, &c. Dat. apud *Karliol.* 25 die *Marcii*.

He writ also Letters to sundry Cardinals on the behalf of the Archbishop of *Yorke*.

Rot. Romæ, 34 & 35 E 1. m. 3. VEnerabili in Christo Patri Domino *J.* titulo sanctorum *Marcellini & Petri*, sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Presbytero Cardinali, amico suo carissimo; *Edwardus*, &c. salutem, et sinceræ dilectionis affectum. Grata & fructuosa obsequia quæ nobis

nobis ab annis pluribus venerabilis pater *W. Eborum* Archiepiſcopus *Angl.* Primas exhibuit, ipſumque ad noſtrum & regni noſtri commodum & honorem exhibiturum ſperamus Deo propicio in futurum, non immeritò nos excitant & inducunt, ut apud noſtros benivolos & amicos ea quæ ad utilitatem & honorem ipſius cedere poterunt ſinceræ affectionis animo procuremus. Cum itaque idem Archiepiſcopus apud veſtram paternitatem quædam habeat negocia expedire, quæ vobis ut accepimus plenius aperit per ſcripturam, veſtram fiducialem amiciciam affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus eidem ſuper negociis illis precum noſtrarum optentu vos exhibere velitis quantum bono modo poteritis favorabiles & benignos, ut has preces noſtras ſibi ſenciat fructuoſas, noſque vobis exinde ſpecialius teneamur ad ea quæ vobis grata fuerint et accepta. Dat. apud *Laurecoſt*, 25 die *Januarii*. *An.* 34 & 35 *E.* 1.

Eodem modo ſcribitur to ſome other Cardinals.

The Priory of *Laurecoſt* being burnt, much waſted, and impoveriſhed by the *Scotiſh* Rebels, and the King continuing long in it by reaſon of his ſickneſſe, granted them his licenſe to appropriate two Churches to them and their ſucceſſors when they ſhould fall voyd, which he likewiſe deſired the Pope to ratifie, though valid without his confirmation.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *P.* titulo ſanctæ *Priſcæ* Presbytero Cardinali, & ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Vicecancellario, amico ſuo cariſſimo; *Edwardus*, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Cum Prioratus de *Laurecoſt Karliolenſis* Dioc. ſitus juxta confinia terræ noſtræ *Scotiæ*, per combuſtionem domorum & domorum deprædacionem ejuſdem Prioratus per quoſdam *Scotos*, inimicos & rebelles noſtros, fines regni noſtri dudum hoſtiliter invadentes inhumaniter perpetratas, depauperatus exiſtat plurimum & vaſtatus; Noſque paupertati dilectorum nobis in Chriſto Prioris & Canonicorum Prioratus prædicti piis compatientes affectibus, ob ſpecialem devocionem quam ad beatam *Mariam Magdalenæ* in cujus honorem illud cœnobium eſt fundatum gerimus & habemus, necnon & propter diutinam moram noſtram quam in eodem fecimus Prioratu dum adverſa corporis valitudine præmebamur, dederimus eiſdem Priori & Canonicis advocaciones Eccleſiarum de *Mitford*, et de *Carlaton. Dunelm.* et *Karl.* Dioc. quæ de noſtro ſunt Patronatu, volentes et concedentes quantum in nobis eſt, quod ipſi ad relevacionem ſtatus ſui eaſdem Eccleſias, cedentibus aut decedentibus Rectoribus earundem, canonice aſſequi valeant in uſus proprios poſſidendas; Paternitatem veſtram affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus ut Dominus Summus Pontifex, cui ſuper hoc noſtras litteras deprecatorias duximus dirigendas, præfatis Priori et Canonicis concedere velit in uſus proprios Eccleſias memoratas cum eas vacare contigerit, ſibi et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum poſſidendas, opem et operam velitis noſtrorum interventu rogaminum apponere efficaces. Vobis enim exinde ſpecialius teneri volumus ad ea quæ vobis grata fuerint & accepta. Dat. apud *Karliol.* 17 die *Marcii*. Rot. Rom. an. 34 & 35 E. 1.

The Pope out of his ſpecial favor to Queen *Margaret* authoriſing one Biſhop and 2. Abbots to provide Prebendaries in ſeveral Cathedrals for ſuch of her Clerks as ſhe ſhould nominate; and the Archbiſhop of *Rhoan* by reaſon of the Popes proviſions to him for his own Clerks, refuſing to admit the Queens till his were preferred; the King writ this Letter to the Pope for his preferrence before all others, leſt his favour to the Queen ſhould be fruſtrated.

PApæ Rex devota, &c. Nuper veſtræ Paternitatis clemencia, *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, Conſorti noſtræ cariſſimæ gratiam diſponens facere ſpecialem, venerabili patri Epiſcopo *Ebroicen.* & Religioſis viris Abbatibus Sancti *Auguſtini Cantuar.* & *Weſtm.* providendi ipſius Reginæ Clericis, quos ipſa duceret nominandos, de præbendis in *Eborum*, *London. Ciceſtr. Sarum*, *Hereford. Litchf.* & *Rothom.* Eccleſiis, quam cito ad id facultas ſe offerret, conceſſerat poteſtatem. Cujus prætextu gratiæ quamvis prædicta Regina Magiſtrum *Johannem de Fontibus* Clericum & Medicum ſuum nominaſſet ad præbendam in dicta *Rothomagenſi* Eccleſia promovendum, executores ſupradicti ad proviſionem eidem Clerico in dicta Eccleſia faciendam, Ibidem.

An. 34 E. 1. ciendam, tum propter facultatem dicti loci Archiepiscopo per vos de præbendis in eadem Ecclesia, Clericis suis, usque ad certum numerum providendi concessam, tum propter alias provisiones sedis Apostolicæ in eadem Ecclesia prædictæ gratiæ derogatorias procedere non valebunt, sicque prædicta Regina Consors nostra, prædicta gratia ex vestra munificencia largita frustratur quodamodo præconcepta: Nos igitur ipsius Reginæ desiderium in hac parte, præcipuè super promocione Clerici sui prædicti, quam ex eo, quod de nobis in infirmitate nostra curam habuit diligentem, & adhuc nobis intendit jugiter hiis diebus, non immerito affectamus, cupientes optato effectui mancipari, sanctitatem vestram affectuosis precibus requirimus et rogamus, quatinus ut dictus Magister *Johannes* provisionibus prædictis seu gratia præfato Archiepiscopo concessa nonobstantibus, ad præbendam quam in dicta *Rothom.* Ecclesia primo vacare contigerit optinendam, omnibus præferatur, ordinare dignemini nostri rogaminis interventu: Hanc requisitionem nostram eo si placet libencius ad exaudicionis graciam admittentes, quo dicto Medico in infirmitate nostra curam commisimus status nostri. Conservet, &c. Dat. apud *Karliol.* 28. die *Maii.*

He likewise writ this Letter to the Pope for a dispensation for one of his Clerks, out of the plenitude of his power.

Rot. Romæ, 34 & 35 E. 1. PApæ Rex devota pedum oscula beatorum. Licet per frequentem nostrarum litterarum missionem quas vestræ Clemenciæ pro Clericis nostris aliisque benivolis porrigimus, sæpe et sæpius vos veremus, de vestræ tamen affluencia bonitatis quamplurimum confidentes in hiis quæ nos & nostros concernunt, et quæ de vestræ pendent plenitudine potestatis, ad vos tanquam ad singulare refugium filiali sumptâ fiduciâ recurrimus et medelam. Attendentes itaque vitæ meritum, morumque honestatem quibus dilectus nobis *Johannes de Leek* Eleemosinarius noster esse dinoscitur insignitus, necnon labores multiplices quos à nostræ primævæ ætatis exordio in nostris subiit obsequiis dignè credimus agere si vota ipsius votivis proveniantur affectibus, operamque studiosam impendamus, ut sui commodi & honoris incrementum sedulò procuremus. Quocirca sanctitati vestræ devotissimè supplicamus, quatinus eidem Clerico nostro de vestra liberali munificentia * dispensationis gratiam juxta formam petitionis suæ quam dilecto & fideli nostro *Amaneno de Lebreto* commisimus vestræ paternitati porrigendam & effectualiter prosequendam vestra dignetur concedere paternitas reverenda. Profectò, pater sancte, hujus requisicionis exaudicio grata nobis erit admodum & accepta; si nostri consideracione suorumque intuitu meritorum idem Clericus spei suæ in hac parte fructum assequi valeat peroptatum. Ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ sanctitatem vestram conservet Altissimus per tempora prospera & longæva. Dat. apud *Westm.* 25 die *Maii*, Anno Domini 1308.

* To hold a plurality of Benefices with cure.

The King this year granted this pardon for alienating lands in Mortmain to a Monastery in *Ireland*, without his license, with power to retain them, to erect a Cell of Freers *Augustines.*

Pat. 34 E. 1. m. 12. intus. Pro fratribus de Ordine S. Augustini de Fithard in Hibernia. REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod de gratia nostra speciali pardonavimus dilectis nobis in Christo fratribus de Ordine sancti *Augustini* de *Fithard* in *Hibernia* transgressionem quam fecerunt adquirendo sibi & successoribus suis in puram & perpetuam eleemosinam unam acram terræ & dimid. cum pertin. in *Fythard*, ex dono & feoffamento *Walteri de Mulcote*, & confirmacione venerabilis patris *Mauricii Cassellen.* Archiepiscopi, de quo terra illa immediatè tenebatur, ad quoddam mansum ibidem de novo construendum & ab ipsis fratribus inhabitandum, & eas ingrediendo post publicacionem Statuti nostri, *De terris & ten. ad manum mortuam non ponendis editi*, nostra super hoc licencia non optenta. E- concessimus eis pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod terram illam cum pertin. habeant & teneant sibi & successoribus suis, in puram & perpetuam eleemosinam, ad quoddam mansum ibidem de novo construendum & inhabitandum, sicut prædictum est, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum

dum noſtrorum, Juſtic. Eſcaet. Vic. et aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum quorumcumque, ſtatuto noſtro prædicto non obſtante. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Beverlacum*, 22 die *Julii*. *An.* 34 E. 1.

What elections were made this year of Biſhops and other Eccleſiaſtical perſons in *Ireland*, theſe Records and Writs will inform us.

REX dilectis ſibi in Chriſto —— Decano & Capitulo *Aladen.* ſalutem. Accedens ad nos *Walterus de Killeny* Clericus, cum litteris ſigillo dicti Capituli veſtri ſignatis, nobis ex parte veſtra humiliter ſupplicavit, quod cum Eccleſia veſtra prædicta per mortem bonæ memoriæ *D.* nuper Epiſcopi illius loci paſtoris ſolacio deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum licenciam vobis concedere dignaremur; Nos licet dictæ literæ defectivæ exiſtant, eo quod clauſæ, et ex parte dicti Capituli tantum nobis directæ fuerant, volentes nichilominus vobis gratiam in hac parte facere ſpecialem, licenciam illam iſta vice vobis gratioſe duximus concedendam; Mandamus, quod talem, &c. qui nobis fidelis exiſtat, &c. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtm.* 24 die *Maii*. Pat. 34 E 1. m. De licencia eligendi in Hibern. & temporalibus reſtituendis

Per ipſum Regem nunc. R. de Cotingham.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan*, Juſtic. ſuo *Hibern.* vel ejus locum tenenti, ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto Capitulum *Aladen.* nobis per literas ſuas ſignificaverint, quod Eccleſia ſua prædicta per mortem, &c. *ut ſupra.* Volentes nichilominus Decano dictæ Eccleſiæ & Capitulo prædicto gratiam in hac parte facere ſpecialem, licenciam illam iſta vice eis gracioſe duximus concedendam: Mandantes ipſis quod talem, &c. qui nobis fidelis exiſtat, &c. Nos eorundem Decani & Capituli laboribus & expenſis in hac parte parcere volentes, iſta vice, &c. Accepta tamen prius, &c. (as in other premiſed Writs.) In cujus, &c. Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem, &c.

MAgiſtri *Rogerus Cantoks* & *Johannes Blundel* Canonici *Imlacen.* nunciantes Regi mortem *W.* nuper Epiſcopi *Imlacen.* habent literas Regis de licencia eligendi. Teſte Rege apud *Langeceſtr.* decimo die *Auguſti*. De licencia eligendi in Hibern.

Per breve de privato ſigillo.

Et memorandum, quod literæ patentes Decani & Capituli *Imalacen.* de nunc. prædicta, non fuerunt delatæ in Cancellar. ſed remanſerunt in Garderoba.

REX electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali *Imelacenſi* de diſcreto viro Magiſtro *Thoma Cantoks* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, Regium aſſenſum adhibuit et favorem: Et hoc ſignificatum eſt venerabili patri Archiepiſcopo *Caſſallen.* ut quod ſuum eſt in hac parte exequatur. In cujus, &c. T. R. apud *Neuburgh* in *Tyndale* 4 die *Sept.* Pat. 34 E 1. mem. 9. De aſſenſu Regio in Hibern. & temporalibus reſtituendis.

Per breve de privato ſigillo.

REX dilecto & fideli ſuo *Johanni Wogan* Juſtic. ſuo *Hiberniæ*, ſalutem. Cum nos electioni nuper celebratæ in Eccleſia Cathedrali *Imelacenſi* de diſcreto viro Magiſtro *Th. Cantoks* Canonico ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum illius loci, Regium aſſenſum adhibuerimus et favorem: Et hoc per literas noſtras patentes ſignificaverimus venerabili patri —— Archiepiſcopo *Caſſellen.* ut id quod ſuum eſt in hac parte exequatur: Nos volentes ejuſdem Electi laboribus & expenſis in hac parte parcere iſta vice, &c. Accepta tamen, &c. In cujus, &c. T. R. ut ſupra. Ibidem.

Per breve de privato ſigillo. Dupp.

The * Annals of *Ireland* relate, *That this Mr.* Thomas Cantock *Chancellor of* Ireland *was conſecrated Biſhop of* Imelacen. *in the Church of the* Holy Trinity *of* Dublin *with great honour: at whoſe conſecration were preſent the Elders of all* Ireland, *where there was ſo ſumptuous and ſo great a feaſt made, firſt to the Rich, and afterwards to the poor, as the like had never been heard of before in* Ireland. Yet they make no mention of his feeding or feaſting the ſouls of his people with the ſpiritual food and preaching of Gods word, the prime duty of his Epiſcopal office: whereof he had little care. Cambdens Annals of Ireland, p. 164. Hybernia.

An. 34 E. 1.

† Annals of Ireland.

The ſame year as the ſaid † *Annals* inform us; *Richard Feringes* Archbiſhop of *Dublin* died in the Vigil of Saint *Luke*, after whom ſucceeded Mr. *Richard Haverings*, who occupied the Archbiſhoprick almoſt five years by Apoſtolical diſpenſation, (Pope *Clement* then newly uſurping to himſelf by the plenitude of his Papal power, *the diſpoſition of all Cathedral Churches and preferments* when they ſhould fall voyd during his Papacy by his Papal proviſions, which King *Edward* oppoſed to his power, for which this Pope ſharply reprehended him.) This Archbiſhop conſcious to himſelf of his illegal entring into, and of his neglect in the diſcharge of this his Archiepiſcopal office, reſigned up his Archbiſhopzick, after whom ſucceeded *John Leth.*

The occaſion and cauſe of his giving over (as the Archdeacon of *Dublin* of good memory, his Nephew hath reported) was this, *for that one Night he dreamed that a certain Monſter heavier than the whole World ſtood eminently aloft upon his breaſt: from the weight whereof he choſe rather to be delivered, then alone to have all the goods of the World: but when he awakened, he thought with himſelf*, this was nothing elſe but the Church of *Dublin*, the fruits whereof he received, and took no pains for the ſame. (The caſe of many of his ſucceſſors, and other Archbiſhops then and ſince.) *As ſoon as he could therefore*, he came to the Lord Pope, of whom he was much beloved, and there renounced and gave over the Archbiſhopzick; *For he had* (*as the ſame Archdeacon avouched*) *fatter Benefices and livings, then the Archbiſhoprick came unto*; which he ſhould likewiſe have reſigned upon the ſame account, ſince he reſided not and took no ſpiritual pains in them to feed and inſtruct his peoples ſouls, no more then in his reſigned Archbiſhoprick.

Pat. 34 E 1. m. 4. De Præſentacione

Johannes de Hibernia Clericus, (ſent into *Ireland* to collect the *Diſms* for the *Holy Land*, and other ſervices by the King) habet literas Regis de præſentacione ad Eccleſiam de *Stabanan*, vacantem & ad Regis donacionem ſpectantem. Et dirigun-tur literæ —— Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatus *Ardmachan.* ſede vacante. In cujus, &c. T. R. apud *Laurecoſt*, 4. die *Novembris.*

Per Canc. ex dono Canc. de aſſenſu Theſ. Dupp.

Liberate & allocate, An. 34 E 1. Pro Johanne de Hibernia.

REX Theſ. & Camerariis ſuis de Scaccario *Dublin.* Liberate de theſauro noſtro dilecto Clecico noſtro *Johanni de Hibernia* quem mittimus ad partes *Hiberniæ* cum literis Decimæ per ſanctiſſimum Patrem *Clementem* Papam quintum nuper impoſitæ pro *Terra Sancta* negocio per biennium conceſſæ, *Ricardo de Bereford* Theſ. noſtro *Hiberniæ*, & Magiſtro *Willielmo de la Ryvere* Canonico *Sarum* liberandis, & ad reſponſum tam ſuper ordinacione inchoacione et continuacione prædicti negocii, per ipſos *Ricardum* & *Willielmum* faciendis, quam eciam ſuper providencia victualium verſus partes *Scociæ* nobis deferendorum Centum ſolidos in ſubvencionem expenſarum ipſius Clerici noſtri, in eundo ad partes prædictas, ibidem pro eodem negocio morando, & inde cum reſponſo ejuſdem negocii ad nos in *Angliam* redeundo. Teſte Rege apud *Wynton*, 3 die *Maii.*

* Mat. Weſtm. An. 1306. p. 356, & 463. Tho. Walſingham Ypodig. Neuſtr. p. 96. Mat Parker, Antiq. Eccleſ. Brit. 216, 218.

* *Anno Gratiæ* 1306. Clemens *Papa* Burdegali *exiſtente*, (to evidence how unſutable his Papal proceedings were to his new name) Epiſcopum *Pictavienſem*, qui ſibi dum Archiepiſcopus fuerat adverſabatur, a Pontificali depoſuit dignitate. Primatum etiam *Aquitaniæ* de *Biturienſi* ad *Burdegalenſem* Eccleſiam tranſtulit; by his Papal authority, to grace his new Papal See tranſlated to it: At which time the King of *France* being releaſed from the Excommunications and Interdicts denounced againſt him, and his poſterity and kingdomes by Pope *Boniface* the 8. by way of revenge, after his deceaſe, in purſuance of his premiſed Appeals againſt him, as an Heretick, *Rex* Francorum *à Domino Papa* Clemente 5. (then reſiding in *France*) oſſa *Bonifacii* Papæ, prædeceſſoris ſui petiit ad comburenda, tanquam hæretici, inſtantia opportuna. Petiit eciam ſanctorum Catalogo aſcribi *fratrem* Petrum de Murone, *qui quondam fuerat Papa*, *dictus* Cœleſtinus *quintus. Tum in Papa eligendo* jus trium ſuffragiorum vendicabit; ſet a Papa neutrum obtinuit. In order to his firſt requeſt, the King of *France* cauſed theſe new Articles to be drawn up by two of his Proctors in his name, and preſented to Pope *Clement* by *Bertrandus Rupene*, which I ſhall here preſent you with at large out of *Pierre de Pithou*, evidencing that the Kings of *France* then claimed, exerciſed the ſelf-ſame Juriſdiction over the Clergy of *France*, as King *Edward* did in *England.*

Ex

An. 34 *E.* 1.

Preuves des Libertez de Legliſe Gallicane, cap. 7. p. 253, 254, 255.

EX ſcripto valdè prolixo, quod *G. de Nogareto*, & *G. de Pleſiano* Domini Regis *Franciæ* Milites, proſequentes negotium fidei, inceptum contra *Bonifacium* dictum octavum defunctum, & ejus memoriam, tradiderunt coram Domino D. *Clemente* Papa 5. Dei Gratia Summo Pontifice, per Nobilem virum *Bertrandum de Rupenegada* Militem, Procuratorem ſuum ad hæc:

1. Conſtat, et eſt notozium toti mundo, quod Reges *Franciæ*, iſte qui nunc eſt, et pzogenitozes ipſius, ſuperiozem niſi Deum ſolum in tempozalibus non nobe-runt. Sic eſt perpetuo a tempoze Generationis eozum obtentum: ſic Sancti Pa-tres, Summi Pontifices, ſic Imperatozes, qui pzæfuerunt ante *Bonifacium* ſer ba-berunt. (*Extra qui filii ſunt legit c. per venerabilem.*) Nec Reges *Franciæ* ſuper rebus, bel juribus quibuſcunque tempozalibus, bel eis adbærentibus, bel annexis ad bonozem, bel ſtatum regni ſui ſpectantibus, bel eis annexis, judicium recepe-runt per alium quemcunque in mundo, niſi per Curiam ſuam. Et boc eſt notozium toti mundo et Eccleſiæ *Romanæ* ſemper fuit et *Bonifacio* ſupzadicto.

2. *Item*, Notorium eſt toti mundo, quod Rex qui nunc eſt, et ejus Progenito-res, inter mundi Principes in Religione fidei corruſcarunt, & pro fide, ac omnibus quæ ad ſedem pertinent Eccleſiæ *Romanæ*, Prælatiſque ſuis ſemper obedientes fue-runt et erunt, ſecundum conſuetudines Regni, per quas fozſan, jura quædam, qui de jure ſcripto pertineat ad Eccleſias, pertinent de antiqua conſuetudine ad Regem, ſeu ad alios Dominos tempozales, pluraque jura tempozalia quæ pertinere deberent de jure ſcripto ad Regem, ſeu ad alios Dominos tempozales, pertinent de conſue-tudine ad Eccleſias dicti regni, et boc diberſimodè ſecundum diberſas conſuetudines diberſarum partium regni ipſius.

3. *Item*, Certum, notozium et indubitatum exiſtit, quod Rex et Reges qui fue-runt ſine medio, bel mediate, fundaverunt Eccleſias regni ſui, et eas dotaverunt, & hæreditatibus pinguibus, & bonis immobilibus ditaverunt, ad expendendum ip-ſorum bonorum, fructus & reditus, in cultu divino, & aliis bonis operibus, in reg-no prædicto, et conſueverunt defendere Reges pzædicti, ne bona Eccleſiarum pzæ-dicta diſſipentur bel expendantur ad alios uſus, quam ad quæ collata ſunt, ſine con-ſenſu et boluntate eozum. Et ſi aliud fiat, æſtimat fieri per rapinam ipſe ſuique regnicolæ, & ſui progenitores præteritis temporibus æſtimarunt, & jure ſui Princi-patus, quo tenentur ipſas Eccleſias cuſtodire, & ex jure Patronatus ipſarum Eccle-ſiarum. Et ideo Summi Pontifices, qui dictum *Bonifacium* præceſſerunt, nun-quam Decimas, bel impoſitas ſimiles, fecerunt Eccleſiis dicti regni ſine Regum conſenſu qui fuerunt pzo tempoze.

Item, Certum eſt, notorium, & indubitatum, quod plurimæ Eccleſiæ dicti regni ſunt de ſpeciali Gardia Domini Regis prædicti, et ſpecialiter Cathedzales Eccleſiæ dicti regni, & cum gardia ipſa; vel dictæ Eccleſiæ oſtenduntur per violentiam, vel injuriam aliquorum in præjudicium dictæ Gardiæ, Reges ipſi, ex ſuo officio denun-ciante quocunque inquirere de bis conſueverunt, et facere emendari offenſam factam Eccleſiis, & ſibi injuriam gardiæ ſuæ, quod eſt in favorem Eccleſiarum regni ex conſuetudine introductum, de cujus contrario memoria non exiſtit, nec Eccleſiæ dicti regni pro omni theſauro mundi permitterent iſtud tolli.

5. *Item*, Certum eſt, notozium et indubitatum, quod de hæreditatibus et rebus, et juribus immobilibus, ad jus tempozale ſpectantibus quibuſcunque, ſibe petito-rio agatur, bel poſſeſſozio, ſibe pertineant ad Eccleſias et perſonas Eccleſiaſticas, bel Dominos tempozales, agendo et defendendo, cognitio pertinet ad Curiam tempozalem, ſpecialiter autem Domini Regis ipſius.

6. *Item*, Certum eſt, notozium, et indubitatum, quod in cauſis quibuſlibet ad fidem Catholicam, bel quæ mere ſpirituales noſcuntur, non ſpectantibus, quæ Re-gem *Franciæ* tangant, agendo bel defendendo Rex non litigat, nec litigare debet, bel tenetur, de conſuetudine notozia niſi in Curia ſua, ſemper a tanto tempoze, de quo in contrarium memozia non exiſtit.

7. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum exiſtit, quod Rex *Franciæ* babeat, et ſui Pzogenitozes babuerunt ſemper jura Regalia in bonis immobilibus Eccle-ſiarum plurimarum Venerabilium Regni ſui; nominatim cum bacant Eccleſiæ quæ babent tempozalitates, quæ ab eo mobent, et ſede bacante conſueberunt Re-ges *Franciæ* fructus et redditus recipere bonozum immobilium eozundem ad Pzæ-

An. 34 *E.* 3. latum Ecclesiæ spectaneium, quousque nobus Prælatus benerit, et temporalitatem receperit per manum Regis ipsius.

8. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum existit, quod ubicunque principalis obligatus, modo quocunque, cujuscunque status vel conditionis existat tenetur Regi *Franciæ*; solus Rex, vel Curia sua de debito cognoscit hujusmodi, et ipsum debitorem per captionem bonorum distringit, et tam ipse, quam ejus antecessores, hoc facere ab antiquo consueverunt, et a tanto tempore de cujus contrario memoria non existit.

9. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum existit, quod Dominus Rex prædictis usus est, et tam ipsi, quam ejus prædecessores usi fuerunt, et sunt et consuerunt conferre dignitates, beneficia, et præbendas plurium Ecclesiarum, quæ de fundatione Regum ipsorum existunt, nec dictus Dominus Rex, qui nunc est, aliter usus est, quam sui Progenitores hactenus usi fuerunt, et eo modo utitur, et usus est hoc tempore, quo sui Progenitores et antecessores usi fuerunt tanto tempore de cujus contrario memoria non existit.

10. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum existit, quod dictus Dominus Rex habet Jura Regalia universa in regno suo; sed inter cætera jura Regalia, habet jus percipiendi fructus omnes, reditus, et provventus Ecclesiarum Cathedralium vacantium, et suos faciendi, qui de sua Regalia existunt, quamdiu vacant: Et quum præficitur novus Prælatus illis Ecclesiis, Prælati hujusmodi ab ipso Rege, temporalitatem recipiunt, post fidelitatem sibi præstitant, vel homagium; quo jure Regalium dictus Dominus Rex usus est, tam ipse quam ejus prædecessores Reges *Franciæ* usi sunt, tantis temporibus, de quorum contrario memoria non existit.

11. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum existit, quod dictæ Ecclesiæ in quibus Dominus Rex prædictus habet Regalia prædicta, de fundatione Regum *Franciæ* suorum prædecessorum existunt.

12. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum existit, quod quandiu vacant dictæ Ecclesiæ, in quibus dictus Dominus Rex habet Regalia, idem Dominus Rex donat, et donare consuevit dignitates et præbendas, et Beneficia quorum Collatio modo quocunque pertinere potest ad Prælatum illius Ecclesiæ, eo tempore quo existant ibidem, sive ibidem vacent prædicta Beneficia, Præbendæ, vel dignitates, et in Curia *Romana*, vel alibi ubicunque.

13. *Item*, quod prædicta jura pertinent, et pertinere debent ad dictum Dom. Regem, et ad suos prædecessores, jure suo Regio vel consuetudine regni *Franciæ* notoria: et tam ipse quam ejus prædecessores in saisina et possessione, vel quasi juriurn omnium prædictorum et singulorum existant, tanto tempore de cujus contrario memoria non existit.

14. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum existit, quod jura Regalia aliquarum Ecclesiarum, quæ habet in Ecclesiis prædictis Dominus Rex prædictus, progenitores ipsius Domini Regis, et prædecessores ejus in regno dederunt in feudum aliquibus Baronibus suis, tam Ecclesiasticis quam secularibus, qui Barones regalibus illis utuntur et fruuntur, sedibus Ecclesiarum ipsarum vacantibus jure suo feudali, et jure Regio, a quo suum jus movet: Et ideo Jus Regale vocatur; quo jure dicti Barones utuntur nominibus suis et nomine Regio, et usi sunt tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit.

15. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum existit, quod cum Civitas *Lugdunensis*, tempore primitivæ Ecclesiæ, fuisset ad fidem Catholicam prima conversa, & postea in manu infidelium devenisset, Rex *Franciæ* qui tunc erat vi armorum, & sanguine rutilante suorum, conquisibit dictam Civitatem *Lugdunensem*, cum omnibus juribus suis et pertinentiis ad fidem Catholicam et cultum divinum Civitatem ipsam redegit, jurisdictione sua Regia, et ibidem fundavit *Lugdunensem* Ecclesiam Catholicam; et quia Civitas ipsa tempore infidelium præcedenti Archiflamines habuerat, & pristinis temporibus prima sedes fuerat *Galliarum*, ut moneta *Lugdunensis* testatur, dictus Rex sedem ipsam Archiepiscopalem erexit, et erigi fecit, cum jure Primatiæ super Ecclesias *Galliarum*, quo jure Primatiæ Archiepiscopi *Lugdunenses* longis temporibus usi fuerunt.

16. *Item*, Certum & indubitatum existit, quod Rex prædictus fundator Ecclesiæ *Lugdunensis* Castris, Villis, terris & possessionibus, quas nostris temporibus obtinuit dicta Ecclesia *Lugdunensis*, eam dotavit, et jura Regalia (quæ Regalia in singulari

gulari appellantur) in feudum dedit & conceſſit Epiſcopo, et Eccleſiæ *Edvenſi* : et è converſo Regalia dictæ *Edvenſis* Eccleſiæ dedit & conceſſit in feudum Archiepiſcopo & Eccleſiæ *Lugdunenſi*, quam ſimiliter *Edvenſem* Eccleſiam fundavit et dotavit Rex prædictus, Fidelitate ab utroque eorumque ſucceſſoribus, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus præſtanda pro temporalitatibus prædictis retenta. *An.* 34 E. 1

17. *Item*, Certum, notorium, et indubitatum exiſtit, quod Archiepiſcopi *Lugdunenſes* qui fuerunt pro tempore, quotiens vacavit Eccleſia *Edvenſis*, & viciſſim *Edvenſes* Epiſcopi, quotiens vacavit Eccleſia *Lugdunenſis*, uſi ſunt ad invicem, et viciſſim dictis Regaliis temporalitatum ipſarum.

18. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum exiſtit, quod antiquitus Cómes *Lugdunenſis* Comitatum ſuum in feudum tenebat à Rege *Franciæ*, quem Eccleſiæ *Lugdunenſis* acquiſivit ex permutationis cauſa, cum omnibus caſtris, leudis ſeu pedagiis, feudis, & redditibus, juribus, & pertinentiis Comitatus ipſius, à *Lugdunenſi* Comite qui tunc erat, de conſenſu, authoritate et confirmatione Regis *Franciæ* qui tunc erat, à quo dictus Comitatus in feudum movebat.

19. *Item*, ipſa Eccleſia *Lugdunenſis* de conceſſu, authoritate et confirmatione Regis prædicti, ex cauſa permutationis prædictæ, dedit Comiti memorato magnas terras, hæreditates et caſtra, quas *Foreſii* Comes impræſentiarum poſſidet, qui de progenie dicti Comitis *Lugdunenſis*, qui erat etiam *Forenſis* Comes noſcitur deſcendiſſe, de quibus omnibus exiſtunt literæ, privilegia & publica monumenta : Hinc eſt, quod Capitulum Eccleſia *Lugdunenſis*, quod pro majori parte, dictum Comitatum poſſidet, & de temporalitate fundationis prædictæ Eccleſiæ ſuæ obtinet magnam partem, ſigno floris Lilii in ſuo ſigillo impreſſo, uſum ſemper fuerit.

20. *Item*, Certum, notorium, & indubitatum exiſtit, quod pro temporalibus Eccleſiarum ſuarum Archiepiſcopi *Lugdunenſes*, et Epiſcopi *Evenſes*, qui fuerunt pro tempore, præſtiterunt et præſtare conſueverunt fidelitatem Regibus *Franciæ*, qui ſimiliter fuerunt pro tempore, cum ad adminiſtrationem ſuorum Epiſcopatuum veniebant uſque ad tempus Archiepiſcopi *Lugdunenſis*, qui nunc eſt, qui malo ductus conſilio in ſuis temporalibus rebellis fuit Domino Regi prædicto, propter quod oportuit Dominum Regem ad coercendam rebellionem hujuſmodi, et ad juris ſui conſervationem, exercitum ſuum ad partes mittere *Lugdunenſes*.

Thus as the Pope, his Legates, Nuncioes, Agents usurped upon the Rights and Prerogatives of the Crown, and Subjects Liberties on the one hand, so on the other hand our Archbishops, Bishops, Archdeacons, Officials, and Ecclesiastical Courts, from the first to the very last year of this Kings reign, perpetually encroached, usurped upon the Temporal Jurisdiction, Crown, Dignity, Courts, and his Subjects Liberties, notwithstanding all Regal Prohibitions, Attachments, Informations, and Suits against them, in highest contempt of his Soveraign Authority, Jurisdiction, Parliaments, Counsil, Courts, Judges, by holding Pleas of Chattels, Debts, Trespasses, Advowsons of Churches, Chappels, Lay-fees, and other causes peculiar to his Crown and Dignity; frequently Excommunicating his Officers and Subjects who brought Prohibitions to restrain their Usurpations, and Imprisoning them upon *Capias Excommunicatums*, on purpose to vex, discourage, or disable them to prosecute their just Actions against them, for these their disloyal Usurpations on the Kings Crown and Royalties, against their Oathes and Allegiance to this their Soveraign Lord. Such incorrigible Pests, grievances and Nusances were they both to the King and Subjects in that age, and in most preceding and succeeding

An. 35 E. 1. ceeding generations, as these and the premised Records abundantly evidence, beyond contradiction.

With what armed Lay-force and violence some Clergymen then kept possession of Prebendaries and Houses thereunto belonging, against the Kings Clerks, in affront of his Royal Authority and Title, and how the King proceeded against them thereupon, this Writ and the Return thereof will inform us.

Ex Bundela Brevium An. 35 E. 1. in Turri Lond.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*; Vic. *Huntingd.* salutem. Cum nuper dederimus & concesserimus dilecto Clerico nostro Magistro *Johanni de Cadamo* Præbendam de *Leghton* Maner. in Ecclesia beatæ *Mariæ Lincoln.* vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione Episcopatus *Lincoln.* nuper vacantis, & in manu nostra tunc existentis: Habendum cum suis juribus & pertinentiis quibuscunque: & venerabili patri *Johanni* Episcopo ejusdem loci mandaverimus, quod præfatum Clericum nostrum ad dictam Præbendam admitteret, stallumque in Choro & locum in Capitulo ratione dictæ Præbendæ assignaret eidem. Ac idem Episcopus, Decanusque & Capitulum ejusdem Ecclesiæ ipsum Clericum nostrum ad Præbendam illam admiserint, & stallum in Choro locumque in Capitulo sibi assignaverint, prout ad ipsos ex officii sui debito pertinebat, Magister *Philippus de Barton*, *Radulphus* fil. *Clementis de Leghton*, *Willielmus de Reygate*, & *Richardus le Messager*, **aggregata sibi ingenti multitudine malefactorum, et pacis nostræ perturbatorum, mansum Præbendæ prædictæ apud *Leghton* Maner. vi et armis ingressi, et effectum donationis et concessionis nostrarum prædictarum enervare pro viribus machinantes, mansum illud cum pertin. præfato *Johanni* deforciant et detinent occupatum, et ipsum *Johannem* quo minus possessionem ejusdem mansi cum pertin. juxta donationem et concessionem nostras prædictas, et vim admissionis prædictæ nanciscí possit ut deberet impediunt minus juste, in nostri contemptum, et juris nostri Regii derogationem manifestam, et dicti *Johannis* dampnum non modicum, ac contra pacem nostram. Et quia hujusmodi contemptum et injuriam sustinere nolumus nec debemus, præsertim cum ad defensionem et tuitionem jurium nostrorum regorum, ne per aliquorum usurpationes depereant vel aliqualiter subtrahantur, juramenti vinculo astringamur**; Tibi præcipimus, quod per sacramentum proborum & legalium hominum de Balliva tua per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiras de nominibus malefactorum prædictorum, qui una cum prædictis *Philippo*, *Radulpho*, *Willielmo* & *Richardo*, prædicta contemptum, injuriam, resistentiam & impedimentum fecerunt & faciunt, & præfatos *Philippum*, *Radulphum*, *Willielmum* & *Richardum*, ac omnes alios quos inde per Inquisitionem illam culpabiles inveniri contigerit attachies, ita quod eos habeas coram nobis à die Sancti *Johannis Baptistæ* in 15. dies ubicunque tunc fuerimus in *Anglia*, ad respondendum nobis de præmissis, & ad faciendum & recipiendum quod Curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas ibi nomina malefactorum illorum & hoc breve. Teste meipso apud *Karliolum* 10 die *Junii*, anno regni nostri 35.

Dorso. Inveni per Inquis. quam per tenorem hujus brevis fieri feci, quod *Radulphus* fil. *Clementis del Leghton*, *Willielmus de Reygate*, *Richardus le Messager*, & *Johannes le Provost*, per præceptum Magistri ***Philippi de Barton*** deforciaverunt & detinuerunt Magistro *Johanni de Cadamo* mansum de *Leghton* Maner. occupatum, quo minus idem Magister *Johannes* possessionem ejusdem mansi nanciscí potuit, ut deberet; Et attachiavi *Radulphum* fil. *Clementis*, *Richardum le Messager*, & *Johannem le Provost*, **quorum corpora vobis mitto per portitorem brevis præsentis.** Cæteri non fuerunt inventi in Balliva mea.

There being a cause long pending in Parliament, concerning the Advowson of the Church of *Brugeford*, the King willing to put a speedy period thereunto in the Parliament at *Karliste*, issued this Writ to *Bonifacius de Salariis* to repair to that Parliament with all his Evidences, there to defend the Kings and his own right thereunto.

REX

An. 35 E. 1.

Clauſ. 35 E. 1. m. 6. dorſo. De veniendo coram Rege pro advocatione de Briggford.

REX dilecto ſibi *Bonifacio de Salariis*, ſalutem. Quia quoddam negotium per venerabilem patrem *W.* Archiepiſcopum *Ebor.* per petitionem præſentibus incluſum, **in Parliamento noſtro apud** *Karliolum*, & petitiones conſimiles **in aliis Parliamentis noſtris** per prædeceſſores ſuos, necnon & negotium dilecti & fidelis noſtri *Rogeri le Brabanzon*, **ſuper jura patronatus Eccleſiæ de** *Briggford* **coram nobis et Conſilio noſtro propoſita multo tempora agitata dilationem ceperunt diutinam.** Nos ne negotia illa diutius ob pericula quæ ex hujuſmodi dilatione imminere manifeſtè noſcuntur pendant ulterius indeciſa; volentes ut nunc ſaltem fine debito terminentur, ad quod præſentia veſtra requiritur ſpecialiter in hac parte: Vobis mandamus, quod in craſtino Sancti *Gregorii* Papæ **coram nobis et Conſilio noſtro ſitis per vos vel alium ſufficienter inſtructum apud** *Karliolam*, **oſtenſuri, ſi quid pro jure noſtro, ac etiam ſtatu veſtro,** quo ad contenta in petitionibus prædictorum Archiepiſcopi & *Rogeri* habeatis quare ad finalem expeditionem prædictorum negotiorum minimè fuerit procedendum; deferentes ſeu mittentes evidentias univerſas quas invenieritis vel habueritis in præmiſſis. Et habeas ibi tunc hoc breve. Teſte Rege apud *Laurecoſt* 8 die *Februarii*.

There being a controverſie between the Archbiſhop of *York*, the Archdeacon of *Nottingham*, and *Bonifacius de Salariis*, concerning their Eccleſiaſtical Juriſdiction over his and their Churches, the King by his Prerogative referred the examination thereof to two of his Juſtices by a Jury, and not to any Spiritual Court or Perſons, by this Patent.

Pat. 35 E. 1. m. 5. dorſo. Pro W. Archiepiſcopo Ebor.

REX dilectis & fidelibus ſuis *Edmundo de Eyncurt*, *Willielmo de Bereford*, & *Adæ de Middleton*, ſalutem. Suâ nobis venerabilis pater *W. Ebor.* Archiepiſcopus **petitione coram nobis et Conſilio noſtro exhibita ſupplicavit**, ut cum ipſe in Eccleſiis de *Ludham*, *Eſtmarkham*, *Weſtmarkham*, *Wheteley*, *Harworth*, *Eſtbriggford* & *Walesby*, ſuæ Dioc. **tanquam Parochialibus et curatis inſtitutiones et deſtitutiones habere, et alias Juriſdictionem ordinariam exercere debeat in eiſdem, ejuſque prædeceſſores Archiepiſcopi** *Ebor.* **ſuis temporibus, necnon Decani et Capitulum ejuſdem loci temporibus vacationum ſedis Archiepiſcopatus illius uſque ad tempus quo Capellam de** *Tikehill Bonifacio de Salariis* **hujuſmodi inſtitutiones et deſtitutiones in Eccleſiis prædictis habere et omnimodam Juriſdictionem exercere conſueberint, ac Rectores et Vicarii Eccleſiarum prædictarum ad Eccleſias illas et Vicarias per prædeceſſores ſuos prædictos dicta ſede exiſtente plena, et per dictos Decanos et Capitulum vacante ſede illa ſemper hactenus uſque ad tempus collationis noſtræ prædictæ admiſſi fuerint**, & in poſſeſſionem earundem per Archidiaconos *Notingh.* & non per alium de mandato Archiepiſcoporum prædictorum inducti. Ac etiam iidem Archid. **viſitationes et alias Juriſdictiones Archidiaconales uſque ad tempus collationis prædictæ exercuerint in Eccleſiis et Vicariis ſuprædictis.** A quo quidem tempore idem Archiepiſcopus & quidam de prædeceſſoribus ſuis prædictis, necnon Archidiac. *Notingh.* ſuper hujuſmodi inſtitutionibus & deſtitutionibus, ac aliis Juriſdictionibus ordinariis ibidem exercendis fuerant, & adhuc ſint per præfatum *Bonifacium* prætextu collationis noſtræ prædictæ indebitè impediti; velimus ei inde facere debitum & feſtinum juſtitiæ complementum. **Nos igitur ſuper præmiſſis volentes plenius certiorari, et præfato Archiepiſcopo quod juſtum fuerit fieri in hac parte**, aſſignavimus vos tres, & duos veſtrum quos præſentes eſſe contigerit, **ad inquirendum per ſacramentum proborum et legalium hominum de Com.** *Not.* **per quos rei veritas melius ſciri poterit,** in præſentia præfati *Bonifacii* ſi intereſſe voluerit, quam per Vic. noſtrum Com. prædicti ſuper hoc mandavimus præmuniri, **utrum aliqui Archiepiſcopi** *Ebor.* **ſuis temporibus, ſeu dicti Decanus et Capitulum temporibus vacationum ſedis prædictæ in prædictis Eccleſiis et Vicariis tanquam locorum illorum ordinarii inſtitutiones vel deſtitutiones aliquas habuerint, ſeu ipſi aut Archidiaconi prædicti aliquam Juriſdictionem ordinariam exercere conſueberint in eiſdem, ſicut prædictum eſt, necne? et ſi ſic, tunc qui Archiepiſcopi, et qui Archidiaconi, et quo tempore, et cujuſmodi Juriſdictionem exercuerint? et qualiter, et quo modo, et ſi quis vel qui eorum fuerit vel fuerint impeditus vel impediti?**

tunc

An. 35 *E.* 1. tunc quis vel qui, et per quem vel per quos, et ex qua cauſa, et a quo tempore, et per quos Rectores et Vicarii Eccleſiarum prædictarum ante dictam collationem præfato *Bonifacio* per nos factam, ingreſſum in eiſdem Eccleſiis et Vicariis habuerunt, et qualiter? et quo modo? Et ideo vobis mandamus, quod ad certos diem & locum quos vos tres, vel duo veſtrum ad hoc provideritis ſuper præmiſſis omnibus & eorum circumſtantiis diligentem faciatis inquiſitionem, & eam diſtinctè & apertè factam nobis ſub ſigillis veſtris & ſigillis eorum, per quos facta fuerit mittas, & hoc breve. Ita quod ea habeamus coram nobis à die Sancti *Michaelis* in 15. dies ubicunque tunc fuerimus in *Anglia*. Mandavimus enim præfato Vic. quod ad certos diem & locum quos vos tres vel duo veſtrum ei ſcire facietis venire faciat coram vobis tribus vel duobus veſtrum tot & tales probos & legales homines de Balliva ſua, per quos rei veritas in præmiſſis melius ſciri poterit & inquiri. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Caldecotes* 28 die *Junii*.

The Abbot of *Bilegh* proſecuting a ſuit for Tithes of a Pariſh Church appropriated to the Abby, by vertue of the Popes Letter, againſt the Prior of *Pritwell*, who obtained a Prohibition to the Popes Delegates upon a falſe ſuggeſtion, that the Tithes ſued for exceeded the fourth part of the Advouſon, which was certified to be untrue by the Biſhop of *London*, in whoſe Dioceſs the Church was; the King thereupon iſſued this Writ, authorizing them to proceed in this Suit, notwithſtanding the former Prohibition to them.

Clauſ. 35 E. 1. m. 6. dorſo. Pro Abbate de Bilegh.

REX Abbati de *Waltham*, & Prioribus Sancti *Trinitatis*, & Sancti *Bartholomæi London*. & eorum Commiſſariis, ſalutem. Cum nuper ad proſecutionem Abbatis de *Bilegh* perſonæ Eccleſiæ de *Magna Wakering London*. Dioc. nobis ſuggerentis, **ſe virtute quarundam literarum Apoſtolicarum, implacitaſſe Priorem de *Pritwell* coram vobis in Curia Chriſtianitatis de quibuſdam decimis infra limites Parochialis Eccleſiæ ſuæ prædictæ per præfatum Priorem aſportatis, et eidem Abbati injuſte detentis; vosque prætextu cujuſdam Prohibitionis noſtræ ad ſuggeſtionem prædicti Prioris falſo aſſerentis, ſe tenere quartam partem Eccleſiæ prædictæ de advocatione ſua prædicta, cum Eccleſia illa non ſit, nec aliquo tempore fuit in plures aut diverſas partes ſeu perſonatus diverſos devisa, in Curia noſtra impetratæ et vobis porrectæ in placito prædicto procedere ſamdiu ſuperſediſſe, in ipſius Abbatis diſpendium non modicum et gravamen.** Mandaverimus venerabili patri R. Epiſcopo *London*. quod nos ſuper præmiſſis, utrum videlicet Eccleſia prædicta ſit & hucuſque fuerit integrè unius Rectoris vel Perſonæ, ſeu in plures Rectorias aut Perſonatus diviſa necne, diſtinctè & apertè redderit certiores. Et idem Epiſcopus ad mandatum noſtrum jam per literas ſuas nos certificaverit, *memoratam Eccleſiam fuiſſe & eſſe unius Rectoris, & non in plures Rectorias ſeu Perſonatus diviſam, & quod Abbas & Conventus de* Bilegh *ipſam à magno tempore in proprios uſus integrè tenuerunt, & adhuc tenent in præſenti:* Nolentes ipſum Abbatem à proſecutione juris ſui per hujuſmodi breve in Curia noſtra **ſurreptitiè impetratum ulterius impediri.** Vobis mandamus, **quod non obſtante Prohibitione noſtra prædicta in placito prædicto prout juſtum fuerit procedatis.** Teſte Rege apud *Karliolum* 18 die *Junii*.

King *Edgar* having granted Lands, Rents, and the Church of *Landeho* in *Cornwall*, to the Canons of *Plympton*, for the maintenance of two Canons to celebrate Divine Service there, maintain a Chantry, and diſtribute Almes to poor people, pilgrims and ſtrangers; which Almes and Services were intermitted, ſubſtracted, and the Lands and Church by the Biſhop and Chapter of *Exeter*, with the conſent and confirmation of King *Henry* the 2. ſetled on the Prior of *Plympton*, and the Canons diſcharged of the ſaid Divine Service and Almes; for which the Juſtices Itinerant ordered the Prior to be diſtrained. The King thereupon by his Eccleſiaſtical Prerogative diſcharged the Prior and Canons from the ſame, and ordained a Canon and Vicar in the ſaid Church, to perform the Divine Service and Almes, by this Patent.

REX

An 35 *E.* 1.

Pat. 35 E. 1. m. 14 intus. Pro Priore de Plympton.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum nuper in Curia noſtra coram dilectis & fidelibus noſtris *Johanne de Berewyk* & ſociis ſuis Juſtic. noſtris ultimo Itinerantibus in Com. *Cornub.* præſentatum fuiſſet, quod quidam bonæ memoriæ *Edgarus* quondam Rex *Angl.* prædeceſſor noſter, dedit Canonicis de *Plympton* duas carucatas terræ, centum ſolidatas redditus cum pertin. in *Landeho*, & Eccleſiam ejuſdem Villæ, pro ſuſtentatione duorum Canonicorum ad divina ibidem celebranda, & eleemoſinam pauperibus erogandam, & pro peregrinis & aliis hoſpitandis, pro anima dicti Regis & ſucceſſorum ſuorum; & quod hujuſmodi celebratio & eleemoſinarum erogatio à tempore donationis prædictæ ibidem factæ fuerunt uſque ad principium quindecim annorum dictum Iter Juſticiariorum noſtrorum prædictorum præcedentium, **quæ celebratio et eleemoſinarum erogatio prædictæ ſubtractæ fuerunt**; ac Prior dicti Prioratus de *Plympton* in dicta Curia noſtra coram præfatis Juſticiariis noſtris, **ſuper ſubtractione hujuſmodi allocutus** aſſeruerit, quod quidam *Willielmus* quondam *Exon.* Epiſcopus, de aſſenſu Capituli ſui *Exon.* dedit Eccleſiam prædictam cuidam *G.* tunc Priori de *Plympton*, & Canonicis ejuſdem loci; & quod dictus Prior & prædeceſſores ſui, per donum dicti Epiſcopi, & confirmationem celebris memoriæ Domini *H.* quondam Regis *Angl.* proavi noſtri, prædictos terram, redditum & Eccleſiam tenuerunt **abſque celebratione divinorum, eleemoſinarum elargatione, ſeu peregrinorum hoſpitatione inde faciendis.** Cumque per Inquiſitionem in dicta Curia noſtra coram præfatis Juſticiariis noſtris de præmiſſis captam, in quam dictus Prior ſe poſuit, compertum fuiſſet, quod quidam —— prædeceſſor prædicti Prioris habuit prædictos terram, redditum & Eccleſiam de dono prædicti Regis *Edgari*, pro Cantaria eleemoſinis & hoſpitalitate ſuſtentandis in forma ſupradicta, & quod eædem Cantaria eleemoſinæ & hoſpitalitates à tempore donationis prædictæ per prædeceſſores dicti Prioris ſuſtentatæ fuerunt, **quouſque ſubtractæ extiterant**, ut eſt dictum; per quod dicta Curia noſtra conſideravit, **quod prædictæ Cantaria eleemoſinæ et hoſpitalitas ſuſtentarentur, et quod Prior prædictus ad hæc diſtringeretur**, ſicut per recordum & proceſſum coram præfatis Juſticiariis noſtris inde habita, quæ coram nobis venire fecimus eſt compertum. Nos licet Prior & Canonici prædicti ad ſuſtentationem dictorum duorum Canonicorum, eleemoſinarum erogationem & hoſpitalitatem juxta conſiderationem Curiæ noſtræ prædictæ teneantur: **Attendentes nichilominus cultum divinum adeo honeſte et congrue per Presbyteros ſeculares, quam per Religioſos extra Conventum in loco privato commorantes poſſe exerceri, et ſuſtentari.** Ad requiſitionem dictorum Prioris & Canonicorum volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod prædicti Prior & Canonici, & eorum ſucceſſores de cætero habeant ad dictam Eccleſiam de *Landeho* **unum Vicarium et unum Capellanum ſeculares, divina ibidem celebraturos, et eleemoſinarum erogationem et hoſpitalitatem nomine dictorum Prioris et Canonicorum pro terra, reddito et Eccleſia prædictis facturos imperpetuum.** Nolentes quod iidem Prior & Canonici, vel ſucceſſores ſui ad aliquos Canonicos ſeu alios ultra dictos Vicarium & Capellanum in dicta Eccleſia de *Landeho* ad prædicta pietatis opera exercenda, ſicut prædictum eſt, inveniendos de cætero teneantur, aut per nos vel hæredes noſtros, Juſtic. Eſcaetores, Vicecomites, aut alios Ballivos ſeu Miniſtros noſtros quoſcunque ad hoc aliqualiter compellantur. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Karliolum* 26 die *Martii*.

Per Petitionem de Conſilio.

A clear evidence of the Kings Eccleſiaſtical Soveraignty, to cauſe Lands, Rents, and Churches granted to religious and charitable uſes, to be imployed accordingly when ſubſtracted, revive the uſes when diſcontinued, to alter the original ſettlement for a more convenient, and force the perſons entruſted to perform the deſigned ſervices, as he ſaw juſt cauſe.

The King this year by his Soveraign Eccleſiaſtical Authority, granted the Advowſons of two Churches whereof he was Patron, to the Priory of *Laurecoſt*, with power to appropriate them for ever thereunto, when they ſhould fall void; which grant although he at their requeſt writ to the Pope to confirm, yet this his Patent was ſufficient in Law to effect it, without the Popes confirmation or privity.

REX

An. 35 E. 1.

Pat. 35 E. 1. m. 25. intus. Pro Priore de Laurecoſt.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod ob devotionem ſpecialem quam erga beatam *Mariam Magdalenæ* gerimus & habemus, necnon & ad relevationem ſtatus Prioratus de *Laurecoſt*, qui in honorem ejuſdem Sanctæ in Marchia regni noſtri *Angliæ* & terræ noſtræ *Scotiæ* fundatus exiſtit, & qui per combuſtionem domorum & depredationem bonorum ejuſdem Prioratus per *Scotos* nuper inimicos & rebelles noſtros, ac etiam per diutinam moram, quam in Prioratu prædicto nuper fecimus dum adverſa corporis valetudine detinebamur depauperatus eſt multipliciter & depreſſus, **dedimus et conceſſimus** dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui Prioratus prædicti, **Advocationes Eccleſiarum** de *Mitford* in Comitatu *Northumbria*, & de *Carlaton* in Comitatu *Cumbria*, quæ ſunt de Patronatu noſtro; habend. & tenend. eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis **imperpetuum. Et conceſſimus eis pro nobis et hæredibus noſtris, quod ipſi Eccleſias illas ſibi et ſucceſſoribus ſuis in proprios uſus imperpetuum poſſidendas, appropriare et eas ſic appropriatas tenere poſſint ſibi et ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſtic. Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque.** In cujus, &c. Teſte Rege apud *Karliolum* 17 die *Marcii*.

Per ipſum Regem nunciante W. Coventr. & Litchf. *Epiſcopo.*

To which I ſhall ſubjoyn theſe following Writs of like nature, for appropriating Churches.

Pat. 35 E. 1. m. 6. intus. Pro Priore de Bridelington.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod per finem quem dilectus nobis in Chriſto Prior de *Bridelington* fecit nobiſcum coram Theſaur. & Baronibus noſtris de Scaccario, **conceſſimus et licentiam dedimus pro nobis et hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem Priori et Conventui ejuſdem loci, quod ipſi Eccleſiam de** *Gouſle* ſui patronatus & *Lincoln.* Dioc. **ſibi appropriare et in proprios uſus tenere poſſint ſibi et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum,** Juſticiar. Eſcaetorum, Vicecom. Ballivorum, aut aliorum Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Karliolum* 16 die *Junii*. *Per finem* 100 l.

Ibidem. Pro Abbate de Tynterne.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod pardonavimus dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui de *Tynterna* **tranſgreſſionem quam fecerunt, approriando ſibi et ſucceſſoribus ſuis Eccleſiam de** *Halvergate Norwicen.* Dioc. quæ eſt de advocatione ſua propria, poſt publicationem ſtatuti noſtri de terris & tenementis ad Manum mortuam non ponendis editi, **et eam in proprios uſus tenendo, noſtra ſuper hoc licentia non optenta.** Et conceſſimus eiſdem Abbati & Conventui pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, **quod ipſi Eccleſiam prædictam ſic appropriatam ſibi et ſucceſſoribus ſuis prædictis retinere, et in proprios uſus habere poſſint imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum,** Juſtic. Eſcaetor. Vicecom. aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Karliolum.* *Per Theſaur. quia aliàs fecit finem per centum marcas pro iſta pardonatione, & quibuſdam Chartis confirmandis.*

Ibid. m. 17. Pro Priore beatæ Mariæ de Karliolo.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod ob devotionem quam erga glorioſam Virginem *Mariam*, & reliquias beati *Thomæ* Martyris, & aliorum Sanctorum in Eccleſia beatæ *Mariæ Karlioli* exiſtentes gerimus & habemus, necnon in relevationem oppreſſionum & dampnorum quæ dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus ejuſdem loci per invaſiones & combuſtiones *Scotorum* inimicorum & rebellium noſtrorum hactenus ſuſtinuerunt, **dedimus eis et conceſſimus pro nobis et hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, advocationem Eccleſiæ de** *Soureby Karliolenſis* Dioc. in Com. *Cumbr.* Ita quod idem Prior & Conventus Eccleſiam illam cum eam vacare contigerit, **ſibi in proprios uſus poſſidendam appropriare, et eam appropriatam tenere poſſint ſibi et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum,** Juſtic.

Justic. Escaetor. Vic. aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum quorumcunque, statuto nostro de terris & ten. ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cujus, &c. Teste Rege apud *Karl.* 4 die *Aprilis.* *An.* 35 E. 1.

ROY au Dean & au Chapitre de *Hereford*, saluz. Come nous vous eons plusors foiz avant ces houres requis que vous vousissiez grant tant come en vous feust **l'apropriation de l'Eglise de** *Lyndrugg* de la Diocise de *Hereford*, as propres oeps du Priour & du Covent de *Wyrecestre*, a la quele apropriation l'Evesque de *Hereford* sest assentuz tant come en li est; & nous eons cele busoigne especialment a cuer, si desirons molt que elle se feist. Vous prion derechief, **que a la dite apropriation voeillez bonement assentir pur amour de nous**, *& ensi confermer cele busoigne per voz lettres ouertes qil ne demoerge mye en vous qe nostre desir ne soit acompliz en cele partie.* Don, &c. Bundela Brevium de Privato Sigillo in Turri London. An. 35 E. 1.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirlande*, & Ducs *Daquitaine*, al honurable pere en Dieu *R.* par la meisme grace Evesque de *Londres* nostre Chanceller, saluz. Por ce que l'Evesque de *Hereford* ad grante a nostre priere que le Priour & le Covent de *Wynceſtre* peussent **appropier et tenir en propres oeps a eux et a lor successors l'Eglise de** *Lyndrugg*, en la Diocise de *Hereford*, si tost come meisme l'Eglise voidera par cession ou par mort de la persone; vous mandoms que vous facez faire lettres de nostre grant seale **a nostre pere le Pape en especiale forme, enpriant quil li pleise cele appropriation confermer por regard de charite et de nostre priere.** Et facez faire ausint lettres de nostre dit seale escrites a frere *Thomas Forz* Cardenal de la Seinte Eglise de *Rome*, enpriant que entour lesploit de la dite busoigne il mette tot le bon consail quil porra. Et nous vous enveioms cy dedenz enclose une note escrite en *Franceys* au Chapitre de *Hereford*, la quele nous voloms que vous facez translater en *Latin* en bone forme, & sealer de nostre grant seale, & envoier au dit Chapitre par aucun Clerk de nostre Chancellerie suffisant qui soit charge desuire cele busoigne deper nous vers l'Evesque & le Chapitre avantditz. Don souz nostre prive seal a *Cardoill* le 24 jour de *May*, l'an de nostre regne 35. Ibidem.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirlande*, & Ducs *Daquitaine*, al honurable pere en Dieu *R.* par la meisme grace Evesque de *Londres* nostre Chanceller, saluz. Come pur la devotion que nous avons a Seint *Wolstan* de *Wyrecestre* eons grantez & donez congie tant come en nous est, a noz chiers en Dieu Priour & Covent de *Wyrecestre* **quil peussent appropier a eux l'Eglise de** *Lyndrugg*, de la Diocise de *Hereford*, la quele est de lavoieson des ditz Priour & Covent, si tost come elle voidera per la mort ou per le resignement de celi qui la tient ore, a aver & tenir en propres oeps a eux & a lor successors a touz jours, pur encrestre lor Covent de trois Moignes, & pur trover deus Cierges perpetuelment ardantz devant lefiertre du dit corps Seint: Vous mandoms que a meismes ceux Priour & Covent de cest nostre grant & congie facez aver lettres souz nostre grant seal en due formes, quites du fee de meisme le seal que a nous en appartient. Don souz nostre prive seal a *Cardoill* le 24 jour de *May*, l'an de nostre regne 35. Ibidem.

The King ordered by this Writ of Privy Seal, the grace and pension he was by vertue of his Royal Prerogative to receive from the Abbot of *Merton* by reason of his new creation, to one of his Clerks.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, venerabili in Christo patri *R.* eadem gratia *London.* Episcopo Cancellario nostro, salutem. **Quia gratiam uni de Clericis nostris ratione novæ creationis fratris** *Willielmi de Brokesborn* **in Priorem Monasterii beatæ** *Mariæ de Merton* **debitam, dilecto Clerico nostro** *Rogero de Sheffeld* **duximus concedendam**: Vobis mandamus, quod eidem *Rogero* literas sub magno sigillo nostro dicto Priori & ejusdem loci Conventui dirigendas inde habere **in forma debita faciatis.** Dat. sub privato sigillo nostro apud *Karl.* 23 die *Maii*, anno regni nostri 35. Ex Bundela Brevium de privato sigilio An. 35 E. 1.

An. 35 E. 1. What priority of preferments and promotions to Benefices the King granted by his Queens mediation to one of his Clerks, this Patent will inform us.

Pat. 35 E. 1. m. 25. intus. Pro Will de Bevercote Cancellar. Scotiæ.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod ad instantiam *Margaretæ* Reginæ *Angliæ* Consortis nostræ charissinæ, necnon & ob grata & laudabilia obsequia quæ dilectus Clericus noster *Willielmus de Bevercote* Cancellarius noster *Scotiæ* nobis à longis temporibus utiliter impendit, & adhuc jugiter impendere non desistit, volumus & concedimus quod idem *Willielmus* in assecutione Ecclesiarum seu Præbendarum infra regnum nostrum *Angl.* ad nostram præsentationem seu collationem spectantium omnibus aliis præferatur, quousque ipse beneficium seu beneficia Ecclesiastica **cum cura vel sine cura ad valentiam centum librarum per annum, ad præsentationem seu collationem nostram in** *Anglia* **fuerit assecutus.** In cujus, &c. Teste Rege apud *Karl.* 20 die *Marcii.*

Per ipsum Regem nunc. W. Coventr. & Lichf. *Episc.*

The King out of his piety issued this Writ to the Freers Predicants, desiring their fervent prayers to God for his blessing upon himself, his Queen, Children, Kingdom, and Affairs.

Claus 35 E. 1. m. 17 dorso. De orando pro Rege & Regina, ac eorum liberis.

REX dilectis sibi in Christo Magistro ordinis Fratrum Prædicatorum, ac diffinitoribus & fratribus universis in generali Capitulo suo apud *Argentem* in *Alemannia* in festo *Pentecostes* proximo futur. conventuris, salutem & spiritu sancto dirigi in agendis. **Inter cætera quæ fructum salutis reportomittere credimus hoc præcipue in spei nostri fulcimentum accedit, quod nos assiduarum deprecationum justorum fulti præsidio divinam propitiationem facilius prosequemur. De vobis itaque ut nostram ac Reginæ Consortis nostræ liberorumque nostrorum salutem, necnon statum prosperum regni nostri, et expeditionem felicem negotiorum nobis incumbentium his diebus zelemini, plenam in Domino fiduciam optinentes,** devotionem vestram affectuosè requirimus & rogamus, **quatinus apud illum qui est vera salus, et qui temporalitatis et perpetuæ felicitatis tribuit largitatem,** (not to Saints or Angels) **Nos, Reginam Consortem nostram, et liberos nostros, ac statum Regni nostri devotæ supplicationis studio commendetis, ipsius clementiam qui mensuræ termino non artatur suppliciter exorantes, ut sic regnum temporale regere,** negotiaque nostra prædicta expeditioni felici per suæ subventionis dexteram mancipare possimus, quod hoc ad laudem sui nominis, & ad nostrum regnique nostri commodum cedere valeat & honorem, quodque nos post supremum vitæ nostræ exitum, **in regno cœlesti partem hæreditariam assequamur.** Dat. apud *Laurecost* primo die *Decembris.*

K. *Edward* upon the death of his daughter *Joan* Countesse of *Glouceſter*, issued these ensuing Writs to all his Bishops, and other Religious persons, Clergymen, within their Dioceſſes to chaunt publick and private *Masses*, and make other *Prayers* for her soul.

Bundela Brevium de Privato Sigillo An. 35 E. 1. in Turri London.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirlande*, & Ducs *Daquitaine*, al honurable pere en Dieu *R.* par la meisme grace Evesque de *Londres* nostre Chancellier, saluz. Come *Johanne* nostre chiere fille que fu Conteſſe de *Glouceſtre* soit a Dieu commandee, vous mandoms que per lettres de nostre grant seal facez mander en bone forme & covenable a touz Prelatz ausi bien Erceveſque & Evesques, come a Abbez & Priours, & as Chapitres des Eglises Cathedrales & Collegieles, & as Universites, & as Freres des Ordres de Precheurs & de Meneurs, & as autres Religious de nostre Roialme, **qil facent faire erequies et chanter messes sollempnement, et autres privees messes, et autres oreisons enpant especialment por *l'arme de nostre fille avantdite. Et meismes les lettres facez liverer a nostre chier Clerk** *William de Thorntoſt* **por enveer as lieus as queus elles serront escrites sicome nous li avons mandez per noz lettres.** Don souz nostre prive seal a *Cardoill* le primer jour de *Averill*, l'an de nostre regne 35.

*l'alme.

REX

An. 35 *E.* 1.

Claus. 35 E 1. m. 9 dorso. De orando pro anima Jo. hanne quondam Comitissæ Glouc. filiæ Regis.

REX venerabili in Christo Patri *R.* eadem gratia Episcopo *London.* salutem. Cum opus pium & apud Deum meritorium (as that blinde age deemed it) censeatur pro defunctis exorare, ut à peccatorum nexibus facilius liberentur; Deusque omnium conditor, dispositor et creator *Johannem* quondam Comitissam *Glouc. & Hereford.* filiam nostram carissimam ad se ab hoc seculo prout sibi placuit evocaverit, quod vobis non sine cordis amaritudine nunciamus; Vobis mandamus rogantes, quatinus animam præfatæ filiæ nostræ à singulis Religiosis et aliis personis Ecclesiasticis subditis vestris per totam Civitatem & Diocesim vestras per Missarum sollempnium decantaciones et alia opera pia faciatis Altissimo specialiter commendari. T. Rege apud *Karl.* 6 die Maii.

Eodem modo scribitur to his other Bishops.

What Protections the King granted to those imployed in his service in the Court of *Rome*, and to their servants, with power to make Attornies, these Records will inform us.

Pat 35 E 1. m 7. vel 8. intus. De Protectione.

THomas *de Berkele* qui in obsequium Regis per præceptum Regis profecturus est ad Curiam *Romanam*, habet literas Regis de protectione, usque ad festum *Omnium Sanctorum* prox. futurum duraturas, cum clausula volumus, et exceptis, sine illa clausula & eciam querel. Pres. &c. Teste Rege apud *Karliolum* 27 die *Junii*.

Per breve de Privato Sigillo.

Ibidem.

MAuricius *de Berkele*, *Willielmus de Wauton*, & *Willielmus de Gamage*, qui cum præfato *Thoma* in obsequium Regis, &c. profecturi sunt ad Curiam supradictam, habent consimiles literas Regis de protectione. T. R. ut supra.

Per testimonium præfatæ Thomæ.

Ibid m. 13. intus. De Attornato.

ARnaldus *de Cantilupo* Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinalis, Decanus Ecclesiæ Sancti *Pauli London*, qui de licencia Regis in partibus transmarinis moratur. habet literas Regis de General. Attorn. sub nominibus *Gregorii de Falgnariis* & *Visiani de Blancrafort* Clericorum in *Anglia*, duraturas per triennium Pres. &c. T. R. apud *Karl.* 16 die *Maii*.

The King imploying the Bishop of *Worcester* this year to the Court of *Rome*, he had this Writ to make Attornies during his absence to prosecute his affairs.

Pat. 35 E. 1. m. 4. vel 5. intus. De Attorn.

W. *Wygorn.* Episcopus, qui in obsequium Regis per præceptum Regis profecturus est ad Curiam *Romanam*, habet literas Regis de Attorn. sub nominibus Magistri *Johannis de Caleys* & *Ricardi de Bikerton*, durat. usque ad festum *Omnium Sanctorum* prox. futur. &c. Teste Rege apud *Karliolum* 27 die *Junii*.

Dupp.

Memb. 6 intus. Pro W. Episcopo Wygorn.

REX dilecto & fideli suo *Henrico de Cobham*, Constabulario Castri sui *Dovor.* & Custodi Quinque Portuum, salutem. Cum mittimus venerabilem Patrem *W. Wygorn.* Episcopum, & dilectum & fidelem nostrum *Thomam de Garkelley* in nuncium nostrum ad Curiam Romanam. Vobis mandamus, quod eisdem Episcopo & *Thomæ* pro se & familiis, ac equis, herneiis suis in Portu nostro *Dovorr.* festinum et securum Passagium habere faciatis, ipsum Episcopum & *Thomam*, cum familiis, equis & herneiis suis ibidem absque impedimento transfretare permittentes, Statuto nostro de Moneta seu Argenti in massa extra regnum nostrum non ducend. non obstante. Teste Rege apud *Karliolum* 28 die *Junii*.

The King writing to the Company of *Florentine* Merchants and Usurers, who farmed his Customes, to furnish his *Embassadors* sent to the Popes Court with one thousand pounds *sterling*, which others delayed to pay them; he thereupon sent them this Patent to allow it to them in their Account of the Customes, which they had in their hands.

An. 51 *E* 1.

Pat. 35 E 1. m. 17. dorso. Pro Mercatoribus de Societate Friscobaldorum de Florentia.

REX dilectis Mercatoribus suis *Emerico de Friscobald* & sociis suis Mercatoribus de Societate *Friscobaldorum* de *Florentia*, salutem. Cum nuper Venerabiles Patres *Walterum Coventr.* & *Lychf.* & *Willielm. Wygorn.* Episcopos, ac dilectos et fideles nostros *Henr. de Lacy* Com. *Lincoln. Hugonem le Despenser, Ottonem de Grandisono*, & *Amanenum* Dominum *le Bretto*, & quosdam alios nuncios nostros ad Dominum Summum Pontificem usque *Lugdunum* pro arduis negotiis Nos tangentibus transmittentes, injunxerimus vobis, quod vobis de pecunia provideritis unde nobis tam pro expeditione negotiorum nostrorum prædictorum, quam pro expensis nunciorum eorundem servitium facere possetis: Ac vos pro servitio hujusmodi nobis faciendo Mercatoribus de Societate *Pullicum* & *Rembertinorum* de *Florentia* mille libras sterlingorum recipiendas in Curia *Romana* liberaberitis, idemque Mercatores vobis ibidem solvere distulerunt summam pecuniæ suprædictam; volentes ut erga Mercatores recuperare possitis pecuniam antedictam, concedimus vobis pro nobis et hæredibus nostris, quod cum nos præfatis Mercatoribus de Societate *Pullicum* & *Rembertinorum* in mille libris sterlingorum per nostras patentes Literas teneamur; vos pro illis mille libris quas ipsis ut præmittitur liberastis, mille libras de exitibus Custumæ nostræ Lanarum, Coriorum & Pellium Lanutarum in manibus vestris ex commissione nostra existentes provenientibus, recipiatis ad opus vestrum. Et nos vos inde in compoto vestro ad Scaccarium nostrum de exitibus prædictis allocationem habere faciemus. Et recipiatis à dictis Mercatoribus de Societate *Pullicum* & *Rembertinorum* Literas nostras prædictas, et Literas ipsorum de acquietancia solutionem dictæ pecuniæ testificantes. In cujus, &c. Teste Rege apud *Karliolum* 4 die *Aprilis*.

Per ipsum Regem nunc. Thesaur.

The King issued this Writ for payment of monyes borrowed from the Merchants of *Florence* out of the Dismes granted him by Pope *Boniface* from the Clergy of *Ireland*.

Clauf. 35 E 1. m. 16. intus. Pro Mercatoribus de Societate Spinorum de Florencia.

REX dilecto Clerico suo *Ricardo de Bereford* Thes. suo *Hibern.* salutem. Cum teneamur *Matthæo Clarissimi*, *Gerardo Hugonis*, & sociis suis Mercatoribus de Societate *Spinorum* de *Florencia* in quingentis et quinquaginta marcis sterlingorum quæ eis aretro sunt de mille marcis in quibus eis tenebamur de mutuo, quod iidem Mercatores bonæ memoriæ *Waltero de Wynterburn* Sacrosanctæ *Romanæ* Ecclesiæ nuper Presbytero Cardinali, de mandato nostro fecerunt, et de quibus mille marcis prædicti Mercatores quadringentas et quinquaginta marcas in *Hibernia* de denar. provenientibus de Decima Clero *Hibern.* per felicis recordationis Dominum *B.* nuper Papam octavum de assensu nostro imposita receperunt, & literas nostras obligator. quas de dictis mille marcis prius habuerunt nobis in Cancellaria nostra *Angl.* aliàs liberarunt: Volentes præfatis Mercatoribus de prædictis quingentis et quinquaginta marcis ad plenum satisfacere, ut teneamur: Vobis mandamus, quod de pecunia proveniente de Decima nobis a Clero *Hibern.* jam concessa; quam quidem pecuniam in Thesaurariam nostram sub custodia vestra ad opus nostrum liberari mandavimus, prædictas quingentas & quinquaginta marcas præfatis Mercatoribus. seu *Guidoni Bertaldi*, *Hug. Paganelli*, & *Gentil Reginaldi* Sociis & Mercatoribus de Societate prædicta, vel uni eorum, aut eorundem seu unius ipsorum Attornato sine dilatione aliqua liberetis; Recipientes ab eis literas nostras, per quos eis in prædictis quingentis et quinquaginta marcis tenemur; necnon literas ipsorum Mercatorum, vel unius eorum pro se & sociis suis patentes receptionem dictarum quingentarum & quinquaginta marcarum testificantes; Et nos vobis de eisdem quingentis et quinquaginta marcis cum eas sic liberaveritis debitam allocacionem in vestro compoto habere faciemus. Teste Rege apud *Laurecost*, 10 die *Decembris*. *Per Consilium*.

What forms of Acquittances the King granted to the Subcollectors of the Disms granted to him both by Pope *Boniface* the 8. and afterwards by Pope *Clement* the 5. these Records will inform us.

REX

An. 31 *E.* 1.

Pat. 35 E. 1. m. 25. in Ced. Literæ Acquietanciæ pro diversis subcollectoribus Decimæ.

REX Omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod dilectus Clericus noster *Johannes de Drokenesford* Custos Garderobæ nostræ recepit in eadem Garderoba ad opus nostrum de dilectis nobis in Christo Abbate et Conventu beatæ *Mariæ Eborum* subcollectoribus Decimæ Clero *Angliæ*, per felicis recordacionis Dominum *B.* nuper Papam octavum de assensu nostro impositæ per tres annos, per Episcopum *London.* & Magistrum *Bartholomæum de Ferentino* Canonicum *London.* dictæ Decimæ principales Collectores in Dioc. *Eborum* deputat. de arreragiis ejusdem Decimæ sexaginta & quinque solidos, & quatuor denarios, de dicta Decima provenientes, et nos de porcione ejusdem Decimæ, juxta concessionem dicti Summi Pontificis contingentes, per manum Magistri *Johannis Fraunceys* nuper Custodis Spiritualitatis Archiepiscopatus *Eborum* solventis denarios illos in Garderoba prædicta vicesimo quarto die *Octobris* anno regni nostri tricesimo tercio, videlicet pro Priore *Marton* pro Ecclesia de *Hoton* quinquaginta & tres solidos et quatuor denarios, et pro Persona Ecclesiæ de *Burgh waleys* duodecim solidos. De quibus quidem sexaginta et quinque solidis et quatuor denariis, dictos Abbatem & Conventum ac succeſſ. suos tenore præsencium quietamus, et ipsos erga Summum Pontificem ac prædictos principales Collectores et alios quoscumque indempnes promittimus conservare. In cujus, &c. T. R. apud *Karliolum* 20 die *Marcii*.

Per billam de Scaccario.

Consimiles literas Acquietanciæ habent suscripti de diversis pecuniarum summis, videlicet,

ABbas & Conventus de *Farnens* subcollectores, &c. in Dioc. *Eborum* de Centum & tresdecim solidis & tribus denariis per manus Archiepiscopi *Eborum*, qui dictam pecuniam de mandato Regis levavit, videlicet de Ecclesia de *Melsonby* viginti & unum solid. et tres denar. de Ecclesia de *Burton* quatuor libras, & de Ecclesia de *Quyntington* duodecim solidos de dicta Decima provenientes, &c. In cujus, &c. Teste Rege apud *Holm cestram* 9. die *Julii*.

Per billam prædicti Johannis.

Ibidem.

ABbas & Conventus de *Cokersand* de octo libris, sex solidis, & octo denar, per manus Archiepiscopi *Eborum*, &c. videlicet de Ecclesiæ de *Bethum* sex libras, et de Ecclesia de *Barton* quadraginta & sex solidos & octo denar. de dicta Decima, &c. In cujus, &c. Teste ut supra.

Ibidem.

REX Omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod venerabilis pater *J. Karl.* Episcopus, & dilectus Clericus noster *Johannes de Sandale* Cancellarius *Dublin.* venerabilibus patribus *J. Lincoln.* & *R. London.* Episcopis, principalibus Collectoribus Decimæ Clero *Angliæ*, *Walliæ*, *Hiberniæ* & *Scociæ* per Dominum *Clementem* divina providencia Papam quintum per biennium impositæ et nobis concessæ, subcollectores in terra nostra *Scociæ* deputati, solverunt in Garderoba nostra 82 denar. ejusdem Decimæ in dicta terra *Scociæ* collectæ, Mille ducentas biginti et tres libras, sex solid. et octo denar. De quibus quidem Mille ducentis biginti et tribus libris, sex solidis, et octo denar. dictos Subcollectores tenore præsencium quietamus, et ipsos et successores suos, ac eorum Ecclesias, erga dictum Summum Pontificem et alios quoscumque indempnes promittimus conservare. In cujus, &c. apud *Kyrcandres* tercio Idus *Julii*.

Per breve de Privato Sigillo.

The King issued this Writ to apprehend the persons, and seise the moneyes of some forged Collectors of monies, for the reparation of the Church and Shrine of St. *John* of *Beverley*.

Pat. 35 E 1. dorso. m. 22. Pro Capitulo Beverlaci.

REX Omnibus Vicecomitibus & Ballivis ac cæteris fidelibus suis ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Ex gravi querela Capituli *Beverlaci* accepimus, quod quidam propriæ honestatis inmemores, per diversas partes *Angliæ*, *Walliæ* & *Hiberniæ* discurrentes, et se nuncios et procuratores ipsius Capituli falso confingentes, pecuniam, animalia, legata et alia bona ad opus fabricæ et capsulæ

An. 35 *E.* 1. sulæ beati *Johannis Beverlaci* petunt et recipiunt a diversis, et ea non in usus fabricæ & capsulæ prædictarum, set in usus proprios illicite et inhoneste converterunt, in dicti Capituli fraudem, ac complecionis fabricæ Ecclesiæ et capsulæ prædictarum retardacionem manifestam: Volentes igitur hujusmodi fraudi et maliciæ modis quibus convenit obviare; Vobis mandamus firmiter injungentes, quod ubicumque aliquos inveneritis in ballivis vestris confingentes se procuratores dicti Capituli ad præmissa super hiis literas testimoniales ejusdem Capituli non habentes, ipsos sine dilatione arestari et detineri faciatis, donec de statu & conversatione eorundem vobis constiterit evidenter. Proviso, quod pecunia ac alia bona apud eos inventa, vel penes alios nomine suo deposita, quæ ipsos nomine Capituli prædicti ad opus prædictum vobis constiterit collegisse, veris procuratoribus prædicti Capituli in hac parte, vel eorum nunciis literas suas super hoc exhibentibus totaliter liberentur. Et si qui forsitan literas Regias datam præsencium præcedentes super recommendacione vel admissione ipsorum ad hujusmodi elemosinas colligendas ipsorum procuratorum testimonium legitimum non habentes, eisdem literis de cætero minime pareatis. Teste Rege apud *Karl.* 20 die *Marcii.*

The Abbot of *Salley* and his Monks being taken upon a *Capias Excommunicatum*, were bayled upon their Appeal, upon condition, that if the Sentence was not revoked by the Popes delegates, they should render themselves to prison, or else their Manucaptors should be imprisoned.

Clauf. 35 E 1. m. 16. Pro Adam de Osgoteby & Abbate de Salley.

MEmorandum, quod *Johannes de Hoveden* Abbas de *Sallay*, *Johannes de Eton*, & *Willielmus de Osbalton*, Monachi ejusdem Domus, qui ad denunciationem venerabilis patris *W. Eborum* Archiepiscopi tanquam excommunicati & claves Ecclesiæ contempnentes, capti fuerant & imprisonati ad instanciam et prosecutionem Domini *Adæ de Osgoteby* Rectoris Ecclesiæ de *Geyrgrave*, invenerunt in Cancellaria manucaptores subscriptos, qui ipsos Abbatem et Monachos manuceperunt in forma quæ sequitur; *videlicet*, quod ipsi manucaptores habebunt corpora prædictorum Abbatis & Monachorum in Cancellaria infra tres septimanas à tempore præmunicionis ex parte Regis eis faciendæ, **nisi constiterit Domino Cancellario quod sentenciæ Excommunicationum promulgatæ in dictos Abbatem et Monachos ad instanciam prædicti Domini *Adæ* per prædictum Archiepiscopum, pro eo, quod rei judicatæ non paruerunt,** quarum prætextu capti fuerant & imprisonati, **post appellacionem per ipsos ad sedem Apostolicam interpositam, per Judices quos idem Abbas impetrabit, super appellacione sua,** videlicet Magistros *Henricum de Benyngworthe*, *Robertum de Lacy*, & *Robertum de Pikeringgs* Canonicos Ecclesiæ *Lincoln.* revocatæ fuerint virtute appellationis prædictæ. Et si prædicti manucaptores corpora prædictorum Abbatis & Monachorum in dicta Cancellaria non habuerint, ut est dictum, sint ipsi in eadem pœna de imprisonamento. Et si constare possit eidem Cancellario, **quod dictæ excommunicationum sentenciæ virtute appellacionis prædictæ per prædictos Judices delegatos fuerint revocatæ,** extunc quieti sint manucaptores prædicti; et idem Abbas habeat breve Regis pro se et Monachis suis prædictis deliberandis. Nomina verò manucaptorum prædictorum, videlicet, *Johannes Galun*, *Willielmus de Walington*, *Adam de Thornton* de Com. *Northumbr.* *Johannes Comvile de Herewode*, *Johannes de Thornhill*, *Robertus de Pogthorp*, *Simon de Driffeld*, *Thomas de Rosdon*, *Henr. de Plumpton*, *Nicholaus Tempest*, *Thomas de Pontefracto* de Com. *Eborum*, & *Andræas Rigge* de Com. *Lincoln.*

The King at the Petition of the Bishop of *Landaffe*, issued this Writ to ascertain the bounds of several parishes within the Forest of *Dean*, the extraparochial Tithes of the Assarts in which Forest he had formerly appropriated to maintain a Chantry in the Church of *Newton*, and for the augmentation of the over-small revenues of that Bishoprick.

Pat. 35 E 1. m. 19. Pro J. Landavensi Episcopo.

REX dilectis et fidelibus suis *Waltero de Glouc.* Escaetori suo ultra *Trentam*, & *Johanni de Acton*, salutem. Monstravit nobis venerabilis pater *J. Landavensis* Episcopus per peticionem suam coram nobis & Consilio nostra exhibitam, quod cum

cum nos nuper ad emendationem Episcopatus *Landavensis* qui nimis exilis dinoscitur, & in subvencionem sustentacionis cujusdam Capellani divina pro anima nostra & animabus progenitorum nostrorum singulis diebus celebrantis, & imperpetuum celebraturi in Ecclesia *Omnium Sanctorum* de la *Neulond* infra Forestam nostram de *Dene*, quam præfatus Episcopus apropriatam sibi et successoribus suis tenet, concesserimus eidem Episcopo per literas nostras Patentes pro nobis et hæredibus nostris, quod ipse et successor. sui Episcopi *Land.* omnes Decimas de assartis nostris infra forestam prædictam de novo assartatis et assartandis provenientes percipiant et habeant, tanquam ad Ecclesiam suam de *Neulond* prædictam imperpetuum pertinentes, dum tamen assarta illa sint extra limites parochiæ cujuscunque, prout in literis nostris prædictis plenius continetur: Decanus et Capitulum *Heriford*, Personæ Ecclesiæ de *Lydenye*, Magister *Willielmus de Kyngescote* Persona Ecclesiæ de *Westbury* super *Sabrinam*, *Johannes* Persona Ecclesiæ de *Ruardyn*, *Radulphus de Habehale* Persona Ecclesiæ de *Bykenore Engleis*, *Johannes* Persona Ecclesiæ de *Staunton*, *Henr.* Persona Ecclesiæ de *magna Dene*, & *Adam* Persona Ecclesiæ de *Aure*, asserentes assarta et dominica prædicta infra limites parochiarum Ecclesiarum suarum prædictarum quæ de nostro patronatu non existunt, præfatum Episcopum super receptione Decimarum de assartis provenientium antedictis, verant multipliciter et perturbant, dictasque Decimas sibi et Ecclesiis suis prædictis usurpare nituntur, in enervacionem et adnullacionem concessionis nostræ prædictæ, dictique Episcopi præjudicium et dispendium manifestum; Propter quod idem Episcopus nobis cum instancia supplicavit, ut exprimere & declarare velimus, quæ assarta intelligimus esse extra limites parochiæ cujuscumque in foresta nostra prædicta, et inter assarta illa et parochias aliorum poni præcipere certas metas: Ita quod prædictus Episcopus Decimas de hujusmodi assartis provenientes, juxta formam concessionis nostræ prædictæ, absque impedimento seu calumpnia cujuscunque percipere valeat et habere. Nos igitur precibus ejusdem Episcopi in hac parte favorabiliter annuentes, Assignavimus vos ad inquirendum per sacramentum Forestariorum et Viridariorum forestæ nostræ prædictæ, ac aliorum proborum et legalium hominum partium prædictarum in dicto negocio minime suspectorum, per quos, &c. in præsencia prædictorum Decani et Capituli, *Willielmi*, *Johannis*, *Radulphi*, *Johannis*, *Henrici* et *Adæ*, ad hoc per vos præmuniendorum si interesse voluerint, quæ sunt illa dominica et assarta nostra de quibus concessimus Decimam, ut præmittitur, Episcopo memorato, et quæ sunt et esse consueverunt metæ et bundæ inter parochias Ecclesiarum prædictarum, ac dominica et assarta nostra prædicta. Et ideo vobis mandamus, quod ad assarta et dominica illa, de quibus decimam prædicto Episcopo concessimus, ut prædictum est, personaliter accedentes, inquisicionem prædictam ad certos dies & loca quos ad hoc provideritis, faciatis in forma prædicta. Mandavimus enim dilecto et fideli nostro *Hugoni le Despenser* Justic. Forestæ nostræ ultra *Trentam*, vel ejus locum tenenti, quod de Viridariis et Forestariis Forestæ nostræ de *Dene* suprædictæ, & similiter Vic. nostro *Glouc.* quod de aliis probis et legalibus hominibus de Com. prædicto in dicto negocio non suspectis, tot et tales ad certos dies & loca quos eis scire facietis venire faciant coram vobis, per quos, &c. et inquisicionem inde, &c. Thes. et Baronibus nostris de Scaccario à die Sancti *Johannis Baptistæ* in 15 dies prox. futur. sub sigillis vestris et sigillis eorum, per quos facta fuerit mittatis, et hoc breve, ut ipsi ulterius inde faciant, quod de jure fuerit faciendum. In cujus rei, &c. T. R. apud *Karliolum* 6. die *Maii*. *Per Petitionem retornatam de Cons.* *An.* 35 E 1.

What elections and confirmations of Archbishops and Bishops were made this year in *Ireland* by the Kings Letters Patents and Licenses; these Records thus relate.

REX dilecto sibi in Christo -- Decano & Capitulo *Duacen.* salutem. Accedens ad nos dilectus nobis in Christo *Johannes Okerwolan* Concanonicus vester, cum literis patentibus Capituli vestri nobis ex parte vestra humiliter supplicavit, quod cum Ecclesia vestra prædicta per mortem bonæ memoriæ *L.* nuper Episcopi illius loci pastoris sit solacio destituta, alium vobis eligendi in Episcopum licenciam vobis concedere dignaremur: Nos igitur precibus vestris in hac parte favorabiliter Pat. 35 E 1. m. 29. vel 30 intus. De licencia eligendi & Temporalibus restituendis in Hibern.

An 35 E. 1. favorabiliter inclinati, licenciam illam vobis duximus concedendam; Mandantes, quod talem, &c. nobisque fidelis existit. In cujus, &c. T. R. apud *Lavercost* primo die *Marcii*.

Per breve de Privato Sigillo.

Ibidem. REX dilecto & fideli suo *Johanni Wogan* Justic. suo *Hibern.* salutem. Cum dilecti nobis in Christo Decanus & Capitulum *Duacen.* nobis per literas suas patentes significaverint, quod Ecclesia sua prædicta per mortem bonæ memoriæ *L.* nuper Episcopi illius loci pastoris est solatio destituta, supplicantes nobis, quod licentiam sibi alium eligendi in Episcopum eisdem concedere dignaremur, ac nos eorum precibus in hac parte favorabiliter inclinati, **licentiam illam eis duximus concedendam**; mandantes eisdem Decano & Capitulo, quod talem, *&c.* fidelis existat. Nos eorundem Decani & Capituli laboribus & expensis in hac parte parcere volentes ista vice, concessimus eis, *&c.* Ita tamen, *&c.* In cujus, *&c.* T. R. apud *Lavercost* primo die *Marcii*.

Per breve de Privato Sigillo.

Pat. 35 E. 1. m. 46. intus. De licentia eligendi. *Johannes de Balsham* Canonicus Ecclesiæ Sanctæ *Trinitatis Dublin.* & *Nicholaus de Kynton* Canonicus Ecclesiæ Sancti *Patrici Dublin.* nunciantes Regi mortem *Richardi de Feringes* nuper Archiepiscopi locorum prædictorum, **habent literas Regis de licentia eligendi.** In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Lavercost* 26 die *Novembris*.

Per breve de Privato Sigillo.

* The Annals of Ireland, p. 164. The Church of *Dublin* in *Ireland* becoming void by the death of * *Richard Feringes* their Archbishop, the King granting them this license upon their petition to elect a new Archbishop, thereupon the Dean and Chapter of St. *Patricks* Cathedral Church in *Ireland*, elected *Richard de Havering* for their Archbishop, which they signified to the King by their Letters without presenting him to the King; but the Prior and Covent of St. *Trinity* in *Dublin* elected *Nicholas le Boteler*, whom they presented personally to the King with their certificate of his Election; whereupon the King referred the businesse concerning this Election to his Treasurer and Counsil to examine, and certifie him how to proceed therein, since they both ought to have joyned in the Election, and not to sever, as these Records attest.

In Parliamento An. 35 E. 1. See Ryley his Placita Parl. p. 357, 358. ROY a noz foiaux le honurable pere en Dieu *W.* par mesme la grace Evesque de *Ceistre* nostre Treforier, & as autres de nostre Conseil a *Cardoill*, salutz. Endroit de la busoigne, que touch leslection de Lercevesque de *Dyvelin* por quei le porter de ces lettres est venuz a nous, ovesque les lettres du Chapitre de l'Eglise de Seint *Patrik* a *Dyvelin*; Vous mandoms, que meismes les lettres veues & examines entre vous, en cez consail & avisement, & nous facez saver sur ce vous aviz, & ce qe vous ensemblera qe soit a faire. Don sur nostre prive seal a *Laurecost* le 20 jour de *Feverer*, l'an de nostre regne 35.

Tenor dictarum Literarum Clausarum sequitur in hac verba.

EXcellentissimo Principi & Domino suo reverendo Domino *Edwardo* Dei gratia illustri Regi *Angliæ*, Domino *Hiberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*, sui in omnibus subjecti, humiles & devoti, Decanus & Capitulum Ecclesiæ suæ Cathedral. Sancti *Patricii Dublin.* si placet, salutem cum subjectione, reverentia & honore: Quia vacante Ecclesia *Dublin.* per mortem bonæ memoriæ *Richardi Dublin.* Archiepiscopi, ac ejus corpore tradito sepulturæ, petitaque licentia eligendi futurum Pontificem **a vestra Majestate et optenta**, dieque statuto ad eligend. concorditer omnes Canonici præsentes Ecclesiæ supradictæ, Magistrum *Richardum de Havering* Ecclesiæ Sancti *Patricii* prædictæ Præcentorem Clericum vestrum eligimus in Archiepiscopum *Dublin.* & Pastorem, Priore & Conventu Sanctæ *Trinitatis Dublin.* Dominum *Nicholaum le Boteler*, fratrem viz. *Edmundi le Boteler*, eligentibus, Nunciosque nostros eidem nostro Electo per literas nostras direximus pro consensu suo eidem Electioni, unde vestram Celsitudinem humiliter duximus & devotè deprecandam,

candam, precibus & obſequiis quibus poſſimus & valemus, **quatinus noſtro Electo, quem utilem vobis et Eccleſiæ veſtræ prædictæ** veraciter intendimus, adjutorium impendere dignemini & favorem. Conſervetur veſtra dominatio Eccleſiæ & Regni regimini per tempora proſpera & diuturna. Dat. *Dublin.* die *Mercurii* prox. ante feſtum Sanctorum *Fabiani* & *Sebaſtiani* Anno Domini 1306. *An.* 35 E. 1.

Item Rex miſit aliud breve Theſaur. & aliis de Conſilio ſuo, in hæc verba.

EDward par la grace de Dieu, &c. A noz foiaux & loiaux le honurable pere en Dieu *W.* par la meiſme grace Eveſque de *Ceſtre* noſtre Treſorier, & as autres de noſtre Conſeil a *Cardoill*, ſalutz. Endroit de la buſoigne, que touche leſlection Lerceveſque de *Dyvelin*, par quei *Hugh de Sutton* & *William de Clifford* Chanoigns de l'Egliſe de la *Trinity* a *Dyvelin* ſont venuz a nous, oveſque les lettres du Chapitre de meiſme l'Egliſe; Vous mandoms, que meiſme les lettres veues & examines dentre vous, en cez conſail & aviſament, & nous facez ſaver ſur ceo voz avis, & ce qe vous enſemblera qui ſoit a fair. Don ſouz noſtre prive ſeal a *Laurecoſt* le 20 jour de *Feverer*, l'an de noſtre regne 35. Ibidem.

Tenor dictarum Literarum Clauſarum ſequitur in hæc verba.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, Domino *Edwardo* Dei gratia illuſtri Regi *Angliæ*, Domino *Hiberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*, ſui humiles & devoti fratet *Henricus le Warr* de *Briſtoll*, Prior Eccleſiæ Cathedral. Sanctæ *Trinitatis Dublin.* & ejuſdem loci Conventus, ſalutem in eo qui dat ſalutem Regibus, cum omni qua convenit reverentia pariter & honore. Domino *Richardo* bonæ memoriæ quondam Archiepiſcopo *Dublin.* viam univerſæ carnis nuper ingreſſo, **et conceſſa nobis a veſtra Majeſtate licentia eligendi,** nos voluntate unanimi & conſenſu Dominum *Nicholaum le Boteler* virum providum & diſcretum, pro pace & tranquillitate terræ veſtræ *Hiberniæ* præ cæteris utilem ac neceſſarium, latorem præſentium elegimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, **eundem vero veſtræ Regiæ præſentamus Celſitudini,** devotis precibus ſupplicando, **quatinus prædictæ electioni Regium aſſenſum liberaliter impendentes, literas veſtras ſuper hoc Summo Pontifici dirigere dignemini.** Valeat & vigeat veſtra Regia poteſtas in proſperitate votiva pro Reipublicæ regimine pariter & ſalute. Dat. *Dublin.* in Octabis Sancti *Hillarii*, anno regni veſtri triceſimo quinto.

Et ſuper hoc Theſaur. reſcripſit Domino Regi in hac verba.

SIre endreit de leſlection dont vous nous avez maunde, Sire il ne covient mie reſcriure a ore, pur ce que la on les deus Chapitres deuſſent eſcrure a vous per lour lettres overtes, & preſenter lour eſlit, ſi neſcrit forſque le Chapitre de Seint *Patrik*, & ceo per lettres cloſes, & ouſtre ceo il ne preſentent mie lour eſlit perſonaument, ſi come ad eſlee accouſtome.

In concluſion * Mr. *Richard Havering* was approved by the King, and enjoyed the Archbiſhoprick *almoſt 5. years by Apoſtolical diſpenſation.*

* The Annals of Ireland, p. 164.

The Biſhop of *Murray* in *Scotland*, a Rebel and Enemy to King *Edward* the 1. adhering to *Robert de Brus* the Uſurper, and aſſented to the murder of *John Comyn* in the Church of *Dunfres*, for which he and others were excommunicated by Pope *Clement*, flying out of *Scotland* into the *Orcades*; the King thereupon writ this Letter to the King of *Norway*, not to permit any of his Subjects in that *Iſland* to harbour him, or any Rebels and Traytors of *Scotland*, but to arreſt and ſend them to him in ſafe cuſtody, by reaſon of the antient amity between them; and in the mean time to enjoyn all his Subjects to avoid his company, as an Excommunicate perſon.

MAgnifico Principi Domino *H.* Dei gratia Regi *Norwag.* illuſtri, amico ſuo chariſſimo; *Edwardus* eadem gratia Rex *Angliæ*, &c. ſalutem cum dilectione Clauſ. 35 E. 1. m. 12. dorſo. Pro Rege.

An. 35 E. 1. lectione sincera. Inter vestros progenitores & nostros *Norwag.* & *Angl.* quondam Reges, ac vos & nos subsequenter mutua dilectio & bona concordia totis retroactis temporibus extiterunt, quas semper continuari cupimus, quantum ad nos attinet & foveri. **Cum igitur Episcopus de** *Moravia* **inimicus et rebellis noster, qui nuper nobilis viri** *Johannis Comyn* **nuper in Ecclesia Fratrum Minorum de** *Dunfres* **in** *Scotia* **proditionaliter interfecti nequiter assensum præbuit, quamobrem excommunicationis vinculo una cum fautoribus et receptatoribus suis, ac communicantibus cum eodem, sicut alii quicunque qui dicto facinori et sacrilegio consenserunt, per Dominum nostrum Dominum Summum Pontificem innodatur**, per aliquos de Subditis vestris in Insula *Orkadie* recepretur, vestram amicitiam (de qua gerimus fiduciam pleniorem) affectuosè requirimus & rogamus, **quatinus præfatum Episcopum qui dicta nequitia non contentus, set pejora prioribus accumulans** *Roberto de Brus* **proditori et capitali inimico nostro adhesit, populum nostrum terræ nostræ** *Scotiæ* **ad insurgendum contra nos una cum proditore prædicto pro viribus procurando: præcipientes, si placet, per corpus suum celeriter arrestari, ipsum ad nos velitis sub salva custodia quamcito bono modo poteritis destinare; et si forte aliqui alii de inimicis et rebellibus nostris ad dictam Insulam, vel ad partes regni vestri voluerint declinare, ipsos ibidem receptari, sicut nos diligitis minime permittatis.** Et vos in hoc facto taliter habere curetis, quod super hoc possimus vestræ dilectionis constantiam facti evidentiam experiri, quodque vobis teneamur ex hac causa ad consimilia vel majora. **Cætetim ut sententia excommunicationis prædicta vobis plenius innotescat. Et ut vos et gentes vestræ communionem prædicti Episcopi, et suorum complicum, ac aliorum inimicorum et rebellium nostrorum eo citius et libentius evitaretis, tenorem bullæ Apostolicæ super prolatione sententiæ memoratæ factæ, vobis mittimus publica manu scriptum:** Quicquid autem ad hanc nostram instantiam, tàm de præfato Episcopo quàm etiam de aliis inimicis & rebellibus nostris si quos ad partes vestras declinare contigerit facere proponitis nobis rescribere velitis per præsentium portitorem. Dat. apud *Lynstock* 6 die *Marcii*.

* Tho. Walsingham Hist. Angl. p. 65, 66, 67. Ypodigma, p. 98. Mat. Westm. p. 405, 406. Henry de Knyghton, Polychronicon, Fabian, Caxton, Polydor Virgil, Holinshed, Grafton, Stow, Speed, Daniel, Baker, and others in the last year of K. Edward 1.

This year,* *post Pascha Robertus de Brus*, who usurped the Crown of *Scotland*, *auctо jam suo exercitu, congressus cum* Aymero de Valencia, *ipsum compulit in fugam, paucis de his qui erant cum eo peremptis. Infra triduum etiam sequens fugavit Comitem* Glovernix, *multisque hinc inde occisis, ipsum obsedit in Castro de* Are, *quousque per exercitum à Rege missum fuit obsidio dissoluta. Ex tunc autem in sequentibus cum* Anglis *fugit ad loca palustria & nemorosa, in quibus latibula quæritantem, comprehendere minimè potuerunt.* Upon the sad tidings of these disasters, *Tunc Rex* Edwardus *missis per* Angliam *nunciis præcepit sub gravi pœna, ut omnes qui ei debebent servitium parati essent apud* Carleolum *infra tres septimanas post festum Sancti* Johannis Baptistæ. *Interea Rex grandævus vexari capit dissenteria, & quia jam desperebat de vita diuturna misit ad filium,* ut maturaret audire patris extrema colloquia. *Quem inter cætera* **misericordem fore monebat, et justum et affabilem universis, constantem in dictis et factis, familiarem bonis, et præcipue miseris misericordiam impartiri.** *Deinde præcepit*, **ne post mortem suam festinaret ad Coronam** Angliæ **suscipiendam, donec paternas injurias in** Scotos **honorifice vindicasset, sed moraretur in partibus, et assumeret secum ossa paterna in aliquo vase recluſa, quæ secum faceret deportari, donec totam** Scotiam **perbagasset, et omnes superasset adversarios vel cœpisset.** Quoniam *(inquit)* nullus te poterit superare, dum ossa mea tecum feceris deportari. *Præcepit etiam, ut fratres suos* Thomam & Edmundum *diligeret & foveret, quorum uni,* Thomæ *videlicet, dederat Comitatum* Cornubiæ, Edmundo *vero Comitatum* Marescalli. *Præterea monuit, ut matrem suam* Margaretam *Reginam tanquam bonus filius coleret & amaret; jussit etiam sub interminatione maledictionis suæ, ne* Petrum de Gaverston *communi decreto exiliatum, sine communi favore præsumeret revocare.* **Intimavit et quoque, quod crucem suscepisset pro negotio** Terræ Sanctæ, **quam proposuit personaliter adivisse, sed turbatus per molitiones** Roberti de Brus **novas et varias, impeditus fuit a proposito, et bellum in** Scotiam **transferre coactus est, omisso negotio memorato. Triginta** *(inquit)* **et duo millia librarum argenti præparavi ad exhibendum septies viginti Milites honorifice in** Terra Sancta **cum sua familia, quia mihi non datur votum perficere**

in

in persona propria, qui cor meum illuc deferent et reponent. Quod cum secum deportaverint spero in Deo meo, omnia illis prospera successura. Præcipio, *ait igitur districtè*, sub pœna maledictionis paternæ, ne dicta pecunia in alios usus expendatur. Sed filius Regis patre defuncto nihil horum complere voluit. (As his Father, Pope *Boniface* 8. and *Clement* 4. bestowed none of the vast sums of money they imposed, collected, levyed for relief of the *Holy Land*, to that use during their lives, but converted it to other uses, to the great delusion and abuse of those from whom they extorted it with greatest rigour, by all sorts of Ecclesiastical censures and Temporal processe, as the premises abundantly evidence.) *An.* 35 *E.* 1.

Cum Rex Edwardus *præmissis monitis, filium instruxisset & de sua postrema voluntate plenius docuisset, misit eum in* Angliam, *ut secundum ea quæ à Rege audiret* Franciæ, *proficisceretur ad connubium cum ejusdem filia contrahendum. Pro qua causa parum ante in* Angliam *missus fuerat quidam Cardinalis, dictus* Petrus Hispanus, ut pacta nuptialia confirmaret. *Post decessum filii, capit Rex pront ante vexari dissenteria, movit nihilominus de* Carleolo, *quinto nonas* Junii, *parvis dietis versus* Scotiam *proficiscens. Pridie verò nonas* Julii *venit ad* * Burgum *super* Sandes, *ubi invalescente morbo, die crastina, scilicet feria sexta, præsenti vitæ valefaciens, dies suos in bono, & annos suos in* Angliam *consummavit. Regnavit autem annis triginta quatuor, mensibus septem, diebus viginti uno, complevitque ætatis suæ annos sexaginta octo & dies viginti.* Of whom the premised Historians render us this character.

* Rot. Finium An. 35 E. 1. m. 1. intus.

* *Fuerat autem in armis strenuus, bellicosus etiam & victoriosus; totam* Angliam *de manu* Simonis de Monteforti *& eidem adhærentium Comitum & Baronum acquisivit;* Walliam *de manu* Lewellini *in suos usus accepit;* Aquitaniam *quoque de manu Regis* Franciæ *sapienter extorsit;* Scotiam *sæpius subjugavit, sed ea capta per* Robertum le Brus *ipse in lecto mortis jacens, ex magnanimitate cordis, jussit corpus suum ibi remanere insepultum, & deferri in exercitu donec tota* Scotia *esset finaliter subjugata, de quo quidam sic scripsit:*

+ Mat. Westm. Walsingham, Polychronicon, Polydor Virgil, Fabian, Grafton, Holinshed, Speed, Daniel, Baker, in his Life.

Dum viguit Rex, & valuit tua magna potestas,
Fraus latuit, pax magna fuit, regnavit honestas.

Post Principis prædicti decessum, venerabilis pater Dominus Petrus Hispanus *Cardinalis,* (who continued in *England* to collect his Procurations) *& Clerus* Angliæ, *cunctique regni Nobiles qui interesse poterant, obviam corpori undique occurrerunt* solemnes processiones, *ad quas venerat,* per Ecclesias faciendo. *Requievit autem corpus venerabile inhumatum in Ecclesia Canonicorum de* Waltham *usque in diem sepulturæ suæ, scilicet per sexdecim septimanas,* per quod tempus ex mandato Executorum Regis illuc destinati sunt de singulis magnis Monasteriis vicinis in circuitu hebdomadatim sex Monachi seu Canonici, vel alii Religiosi, qui circa corpus vigilias facerent et exequias solemniter continuarent, non sine gravibus laboribus et expensis. Nec cuiquam licebat recedere donec arbitrio Executorum licentiatus fuisset. Cardinalis autem (according to the absurd superstition of that sottish age) indulsit veniam unius anni omnibus dicentibus orationem Dominicam cum salutatione Angelica pro anima dicti Regis; (to which end neither of them had or could have the least relation or efficacy.) *Cumque à festo translationis Sancti* Thomæ *Martyris usque ad festum Apostolorum* Simonis *&* Judæ *jacuisset inhumatum corpus regium, tandem ipso die Apostolorum apud* Westm. *est sepultum, patre venerabili* Antonio *Patriarcha* Jerosolymitano *&* Dunelmensi *Episcopo missam celebrante, & extremas exequias faciente.*

FINIS.

A *SUPPLEMENTAL APPENDIX* to the Reign of King *Edward* the I.

Courteous Readers; Having ſome Vacant time the laſt *Summer Vacation* to peruſe all the *Bundles of Writs* and other *Records* long interred in Duſt and Cobwebs in a Confuſed Heap in the *White Tower*, ſo farr as to ſeparate thoſe of moſt uſe during the reign of King *Edward* the 1. from his Predeceſſors and Succeſſors, and tranſcribing thoſe relating to my preſent *Hiſtorical Vindication*; before I could compleat that painfull, troubleſom, ſordid work, which none elſe would undertake, or aſſiſt me in, near 25. years of his reign in this *Tome* were finiſhed at the Preſſe. Upon which account, I thought fit to annex all ſuch *Writs of Prohibition*, *Epiſtles*, *Bulls*, and other *Records* relating to thoſe years, pertinent to My Hiſtorical Vindication, which I have ſince diſcovered, as a *Supplemental Appendix* thereunto, in a Chronological Order, referring each of them to their proper places, to which their expreſſe dates or other circumſtances where the dates are wanting, direct me; together with the pages, lines where they may be moſt properly *inſerted* in the next Edition.

An. 3 *E.* 1.

Here, p. 159. l. 11. after *Succeſſors*, inſert.] In a ſmall Bundle of King *Edward* the 1. his Letters in the *White Tower* writ to the Emperor of *Germany* and others on the behalf of his Brother-in-law the King of *Caſtle*, I find this Epiſtle of his directed to Pope *Gregory* the 10. imploring his favour and ſpeedy Juſtice in the conſervation of his right in the *Roman Empire*, by his mediation on his behalf.

In Bundela Literarum, &c. Regis in Turri London. An. 3 E 1.

SEreniſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino *G.* divinâ Providentiâ ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Summo Pontifici, *&c. Edwardus* eadem gratiâ Rex *Angliæ*, *&c.* pedum oſcula beatorum. Preces illas Sanctitati veſtræ cum fiducia deſtinamus, quæ juſtitiam comitem non relinquunt, et a juris tramite non diſcordant, ſperantes firmiter ut eas benignitate paternâ ad exauditionis gratæ januam admittatis. Ea propter Dominationem veſtram quanta poſſumus affectione rogamus, quatinus ſereniſſimum Principem & ſororium noſtrum chariſſimum, Regem *Caſtellæ* illuſtrem, paternæ dilectionis brachiis amplectentes, jus ſuum, quod in *Romano* Imperio habere dinoſcitur, illæſum ſibi conſervare, ac ſuper eo reddere celeris et favorabilis complementum juſtitiæ noſtrorum precaminum interventu: ut per hoc Sanctitati veſtræ fortius aſtringamur ad omnia quæ veſtris ſanctis affectibus poſſint aut debeant complacere, & Rex idem apud vos ſibi ſentiat preces noſtras in ſua juſtitia profuiſſe. Conſervet, *&c.* Teſte meipſo apud *Weſtm.* 4 die *Maii* Anno regni noſtri tertio.

Bundela Brevium An. 3 E. 1. in Turri London.

Ibid. l. 26. after *Julii*, adde] I found this Writ to the Juſtices of the Common Bench, that *Magiſter Hoſpitalis Sancti* Lazari *de* Burton, ſhould make an Attorney in loquela ſuo Attachiam. *coram Juſticiariis de Banco, inter ipſum Magiſtrum &* Simonem *Perſonam Eccleſiæ de* Horton, *de eo, quod idem* Simon ſecutus fuit plac. in Curia Chriſtianitatis de Advocatione quartæ partis Eccleſiæ de *Golby*, contra Prohibitionem noſtram. *Teſte meipſo apud* Weſtm. 9 *die* Maii, *Anno Regni noſtri* 3.

Here, p. 160. l. 11. after *tercio*, adde] Earl *Warren* having incenſed the King and his Counſil againſt the Archbiſhop of *Canterbury*, for his contempt againſt the King and his Royal authority, in refuſing to abſolve ſome of the Earls Miniſters excom-

excommunicated by him as was ſuggeſted, but in truth by his predeceſſor, upon the Kings Writ and command; he thereupon ſent this Letter to the King, to ſatisfie him of the truth of the caſe, and why he could not abſolve him, intending to give him further ſatisfaction therein by word of mouth. *An.* 3 *E* 1.

Bundela Literarum & Brevium in Turri London, An. 3 E. 1.

REverendiſſimo Domino ſuo, & in Chriſto dilectiſſimo, Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ*, Dom. *Hiberniæ*, & Duci *Aquit.* Sanctorum minimus, frater *R. de Kylewardeby*, ſalutem, ſoſpitatem, et proſperitatem continuam. Excellentiæ veſtræ mandatum per Dominum *Stephanum de Peneceſtr.* ſuſcepi apud *Raculur.* feriâ tertiâ Aſſumptionis beatæ *Mariæ*, per quod evidenter intellexi, quod Comes *Warren.* & ſui, **vos et Conſilium veſtrum contra me ſategerit perturbare**, (ignorantes cauſam quare) contra me et *Cantuar.* Eccleſiam injuſtiſſimè commoverentur. Periviſtis (Domine mi) **quod ſententiam quam tuli in Miniſtros dicti Comitis, revocem, et a querela, contra ipſos concepta, ſupерſedeam, et contra ipſum Comitem aut ſuos nihil attemptem, uſque ad Parliamentum**; videor enim et judicor **Regiam dignitatem veſtram contemnere, et quod veſtris Prohibitionibus diſſimulo obedire.** Iſta, ni fallor, fuerint mihi ex parte veſtræ Excellentiæ propoſita, quibus ſuppliciter ſicut Domini mei verbis reſpondeo; *Quod nullam in dictum Comitem vel ſuos quatinus Miniſtri ſui, ſententiam (promulgavi)* nec contra veſtram adhuc aliquid feci Prohibitionem; **ſed pro reverentia veſtra ſi tui in hoc ſupерſedere, donec vobiſcum colloquium habuero,** *ſi hoc conceſſerit Rex æternus.* Quid autem egerim contra quoſdam dicti Comitis miniſteriales, **inevitabili neceſſitate compulſus**, vobis fidenter expono; *viz.* **quod quandam ſententiam Excommunicationis in quoſdam ejus Miniſtros a prædeceſſore meo nominatim expreſſos latam, multis monitionibus et expectatione pluſquam biennali interpoſitis,** *antequam mihi de hac materia ſcriberetis*, **mandavi publice denunciari. Ita quod ſic per ſententiam Prædeceſſoris excommunicati denuncientur. Iſtud, Domine mi, cum conſcientia bona revocare non poſſum; tum quia ſubditi mei ſunt, et rite ligati ſunt, tum quia populus eis communicat cum ſuo periculo; tum quia propriam et aliorum damnationem contemnunt, claves Eccleſiæ contemnendo; quorum nullum, niſi cum proprio periculo, potero ſuſtinere.** Expreſſi vobis facti mei veritatem, de cæteris differens, donec (ſi Deus voluerit) veſtro frui colloquio mihi detur. Denique devotè ſupplico, **quod non ſitis mihi formidini, qui, ſecundum ſpem meam et veſtrum debitum, mihi debebetis eſſe clypeus et tutamen.** *Sateſlites enim Comitis jugiter veſtra terent limina, & Milites & Conſiliarios veſtros fautores habent, (ut dicitur)* **qui faciliter forſitan vos contra veſtrum ſacerdotem ſatagunt provocare:** *quod tamen nec volo de omnibus intelligi, nec pro certa veritate haberi.* **Veſtram igitur flagito protectionem; cui me, meos, et mea ſubmitto.** Valeat, &c. Dat. die & loco prædictis.

The Prior and Covent of the greater Monaſtery of *Turon* in *France*, being diſpoſſeſſed by two of his Rebellious Monks of the Priories of *Neuport Paynell*, and *Trinity* in *Yorke* (belonging to that Monaſtery) againſt his will, for which he had publikely excommunicated them, and for which they were condemned upon their Appeal by ſentence from the Court of *Rome*, and yet detained their poſſeſſions from him, ſent this humble Supplication to King *Edward* the 1. as the Soveraign Protector and Buckler of the Church, that by his Regal power and the Lawes of the Land, they might be reduced to obedience, ſince their Eccleſiaſtical cenſures were ineffectual to reclaim them.

In eadem Bundela, An. 3 E. 1.

EXcellentiſſimo Domino *E.* Dei gratia illuſtriſſimo ac victorioſiſſimo Regi *Angliæ*, frater *Stephanus* permiſſione divina Majoris Monaſterii *Turonen.* Miniſter humilis, ſalutem, &c. Cum frater *Reginaldus de Bernevalle* & *Aymo* noſtri Majorum Monaſt. Monachi, contra voluntatem noſtram, Prioratus noſtros de *Neuport Payenel* & *Trinitatis Eborum* detinentes occupatos, videlicet dictus *Reginaldus* Prioratum de *Neuport*, & dictus *Aymo* Prioratum Sanctæ *Trinitatis Eborum*, diu et authoritate noſtra fuerint excommunicati, eorum contumacia et inobedientia exigentibus; ſalutis ſuæ immemores, dictam Excommunicationis ſententiam per biennium et amplius ſuſtinuerint, et adhuc tanquam iniquitatis et inobedientiæ filii,

An. 3 *E.* 1. filii, in eadem Excommunicatione perſeverent, animis induratis; quanquam in Curia *Romana* in appellationis ſuæ cauſa fribola et injuſta authozitate Apoſtolica nobis ſint finaliter condemnati, Majeſtatis veſtræ Regiæ excellentiam in juris ſubſidium requirimus in Domino, ac devote rogamus, quatinus præfatos *Rogerum* & *Aymonem* de prædictis Prioratibus Regiæ poteſtatis Clypeo expelli veſtri gratia faciatis. Ita quod per veſtræ Majeſtatis Regiæ potentiam ad gremium noſtri Monaſterii et debitam obedientiam redire cogantur, ac ſuæ abſolutionis beneficium obtenturi. Valeat, &c. Dat. apud Majus Monaſterium 3. Idus *Februarii*, Anno Domini 1274.

Bundela Brevium & Literarum in Turri London, An. 3 E 1.

EXcellentiſſimo Principi Domino *E.* Dei gratia Regi *Anglorum* illuſtri; fratres Capituli Majoris Monaſterii *Turonenſis*, & *Stephanus* divina permiſſione eorum Miniſter humilis, ſalutem, &c. Memores piæ devotionis ac devotæ pietatis quas inclytæ recordationis Progenitores veſtri Reges *Angliæ* ſuis temporibus erga noſtrum Monaſterium habuerunt, ipſum amplis redditibus affluenter dotando, magnaque ac decora in ipſo ædificia conſtruendo; in quibus nos pro benefactorum noſtrorum ſalute, ac pro veſtra tranquillitate debote orantes, die noctuque Domino famulamur; optamus ac ſperamus in Domino, ſua in vobis exuberante gratia, nos habere paternæ devotionis hæredem, ac in conſervatione libertatum & beneficiorum nobis ab eiſdem Progenitoribus noſtris collatorum præcipuum defenſorem. Verum cum nos quoſdam Prioratus in regno veſtro, apud *Eboracen.* videlicet, & apud *Newport Paynel* ex pia largitione dictorum Progenitorum veſtrorum à longinquis temporibus obtinuerimus pacificè ac quietè; quidam de Monachis noſtris in ipſis Prioratibus commorantes, maligno ducti conſilio, contra nos ſe in omnem inobedientiam erexerunt; nihilque obedientiæ reſervantes, ſic in reprobum ſenſum ducti ſunt, quod ſalutis ſuæ ac profeſſionis nobis factæ immemores, aſſociatis ſibi in ſua nequitia complicibus, conantur pro viribus ſuis a noſtra obedientia et ſubjectione eoſdem ſubtrahere Prioratus, quanquam juſtitia prævalente jus noſtrum in Curia *Romana* per diffinitivam ſententiam fuerit declaratum dictis Monachis cum ſuis fautoribus, nobis ſententialiter condemnatis. Inde eſt quod cum eadem ſententia Apoſtolica abſque defenſionis noſtræ præſidio executioni debitæ nequeat demandari (neither the Popes or Priors Sentences and Excommunications having then any legal force in *England*, upon which a *Capias Excommunicatum* could be ſerved) ad veſtræ Celſitudinis clementiam recurrentes, veſtræ Magnificentiæ pedibus proboluti devotiſſime ſupplicamus, quatinus ex innata vobis immenſæ largitatis clementiâ dignemini benigno oculo ac favorabili præſidio noſtri Monaſterii tanto occaſui providere, dilectiſque nobis in Chriſto fratribus, *Simoni* & *Guydoni*, exhibitoribus præſentium, quos in ipſis Prioratibus deſtinamus Priores, velitis veſtræ defenſionis præſidio aſſiſtere, ac ipſos contra adverſariorum noſtrorum maliciam & potentiam per vos & veſtros Magnificentiæ veſtræ Clypeo in ipſis Prioratibus defenſare: Nec ſinat poteſtas veſtra Regia Monaſterium veſtrum, quod affectuosè dilexerunt patres veſtri ſub felici curſu temporis veſtri malignorum violentiis ſubjacere; ut proinde Deum & beatum *Martinum* Patronum noſtrum habeatis in præmium, noſque imperpetuum ad orationes aſſiduas & devotas. Valeat, &c. Dat. apud Majus Monaſterium die Lunæ poſt *Circundaverunt me*, Anno Domini 1274.

This *Stephen* and his Convent procured Letters to the King from divers Great perſons in *Foreign parts*, to the ſame effect, I ſhall cite only that of *John* Duke of *Britain* to the King, filed together in the ſame Bundle.

Ibidem.

EXcellentiſſimo Principi Domino *E.* Dei gratia Regi *Angl.* illuſtri, &c. *Johannes* Dux *Britanniæ*, ſalutem, et paratam ad ipſius beneplacita voluntatem. Quanto gratioſum animum veſtrum ad juſtitiam conſervandam et malignorum nequitiam reprimendam cognovimus propenſiorem, tanto fiducialius pro amicis noſtris præcipuè et religioſis viris pro conſervandis juribus et libertatibus ſuis veſtrum Regale præſidium duximus implorandum. Cum igitur, ex parte chariſſimorum nobis in Chriſto, Religioſorum virorum, Abbatis & Conventus Majoris Monaſterii *Tur.* intellexerimus ſe ex pia largitione Progenitorum veſtrorum Regum

gum *Angliæ* duos Prioratus in regno vestro; *viz.* apud *Neuport Paynell* & apud Sanctam *Trinitatem Eboracen.* ab antiquo obtinuisse pacificè & quietè, ac quosdam Monachos ipsius Monasterii professos, associatis sibi complicibus, per suam malitiam dictos Prioratus, contra voluntatem dictorum Abbatis et Conventus, a tempore defectionis *S. Montis fortis* violenter occupasse; et adhuc occupatos detinere proponunt: quanquam jus ipsorum Religiosorum deductum in judicio in Curia Domini Papæ nuper in Consilio *Lugdunensi* per ipsum Dominum Papam contra dictos Monachos ad alios adversarios fuerit finaliter declaratum, prout per literam Papalem super hoc confectam et bullatam apparet (ut asseritur) evidenter: ac hujusmodi sententia Apostolica non possit (ut dicitur) propter adversariorum potentiam executioni debitæ demandari. Excellentiæ vestræ magnificentiam attentius requirimus et rogamus eo affectu quo possumus ampliori, quatinus amore Dei, et zelo Justitiæ, nostræque intercessionis obtentu, dictos Abbatem & Conventum (quos speciali amore prosequimur) faciatis in suis juribus sustineri, defensionis vestræ præsidio & servari; ac Monachos, quos dicti Religiosi ad dictos Prioratus destinant moraturos contra adversariorum potentiam & violentiam Magnificentiæ vestræ clypeo defendatis, ut proinde Deum habeatis in præmium, ipsique Religiosi preces nostras erga clementiam vestram sibi sentiant profuturas. Conservet, &c. Dat. *Parisiis* die *Lunæ* post Dominicam quâ cantatur *Reminisci*, Anno Domini 1274. *An.* 3 *E.* 1.

Here, p. 164. l. 23. after *tercio*, insert] The Bishop of *Norwich* (notwithstanding this Composition and award of the King made between the Bishop and the Citizens) refusing to absolve them from the Interdict denounced against them, thereupon they exhibited this Petition against him to the King for relief.

COmonstrent les Burgoys de *Norwyz* a lur Seignur le Roy, e a son Conseil, ke si com lur Seignur le Roy, manda par la lettre al Elwesk de *Norwic* e luy pria kil relesat le enterdit ke il ad pupplie sur les genz le Roy e sa Cyte de *Norwyz*, e le Elwesk pur le mandement lur Seignur le Roy, ne pur sa priere rien ne a relese, dunt les genz le Roy e sa Cyte sunt en point de perir si lur Seignur le Roy ne eit pite de eus, e ke il pur sa duce mercy voile mettre autre remedye de sa grace. Bundela Petit. & Literarum, An. 3 E 1. in Turri London

Here, p. 173. l. 48. after *Januar.* adde] King *Edward* having thus conferred the Archdeaconry of *Dublin* on *William de Salines* during the vacancy of the Archbishoprick, the Prior and Covent of St. *Trinity* in *Dublin*, and Chapter of *Dari*, opposing his Ecclesiastical Jurisdiction, in derogation of the Kings Crown and dignity, and offering violence to his Clerks; he thereupon denounced a sentence of major excommunication against them, and prayed the assistance of the Kings secular arm against them, to suppresse their insolency,

ISstud est obstaculum quod ponunt Prior & Conventus Sanctæ *Trinitatis Dublinensis*, unà cum Capitulis *Darensi* & *Lechlinensi* sedibus eorundem vacantibus contra Regem, quod licet Rex possit conferre Præbendis Ecclesiæ *Dublinensis* sede vacante, dicunt tamen. quod spiritualitates et præcipue spiritualitatem Archidiaconatui anneram conferre non potest, quanquam manifestum et apud omnes sit notorium, quod ad Archidiaconatum *Dublin.* sede vacante jurisdictio et omnimoda spiritualitas tocius Archiepiscopatus suffraganeorum et aliorum omnium subditorum a tempore cujus memoria non existit spectare consuevit, & prædecessores Archidiaconi qui modo est usque nunc in possessione pacifica omnium prædictorum continua non interrupta exstiterunt; et quamquam omnia præcedencia notoria sint et liquida, præfati tamen Prior & Conventus Sanctæ *Trinitatis Willielmo de Salines* ex collacione Regia Archidiacono existenti, in præjudicium juris Regii resistere non desistunt, in Clericos ejusdem Domini *Willielmi* Archidiaconi ausu nephario irruentes, sententiam excommunicationis majoris auctoritate præfati Archidiaconi in ipsos latam minime metuentes, et indurato animo per 40 dies et amplius claves Ecclesiæ contempnendo sustinentes, in Domini Regis dedecus et exhæredacionem manifestam; super quo præfatus Archidiaconus consilium Domini In eadem Bundela.

ni Regis requirit auxilium brachii secularis contra hujusmodi invocando. *Bis irrotulatur.*

An. 4 E. 1. Bundela Brevium, &c. in Turri Lond. An. 4 E. 1.

Page 177. l. 21. after *Octobris*, insert.] In the Bundles of Writs in the *White Tower*, An. 4 E. 1. I found these several Original Writs of *Prohibition* for suits in Court Christian in the Diocesse and County of *Lincoln*, for *goods*, *Advowson*, and *Lay-fee*, of which they had no Jurisdiction; whereof take this Breviate. *Vic.* Linc. Richardus de Bulchan, Richardus Stoner, & Alicia *que fuit uxor* Roberti de Carmayles, *vers. Magistr.* Petrum Orger, quare tenuit; & Thomam de Graham & Ceciliam *uxorem ejus*, quare secuti sunt placitum in Curia Christianitatis de bonis et catallis ipsarum, quæ non sunt de Testamento, &c. contra Prohibitionem. *T. Rege apud* Linc. 7 *die* April. *Vic.* Linc. Johanna *que fuit uxor* Will. *de* North Elkinton *vers. Magistr.* Antonium de Seurestorp, quare tenuit: *et* Henric. *Vicar. Eccleſiæ de* Elkynton, quare secutus est contra. plac. *T. apud* Kenyngton 14 *die* April. *Vic.* Linc. Alanus *fil.* Clementis de Butterwyke, *vers.* Robertum *Vicar. Eccleſiæ de* Mitterton, quare secutus est contra. plac. *T. apud* Westm. 8 *die* Maii. *Vic.* Linc. Robertus de Newton & Willielmus de Barthorp *vers.* Jacobum de Pant, quare secutus est contra. plac. *T. apud* Westm. 8 *die* Jun. *Vic.* Linc. Alanus *fil.* Willielmi *vers. Mag.* Clementem *personam Eccleſiæ de* Leke, & Walterum le Chapleyn, quare secuti sunt contra. plac. *T. apud* Westm. 20 *die* Julii. *Vic.* Linc. Richardus de Grey *vers.* Laurentium Peche, quare secutus est contra. plac. *T. apud* Clarendon 10 Sept. *Vic.* Linc. Johannes Faldetape *vers.* Henric. *Decanum de* Staunford, quare tenuit: *et* Henric. le Luminor. *de* Linc. quare secutus est contra. plac. *T. apud* Langele 7 *die* Octobr. *Vic.* Linc. *Vicarius de* Herdeley, *vers. fratrem* Robertum de Thirrnell & *fratrem* Thomam de la Quysine, quare secuti sunt consimile plac. *T. apud* Westm. 2 Novembr. *Vic.* Linc. Richardus Pish, & Petrus de Bernalby, *vers.* Willielmum de Newerke, quare tenuit; & Elizabetham M. quare secut. est contra. plac. *T. in* Turri London 24 *die* Novembr. *An. r. n.* 4. *Vic.* Linc. Philippus de Keyma, *vers. Mag.* Willielmum *Decanum Christianitatis* Linc. & *Magist.* Petrum Ormer, quare tenuerunt placitum in Curia Christianitatis de Advocatione terciæ partis Ecclesiæ de Madrugham contra Prohibitionem: *Et* Johannem de Wydrington *Canonicum Eccleſiæ Sanctæ* Mariæ *de* Lincoln, quare secutus est idem placitum in eadem Cur. &c. *T. apud* Westm. 8 *die* Junii. *Vic.* Linc. Philippus de Keyma *vers. Magist.* Johannem de Wydington, quare secutus est placit. in Curia Christianitatis de Advocatione Ecclesia de Croaton, contr. &c. *T. ap.* Westm. 8 *die* Junii. *Vic.* Linc. Alicia *filia* Egidii de Lurretur. *vers. Magist.* Willielmum de *Novo Castro* Decanum *Lincoln.* quare tenuit plac. in Curia Christianitatis de Laico feodo ipsius Alic. in Linc. contra Prohibitionem. *T. apud* Turrim London 18 *die* Julii. *Vic.* Linc. Philippus de Keyma *versus predict.* Johannem de Wydrington *Canonicum, &c.* quare secutus est placit. in Curia Christianitatis de Capella de *Creketon*, contr. Prohibitionem nostram. *Teste meipso apud* Lincoln. 7 *die* Augusti, *Anno regni nostri quarto.* All these Prohibitions in this one year issued to the Sheriff of *Lincoln* only, (to omit those to other Counties) so vexatious were the Bishop of that Diocesse and his under Officers, to the Kings Subjects there, and so incroaching upon his Royal Crown, Dignity, and temporal Courts.

Page 179. l. 55. after *Novembris*, insert.] In a bundle of Letters, Certificates and Writs I met with in the *White Tower*, An. 4 E. 1. I found this Taxation of the Temporal goods of the Abbot of *Reading* towards the Quindisme then granted to the King, by which you may discern the prices of Cattel and Corn in that age.

Anno 4 E. 1. *Wiltes ſſ.*

TAxatio bonorum temporalium & mobilium Abbatis de *Rading.* facta per præceptum Domini Regis apud *Wichebir.* coram Vic. *Willielmo Gereberd*, & aliis viris fidedignis, & coram *Radulpho de Wokingham* Ballivo dicti Abbatis de *Wichebir.* & per *Thomam de Ponte*, & *Eliam de Guldeford*, *Thomam le Ride*, *Radulphum le Frie*, *Johannem Martin*, *Ricardum le Jenge*, *Galfridum Wunning*, *Thomam Andrew*, *Johannem Ad-puteum*, *Johannem le Webbe*, *Robertum le Carter*, & *Johannem* qui dicunt super Sacramentum suum, quod dictus Abbas habuit in bonis apud *Wichebir.*

Wichebir. die quo Quintadecima Domino Regi fuit conceſſa, *viz.* duos Affr. maſ- *An.* 4 *E.* 1.
cul. apprec. ad 9. *ſol.* prec. Affr. 4 *s.* 6 *d.* Item 24 boves appreciatos ad 7 *l.* & 12 *s.* prec. 8 bov. 8 *s.* prec. aliorum 8 bov. 6 *s.* & prec. 8 bov. 5 *s.* Item 6 vaccas appreciatas ad 27 *s.* unde precium 3 vac. 5 *s.* & prec. aliarum 3 vac. 4 *s.* Item duos boviculos maſc. apprec. ad 6 *s.* Item 3 boviculos fem. apprec. ad 6 *s.* Item unum vitulum apprec. ad 12 *d.* Item 10 porc. ſuperannates apprec. ad 13 *s.* 4 *d.* pret. porc. 16 *d.* Item 15 Hogg. porc. de dim. anno apprec. ad 12 *s.* 6 *d.* prec. Hogg. 10 *d.* Item 200 Mutton. apprec. ad 10 *l.* pret. Mutton 12 *d.* Item 300 oves maſcul. apprec. ad 12 *l.* 10 *s.* prec. ovis 10 *d.* Item 150 Hogg. apprec. ad 5 *l.* prec. Hogg. 8 *d.* Item 20 quarter. frumenti ad 4 *l.* 10 *s.* prec. quarter 4 *s.* 6 *d.* Item 30 quarter. Ordei apprec. ad 4 *l.* 10 *s.* prec. quarter. 3 *s.* Item 20 quarter. Aven. apprec. ad 40 *s.* prec. quarter 2 *s.* Item 3 quarter. piſarum, &c. apprec. ad 9 *s.* prec. quarter. 3 *s.* —— *Summa total.* 50 *l.* 05 *s.* 10 *d.*

Page 185. l. 11. after *December*, inſert.] King *Edward* in purſuit of his Writs and Commiſſion to ſeiſe the goods of all [a] *Uſurers*, ſeiſed the goods and chattels of one *Reginald* a Citizen of *Caſſal* in *Ireland* in *London*, as being a Uſurer, and likewiſe ſued the Archbiſhop of *Caſſal* for other of his goods; who thereupon petitioned the King, affirming that he died a good Chriſtian, being abſolved from *Uſury* by the Pope before his death, that he deviſed his goods by his Will, and thereupon deſired not to be vexed for them, adding other requeſts thereunto.

[a] See Here, p. 192, 193.

In Bundela Petit. &c. in Turri London, An. 4 E. 1.

Supplicat Domino ſuo Regi Archiepiſcopus *Caſſellen.* quod non veratur amplius pro bonis *Reginaldi Maccotir*, quondam Clerici & Civis *Caſſellen.* ibidem malè interfecti, qui mortuus fuit ut fidelis Chriſtianus, & de omnibus bonis ſuis diu ante mortem ſuum condidit teſtamentum, & petuntur ab eo ratione, quod dicunt eum aliquando fuiſſe uſurarium, et qualitercunque hoc eſſet dictum vel factum, diu ante mortem ad mandatam Domini Papæ ſatisfecit, et ſic deſiit eſſe Uſurarius et ſuum ſtatum recuperabit, quod paratus eſt dicere *Caſſellen.*

Item, Supplicat quod Quadringintæ libr. in quibus tenebatur dictus *Reginaldus* Domino Regi per literas ſuas Patentes, ut dicitur, *viz.* ducentæ libr. de preſto, & aliæ ducentæ in quibus tenebatur pro lana empta à Domino *Alano la Suche* tunc Juſticiar. *Hyberniæ*, non petantur, ex quo idem *Reginaldus* dictas quadringentas libras in domo Domini *Johannis de Gyſort London* integrè perſolvit, & ſimiliter hoc petit inquiſitionem fidelium Mercatorum *Hiberniæ*, & etiamſi non ſolviſſet, Dominus Rex cepit de bonis ejuſdem *Reginaldi Briſtolliæ* mille & trecentas Marcas poſt mortem ipſius *Reginaldi*, de qua pecunia pro Deo executoribus ipſius pro voluntate ſua reſpondeat Dominus ſuus Rex, ut voluntas defuncti adimpleatur, et in hoc Deo placebit.

Item, ſupplicat idem Archiepiſcopus, quod non erigatur priſona in Civitate ſua *Caſſ.* quam ten. Eccleſia *Caſſ.* à ſua fundatione in puram & perpetuam Elemoſinam, ſine aliqua exactione ſeculari, & ſimiliter hoc habet confirmationes illuſtrium Regum *Angliæ*, viz. Dominorum *Henr.* & *Johannis*, quarum tenorem ob reverentiam crucifixi ſibi et Eccleſiæ ſuæ ſupplicat obſervari.

Item, cum idem Archiepiſcopus eſſet attachiatus, pro eo quod quandam particulam parochiæ valentem tres Marc. cuidam Canonico *Caſſ.* contuliſſet, ſecundum quod antea duobus vel tribus aliis Canonicis conferre conſuevit, & quidam alius aſſerens illam particulam ad ſuam ſpectare Eccleſiam, inquiſitionem Laicalem in abſentia dicti Archiepiſcopi dicto Canonico rei poſſeſſore non vocato procuravit, quare dictus Archiepiſcopus occaſione dictarum trium Marcatarum ad Centum libr. eſt amerciatus; unde ſupplicat quatinus ſimiliter ad hoc ſalubre adhibeatur remedium.

Item, humiliter ſupplicat, ut ſimiliter hiis & aliis quæ tangunt coronam, coram Domino ſuo Rege & Conſilio ſuo benignam habeat audientiam, maxime cum ad preces Domini ſui Regis in Curia *Romana* nullum petiit remedium ſuper grabaminibus ſibi et Eccleſiæ ſuæ illatis, ſed ſimpliciter confidens literis Regalibus, necnon et dictis nobilium diſcretorum et venerabilium nunciorum ſollempnium per Dominum ſuum Regem ad Concilium generale miſſorum.

Et ut videatur cum effectu aliquem petere pro tenore prædictarum Cartarum

An. 4 *E.* 1. illuſtrium Regum *Angliæ* ſibi, Eccleſiæ ſuæ et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum tenendo, et per novam confirmationem Domini ſui Regis impoſterum pacificè obſervanda, **dabit Trecentas Marcas.**

The King upon this Archbiſhops Petition ſent a Writ to his Chief Juſtice of *Ireland*, to inquire by an Inqueſt of 12 Jurors, whether it would be to the damage of the Archbiſhop, for the King in his own fee to erect a priſon in *Caſſel*, or not? which he delivering to him in the preſence of the Counſil with his own hand, the Chief Juſtice cauſed a Jury to be impannelled, who found upon Oath, that it was no damage at all to the Archbiſhop, but a benefit to him, the King and the whole Country, to erect a priſon there; upon receit whereof, the King commanded a Priſon to be there built; At which this inſolent undutifull Archbiſhop was ſo incenſed, that he denounced a ſentence of Excommunication againſt the Chief Juſtice, the Kings Eſcheator, the Popes Chaplain, and all others, except the King, Queen, and their Children, who were ayding, aſſiſting, or adviſing in the erection of this Priſon, and likewiſe interdicted his whole Dioceſſe and Province, in high prejudice and contempt of the Kings Crown and Royal dignity, to the great diſturbance of the Peace of *Ireland*; and withall ſent his Proctors to *Rome* to procure the Popes ratification of this his Excommunication and Interdict, till the Priſon were demoliſhed. To prevent which, the Chief Juſtice and Popes Chaplein appealed againſt this Sentence and Interdict to the Pope, certifying the Chancellor, Biſhop of *Bath* and *Wells*, of theſe proceedings, and adviſing him to ſend Proctors ſpeedily to *Rome*, to prevent his dangerous proceedings and deſigns againſt the King, as this Letter of the Popes Chaplain to the Chancellor (which I found in the *White Tower* Chappel) will at large inform us.

* Bundela Brevium & Literarum An. 4 E. 1. in Turri Lond.

* REverentiſſimo in Chriſto Patri, & Domino ſuo (ſi placet) cariſſimo, Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo, ſuus humilis & devotus *From. le Brun*, **Domini Papæ Capellanus**, ſalutem, & quicquid poteſt & poterit obſequii, reverentiæ & honoris. Uſus & neceſſitas hoc inducunt, ut vel ad Dominos amicos ut conſulant, vel ad medicos ut curent confugiant vulnerati. Ea profecto ratione venerandæ Paternitati vęſtræ duxi non ſine cordis anguſtia referenda ea, **quæ per Archiepiſcopum** *Caſſalen.* **in Regiæ dignitatis grabiſſimam læſionem, et etiam in Domini Juſticiarii Capitalis, et omnium aliorum qui ſunt de Conſilio Domini Regis, diſpendium non modicum et gravamen, ſunt hiis diebus enormiter attemptata.** Sanè veſtram Paternitatem creditur non latere, qualiter præfatus Archiepiſcopus, cum jam ultimo eſſet in *Anglia*, à **Domino Rege quaſdam literas impetrabit**, directas Domino *Galfrido de Geymull* Juſticiario *Hiberniæ*, et (ſi benè percolo) continentes, ut idem Juſticiarius inquireret, *utrum eſſet ad nocumentum et dampnum ipſius Archiepiſcopi & Eccleſiæ ſuæ* Caſſalenſis, *vel non, ſi Priſona Domini Regis per Dominum* Jacobum de Audelegh *tunc Juſticiarium* Hiberniæ *inchoata ſuper Laicum feodum ipſius Domini Regis in Villa de* Caſſal. *perficeretur?* Quas quidem literas cum prædictus Archiepiſcopus præfato Juſticiario in Scaccario *Dublin.* omnibus de Conſilio tunc præſentibus, liberaſſet propria manu ſua, idem Juſticiarius Domini ſui mandatis obtemperans, prædictam Inquiſitionem, juxta quod habuit in mandatis, fieri fecit per totius Patriæ fidedigniores, & omni exceptione majores; **per quam compertum fuit, quod nullum fieret nocumentum vel dampnum ipſi Archiepiſcopo vel Eccleſiæ ſuæ prędictæ, ſi perficeretur Pręſona prędicta; ſed quod eſuſdem Pręſonæ conſtructio potius cederet ad commodum ipſius Archiepiſcopi et Eccleſiæ ſuæ, et ad pręfectum et bonum pacis totius Terræ non modicum.** Cum autem idem Dominus Juſticiarius ipſam Inquiſitionem ſub Sigillo ſuo ipſo Domino Regi miſiſſet, **et idem Dominus Rex ea audita et intellecta eidem Juſticiario ſuo literatorie remandaſſet, quod dictam Pręſonam levari et perfici faceret, ac idem Juſticiarius mandatum illud confeſtim executioni debitæ commendaſſet, pręfatus Archiepiſcopus occaſione conſtructionis Pręſonæ prędictæ nimio furore ſuccenſus in pręfatum Dominum Juſticiarium, Magiſtrum** *J. de Saunford* **Eſcaetorem, et in me, necnon (exceptis duntaxat ipſo Domino Rege, et Domina Regina, ac ipſorum liberis) in omnes illos qui ad ipſam Pręſonam conſtruendam authoritatem, conſilium et auxilium pręſtiterunt, excommunicatio-**

nis

nis ſententiam fulminavit; et (quod deterius eſt et grabius) ſuam Diocæſim interdicto ſuppoſuit, decrevitque eidem interdicto cæteras Diocæſes totius ſuæ Provinciæ ſupponendas. Unde cum ab ipſis ſententiis erroneis, et etiam errorem intolerabilem continentibus, antequam latæ fuerant, pro ſtatu Domini Regis, et etiam pro ſtatu ipſius Juſticiarii ſui et omnium aliorum familiarium et miniſtralium ſuorum, necnon pro ſtatu populi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum. Placeat Sanctitati veſtræ, ut cum Clericus & Procurator, quem præfatus Dominus Juſticiarius ex parte Domini Regis pro appellatione prædicta proſequenda ad Curiam *Romanam* deſtinare proponit, ad ipſius Domini Regis præſentiam et veſtram accederit, tale conſilium in præmiſſis procuretis apponi, quod ipſius Archiepiſcopi tam præſumptuoſum et deteſtabile factum non tranſeat impunitum. Nulli ſiquidem vertatur in dubium, quin idem Archiepiſcopus, quoad vixerit, præfato Domino Regi et omnibus ſuis, ac toti terræ ſuæ *Hiberniæ* inferre non deſiſtet dampna et diſpendia quantumcunque machinari poterit gravioza, ni in hoc facto ſuccumbere videatur. Cæterum quia præfatus Archiepiſcopus ſtatim poſtquam tulerat ſententias ſuprædictas, ad impetrandam earum confirmationem ad Curiam *Romanam* ſuos Procuratores et Nuncios deſtinavit, multum expedirt, quod Procuratores Domini Regis in eadem Curia eſſent per ipſum Dominum Regem ſuper hoc cum omni feſtinantia præmuniti; ne hujuſmodi confirmatio abſque contradictione tranſiret. Pro Deo iſtud negotium, quod arduiſſimum in *Hibernia* reputatur, tanto diligentius ipſi Domino Regi exponere dignemini; ipſum animantes ut illud exequi faciat cum effectu, quanto majus dampnum et dedecus ipſi Domino Regi et ſuis perpendere poteritis imminere, ſi præfatus Archiepiſcopus ſuum propoſitum in hac parte valeat adimplere, quod Deus avertat. Vix ſiquidem, ut multi referunt, accidit, quin hujuſmodi Interdictum grave diſcidium ſubſequatur, de quo non mediocriter eſt timendum cum jam nonnulli tam *Anglici* quam *Hibernici* occaſione ipſius Interdicti ad maleſactendum efficiuntur, ut dicitur promptiores. Valeat Paternitas veſtra in Domino per tempora longiora. *An.* 4 E. 1.

Page 176. l. 7. after *tertio*, adde] Pope *Gregory* the 10. dying at *Aretium*, Anno 1275. * *poſt cujus tranſitum* Petrus de Tarenteſia *de ordine Fratrum Prædicatorum* Lugdunen. *electus Cardinalis*; *poſtea* Oſtienſis *in Summum Pontificem electus eſt, & appellatus eſt* Innocentius quintus. *Factus autem Papa ſedit menſibus* 5. *diebus duobus, moritur* Romæ, *& in Eccleſia* Lateranenſi *ſepelitur*. This Pope immediately after his conſecration, ſent a Letter to King *Edward* the 1. to acquaint him with the manner of his Election, and excite him with mellifluous words to the ayd of the *Holy Land*, as this elegant complemental Epiſtle of the Kings in anſwer thereunto, directed to him, (which I met with in a bundle of Letters and Writs in the *White Tower*) informs us.

* Mat. Weſtm. An. 1276. p. 364. Tho. Walſingham Hiſt. Angl. An. 1277. p. 6. See Platina, Onuphrius, Stella, Barnes, Balæus, Opmeerus, Laertius Cherubinus in vita ejus.

SAnctiſſimo patri ac Domino chariſſimo, Domino *Innocentio*, Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ divinâ providentiâ Summo Pontifici, *Edwardus* Rex *Anglie*, &c. humilis ejus ſervus, ad beatorum pedum oſcula ſe devotum. Receptis nuper ſacris veſtris literis, ex earum tenore præſenſi, **et ore Apoſtolicæ ſanctitatis, ex ——— et habundantia eximiæ dulcedinis diſtillaſſe; dum de ſede Magnitudinis veſtræ ad me humilem filium, atoma tantæ devotionis perflante ——— meum Auſtro veſtræ benignitatis effluxit**; eo quod in auribus noſtris fuit & eſt vox ſalutationis Apoſtolicæ, non ſolum mihi, ſed & univerſali Eccleſiæ, **Regibus et Regnis omnibus, gaudii magni materiam nunciantis.** Ipſe * ——— Rex Regum & Dominus Dominantium ſua providentia, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, ſuo precioſo ſanguine **ſanctam Catholicam fundans Eccleſiam, ne in ea fides et clarum lumen tepeſceret aut tenebreſceret**, perſonam veſtram, tanquam lampadem oleo ſacræ doctrinæ & converſationis ſanctiſſimæ, omnique venuſtate refertam **in ejus lacuna ſublimiori conſtituit, ut igne divinæ charitatis accenſa, non diutius lucernæ ipſius claritas ſub minoris ſtatus modo celaretur abdita; ſed ut luceat omnibus qui in domo ſunt, poneretur ſuper candelabrum luminata.** De cujus ſublimatione, quam feciſſe firmiter creditur ille, qui facit mirabilia magna ſolus, ſi non abſque terrore miremini, non eſt mirum. Tamen quia per ipſius electionis veſtræ ſeriem, quam

* (enim)

Bundela Literarum & Brevium in Turri London. An. 4 E. 1.

An. 4 E 1. quam mihi tam lucidè veſtra ſanctitas dignata eſt intimare, ipſum Dominum in vobis ——— apparet lucidius, non timendum creditur quin perficiat qui ſic cepit. Nec eſt vel leviter ſuſpicandum, quin operi manuum ſuarum dexteram porrigat ille, qui ——————— dictæ electionis proceſſu, in quo fratrum abſentia, ſatiſque longa diſtantia difficultatem non modicam communi hominum minabatur judicio, ipſo eorum corda efficaciter tangente, & lumen accendente ſenſibus, qui olim ſuper diſcipulos in igneis linguis apparens exterius, fecit interius corda flammantia, qui ——————— in eodem loco pariter congregati, vos cum fratribus veſtris, quibus id ſtatus ſuarum perſonarum indulſit, adunavit corporibus, & cordibus conunivit. Ipſi ſiquidem propter hæc & alia mirabilia ſua, benedictio, & claritas, & ſapientia & gratiarum actio ſpecialis, honor, virtus, & fortitudo in ſæcula ſæculorum; qui vos Pontificem ex hominibus aſſumptum apud Deum pro hominibus ſuper homines conſtituit, & ſuper *Syon* montis **ſancti ejus apicem ſublimavit.** Super eo nimirum, quod **veſtræ ſanctitatis** lingua ſuis non adhæſit faucibus, quin potius in ſuæ lætitiæ principio *Feruſolyma* præponeret; graves ipſius calamitatis ærumnas, non abſque compaſſionis aculeis interius corde meditans & verbis affectuoſiſſimis proponens exterius, cordis compaſſione afficior, & affectus exulto. Hinc ejuſdem **Terræ Sanctæ**, quam Dominus noſter *Jeſus Chriſtus* ſanguine conſecravit, miſerias & ærumnas ——————— vero veſtræ bonæ voluntatis & affectionis circa liberationem ipſius ——————— attendens: Sperans firmiter, quod cum tam bonum opus vobis in voluntate ſit, ex divino adjutorio erit in perfectione votiva. Ad ſubveniendum autem illi **pro meæ parvitatis viribus, veſtra profecto dulcis excitatio, me commovens, ſolito amplius animavit, et deſiderium meum circa ipſius ſubſidium aliquando verſatum, ex melliſluis veſtræ ſanctitatis eloquiis,** quæ meis & omnium fidelium faucibus quam dulcia ſunt, quotidianum ſuſcepit incrementum. Maximè cum veſtræ ſuperexcellens dignatio Sanctitatis tanto ſtudioſius continuis & efficacibus ſit gratiarum actionibus proſequenda, quanto Apoſtolica Cedrus alta *Libani* in ſalutationis & ſuæ charitatis ſinus apertionis meæ parvitatis Yſopo ſe inclinans, ac deferre proponens eidem, ad ſuæ largitatis gremium me invitat recurrere, non abſque ſpe promovendorum mei regiminis commodorum. Cui quia ad modicum regratiari non ſufficio, **ad pedes Sanctitatis ipſius. cordis mei affectum provolvens,** hujuſmodi gratias refero, quantas poſſum.

Upon this Popes deceaſe, * *Eodem anno ſucceſſit* Adrianus *quintus natione* Januenſis, *dictus ante* Octobonus, *qui tituli Sancti* Adriani *Diaconus Cardinalis, à Papa* Clemente *quarto Legatus in* Angliam *miſſus fuerat. Hic Papa factus, ſtatim Conſtitutionem quam Papa* Gregorius *decimus fecerat, de incluſione Cardinalium pro electione Summi Pontificis, ſuſpendit, proponens eam aliter ordinare. Sed morte preventus Conſtitutionem ſuſpenſam reliquit, ſedit vero menſibus duobus Papa.*

* Tho. Walſingham Hiſt. Angl. Anno 1277. p. 6. Mat. Weſtm. An. 1276. p. 364. See Platina, Stella, Onuphrius, Creſpin, Balæus, Barns, Opmeerus, Laertius Cherubinus in vita ejus.

Page 188. l. 12. after *will*, inſert] I found in the *White Tower* a particular Precept of this Archbiſhop ſent to *William* Archbiſhop of *York*, (ſomewhat torn and decayed) injoyning him and his Suffragans by the Kings command, to denounce a publick ſentence of Excommunication againſt *Lewellin* Prince of *Wales*, for his rebellions againſt the King, invaſions and murders, as he and his Suffragans had excommunicated them in his Province of *Canterbury*; together with a relation in *French* of his miſdemeanors and rebellions, and the reſolution of the King and his Parliament to conquer him by force of Armes. I ſhall only preſent you with the Archbiſhops Precept.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *W.* Dei gratia *Eboracen.* Archiepiſcopo ſuus in eodem Chriſto frater *Robertus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Anglia* Primas, quicquid ſibi ——————— Tenore præſentium notum facimus, quod cum dudum in Provinciali Concilio *Cantuar.* (præſidente tunc felicis recordationis *Stephano* quondam *Cantuarienſi* Archiepiſcopo) apud [a] *Oxon* celebrato, provida deliberatione & communi aſſenſu Sanctorum Patrum Epiſcoporum Suffraganeorum ſuorum, & Cleri Provinciæ *Cantuar.* ſtatuto ſuper hoc edito, lata fuerit majoris excommunicationis ſententia in omnes illos qui jura Domini Regis *Anglia* injuſte detinere contendunt, ac pacem et tranquillitatem ejuſdem Domini

a See Johan. de Aton Conſtit. legit. f. 121 W. Lyndewode Provinc. l. 5 f. 249, 250. Spelman. Concil. Tom. 2. p. 159.

mini Regis et regni sui injuriose perturbare præsumunt, ac eadem sententia per bonæ memoriæ [b] *Bonifacium* prædecessorem nostrum & suffraganeos suos, Concilio postea apud *Lambeth* convocato, & iterum in [c] Aula *Westm.* pluries solempniter innobata fuerit, necnon et authoritate sedis Apostolicæ specialiter confirmata. Nos cum quibusdam Suffraganeis nostris (apud ——————) existentibus, & aliorum absentium Procuratoribus citra proximum præteritum festum S. *Martini* Yemal. quia ipsa no —————— auribus singulorum acclamabat, quod Nobilis vir *Lewelinus* filius *Griffini* Princeps *Walliæ*, tanquam famæ suæ prodigus, (& salutis) sententiam hujusmodi parvipendens, homagium et fidelitatem quæ [d] prædecessores sui Principes *Walliæ Angliæ* Regibus —————— (et [e] ipse) egregiæ memoriæ Domino [f] *H.* Regi *Angliæ* prius fecerat, ac Domino nostro *Edwardo* nunc Regi *Angliæ* illustri facere debuit et debet inpræsenti, exquisitis occasionibus facere detractat, ad hoc diebus et locis competentibus, oblato sibi ad cautelam salvo et securo conductu, pluries legitime monitus et citatus, in hoc jus ipsius Regis temere retinere contendens; pacem insuper et tranquillitatem ipsius Domini Regis et regni sui per se et suos perturbare præsumsit, sicut notoria strages plurimorum, deprædationes rerum, incendia domorum et innumera damnorum genera testantur apertè: per quæ ipsum in sententias hujusmodi non ambigitur damnabiliter incidisse, habito (tractatu diligenti, &) de salute ipsius Principis sollicite cogitantes, de consilio eorundem Suffraganeorum nostrorum, & cum eisdem præfatum *Lewelinum*, —— nunciis solemnibus ad ipsum propter hoc specialiter destinatis, in præfatas excommunicationis sententias taliter incidisse decernentes, (ipsum) monuimus, quod infra quindecim dies a tempore monitionis hujusmodi de præmissis satisfaceret, et ab incepta perturbatione (deprædationibus) et molestia desistendo, suos ab hujusmodi præsumptionibus refrænaret; alioquin extunc contra ipsos asperius procedentes —————— excessibus eorundem id exposcentibus. Porrò nunciis ipsis apud *Famnas*, ubi Princeps ille cum suis Proceribus Curiam suam tunc tenebat, accedentibus, & sui adventus causam ipsius Principis familiaribus & Ministris serio exponentibus, idem Princeps offensam superaddens offensis, Nuncios ipsos, non sine nostro contemptu, ad se aditum habere non permisit, et monita nostra salubria per suos sibi plene nunciata animo contemnens indurato, hactenus ad satisfactionem venire non curavit, per sex septimanas & amplius favore benivolo patienter expiatus, sed semper pejora prioribus addens, de die in diem quantum potest manus aggravat ad delicta: Propter quæ convocatis iterum Suffraganeis nostris, et habito super hujusmodi contemptu —————— ipsius Principis et suorum excessibus et offensis tractatu pleniori; quia crescente ipsorum contumacia pariter et offensa, crescere (debet & pœna;) eorundem Suffraganeorum nostrorum unanimi consilio et assensu extitit probisum et ordinatum, quod unusquisque Suffraganeorum prædictorum (in Cathedralibus) et aliis Collegiatis et Parochialibus Ecclesiis suæ Civitatis et Diocæsis dictum *Lewelinum* Principem *Walliæ* in præfatas excommunicationis sententias (innodatum) nominatim taliter excommunicatum esse denunciaret, pulsatis Campanis, accensis Candelis. Consiliarios insuper suos et (omnes alios consilium) vel auxilium eidem Principi, in sua rebellione perseveranti, scienter impendentes in præmissis, nisi infra mensem (resipuerint, &) ab ipsius consilio consensu et auxilio se subtraxerint, pari sententia et cum eadem solempnitate publice innodatos denunciaret ipsos, quos contra monitionem hujusmodi extunc sibi adhærere, et consilium, consensum vel auxilium sibi impendere constiterit in præmissis, publice et solenniter excommunicatos denuntiaret nominatim. Quam quidem sententiæ denunciationem in Diocesi nostra nuper per nostros fieri mandabimus cum effectu; Undè cum per præfatum Dominum *Edwardum* Regem nostrum sereniſſimum ſimus per suas literas nobis nuper directas specialiter rogati, ut in istius (sententiæ) execution vestrum imploremus auxilium et subsidium; ac vos et nos, quibus Ecclesiarum et animarum cura incumbit, ibi fortius voluntatem —————— suscipere teneamur, ubi ipsius *Lewellini* rebellio periculosius exardescit, et in prædicti Domini Regis injuriam in posterum arroganter —————— exurgens justitia præveniat et subvertat, ut sic pax et quies cæteris præparetur: Paternitatem vestram rogamus et requirimus, quatinus (Literarum) dicti Domini Regi illustrissimi vobis in hac parte porrectarum, ac nostrarum præfatum *Lewelinum*

An. 4 *E.* I.

b See Spelmanni Concil. Tom. 2. p. 309.

c See Here, p. 796, 797.

d See Here, Tom. 2. p. 234. 260, 261, 608, 609, 610, 621, 622.

e Mat. Paris, An. 1264. p. 973. Matth. Westm. An. 1267. p. 347.

f Mat. West. An. 1275, 1276, p. 364, 365. Tho. Walsingham Hist. Angl. p. 5, 6, 7.

An. 4 E. 1. *linum* per totam veſtram Dioceſim et Provinciam (in præfatæ excommunicationis) ſententiam incidiſſe, et nominatim taliter excommunicatum eſſe, ſi placet, denuncietis, et denunciari faciatis in forma memorata. Præſens negotium taliter impleturi, qualiter a nobis in caſu conſimili vobis fieri velletis. Dat. apud *Northſtock* 3 Kal. *Martii*, Anno Domini 1276.

After which follows a Declaration in *French* of the Kings antient right to *Wales*, the Homage, Fealty, and ſervices due unto him for it, his former demand of them from *Lewellin*, his refuſal to perform them, or appear at the Kings Parliament upon ſummons, his acts of Hoſtility and Rebellion, his contempts of the recited admonitions and Excommunications of the Archbiſhops and their Suffragans, and diſobedience both to the Church and King; whereupon the King, Prelates, and Nobles aſſembled in Parliament, reſolved to raiſe an Army and reduce him to obedience; which was accordingly executed, the King taking his Caſtles, and waſting his Mannors, Country with fire and ſword. Whereupon, * *circa Natale Domini* Lewellinus *acceſſit ad Regem*, **miſericordiam, non judicium petiturus. Accepit ergo homagium et fidelitatem de potentioribus** Wallenſium **Rex** Edwardus, *eorum Principem* Lewellinum *uſque* Weſtmonaſterium *ſecum ducens, à quo quinquaginta millia marcarum recepit præ manibus, & pacto firmato de mille marcis ſingulis annis ad Scaccarium* Weſtmonaſterii *perſolvendis pro Inſula de* Angleſeia, *& pro parte* Snaudunæ, *vocalem Principem* **diligenter inſtructum,** *ad partes eaſdem redire permiſit; ſucceſſores ſuos* **Principatus nomine, ſententialiter ſemper privans,** *alias terras* Walliæ, *quas nuper adquiſierat, ſibi & ſucceſſoribus ſuis* Anglorum *Regibus reſervans.*

*Mat. Weſtm. Anno 1277. p. 365, 366.

The Kings Bayliff in *Vaſcoin* injuring the Archbiſhop of *Bourdeaux*, in ſeiſing the Goods of the Church during the vacancy, he thereupon ſent this Letter of complaint againſt him to King *Edward*, to right the Church, according to his Royal duty, proteſting his loyalty to him therein.

Bundela Literarum & Brevium in Turri London. An. 4 E. 1.

EXcellentiſſimo Principi Domino *Edwardo* Dei gratia illuſtriſſimo Regi *Angliæ, &c.* ——— miſeratione divina Archiepiſcopus *Burdegal.* ſalutem in eo in quo Reges regnant. Bonæ ac recolendæ memoriæ ſereniſſimus Rex *H.* Dominus noſter Pater veſter, nos inter ſuos domeſticos multâ prærogativâ præcipui amoris extollens, muneribus, gratiis, & beneficiis multipliciter honoravit ——— ——— dilectionis. Veſtra majeſtas Regia ſui gratia imitatrix circa promotionem noſtram dignata eſt adhibere aſſiduam opem & operam efficaces ——— minus ſolito ad præſens egemus, ut nobis ſemper aſſit in conſervatione Privilegiorum, Libertatum & Jurium ——— Eccleſiæ *Burdeg.* nobis commiſſæ, rejectis per vos novitatibus per Dominum *Luchaam de Thenays* Sen. veſtrum, & alios Ballivos veſtros in *Vaſconia* introductis, in noſtri & Eccleſiæ noſtræ *Burdeg.* præjudicium & gravamen: & nichilominus facta ſatisfactione congrua ratione bonorum Archiepiſcopalium (ſede *Burdeg.* vacante) ——— ſuper quo, ut ad componendum certam perſonam mitteremus, veſtra benigna clementia nobis ſcripſit. Quare veſtræ Regiæ Majeſtati quantas valemus grates, ad quas tam non ſufficimus, referentes humiles & devotas, ſupplicamus nullo ſupplicandi genere præteriviſſe, ——— per præſentes literas, quæ per dictum ſocium noſtrum Magiſtrum *Johannem Girardi* Canonicum Sancti *Severini Burdeg.* earum portitorum, quatinus eidem placeat, pro dictis bonis minus juſte perceptis, nobis & Eccleſiæ noſtræ *Burdeg.* condignam emendam facere; & indempnitati noſtræ & Eccleſiæ ſuper hiis & indebitis novitatibus per veſtros impoſitis ——— in poſterum more regio providere. **Non enim decet Majeſtatem Regiam, quod Dei et veſtri adjutorio nobis commiſſa** *Burdeg.* **Eccleſia temporibus noſtris patiatur,** *(maxime in ſuis libertatibus)* **aliquam læſionem.** Non attendentes ad verba aliqua iniquorum qui de nobis libenter vobis ſine cauſa ſiniſtra plurima nunciarent. Scientes & certitudine indubitata tenentes, **quod nos honorem veſtrum zelamus ex corde, et jura veſtra integra conſervare; et ad hæc et exaltationem veſtri nominis exponeremus ingenti veſtverio corpus et bona omnia quæ habemus.** Et ſuper hiis & aliis, quæ veſtræ Celſitudini Regiæ prædictus ſocius noſter oretenus explicabit, indubiè velitis, ſi placeat, tanquam nobis, quod vobis placuerit, nobis fiducialiter injungatis. Perſonam veſtram conſervet Dominus, *&c.*

How

How turbulent the Clergymen in *Vascony* and *Aquen* were this year, and how they slew the Mayor of *Aquen* who would have suppressed their tumult, this certificate to King *Edward* will inform us. *An.* 4 *E.* 1.

In eadem Bundela An. 4 E. 1. in Turri London.

IMmensæ Excellentiæ vestræ significat *Willielmus Remundi Deufrances* Civis *Aquensis*, quod cum in *Aquensi* Civitate **inter Clericos magna esset discordia**, Senescallus *Vasconiæ* sua propria voluntate statuit, **quod omnes laici essent sub incurremento corporum et bonorum, qui de dicta discordia se intromisserint:** Et cum quadam die Major *Aquensis*, **volens seperare brigam dictorum Clericorum fuerit interfectus**, & de ipsius morte in villa magnus fuerit rumor, & inter plures ad hujusmodi locum venientes, *Petrus du Frances* frater dicti *Willielmi Remundi*, tanquam ille cui mors dicti Majoris multum sibi specialius displicuit, accessit ad locum ubi ipsum mortuum fuisse, **non tamen ad intromittendum de briga prædicta Clericorum.** Post hæc autem dictus *Petrus* timens sibi occasione statuti prædicti, non occasione alterius accessus, se ab amicis suis absentavit, de cujus absentia dictus *Willielmus Remundi* & merito multum dolet. Quare vestræ piæ dominationi humiliter supplicat, quatinus à inclito Rege procurare dignemini, ut non obstante statúto prædicto dicto fratri suo miserando hujusmodi adventum remittat; cum dictus *Petrus* à nemine sit accusatus de hujusmodi eventu, & sit paratus juxta fores & consuetudines patriæ omnibus stare juri; & cum Inquisitio facta fuerit per Præpositum *Aquensem*, & per ipsam Inquisitionem dictus *Petrus* de superius narratis non fuerit accusatus nec inculpatus.

In the same bundle I met with this Certificate of the Bishop of *Durham* to King *Edward*, of the contest between the Priors and Covents of *Pontefract* and *Bretton* about the Election of the Prior of *Bretton*, and of the Popes definitive sentence given therein, committed to the Bishop of *Durham* to put in execution, and how he had executed it accordingly:

In eadem Bundela An. 4 E. 1. in Turri London.

EXcellentissimo Principi Domino suo, Domino *E.* Dei gratia illustri Regi *Anglie, &c. E.* ejusdem permissione Episcopus *Dunelmensis*, salutem, & prosperos ad vota successus, in eo per quem Reges regnant & Principes dominantur. Quia pium est veritati testimonium perhibere, vestræ Regiæ Majestati notum facimus per præsentes, quod olim inter Priorem & Conventum de *Pontefracto* ex parte una, & Priorem & Conventum de *Bretton* ex altera, **coram Summo Pontifice super jure eligendi Priorem in ipso Prioratu de** *Bretton*, **orta materia contentionis, tandem pro Monachis de** *Bretton* **diffinitiva sententia per Dominum Summum Pontificem fuit lata, in executionem** —— —— & *Dunelm.* Episcopis sub alternatione propriis nominibus non expressis existit demandata; cujus authoritate prædecessor noster per præfatum Priorem de *Pontefracto* & quasdam certas personas de ipso Conventu præmissis monitionibus **excommunicavit, eo quod parere mandatis Apostolicis contempserunt. In qua quidem sententia adhuc damnabiliter perseverant, nec ultra procedere poterat, eo quod dictus Prior de** *Pontefracto* **et complices sui fratrem** *Willielmum de Ryhale* **Procuratorem Prioratus de** *Bretton* **ceperunt, et ipsum extra regnum** *Angliæ* **transferentes, carceralt custodiæ maneiparunt;** qui à carcere liberatus, erga nos instanter insinuat, **quod prædecessori nostro per sedem Apostolicam fuerat demandatum, et ab eodem efficaciter inchoatum, ad finem perducere, ob reverentiam sedis Apostolicæ curaremus; præsertim, cum dignitati dicta executio demandata fuerat, non personæ. Nos vero mandatis Apostolicis reverenter obedire volentes in omnibus ut tenemur,** discretis viris Archidiacono *Ebor.* & Magistro *Alano de Essingwald*, divisim, mandavimus, **ut ipsi mandatum Apostolicum, et ea, quæ in ipso continebantur, diligenter exequerentur:** qui præfatum fratrem *Willielmum de Ryhale*, Procuratorem dicti Prioratus de *Bretton*, in possessionem domus de *Bretton* cum pertinentiis **authoritate Apostolica induxerunt, contradictores et rebelles excommunicationis sententia compescentes.** Et sic præfatus frater *Willielmus* **authoritate Apostolica dictam domum tenet et possidet, juxta tenorem sententiæ Domini Papæ et executionis ejusdem nobis plenius demandatæ; per quam quidem sententiam**

An. 4 *E.* 1. de proceſſu et (negotii prædicti) progreſſu vobis liquere poterit manifeſte. Valeat, *&c.* Dat. apud *Fenwyk* 13 Kal. *Julii*, Anno Domini 1276.

In the ſame Bundle I found this complaint of the Subprior and Covent of *Winchester* to the King, of the manifold injuries and oppreſſions done to them by the Biſhop, appealing to him for relief and juſtice therein, as their Founder, Patron, and Soveraign Judge.

An 4 E. 1. in Turri London.

EXcellentiſſimo Principici Domino *E.* Dei gratia illuſtri Regi *Angliæ*, Domino *Hibern. &c.* ſui humiles & devoti Supprior & Conventus *Wintonienſis* Eccleſiæ, devotarum orationum ſuffragia, cum omni reverentia & honore. Cum *Wintonienſis* Eccleſia, quæ progenitorum veſtrorum illuſtrium Regum *Angliæ* beatorum largitionibus habundanter fundata eſſe dinoſcitur, ac ſpeciali privilegiorum prærogativa extiterit inſignita, **adeo diebus iſtis crebris tunſionibus ac continuis calamitatibus depreſſa fuerit et collapſa, quod propter hoc ad veſtrum patrocinium recurrere cogitur, iterato ob ingruentiam miſertarum ſuarum et improbitatem Epiſcopi ſui plus debito in ipſam ſævientis, in tantum quod præſenti hebdomada, quæ omnibus Chriſticolis ob gratiam Sancti Spiritus celebris tam jure poſt quam fori libera debuit eſſe et quieta, in prædictam Eccleſiam non erubuit deſævire; ſtatum ejuſdem tam in temporalibus quam in ſpiritualibus turbando, et etiam in deterius ſubvertendo:** quod conſicitur ab ipſo Epiſcopo eſſe factum, quia ad veſtrum tutamen jamdudum pro ſuis oppreſſionibus ab ipſa Eccleſia eſt convolatum. **Quapropter, rogamus illuſtrem Magnificentiam veſtram lacrimis et gemitibus corde profluentibus, quod in hiis afflictionibus et oppreſſionibus intolerabilibus Eccleſiæ veſtræ ſubvenire dignetur Regia veſtra authoritas circumſpecta; et, ſi placet, quod concepiſtis liberaliter in affectu, reducere velitis ad effectum:** Valeat digniſſima Excellentia veſtra per tempora longiora. Datum in Capitulo noſtro *Winton.* die Sabbati in vigilia Sanctæ Trinitatis.

In the ſame Bundle, I found this Certificate of the Abbot of *Waltham*, appointed Conſervator by the Pope of the Priviledges of the Abbey and Monks of St. *Albans*, of his Excommunication in a ſummary way of certain perſons who had defamed the Abbot and Monks, in obedience to the Popes command, for which obedience he beſeecheth the King, that he would do nothing to the prejudice of the Churches Liberties, which he ought to defend, and that he might ſuffer no prejudice for his proceedings herein.

Bundela Literarum, &c. in Turri Lond. An. 4 E. 1.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, Domino *Edwardo* Dei gratia, &c. ſuus ſemper humilis & devotus *R.* proviſione divina, humilis Miniſter Eccleſiæ Sanctæ *Crucis* de *Waltham*, ſalutem in *Jeſu Chriſto*, ac potenter & glorioſè victoriam. Magnifice Domine, pro conſtanti ſciatis, ſi placet, **quod nos per Summum Pontificem Conſervatores Privilegiorum Religioſis viris Abbati et Conventui de Sancto *Albano* a ſede Apoſtolica indultorum, in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub pœna Excommunicationis ſumus deputati.** Quare dictos Religioſos ſecundum tenorem Privilegiorum ſuorum, **ne notam inobedientiæ, perjurii et irregularitatis incurrere (quod abſit) videamur, neceſſe habemus defendere et tueri.** Cum ergo *Johannes le Alemonger*, et *Robertus Colhopper* de Sancto *Albano* dictum Abbatem de Sancto *Albano* & plures de Conventu ejuſdem loci, **verbis probroſis et ſcandalis non modicis apud Bonos et graves enormiter et publice diffamarunt, et ſtatum eorundem perperam denigrarunt, ſecundum quod coram nobis ſummarie et legitime extitit probatum juris ordine obſervato:** licet ——— ſolempnitas et judicialis indago in talibus conſervationibus obſervare non eſt neceſſe, ſecundum quod ſanctorum Patrum voluntinſtituta & ſacroſanctæ edocent ſanctiones, **ſententiam Excommunicationis monitionibus canonicis præmiſſis fecimus fulminare.** Unde unus eorum, videlicet *Robertus Colhopper*, culpabilem ſe ſentiens in hac parte, reum ſe confitens, nuper cum lacrimis & humilitate veniam petiit, & ſecundum qualitatem et quantitatem ſui delicti dictis Religioſis plenariè ſatisfecit. In cujus rei teſtimonium cuidam Scripto per eundem *Robertum* confecto Sigillum ſuum appoſuit, & teſtibus ad hoc vocatis ad majorem iſtius rei evidentiam, Sigilla quatuor legalium

hominum

hominum apponi procuravit. Unde reverende & magnifice Domine, pro honore filii Dei, et sanctæ matris Ecclesiæ, (vobis supplico) contra obedientiam nobis injunctam aliquod præcipere non velitis, per quod jus Ecclesiasticum retardetur, et super inobedientiæ redargui possumus et merito puniri; quod pro certo scimus vos non velle; qui jura Ecclesiastica illæsa jugiter nitimini conservare, et statum omnium secundum merita eorum Regia clementia secundum tramitem Justitiæ intenditis salvare. Valeat, &c. *An.* 4 *E.* 1.

In the same Bundle I found this Letter of Mr. *Kilwardby* to the Chancellor on the behalf of *Helias* the Jew, who had excommunicated another Jew for several Crimes, who indeavoured that the Kings Lay Judges might hear, reverse and judge of that sentence of Excommunication, which he desired the Chancellor and King to prevent, and that the Bishop of the Diocesse only might do it, for the reasons therein expressed.

In Bundela Literarum, &c. Regis in Turri London. An. 4 E 1.

REverendo Patri Domino *Bathon.* suus *Kilewardeby*, quicquid sibi. Magister *Helias* Judæus, quem inter cæteros Judæos melioris inveni voluntatis, & magis faventem vobis, intimavit mihi, quidam Judæus, quem pro delictis suis multiplicibus excommunicabit, curiam Regiam nititur decipere, ut sic super Magistrum *Heliam* devolvat calmupniam, tanquam minus rite ipsum excommunicavit; ut sic a Laicis Christianis judicetur de excommunicatione. Magister *Helias* petiit sibi auxilium à me, si quid possem in hac parte. Ego autem nesciens ipsum in quo possim adjuvare, nisi interpellando Dominum nostrum Regem, supplico vobis ex animo, quatenus Dominum nostrum ex parte vestra & mea interpellare velitis, quatinus dictum Magistrum *Heliam* sententiam Excommunicationis, quam in suos subjectos tulerit, absque Christianorum examinatione permittat prosequi, ut solebat; vel si omnino voluerit quod Christiani causam excommunicationis a Magistro *Helia* latæ examinent, hoc ipsum Diocesano committat inquirendum. Audivi enim quod juste excommunicatus est ille *Cok Hagyn* a Magistro *Helia* pro criminibus falsitatis, deceptionis et nequitiæ multiplicis, pro quibus etiam Christianus rite excommunicaretur. Valeat, &c. Dat. apud *South Malling Ferr.* Scripsi vobis hæc, quia credo, quod fideliter agetis pro eo, & rogo Dominum Regem, quod velit audire in hac parte & exaudire.

By which we may discern how unwilling the Clergy were that the Kings temporal Judges or Laymen, should examine or judge of any Excommunications denounced against others by Jewes or Christians, that they alone might use and abuse it at their pleasure, to the injury and vexation both of Jews and Christians without redresse.

Page 177. l. 14. after *mand.* insert.] In the Bundles of Writs in the *White Tower* this year, I found these Writs, Attachments, *Prohibitions*, for Suits in Ecclesiastical Courts, both within and out of the Realm. *An.* 5 *E.* 1.

Thomas le Camvil & Elizabetha *uxor ejus*, (by the Kings Writ) constitute Hugonem de Drew, & Willielmum de Drew *Attornat. suos in loquela contra* Egidium *Officialem Archidiac.* Derby & Willielmum de Oterwell, qui attach. sunt, quare tenuerunt plac. in Curia Christianitatis, de Catal. &c. quæ non sunt de Testamento, &c. *et* Osbertum *Vicarium Eccleſiæ de* Merston, quare secutus est idem placitum contra Prohibitionem nostram. *T. ap.* Evesham, 21 *die* Jan.

Bundela Brevium in Turri London, An. 5 E. 1.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. dilectis et fidelibus suis Magistro *Regin. de Seyton* et sociis suis Justiciariis de Banco salutem. Cum dudum per nostras literas prohibuerimus *Beatrica* Reginæ *Aleman.* ne *Edmundum* Comitem *Cornubiæ* traheret in placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis aliquibus; et vos similiter ex parte nostra in plena Curia nostra id idem prohibueritis. Sed eadem Regina spretis nostra et vestra Prohibitionibus in hac parte, præfatum Comitem postea traxit in placitum, ut accepimus, super catallis et debitis in Curia Christianitatis, et Comitem memoratum extra regnum nostrum in causam trahi procurat, in nostri Juris præjudicium, et Regiæ dignitatis læsionem manifestam. Et ideo vobis mandamus, quod placitum Attachiamenti quod est coram vobis per

Ibidem.

An. 5 *E.* 1. breve noſtrum inter prædictum Comitem & Reginam memoratam taliter maturetis, ut dicta Regina iſtud placitum contra prædict. Comitem, vel alium conſimilem quod ulterius attemptare non præſumat. Teſte meipſo apud *Wodeſtoke*, 4 die *Septemb.* Anno regni noſtri quinto.

In eadem Bundela.

EDwardus Dei gratia, &c. Vic. *Suff.* ſalutem. Præcipimus tibi, quod non omittas propter Libertatem Sancti *Edmundi*, ſed diſtringas Magiſtrum *Robertum de Frillawe* Decanum de Arcubus *London.* per omnes terras et catalla ſua in Balliva tua, ita quod nec ipſe, nec aliquis per ipſum ad ea manum apponet, donec aliud à nobis inde habueris preceptum. Et quod de exitibus eorundem nobis reſpondeas Et quod habeas corpus ejus coram Juſtic. noſtris apud *Salop.* à die *Paſchæ* in 15. dies, ad reſpond. *Willielmo de Chervill*, de placito, quare tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio contra Prohibitionem noſtram, ut dicit. Et ad audiendum judicium ſuum de pluribus defaltis, &c. Teſte *R. de Seyton* apud *Salop.* 13 die *Novembris*, Anno regni noſtri quinto.

The like *Diſtringas* iſſued Vic. *Eſſex.* verſ. *Aliciam* fil. *Adæ de Thucker*, quare ſecuta eſt conſim. plac. in Curia Chriſtianitatis, contra Prohibitionem, &c. T. *R. de Seyton* apud *Weſtm.* 3 die *Decemb.* An. regni noſtri 5.

Plac. circa An. 5 E. 1. Leyc.

In a fragment of Plea Rolls of *Trinity* Term, Anno 5 E 1. as I conjecture, (the year and term being putrified.) *Præceptum fuit Vic. quod venire faceret hîc ad hunc diem duodecim, &c. de viſ. de* Frolleſworth, &c. *et qui nec* Alic. *quæ fuit uxor* Radulphi Danvers, *nec* Johannem de Campanya *Perſonam Eccleſiæ de* Thurleſton *aliqua affinitate*, &c. *ad recogn. &c. ſi prædictus* Johannes ſecutus fuit placitum in Curia Chriſtianitatis de Advocatione quartæ partis Eccleſiæ de Frolleſworth, contra Prohibitionem, &c. *ſicut prædicta* Alicia *dicit, vel non? ſicut prædictus* Johannes *dicit, quia tamen*, &c. *Et Vic. nichil inde fecit, ſed mandat, quod Breve adeo tardè venit, &c. Ideo ſicut prius, præceptum eſt Vicecom. quod venire faciat hîc à die Sancti* Michaelis *in quindecim dies, duodecim*, &c. *per quos*, &c. *& qui nec*, &c. *Quia tam*, &c. *Et unde*, &c.

In a Bundle of Writs in the *White Tower* this year, I found this memorable Letter of King *Edward* the 1. to his Chief Juſtice in *Ireland*, in anſwer to his, conſenting to the aboliſhing of the deteſtable and unjuſt *Iriſh* Lawes there, and eſtabliſhing the *Engliſh* Lawes, by adviſe of the beſt and major part of the Nobility, Prelates and Commonalty of *Ireland*, for which they profered to give the King 8000 Marks for his Royal aſſent thereto, who ordered the Chief Juſtice to ſcrue them up to a greater ſum, and alſo to furniſh him with a certain number of able Souldiers, for this his conceſſion.

Bundela Literarum & Brevium An. 5 E. 1. in Turri London.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto & fideli ſuo *Roberto de Ufford*, Juſticiario ſuo *Hiberniæ*, ſalutem. Super melioratione ſtatus & pacis in terra noſtra *Hiberniæ*, de qua per veſtras literas nobis nuper ſignificaſtis, lætamur & gaudemus quamplurimum; & diligentiam veſtram valdè commendantes in hac parte, ſperamus (ope Dei) quod ea quæ ibidem laudabiliter hactenus inchoaſtis, quantum in vobis eſt, fœlicius et virilius continuabitis in futurum. Cæterum de eo, quod Communitas *Hyberniæ* octo millia marcarum nobis offert pro hoc, quod eis Leges *Anglicanas* in terra prædicta utendas concedamus, ſcire vos volumus, quod nos, pro eo quod Leges quibus utuntur *Hybernici*, Deo deteſtabiles exiſtunt, et omni juri diſſonant, adeo quod Leges cenſeri non debeant; habito ſuper hoc cum Concilio noſtro tractatu diligenti & deliberatione pleniori, nobis et Concilio noſtro ſatis videtur expediens, eiſdem utendas concedere Leges *Anglicanas*. Dum tamen in hoc populi, vel ſaltem Prælatorum et Magnatum terræ illius qui bonæ voluntatis exiſtunt, communis conſenſus uniformiter intercurrat. Quapropter vobis mandamus, quod, habito cum ipſis inde tractatu, et examinatis diligenter in hac parte voluntatibus Populi, Prælatorum, et Magnatum bonæ voluntatis exiſtentium, et concordato inter vos et ipſos de altiori fine pecuniæ ad quem attingere poteritis, nobis ea de cauſa perſolvendæ

vendæ de conſenſu omnium vel ſaltem maſoꝛis et ſanioꝛis partis eoꝛundem, pꝛout induſtꝛiæ veſtꝛæ ad honoꝛem noſtrum et commodum magis expedire videbitur, ſuper pꝛæmiſſis nomine noſtro componatis cum eiſdem. Ita tamen, quod homines pedites bonos et foꝛtes uſque ad certum numerum, de quo cum ipſis conbentre poteritis, nobis una vice tantum habere faciant, paratos ad nos venire, cum pꝛo eis duxerimus demandandum. *Ann.* 5 & 6 Edw. 1.

The King intending to ſend Mr. *Andrew Sapit* his Proctor, formerly employed by his Father and him, to the Court of *Rome* about the Affairs of the Realm, iſſued this Writ to the Chancellor, to advance ſuch a ſumm of Money to him for this employment before his departure out of the Realm as ſhould be for his honour, and to adviſe with his Treaſurer and others concerning it; which ſumm upon their Certificate ſhould be delivered.

EDWARD par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirlaund*, et Ducs *Daquit*. A l'onerable piere en Dieu, *J.* par la meſme grace Eveſqe de *Winceſtre* noſtre Chauncelier, ſalutz. Nous avoms reſceu et bien entenduz les lettres queles vous nous avez envoiez, per les queles vous nous avez eſcrit coment Meſtre *Andreu Sapit* noſtre Procreour en la Court le *Rome*, et qi ſe ad bien et loialment portes tant en le ſervice veſtre tres-Seigneur et piere, qe Dieux aſſoill, come en le noſtre evanceant noz buſoignes, et les buſoignes de noſtre Roialme eſt aler procheinement vers les partyes de la dite Court, et qil ſerroit noſtre honeur, quil feuſt regardez per nous d'aume ſome covenable pur la ſuſtenaunce, avaunt ſon depertir du noſtre dit Roialme. Si vous feſoms a ſaver, qe il nous pleſt, qe il ſoit regardez covenablement et ſolonc veſtre diſcretion; et vous mandoms qe appellez a vous ceux qe vous veres, qe ſoient a ſe appeller ordeniez outre; et qe vou ſemble qe nous lui purroms deneir et honour de nous qant ore. Et de la ſome qeſt iſſint acordez per vous, et les autres facez briefs ſous noſtre Grant Seal as Treſorier et Chamberliens de noſtre Eſch. du lui ent faire le paiment. Significantz a nous pur voz lettres la ſome qe nous lui avoms iſſint donez, e vous ent farroms aver garant ſouz noſtre Privie Seal, a *Clarynden* le 29 jour de *Nov.* lan de noſtre regne 5. Anno 5. E. 1. in Turri Loud.

Page 201. l. 16. after *of them*, adde] In the Bundle of Original Writs and Retorns in the *White Tower Chappel*, Anno 6 E. 1. I diſcovered theſe ſeven Writs of *Prohibition*, to prohibit the holding and proſecuting Suits in Courts Chriſtian for Chattles and Debts, not of Teſtament or Matrimony, which I ſhall abbreviate. *Rex Vic.* Midd. Robertus de Wauden & Willielmus de Wauden, *verſ.* Richardum *Abbatem* Weſtm. & *Fratrem* Richardum *Archidiac.* Weſtm. **quare ſecuti ſunt plac. in Curia Chriſtianitatis de bonis et catallis, quæ non ſunt, &c. contra Prohibitionem noſtram.** *T. R. apud* Turrim London. 6 *die* Jan. *An. r. n. ſexto. Vic.* Bucks. *quod capias* Nicholaum de Beceſdene *Officialem Archidiac.* Bucks. & *eum ſalvo cuſtodias, & habeas corpus ejus coram Juſticiariis noſtris, &c. ad reſpondend.* Roberto de Corne & Sibillæ *uxori ejus*, **quare tenuit** (conſimile) **plac. in Curia Chriſtianitatis, &c.** *T.* Rad. Seyton *apud* Weſtm. 19 *die* Jan. *Vic.* London. Robertus de Colothont *verſ.* Gregorium de Karewent *Decanum de Arcubus* London. **quare tenuit**; & *verſ.* Johannem de Rughate *Capellanum*, **quare ſecutus eſt** (conſimile) **placitum.** *T. R. apud* Turrim London. 24 *die* Febr. *Vic.* Hereford. Margareta Pagun *verſ. Priorem de* Korſewell, **quare ſecutus eſt** (conſimile) **placitum.** *T. R. apud* Lennymton 26 *die* Marcii. *Vic.* London. Johannes de Onefeld, & Johanna *quæ fuit uxor* Johannis le Bret, *verſ. Magiſtr.* Gregorium de Karewent *Decanum de Arcubus* London. **quare tenuit**; & *verſ.* Willielmum May, **quare ſecutus eſt** (conſimile) **placitum.** *T. R. apud* Cavel. 10 *die* April. *Vic.* Linc. *quod ponat per ſalvos plegios, &c.* R. *Epiſcopum* Linc. *quod habeat Magiſtr.* Henricum Neuwerk *Clericum ſuum, ad reſpondend.* Johanni *fil.* Nicholai, **quare ſecutus eſt** (conſimile) **placitum.** *T.* R. de Seyton *apud* Weſtm. 24 *die* Maii. *Quod diſtringat* Johannem de Blanknay *per omnes terras, &c. quare ipſe ſimul cum* Willielmo *filio ejus* **ſecutus eſt** (conſimile) **placitum.** *T.* T. de Weyland *apud* Weſtm. 15 *die* Novembr. *An. r. n. ſexto.* *An.* 6 E. 1. Bundela Brevium in Turri Lond. An. 6, E. 1.

An. 6 *E.* 1. Page 223. l. 4. after *Priviledges*, inſert] In a Bundle of Writs, Letters and Privy Seals I diſcovered in the *White Tower Chappel*, Anno 6 E. 1. (ſeven years before the Statute of *Weſtminſter* 2. ch. 5.) I found theſe two memorable Writs, aſſerting, Firſt, That by the Law and Cuſtom of the Realm in that age, no *lapſe* incurred againſt Patrons of Churches after Incumbents deaths, untill after ſix months from the day they had notice thereof, and not from the very day of their deaths. 2ly. That the ſix months, or half year, was to be computed by *ſix Kalendar months*, not 28. dayes to the month, as the Canons and Prelates would interpret it. 3ly. That the Biſhops refuſal to admit a Clerk upon a Judgement given in the Kings Court for the Patron, upon a pretence of a *lapſe* by the Canon Law, was againſt the Law and Cuſtom of the Realm, yea a manifeſt prejudice to, and contempt againſt the Kings Crown and Dignity. 4ly. That Archbiſhops ought to be moſt zealous ſupporters, not underminers and contemners of the Laws and Cuſtoms of the Realm, and the Kings Royal Dignity.

Brevia Regis An. 6 E 1. in Turri Lond.

Edwardus Dei gratia Rex, *&c.* venerabili in Chriſto patri *W.* eadem gratia *Ebor.* Archiepiſcopo *Angliæ* Primati, ſalutem. Literas veſtras nuper recepimus, continentes, quod voluntati brevis noſtri de judicio, vobis pro Comitiſſa *Albemarl.* directi, ſuper Advocatione Eccleſiæ de *Briggeham* veſtræ juriſdictionis, adquieſcere non poteſtis juxta jura, eo quod antequam ad vos prædictum breve perveniſſet, Commiſſarius generalis Archidiaconi *Richemund.* (infra cujus Archidiaconatum Eccleſia exiſtit antedicta) intelligens, **tempus conferendi prædicto Archidiacono Domino ſuo, tanquam loci Ordinario, eſſe authoritate Concilii devolutum, prædictam Eccleſiam Magiſtro** *Rogero de Merton* **contulit vice ſua**; ob quod præſentatum prædictæ Comitiſſæ (præfato *Rogero*, qui eſt memoratam Eccleſiam taliter aſſecutus, judicialiter non amoto, ut videtur) **admittere non poteſtis nec debetis.** Quibus intellectis, **et habito ſuper hoc cum** * **Conſilio tractatu, perpendimus evidenter, prædictum Commiſſarium ad collationem ipſius Eccleſiæ contra juſtitiam et officii ſui debitum procediſſe, et vos, prædictos Archidiaconum et Commiſſarium executionem Judicii prædicti indebite deferre et impedire; maxime, cum prædicta Comitiſſa, dictæ Eccleſiæ Patrona, quam citius Eccleſiam illam vacare credebat, Clericum ſuum vobis præſentaſſet ad eandem, et infra tempus ſemeſtre a die notitiæ ſuæ vacationis ejuſdem Eccleſiæ præſentationem ſuam ad ipſam Eccleſiam in Curia noſtra per conſiderationem ejuſdem Curiæ recuperaſſet**; cum inſuper eidem Comitiſſæ per vos aut prædictum Archidiaconum vel Commiſſarium **de vacatione prædicta nuſquam aliquid denuntiatum fuiſſet, licet ad vos vel ad ipſos priuſquam ad ipſam Comitiſſam inde certitudo perveniſſet: propter quod eidem Comitiſſæ tempus in hac parte labi, ſeu prædicto Archidiacono, vel ejus Commiſſario, jus Eccleſiam illam taliter conferendi non potuit devolvi.** Unde, cum Eccleſia prædicta per vos & veſtros ſubditos ſic incumbretur, & executio judicii prædicti per vos & ipſos contra legem et conſuetudinem regni, in Regiæ dignitatis noſtræ præjudicium et contemptum manifeſtum taliter inferatur et impediatur, de quo miramur quamplurimum, præſertim cum vos juſtitiæ noſtræ, et eorum maxime quæ ad Coronam et Dignitatem noſtram pertinent, zelatores præcipuos reputemus; et, ut ſatis noſtis, quod ad juditia in Curia noſtra ſecundum legem et conſuetudinem Regni noſtri prædicti fruſtra procederetur, niſi eorundem in ſuo caſu debite fierent executores; Vobis conſulendo mandamus, quod cum præmiſſa manifeſta ſunt & notoria, Eccleſiam prædictam (prout ad hoc tenemini) deincumbrari, et ea, quæ ſuper præmiſſis (juſtitiæ vel juris ordine non obſervato) per vos et ſubditos veſtros prædictos ſunt attemptata, corrigi, et executionem judicii prædicti ſine dilationis incommodo (judicio fori veſtri non expectato, cum id ad vos non pertinet in hac parte) fieri faciatis, juxta tenorem Brevis noſtri de judicio ſuprædicto, quod inde recepiſtis.

* Therefore this was the Reſolution both of the King and his Council upon mature advice.

Ibidem. Cum *Robertus de T.* nuper per quandam Aſſiſam ultimæ Præſentationis, quam per Breve noſtrum arram. verſus *C.* de Eccleſia de *B.* vacante, & ad ſuam præſentationem ſpectante, ut dicebat, advocationem illius Eccleſiæ diſrationaverit in Curia noſtra, & per Breve noſtrum de Judicio demum vobis obtinuerit demandari, quod ad præſentationem ſuam idoneam perſonam admitteretis ad Eccleſiam ſupradictam; Vos, (ut accepimus) **lapſis et computatis ſingulis diebus a morte Rectoris**

Rectoris Ecclesiæ illius, usque ad numerum octies viginti et octo dierum continue sequentium, quæ sex menses facere videntur; asserentes, collationem prædictæ Ecclesiæ, authoritate Concilii, ratione lapsus hujusmodi semestris temporis, ad vos ea vice legitime fuisse devolutum, idoneam personam ad mandatum nostrum prædictum et ad præsentationem prædicti *R.* admittere distulistis ad eandem; in ejusdem *R.* præjudicium et exhæredationem manifestam. Nos igitur quia in vacationibus Ecclesiarum secundum legem et consuetudinem hactenus obtentam et usitatam in regno nostro, hujusmodi tempus semestre computari debet, non a die mortis Rectoris, sed a die scientiæ Patroni usque ad sex menses completos, non juxta numerum dierum singulorum, sed juxta numerum sex mensium, qui menses in Kalendario computantur, eundem *R.* præsentatione sua ad Ecclesiam illam indebite defraudari nolentes; Vobis mandamus, sicut alias mandavimus, quod ad præsentationem prædicti *R.* idoneam personam admittere non differatis ad Ecclesiam supradictam. Teste, &c. *An.* 6 E. 1.

These memorable Writs, most excellently explain the *tempus semestre* in the * *Statute of Westminster* 2. ch. 5. (made 7. years after them) justifie the concurrent resolution in *Catesbyes* Case, *Cookes* 6 Report, f. 62. Yea fully refute the common error of later times, that in cases of Vacancy by death, the 6 moneths shall be computed from the day of the *Incumbents* death, not from the day of the Patrons first Notice thereof; which the Writ out of Justice *Walmesleyes* Book in the reign of King *Edward* the 2d. recited in *Catesbyes* Case, (concurring with these here cited) doth likewise refell. * See here, p. 332, 333, 334.

In a Bundle of Petitions to the King, which I rescued from rubbish in the *White Tower*, I found this Petition of the Dean of *Norwich* against the Constable of the Castle there, for prohibiting him to exercise his Jurisdiction in cases of adultery and fornication within the fee of the Castle, which his predecessors exercised, and the Constables had in time of warre usurped to themselves, to the prejudice of the Churches Jurisdiction, and mens souls.

HEnricus Sampson Decanus *Norwicen.* dicit & proponit, quod Decani dictæ Civitatis plenam habebant Jurisdictionem Ecclesiasticam in feodo Castri *Norwici*, usque ad tempus guerræ Dominus *Philippus Marmyun* Constabularius Castri *Norwici* illam Jurisdictionem tempore guerræ occupabit, et fecit correctiones in Castro prædicto de adulteriis et fornicationibus, et certis criminibus. Vic. postea dixerunt, quod Dominus Rex est in possessione Jurisdictionis, nec permittunt Decanum debitas facere correctiones et adulterii et fornicarii de Civitate, quando impetuntur in feodo Castri immunitatem consecuntur; in suarum periculum animarum, et Ecclesiasticæ libertatis præjudicium: Unde petit remedium. Bundela Petitionum An. 6 E 1. in Turri London.

In the same Bundle I met with this Complaint to the King by *Hugh Derby* Clerk, against the Bishop of *Imalac* in *Ireland*, for casting the Kings Letters in contempt to the ground, which he delivered him, to exempt himself from his personal residence in the said Church; vexing, oppressing, and injuring them the more for the Kings Letters; before whom he prayed he might be summoned personally to appear, to answer these contempts.

EXponit Excellentiæ vestræ *Hugo de Derby* Capellanus Domini *A. Beks* Rector Ecclesiæ de *Nartherlath Imalacen.* Dioc. Quod cum vos literas vestras deprecatorias ad Episcopum *Imalacen.* pluries mandaveritis, quod dictum Rectorem ob reverentiam vestri recommendatum haberet, nec ipsum ad residentiam compelleret in eadem Ecclesia faciendam, in qua perpetuum Vicarium habet Rector prædictus; Idem Episcopus literas vestras sibi nomine dicti Rectoris præsentatas projecit in terram; et dixit, quod propter prædictas literas pejora et gravioza sibi irrogaret, et faceret irrogare; et multa alia sinistra in contemptum vestri protulit manifestum. Et hiis non contentus, quendam Capellanum qui de quadam Capella a prædicta Ecclesia dependente auctoritate ordinaria amotus fuerat (justitia mediante) ad eandem Capellam intrusit, in prædicti Rectoris præjudicium et gravamen. Unde supplicat, ut super hoc sibi dignemini competens remedium adhibere, faciendo (si placet) Bundela Petitionum An. 6 E 1. in Turri London.

An. 6 E. 1. placet) dictum Epiſcopum coram vobis perſonaliter evocari, ſuper prædictis vobis ſufficienter reſponſur. maxime, cum prædictus Epiſcopus mandata veſtra contemnat, & dictus Rector paratum ſe offerat probare prædicta.

The King upon the Archbiſhop of *Ardmaths* Petition, iſſued theſe Writs to the Chief Juſtice of *Ireland*, to aſſign him Juſtices for the delivery and recovery of the rights of his Church, nōt to grieve him with amerciaments, and to do him ſpeedy Juſtice from month to month.

Bundela Petitiouum, An. 6 E 1.

JUſtic. *Hiberniæ* ſalutem. Quia vobis injunximus, ut cum venerabilis pater Archiepiſcopus *Ardmath. Yberniæ* Primas, **Jura Eccleſiæ ſuæ prosequi aut defendere vellet, certos ſibi Juſticiarios aſſignaretis:** Vobis mandamus firmiter injungentes, quatinus cum idem Archiepiſcopus, quem cum gratia et favore in ſuis agendis fovere deſideramus, coram vobis vel dictis Juſticiariis ſibi aſſignand. s **amerciari contigerit,** ita ſibi ſitis propitii, **quod in exactione amerciamentorum nullatenus ſe ſentiat gravatum;** & quæ ab eo fuerint exigenda & accipienda, quouſq; à nobis ſpeciale receperitis mandatum, **nullatenus exigi permittatis,** &c. Et hoc idem Juſticiariis veſtris Itinerantibus necnon & ſibi aſſignand. præcipiatis. Dat. &c.

E. Illuſtr. Reg. *Angliæ* Primogen. Juſticiario ſuo *Hiberniæ*, vel ejus locum tenenti, ſalutem. Venerabilem patrem Archiepiſcopum *Ardmath. Hiberniæ* Primatem, pro noſtris viribus volentes à gravaminibus præſervare, et Eccleſiæ *Ardmath.* **patrimonii et terrarum alienationem ſatis (ut aſſeritur) injuſtæ miſeriæ lacrimabili compatientes;** Vobis mandamus firmiter injungentes, quatenus cum eundem Archiepiſcopum ſuo aut Eccleſiæ ſuæ nomine experire ſeu agere aut defendere contigerit, utiles ac neceſſarios ſibi Juſticiarios ac Judices aſſignetis, aſſignand. ſibi Juſticiariis dantes in mandatis nihilominus, ut celerem eidem Archiepiſcopo *Ardmath.* juſtitiam ſcilicet de menſe in menſem faciant, cum gratia & favore, providentes, quod in *Drocheda* vel alias loco competenti ſibi infra limites ſuæ provinciæ occaſione contentionis ortæ ipſum & Archiepiſcopum *Dublinenſem* et *Caſſalen.* Juſticiarios hujuſmodi ſibi aſſignetis. Valete. Dat. &c.

The particular Petitions of the Archbiſhop of *Ardmath* to the King on the behalf of his Church (in the ſame Bundle) were theſe enſuing.

In eadem Bundela Petit. in Turri London, An. 6 E. 1.

LIcet Eccleſia *Ardmath.* inter omnes Eccleſias *Hiberniæ* in rebus & poſſeſſionibus ac libertatibus, antiquis temporibus magis fuerit abundans; **modo tamen per oppreſſiones malorum, ac per imperitiam quorundam Archiepiſcoporum ad tantam devenit paupertatem, quod qui pro tempore fuerit, verecundetur Archiepiſcopus nuncupari;** propter quod etſi placitum detentoribus terrarum dictæ Eccleſiæ movere vellemus, timore tamen amerciamentorum Curiæ veſtræ hoc facere non audemus. Unde ſupplicamus Excellentiæ veſtræ, quatinus ſi contingat nos alios implacitare, vel ab aliis implacitari, & ſubcubuerimus, vel aliquo modo defaltam fecerimus, quod veſtra Dominatio certum amerciamentum nunc velit ſtatuere, ultra quod Juſticiarii veſtri à nobis nil exigere audeant; vel ſaltem eis mandetur, quod à nobis nil exigant, quouſque a vobis aliud receperint in mandatis, **Cum facultates Eccleſiæ noſtræ in terra pacis vix ad Centum libras ſe extendant.** Forma vero gratiæ quam feciſtis Prædeceſſori noſtro hic pendet.

Item, **cum quædam partes ſint *Hyberniæ*, ad quas niſi Crucem noſtram bajularemus, ſine præjudicio Juris Primatiæ Eccleſiæ *Ardmachanæ* accedere nullatenus poſſemus;** qua de cauſa nullus prædeceſſorum noſtrorum ad illas partes uſque ad hæc tempora aliquo modo perſonaliter acceſſit; Veſtræ Dominationi ſupplicamus, quatenus mandetur Juſticiariis veſtris, quod non plus ad talia loca vocentur, quam vocaverunt prædeceſſores noſtros; Sed ad ea quæ ſine præjudicio dictæ Eccleſiæ accedere valemus in quibuſcunque negotiis ſeu cauſis perſonaliter velint vocare. Et ſciat Excellentia veſtra (Domine Rex) quod ad quemcunque locum minor nuntius Juſtitiariorum veſtrorum nos ad commodum & honorem veſtrum vocaverit, **dum tamen ſine præjudicio perpetuo Eccleſiæ noſtræ poſſimus accedere, libenter accedemus.** Forma vero gratiæ quam feciſtis prædeceſſori noſtro circa hoc

hic

hic pendet, quam gratiam nos similiter petimus nobis fieri (si placet) ad voluntatem Regis. *An.* 6 *E.* I.

Item, cum ante introitum *Anglicorum* in *Hyberniam*, Ecclesia *Ardmath* fuerit in possessione recipiendi Temporalia tempore vacationis omnium Episcopatuum Provinciæ *Ardmath*; & licet processu temporis per incuriam & negligentiam quorundam Archiepiscoporum, **ballivi vestri possessionem temporalium quorundam Episcopatuum sic vacantium, in præjudicium Ecclesiæ nostræ sint ingressi; adhuc tamen Ecclesia nostra** *Ardmath.* **est in possessione Temporalium quorundam Episcopatuum vacantium,** in quorum possessione fuit dicta Ecclesia non solum ante ingressum *Anglicorum*, set post ingressum ipsorum usque in hunc diem. Quare Excellentiæ vestræ supplicamus, **quatenus mandetur Justiciariis vestris**, ne nos seu Ecclesiam nostram saltim super possessione nostra in prædictis Ecclesiis, in quarum possessione fuerunt hactenus Prædecessores nostri, & hodiè sumus, molestent. Et sciatis, Domine reverende, quod nos peteremus possessionem nostram nobis reformari Ecclesiarum, videlicet **quas nunc tempore vacationis quo ad temporalia possidetis**, si speraremus apud Excellentiam vestram exaudiri. *R.* Quod Justic. se ad. *&c.*

Item, cum Thesaurarius vester in *Hybernia* petat quædam amerciamenta à nobis quæ tempore trium Archiepiscoporum prædecessorum nostrorum nunquam fuerunt petita, nec ipsis viventibus (prout intellexerimus) extiterant taxata. Excellentiæ vestræ supplicamus, quatinus mandetur Justiciario vestro vel ejus locum tenenti, quod à talium amerciamentorum exactione desistat: vel saltim Dominatio vestra de gratia speciali nobis dicta amerciamenta velit remittere. *R.* Scribatur Justic. &c. Rex perdonat ei ea que non fuerunt taxata [super stitibus prædecessoribus suis, ita quod ea quæ tax. *&c.*

Item, cum Ecclesia nostra *Ardmath* ab antiquis temporibus fuerit in possessione cujusdam Libertatis in tenemento de Carmunfechi. quod dicitur *Wreck*; ac nunc Ballivi vestri, licet raro talis casus contingat, se intromittant: Excellentiæ vestræ supplicamus, quatinus mandetur Justiciariis vestris, quod inquirant, si aliquis prædecessorum nostrorum antiquitus habuit dictam Libertatem quæ dicitur *Wreck*; & si invenerint aliquem prædecessorum nostrorum ipsam habuisse, nos permittant eadem libertate pacificè gaudere. *R.* Ostendit Jus coram Justic. *Hyberniæ*, & —— Regem.

Item, cum nos quoddam Manerium in medio perversæ gentis situm à quodam Milite ad opus Ecclesiæ nostræ de novo emerimus, ac ibidem Castrum quoddam ad resistendum malitiæ ejusdem gentis satis forte constituerimus, ratione cujus emptionis pax & concordia in tota marchia illa melius observatur; de quo manerio, licet nil valeret dicto Militi, tamen servitium et sectam Comitatui vestro facere tenebatur. Cum adhuc dictum manerium ad eadem teneatur; Vos rogamus quatenus dictam sectam Comitatus cum servitio de gratia vestra speciali nobis & Ecclesiæ nostræ velitis. *R.* Rex non potest relaxare, quia de Corona.

Quia universa placita de Catallis seu debitis, quæ Testamentum vel Matrimonium non contingunt et * Regia dignitate Curiæ Regiæ relinquuntur audienda et terminanda: eo prætextu placita de Debitis seu Catallis Matrimonium seu Testamentum contingentia, Rex et Princeps filius Ecclesiæ Christianissimus et fidelis Curiæ Christianitatis dimittere debet, Ecclesiæ libertatem illæsam conservando, ut tenetur. Cum igitur Parochianus noster *Philippus Marmiun* de quibusdam debitis et catallis quæ sunt de matrimonio coram Baronibus de Scaccario ad instantiam Domini *Willielmi de Mortein* trahitur in placitum hiis diebus; petimus, quod Rex eisdem Baronibus rescribat; quod si ita esse inbenerint, tunc de placito illo se non intromittant, set ad Curiam Christianitatis dimittant; vel saltem quod dictum placitum coram ipso Rege poni faciant; ut de consilio suo, quid inde fieri debeat, statuatur. To which no answer was given by the King. * *Nota.*

William Archbishop of *Rhoan* returning very weary and poor from the Church of *Rome*, where he had spent much money for his confirmation and consecration, and being loth to crosse the Seas to come personally to King *Edward* to make his Oath of Fealty to him, addressed his own Letters to him, with some other great persons, to receive his Homage by a Proctor, or to send one to receive it at *Rhoan*,

and

An. 6 *E.* 1. and to do it afterwards in perſon, when ever the King ſhould arive in *France*, that ſo he might receive his Temporalties; as theſe following Letters, which I found in a Bundle of Epiſtles and Writs in the *White Tower* inform us.

Bundelæ Brevium & Epiſtolarum in Turri London An. 6 E 1.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, *Edwardo* Dei gratia illuſtri *Angliæ* Regi, *Guliel-mus* miſeratione divina *Rothomagenſis* Archiepiſcopus, ſalutem, &c. Quia gyrat animus in diverſa ſuppoſitus eodem tempore curis diverſorum neceſſariorum, fere æqualium, pro quorum uno corporis & rerum ſubjicitur periculo, pro alio autem rerum timet periculum & ſuperioris offenſam, ſciens, quod dum ad utrumque feſtinat, neutrum benè peragit, viam ſic hæſitanti oportet eligere tutiorem. Ideoque nos qui corporis et rerum timemus periculum, ſi pro faciendo Juramento fidelitatis Magnitudini veſtræ de terra quam a vobis tenemus, in *Angliam* nos oporteat transfretare, cum de novo a Curia *Romana* ad Archiepiſcopatum noſtrum venerimus ſatis leſſi, vias itinerandi difficiles et abruptas, et jura ac negotia noſtræ Diœceſis multum invenerimus intricata, ſicut plerunque in illis accidit, qui de novo curam conſimilem amplectuntur: Undè ſine magno diſpendio, modo ad veſtram Magnitudinem accedere non valemus, pro dicto Juramento fidelitatis debite faciendo; præcipuè cum illuſtris *Franciæ* Rex ſit ad præſens in *Normanniæ* partibus; cum quo, novitatis hoc tempore, ſuper terris noſtriſque juribus, vacante noſtra *Rothomagenſi* Eccleſiâ indebitè occupatis tractare, & ipſius implorare ſubſidium nobis oportunum habemus. Mare etiam complexioni noſtræ contrarium, & ipſius abhorremus inundationes inſolitas, et periculum, quod patet in *Fannis*, cum à modo difficultatem & periculum exhibeat transfretanti. Quapropter manſuetudini Regiæ cauſam & audaciam ſumpſimus ſupplicandi, quatinus dictum juramentum fidelitatis, ad quod vobis tenemur ex debito, de ſpecialis benignitatis veſtræ gratia, et conſueti favoris intuitu, dignemini per Procuratores noſtros recipere, ad hoc ſpecialiter deſtinatos: Scituri certiſſime, quod quam cito mare *Anglicanum* vos transfretare contigerit ad quaſcunque partes *Franciæ* ſive *Gaſcoigne*, et auditis de tranſitu veſtro rumoribus, in inſtanti vobis obviam veniemus, dictum fidelitatis juramentum, et alia, quæ regni *Angliæ* conſuetudo ejuſdemque terræ qualitas exigit et conditio præſtaturi. Inſuper Magnitudinis veſtræ apertas recognitionis noſtræ tranſmittimus literas, per quas innoteſcimus, quod per factam nobis gratiam vobis veſtriſque ſucceſſoribus nullum præjudicium volumus generari; nec nobis et ſucceſſoribus noſtris quicquam præbere ſubſidium, quo minus teneamur ut ante præſtare ſuper fidelitate prædicta perſonaliter juramentum. Quæ tandem ſi ſic fieri Dominationi veſtræ non placeant, iterum Regiæ Celſitudini ſupplicamus cordis affectione qua poſſumus ampliori, quatinus unum de veſtris, Clericum aut Laicum in *Normanniam* aut in *Franciam*, ubi vobis citra mare placuerit, Regia Celſitudo tranſmittat, ad recipiendum a nobis, pro vobis et nomine veſtro, fidelitatis debitæ juramentum. Tantum de prædictis, obtentu noſtrorum precaminum facientes, ſi placet, quod in exauditione evidentis excuſationis noſtræ prædictæ, nobis & arduis noſtris neceſſitatibus, videamini conſuetæ benignitatis veſtræ gratia compati, & ut per hoc in poſterum ad effundendas orationes pro vobis Altiſſimo, & ad alia gratiarum obſequia teneamur. Valeat, &c. Dat. Anno Domini 1278. die *Mercurii* in feſto beati *Barth.* Apoſtoli.

In eadem Bundela, An. 6 E. 1.

SEreniſſimo Principi, Domino in Chriſto chariſſimo *E.* Dei gratia illuſtri Regi *Angliæ*, *Matth.* miſeratione divina Eccleſiæ beati *Dionyſii* in *Franc.* Abbas humilis, ſalutem, &c. Quia multis afflictus moleſtiis, multis propulſatus injuriis, multiſque attenuatus curis, laboribus, et expenſis, venerandus & chariſſimus nobis pater in Chriſto *G.* Dei gratia Archiepiſcopus *Rothomagenſis*, ſub corporalis debilitatis imperio, a Curia noviter *Romana* reverſus, non ſine incommodo magno ad præſentiam Celſitudinis veſtræ, pro juramento fidelitatis, prout moris eſt, vobis præſtando, perſonaliter accedere poſſet; maxime, cum procelloſas æquoris undas abhorreat in immenſum, ipſumque mare eidem ſuis minetur inſultibus; Excellentiam veſtram rogamus, quatinus compatientes eidem, et ergà ipſum benignitatis Regiæ prætendentes affectum, per procuratorem quem ad vos deſtinet ydoneum, vel coram Procuratore aliquo à vobis ad dictum Archiepiſcopum ad ejuſdem expenſas proprias deſtinando, cui nomine veſtra fidelitatem juret prædictam,

tam,

tam, ſuramentum velitis recipere ſupradictum; quouſque ad *Vaſconiæ* partes vel *An. 6 E. 1.*
Franciæ accedere vos contingat, quia tunc commodius ſe veſtro conſpectui præſentabit, dictum Juramentum perſonaliter ſubiturus. Valeat, &c. Dat. *Rothomag.* die Veneris poſt Aſſumptionem beatæ *Mariæ* Virginis.

A Treſhaut et treſnoble Prince, ſon treſchier et treſame Couſin *E.* par la grace de Dieu Roy de *Angleterre*, *Johanne* Conteſſe *D'alencon*, & de *Chartres*, ſalut, et veraie amour et lui aparailliee a ſa volente et a ſon pleiſir. Sire come honeurable Pere en Jeſu Criſt, *Guill.* par la grace de Dieu Arceveſqe de *Roen* noſtre eſpeciel ami vous daie feire homage, et il redoute mout la mer, et meeſmement pur ce quil eſt moul grevez et travailliez du lous voyage, que il a fet par lonc tens, et a *Rome* et a ailleurs: pur quoy il ne puet mie aler a vous en propre perſone ſanz grant peril de ſon cors, et ſeur ſe Jentens, que ma Dame la *Reine* vous prie per ſes lettres qe vous li vueilliez feire tel grace, que bous le debantdit homage bueilliez receiboir per ſon Procureeur eſpeciel en tel maniere, qe ſi toſt com li diz Arcebeſqe noſtre ame ſaura que bous faies es partes de *France*, ou es parties de *Gaſcoigne*, ou que ce ſoit il —— prez et apareilliez de vous feire homage en propre perſone, ſi come il deura. Si vous pri Sire tant com je puis que —— la priere ma Dame vueilliez acomplir et mettre a enure en ceſte beſoigne. Et tant en feites ſil vous pleſt pur l'amour de lui et de moi, que nous vous en puiſſiens mercier et ſavoir grace, et que il aperceive que noz preres li aient valu envers vous. Noſtre Sire vous gart. Donne a *Eſcampes* le *Vendredi* apres la Saint Pere entrant *Aouſt.* Bundela Literarum & Brevium, An 6 E. 1. in Turri London.

Ad eundem effectum ad Regem prædictum mittuntur literæ à *Margareta* Regina *Franciæ*. Dat. apud *Stampas* die Jovis poſt inventionem beati *Stephani*.

A Treſhaut homme et treſnoble, et ſon treſchier filg. *Edualt* par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, &c. *Jehane* par la meiſme chele grace Roine de *Caſtele* et de *Lyon* Conteſſe de *Ponter*, &c. ſaluz, &c. Biaus fiex comme je vous euſſe autre foiz proie par mes lettres de la boſoigne le Archeveſque de *Roen* dendroit l'omage quil vous doit faire, ke vous ſon homage vauſſiſſies rechevour par Procureur, duskes a chon qe vous paſſer ies la mer, pour chon quil eſt greves de la voie de *Rome*, la ou il a molt en a faire et me fires vous en prie par ſes lettres devous prient, aut come je puis ke vous le proiere mon Seigneur et le noſtre vuellies faire ſe vous faire le poes en nule maniere, feu faites tant qe il ſe puiſt aperchenoir que mes prieres li aient en aucune choſe pour fice, et quil nous en puiſt merchier. Dieux ſoit avec vous. Ibidem.

In the ſame Bundle, I found this *Memorandum* entred concerning the Homage of *Alexander* King of *Scots* tendred to King *Edward*, and his adjourning of it to another time and place, becauſe his Counſil were not preſent.

EDwardus Dei gratia, &c. Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Sciatis, quod cum egregius Princeps *Alexander* Rex *Scotorum* illuſtris, die Dominica proxima ante feſtum beati *Lucæ* Evangeliſtæ, apud *Tenkbyr.* ad noſtram præſentiam acceſſiſſet, et ibidem facere nobis bomagium obtuliſſet, Nos illud ibidem recipere noluimus, cum tunc Concilium noſtrum nobiſcum minime haberemus. Sed prozogavimus ſibi diem, uſque ad *London.* ad dictum homagium faciendum. Unde volumus & concedimus, quod hujuſmodi homagii in prædicta villa de *Tenkebyr.* nobis oblati denegata receptio, et ejuſdem prozogatio apud *London.* faciendi, in dicti Regis vel hæredum ſuozum præjudicium non redundent. In cujus, &c. Teſte meipſo apud *Cuberle* 17 die *Octobris*, Anno regni noſtri ſexto. Ibidem.

That no Subject of this Realm could repair to *Rome* without the Kings ſpecial licenſe, even in caſe of conſcience which concerned his Souls ſalvation, this Petition of the Archbiſhop of *Yorke* will inform us.

EXcellentiſſimo Domino ſuo *E.* Dei gratia, &c. *W.* ejuſdem permiſſione *Eboracenſis* Archiepiſcopus, *Angliæ* Primas, ſalutem, &c. Quia *Roberto de Bercley* injunximus, quod cum omni celeritate, intuitu ſalutis animæ ſuæ, iter arriperet verſus Papam: ab ipſo vel ſuo Primario, ſuper quibuſdam exceſſibus et commiſſis abſolutionis beneficium petiturus; Veſtræ ſerenitatis zelum, quem ad proſperitatem animarum novimus vos habere, in Domino requirimus et roga- Ibidem.

An. 6 E. 1. mus, quatinus ipſius *Roberti* abſentiam neceſſitate tam ſalutifera excuſatam dignemini ſine indignatione qualibet acceptare. Ita, ſi placet, quod ad Cingulum militiæ ſaltem quouſque ipſum redire contigerit, ſub tanta impotentia, nullatenus diſtringatur. Hæc autem Dominationi veſtræ ſcribimus, inſtantius requiſiti. Conſervet, &c. Datam apud *Thorpe* Idus *Septembris*, An. Dom. 1278.

Page 214. l. 19. after *condemnaret*, inſert.] In the ſame Bundle of Petitions, I met with this of the Prior of *Chriſtchurch Canterbury* to the King, craving his Letter to the Popes Secretary, to promote the buſineſſe of his Church, for which he then ſent ſpecial Meſſengers to *Rome*, concerning the difference between them and the Archbiſhops Clerks.

Bundela Petitionum An. 6 E. 1 in Turri London.

EXcellentiſſimo Domino ſuo *E.* Dei gratia, &c. ſuus humilis & devotus, *Thomas* permiſſione divina, Prior Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* ſalutem, &c. Accedentibus ad nos apud *Cantuariam* in Vigilia beati *Bartholomæi* Apoſtoli Nunciis veſtris, quos pro negotio Eccleſiæ noſtræ ad Curiam *Romanam* tranſmiſiſtis; ſuper diverſis prædictum negotium tangentibus nobiſcum tractaverunt. Inter quæ tetigimus eis de Magiſtro *Benedicto de Anagnia*, Domini Papæ Notario, qui dixerunt nobis, quod nichil ei ſcripſiſtis pro negotio antedicto. Unde, cum Magiſter *B.* benevolus veſter ſit multum, ut intelleximus, ac etiam Domini Papæ Secretarius, et ſpecialiſſimus veſtræ Regiæ Excellentiæ, omni qua poſſumus affectione cordis humiliter ſupplicamus & devotè, quatenus literatorie eidem mandare dignemini, ut nunciis veſtris antedictis in agendis ſuis conſilium, auxilium præbeat, et favorem; & eandem literam præſentium portitori, ſi placet tradi præcipiatis, quam cum omni feſtinatione eiſdem Nunciis veſtris curabimus deſtinare. Valeat, &c.

On the other hand I found this Petition of the Archbiſhop to the King in favor of his Clerks, to ſtand as an indifferent Judge between both parties, till the Cauſe were heard and deſcided.

In eadem Bundela.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, *E.* &c. *ut ſupra.* ſuorum Sacerdotum minimus frater *R. de Kylewardeby*, ſalutem, &c. Audito, quod diſcordia ſuper juriſdictione et obedientiæ debito inter Monachos Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* et quoſdam Clericos per me promotos, ſit jam exorta, eſt mea anima contriſtata. Clerici autem ipſi à me requirunt conſilium deſtituti. Et quia ſolum interpellare poſſum ad vos, qui Archiepiſcopatum jam tenetis, humiliter confugio; pro eis ſupplicans, ut cum ad Summum Pontificem pro ſtatu ſuo appellaverint, veſtra Regia potentia eis non deroget, donec vel per pacem vel per judicium conſtiterit, ad quos vel quem debeat juriſdictio vacationis tempore pertinere. Dico enim vobis in Chriſto, non deſidero in hac parte, niſi quod unicuique tribuetur jus ſuum, & non opprimatur innocens per potentiam immodeſtam. Hoc unum vobis dico ſicut Domino, quod non detis vos, qui judicatis terram, per favorem partis parti alteri adverſari. Juſtitia enim vos debet in medio ſtabilire donec partium diſputatio terminetur. Valeat, &c.

In the ſame Bundle there is this Petition of this Archbiſhop to the King on the behalf of Mr. *Peter*, Gardian of the Houſe of Scholars in *Oxford*, concerning lands then in queſtion, given towards the Scholars maintenance.

Ibidem.

SEreniſſimo Principi & Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, &c. Frater *Robertus Cantuarienſis* Eccleſiæ Sacerdos indignus, ſalutem, &c. Quia ſicut intellexi nobilem virum Comitem *Glovernia* ad quindenam *Paſchæ* coram vobis, ubicunque fueritis in *Anglia*, ſuper terris et tenementis ad ſuſtentationem pauperum Scholarium *Oxon.* per bonæ memoriæ *Walterum* quondam *Roffenſem* Epiſcopum aſſignatis, quas idem Comes tenet, vocari feciſtis, Regiæ ſerenitati humili precum inſtantia ſupplico, quatinus Magiſtro *Petro* præſentium portitori, Cuſtodi Domus Scholarium prædictorum, ex ſolita manſuetudine in hiis quæ Dominationi veſtræ exponet, pium præbere velitis auditum; Præcipientes (ſi placet) quod ipſius Petitio ſecundum Deum ad exauditionis gratiam admittatur: Ne per poteſtatem, procurationem, aut aſtutiam aliquorum, quod ad tam pios uſus eſt aſſignatum,

contra

contra Juſtitiam ſubtrahatur. Credo utique firmiter hoc eſſe vobis meritorium valdè, voſque proinde condignam poſſe remunerationem ſperare à Chriſto. Valeat, &c. *An.* 6 *E.* 1.

Page 214. l. 48. after *ut ſupra*, adde.] I found this Letter of King *Edward* to Pope *Nicholas* concerning the Monks of *Canterbury* unanimous election of his Chancellor *Burnel* for their Archbiſhop by his royal licenſe: wherein he highly extols his merits, fidelity, wiſdom, learning, and paſſionately deſired the Popes confirmation of him to this Mother Church, both for his own, and his kingdoms benefit, which he ſent by ſundry ſpecial Meſſengers to accompliſh.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino *N.* divina Providentia ſacroſanctæ *Romanæ*, ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. pedum oſcula, &c. Vacante nuper ſede *Cantuarienſis* Eccleſiæ per tranſlationem venerabilis patris *R.* dudum ipſius Eccleſiæ Archiepiſcopi in Epiſcopum *Portuen.* Prior & Conventus ejuſdem Eccleſiæ, à nobis (ut moris eſt) de prohibitione Paſtoris viduatæ Eccleſiæ facienda petita licentia et optenta, ipſi convenientes in unum, & de ſubſtitutione dicti Paſtoris diverſis vicibus tractatu habito diligenti, demum ad perſonam venerabilis patris *Roberti Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, vota ſua unanimiter direxerunt, et ipſum in ſuum Archiepiſcopum et Paſtorem concorditer poſtularunt: præſentantes nobis decretum poſtulationis ipſius, et quod hujuſmodi poſtulationi noſtrum præberemus aſſenſum Regium, humiliter ſupplicantes. Nos igitur eorum juſtis ſupplicationibus inclinati, poſtulationi prædictæ, quam de perſona idonea inbenimus canonice celebratam, aſſenſum noſtrum duximus tribuendum. Cumque nos (ſanctiſſime Pater et Domine) perſonam prædicti poſtulati inter omnes Prælatos et Clericos *Angliæ* cujuſdam ſpecialis amoris privilegio proſequamur, exigentibus ſuis meritis probitatis, et tranſlationem ipſius ad prædictam *Cantuar.* Eccleſiam (quam poſt ſacroſanctam *Romanam* Eccleſiam ſpecialem recognoſcimus matrem noſtram) pro fidelitatis ſuæ conſtantia, quam ad recolendæ memoriæ Dominum *H.* Regem *Angliæ* illuſtrem, genitorem noſtrum, et Nos, ac totam Eccleſiam *Anglicanam*, ſemper hactenus habuit incorruptam, et a qua nullo unquam tempore nubulo bel ſereno flecti potuit ſeu etiam debiare, honeſtis ex corde deſideriis affectemus; Sanctitati veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, tota mentis devotione, totaque cordis affectione humiliter ſupplicamus, quatenus probide conſiderantes (ſi placet) incrementa profectuum et honorum quæ tam ſpiritualiter quam temporaliter per tranſlationem ſæpefati poſtulati (viri quidem tam in temporalibus quam in ſpiritualibus circumſpecti; viri mitis, affabilis, et benigni; viri etiam miſericordiæ, manſuetudinis, caritatis et pacis) ne dum præfatæ *Cantuarien.* Eccleſiæ, immo etiam toti Regno noſtro poterunt, divina favente clementia, probenire; et conformantes in hac parte veſtram noſtris affectibus voluntatem (quod pro munere petimus) memoratum *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopum ad præfatam *Cantuarienſem* Eccleſiam, contemplatione noſtri, conſideratione profectuum et honorum prædictorum transferre dignemini, de gratia ſpeciali. Mittimus autem ad Sanctitatis veſtræ præſentiam dilectos & fideles noſtros *Franciſcum Accurſii* de *Bononia*, Juris Civilis profeſſorem, Conſiliarium familiarem, & Secretarium noſtrum, *Thomam* de *Sancto Vigore* Militem, Magiſtros *Henricum Huſee* & *Iterium de Engoliſmo* Clericos noſtros, præſentium portitores; veſtram Clementiam exorantes, quatinus eiſdem indubitatam fidem adhibere ſuper hiis, quæ ipſi ex parte noſtra communiter vel diviſim, in conſpectu veſtro, ſuper negotio poſtulationis prædictæ duxerint exponenda; et expoſita noſtri amoris intuitu gratioſè dignetur veſtra Sanctitas exaudire. Nos enim qui perſonam veſtram in perſona ſæpedicti poſtulati reputabimus honorari, tam vobis quam veſtris propterea teneri volumus acrius obligati ad omnia quæ Dominationi veſtræ ſint placita, ac exaltationis Domus veſtræ et veſtrorum reſpiciant incrementum. Conſerver, &c. Dat. apud *Wyndeſore* decimo die *Julii*, Anno regni noſtri ſexto. But neither this Epiſtle, nor the Biſhops grand Merits or unanimous election could prevail with this uſurping Pope, who by his own Proviſion, without any election, thruſt his own Creature Freer *John Peckham* into this Archiepiſcopal See. Bundela Literarum Anno 6 E 1. in Turri London.

An. 6 *E.* 1. Page 223. l. 35. after, *&c.* adde.] The Freers *Carmelites* ſuggeſting to the King, that they had obtained an habitation, with certain tenements and poſſeſſions within the City of *Dublin*, where they intended to build a Church for the honour of God, and to recommend the quick and dead to him in their prayers; the King approving their deſign, iſſued a writ to his Chief Juſtice, to perſwade the Bayliff and all the Commonalty of *Dublin*, to permit them to build a Church and Cell there without any impediment; or elſe to certifie him their reaſons why they hindred them; whereupon they returned him the reaſons of their diſſent annexed to the Writ, both which I found in the *White Tower*.

In Turri London, Anno 6 E 1.

EDwardus Dei Gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Aquitaniæ*, dilecto & fideli ſuo *Roberto de Vfford* Juſtic. ſuo *Hiberniæ* ſalutem. Cum dilecti in Chriſto fratres de *Monte Carmeli* quandam placeam ſibi adquiſierint in Civitate *Dublin.* ex dono & conceſſione *Rogeri Oweyne* et quorundam aliorum tenementa & poſſeſſiones habencium in eadem Civitate inhabitand. & ibi quandam Eccleſiam conſtruere proponunt, quæ ad laudem Dei & ſui nominis divina celebrare, & tàm vivos quàm defunctos in ſuis orationum ſuffragiis apud Altiſſimum habere poſſunt recommendatos. Et idem *Rogerus* paratus ſit nos & alios quoſcunque de redditibus debitis de placea prædicta indempnes conſervare, & redditum illum nobis & ipſis, necnon & hæredibus noſtris & ipſorum alibi in Civitate prædicta de placea competenti, vel competentorum perpetuò percipiend. terminis debitis & conſuetis aſſignare. Nos ipſorum propoſitum in hac parte pio proſequentes affectu, Mandavimus Ballivis et toti Communitati *Dublin.* rogando ſpecialiter, quod fratres prædictos placeam prædictam inhabitare, et Eccleſiam ſuam in eadem liberè et abſq; impedimento conſtruere permittant in forma prædicta. Et ideo vobis mandamus, quod prædictos Ballivos et Communitatem ad hoc moneatis, & quantum poteritis efficacius iuducatis ex parte noſtra; quod ſi fieri non permiſerint, ſeu permittere noluerint, tunc cauſam impedimenti ipſorum nobis diſtinctè et apertè ſub Sigillo veſtro ſignificetis. Teſte meipſo apud *Weſtm.* ſeptimo die *Novembris*, Anno regni noſtri ſexto.

Hiis rationibus ſubſcriptis dicunt Cives Dublin. quod non expedit Domino Regi, nec Civibus prædictis, quod Fratres de *Monte Carmeli* infra muros *Dublin.* commorentur.

Imprimis dicunt, quod dicta Civitas infra muros ſatis ſtricta eſt.

Item, ubi dicti fratres oſtendebant Domino Regi et Conſilio ſuo, quod *Rogerus Oweyne* contulit eiſdem quandam placeam ubi inhabitare volebant, minus inde dicebant, eo quod dictus *Rogerus* ibidem nunquam aliquam terram habuit, ſed emebant dictam terram de quodam *Daniele Clerico*, qui ratione dictæ terræ auxiliabatur cum dictis Civibus in tallag. & in aliis auxiliis ſicut cæteri Cives Civitatis.

Item, prædicti fratres duas vacuas placeas quæ captæ fuerunt in manum Domini Regis, et Civium prædictorum pro Arreragiis *Landgabuli*, ſibi appropriarunt, dictis Civibus ignorantibus et invitis, nulla ſolutione facta adhuc de dictis arreragiis.

Item, dicunt, quod manentes in dictis terris tenentur auxiliari cum dictis Civibus in tallagiis, vigiliis faciend. inde *Allewyter*, et pluribus aliis ad Civitatem pertinentibus, quod ſi ipſas terras habuiſſent et in Sanctuarium poſuiſſent, hoc eſſet ad exhæredationem Domini Regis, et prædictorum omnium dampnum non modicum et grabamen.

Item dicunt, quod dictæ terræ pluribus caſibus Domino Regi et Civibus prædictis accedere poſſint in Eſcaetum, quod ſi ipſas habuiſſent ipſi in Sanctuarium tenerent, quod eſſet ad exhæredationem Domini Regis, et in præjudicium prædictorum Civium et dampnum non modicum et grabamen.

Item, dicti Cives habent de dictis terris placita et perquiſita; quare non expedit Domino Regi nec Civibus quod prædictas terras optineant.

Dicunt, quod ſi Guerra communis exhibita fuerit, ſecundum quod nuper fuerat in *Lagen.* maximum periculum poſſit eminere Caſtro D. Regis & Civitati, eo quod pauci ſunt circummanentes Portam beatæ *Mariæ del Dam.* per quod Malivoli privatim

vatim infra domos ſuas intrare poſſint, & ſic maximum periculum Caſtro Domini Regis & Civitati poſſit eminere, ut ſupra. *An.* 6 *E.* 1.

Item, Dicunt, quod ſi dicti fratres Eccleſiam ſuam ſuper dictis terris conſtruerent, et ibidem Sanctuarium feciſſent, maximum dampnum tam Domino Regi quam Civibus prædictis poſſit eminere, eo quod ſi felones extra Caſtrum Domini Regis evaſiſſent, ſecundum quod ſæpius contigit, vel alii qui aliquam feloniam fecerint ibidem refugium habere poſſent; Et ſic oporteret dictis Civibus ibidem Vigilias facere, et ſi evaſiſſent, darent evaſionem, quod durum eſſet eiſdem Civibus, et ſic ponerentur in ſervitute, ubi modo ſint liberi.

Item dicunt iidem Cives, quod ſi conceſſum fuerit eiſdem fratribus ibidem inhabitare, quod intendunt omnes terras ibidem collaterales ſibi appropriare, et poſtea eas in Sanctuarium convertere, quod eſſet ad exhæredationem Domini Regis et dampnum eorundem Civium non modicum et grabamen, et ſic ſibi appropriare tertiam partem totius Civitatis infra muros ex illa parte Villæ.

Item dicunt, quod Communitas nullo modo vult aſſentire quod ibidem inhabitent rationibus prædictis. *Such prejudicial and unwelcome gueſts did the Inhabitants of* Dublin, *even in that age deem theſe greedy Freers to their City, and the King himſelf.*

Page 131. l. 28. after *fratrum*, inſert.] I found this memorable Epiſtle and Complaint of the *Italian* Cardinals to King *Edward* in the *White Tower*, (not mentioned in any Hiſtorians to my remembrance) of the armed force, violence, murders, and plunder done unto ſome *Italians* and them by the *Gaſcoigners* when they were ſhut up in their Conclave in the City of *Carpencera* to elect a new Pope, after the death of *Clement* the 5. (An. 1272. 1 E. 1. omitted in its proper place) by the inſtigation of the Popes Nephews, to the great affront and diſhonor of the *Roman* See, Church, Court; imploring his aſſiſtance to avenge this injury, out of his zeal to the Church, if the peace of the Church which they endeavoured to maintain ſhould be thereby diſturbed. *An.* 1 *E.* 1.

SEreniſſimo Principi Amico chariſſimo Domino *Edwardo* Dei Gratia Regi *Angliæ* Illuſtri. Miſeratione divina frater *Nicholaus Oſtien.* & *Belletren.* Epiſcopus, *Neapoleo* Sancti *Adriani*, *Gulielmus* Sancti *Nicholai* in Carcere *Tulliano*, *Franciſcus* Sanctæ *Mariæ* in *Coſmedin*, *Jacobus* & *Petrus de Columpna* Sanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Diaconi Cardinales ſalutem, & felicibus in Domino ſucceſſibus habundare. Etſi ab univerſis et ſingulis Chriſtianæ fidei deteſtanda cultoribus pericula gravia, et ſcelerata flagitia præſumpta nuper in Curia, et crudeliter perpetrata per *Vaſcones*, in offenſam Dei, et Eccleſiæ *Romanæ* contemptum, grabemque concuſſionem ſtatus ipſius, niſi ſuperna ſibi dextera, qua *Petrum* in fluctibus ne mergeretur erexit, ac etiam nobis quos de mortis eripuit faucibus aſſitiſſet; credamus ad aures veſtras per vulgaris famæ proloquium perveniſſe, neque geramus dubium audita facinora velut acuta jacula vehementer veſtra, ob zelum divini nominis et honorem etiam pupugiſſe præcordia: quia tamen interdum loci diſtantia facti variat veritatem, ipſam vobis puram et liquidam, nulla verborum fictione compoſitam veſtro conſpectui præſentamur. Et quidem dum nos et alii ejuſdem Eccleſiæ Cardinales, poſt obitum Domini *Clementis* Papæ 5. eſſemus in Epiſcopali Palatio Civitatis *Carpencoracen.* ad providendum Eccleſiæ Dei de futuro Summo Pontifice ſub uno Conclavi, & nos Cardinales *Italici* non querentes quæ noſtra ſunt, ſed quæ Dei, neglectis ſingularibus affectionibus reciprocis in noſipſos, peteremus hominem ad ſuſtentandas Columpnas Eccleſiæ, qui dictam Eccleſiam reformando dirigeret, eſſetque in hoc tantum omnis noſtra cura, omnis intencio, hic affectus ſubito *Vaſcones*, ſeu quod libram examinis ſub futuro Summo Pontifice teſte conſcientia formidarent, ſeu quod armorum violentia crederent hereditario jure Dei Sanctuarium poſſidere, et deliberato atque propoſito tamen ſub palliato colore deferendi videlicet corpus ejuſdem Papæ, in copioſa peditum et equitum armatorum multitudine convenerunt, et ſcelus quod mente conceperant producentes in actum, die 23. *Julii* arma ſumpſerunt bellica, et ſub ordinatione *Bertrandi de Goto* et *Raymundi Guillielmi* dicti Papæ Nepotum, Civitatem *Carpencoracen.* intrantes multos Curiales *Italicos* cum ſolum *Italici* peterentur, ad mortem immaniter trucidarunt, et ſe ad predam convertentes et ſpolia, creſcente rabie, ac ad crudelia ferveſcente furore in diverſis In Turri London, An. 1 E. 1.

An. 1 *E.* 1. diversis Civitatis partibus incendia posuerunt: Nec hiis contenti, plurium Cardinalium et nobis hospitia diversis insultibus, et injectis ignibus invadentes bella iqidem acerrima cum clangore tubarum hostiliter intulerunt. Invalescente tandem gravioꝛi periculo, et horribili sicut in captis Civitatis assolet, increbꝛescente rumoꝛe multitudo *Vasconum* armatoꝛum hostium Conclavis obsedit, acclamando *moriantur, Cardinali Italici moriantur, Volumus Papam, volumus Papam*, et ipsis in hujusmodi acclamatione frementibus, alia multitudo *Vasconum* equitum armatoꝛum placeam dicti Conclavis invasit, similibus circundato Palatio vocibus acclamando. Nos vero pꝛæfati Card. *Italici* circumsepti tantis angustiis, et mori tam turpiter, tam crudeliter metuentes, cum omnia circa Conclave Armatoꝛum multitudo teneret, neque publicus pateret egressus, tandem posteriοꝛem murum Palacii facto ibidem parvo soꝛamine pꝛo nostra salute rupimus, et de *Carpentorate* postmodum discedentes dispersi, non sine moꝛtis periculo per loca diversa secessimus, et per misericoꝛdiam Dei quæ salvos nos reddidit, ad terras perbenimus Amicoꝛum. Consideret igitur veꝛa Serenitas, quod ab ipsorum *Vasconum* feritate non defuit, quin effuso sanguiee pꝛincipalium membꝛoꝛum Ecclesiæ quæ benignis eos lactabit uberibus, ditabit, et complebit honoꝛibus, statum ejus confusione perpetua et impꝛessione confunderent, et Chꝛistianum nomen infidelibus darent in derisum, et fabulam, et oppꝛobꝛium sempiternum. Cæterum pꝛæmissis omnibus quæ cum tantis injuriis passi sumus nequaquam obstantibus, nos pacem et unitatem Ecclesiæ petimus, ipsasque summo conamine pꝛocuramus. Sed si ex aliena culpa procederet negotium, quod avertat Altissimus, ad rupturam, de vestro erga Deum et Ecclesiam zelo certos nos reddimus, quod una nobiscum qui Dei honoꝛem, et quod rectum est agimus, et pꝛo justitia et veritate certamus, fides vestra concurret. Et sic per vos et alios Orthodoxæ fidei Professores ipsi Domino Jesu Chꝛisto et Ecclesiæ suæ in sua causa favebitur, sic pꝛomptis affectibus assistetur, quod et divino honoꝛi congruit, et eidem Ecclesiæ satisfiet. Dat. *Valentiæ* 10 die *Septembris*.

In Dorso. Serenissimo Principi Domino *Edwardo* Dei Gratia Regi *Anglie* Illustri Amico charissimo.

An. 7 *E.* 1. In the Parliament of 7 E. 1. held at *Westminster*, (the Memorials whereof I found in the *White Tower*, and rescued from corruption and oblivion) I met with this memorable Attachment against the Prior and Covent of *Carlile*, for electing a Bishop without the Kings license, and against his Prohibition, to his damage of sixty thousand pounds, and also forty thousand pounds damage by their reelection.

Parl. apud Westm. post Pasch. An. 7 E 1. in Turri London.

PRior & Conventus *Karliol.* attach. fuit ad respondendum Regi, quare cum mortuo dudum *Roberto Karl.* Episcopo per quosdam Concanonicos suos licentiam eligendi, prout moris est, petivissent, et optinuissent. Et iidem Prior & Conventus *W. Eborum* Dec. de quo certa nota fuit Electione sollempniter pupplicata eligissent, iidem Pꝛioꝛ et Conventus ipso Decano electioni prædictæ dissentiente, nulla licenr. petita nec optenta alium in Episcopum elegerunt, in pꝛædicti Domini Regis et Coꝛonæ pꝛæjudicium et gravamen, et ad dampnum Regis seꝛaginta mille libꝛarum: Et quare cum per *Johannem de Vallibus & Thomam de Satington* Justiciarios Domini Regis, ex parte Regis eisdem Priori et Conventui inhibitum fuisset, ne irrequisito Rege re-eligerent, iidem nihilominus in contemptum Regis re-eligerunt, ad dampnum Regis quadꝛaginta mille libꝛarum. Et Prior venit, & dicit, quod ipse et Conbeneus suus non intellexerunt contemptum nec pꝛæjudicium Regi fecisse, eꝛ quo pꝛimo licentiam habuerunt; et Electus suus electioni dissentit, per quod res integra fuit, ut credunt, sed si contemptus interfuit, subponunt se voluntati Regis, &c.

In the same Parliament, *John Derlyngton* made Archbishop of *Dublin* by the Popes provision, made his Fealty to King *Edward* for his Temporalties, in the presence of the Popes Nuncio; thus entred on Record.

* See Here, p. 226.

*DIe Jovis post festum Sancti *Marci* Exangelistæ, Frater *Johannes de Derling* de Ordine Prædicatorum, Electus *Dublin.* in præsentia Magistri Archidiaconis,

aconis, nuncii ſedis Apoſtolici, fecit fidelitatem Regi *Edwardo* & hæredibus ſuis Regibus *Angliæ* pro temporalibus *Dublin.* Archiepiſcopat. in hæc verba. *An.* 7 E. 1.

Ego frater Johannes de Derlington *Ordinis Prædicatorum*, de quo Dominus Papa prȝobidit Eccleſiæ *Dublin.* Juro inſpectis Sacroſanctis Evangeliis, quod *ego Domino* Edwardo *Regi* Angliæ *& hæredibus ſuis Regibus* Angliæ *portabo bonam fidem de vita et membris, et terreno honore, contra omnes Gentes. Et quod fideliter faciam ſervitium debitum & conſuetum de temporalibus dicti Archiepiſcopatus.*

Et dictus *B.* qui perſonaliter venit, & fecit fidelitatem ut prædictum eſt, reddidit ei temporalia Archiepiſcopatus, prout moris eſt, & fieri conſuevit; & precepit quod haberet ſuper hoc brevia.

Page 240. l. 26. after *Septemb.* inſert.] In the broken Bundle of Writs An. 8 E. 1. in the *White Tower* Chappel, I diſcovered only theſe two Prohibitions for holding and proſecuting ſuits in Courts Chriſtian. Edwardus, &c. Martino de Caſtello *ſalutem.* Pȝohibemus, ne teneas placitum in Curia Chȝiſtianitatis de catallis vel debitis, *unde* Rolandus de Oyſtede *queritur* quod tu trahis eum in Curiam Chȝiſtianitatis, niſi catalla illa vel debita ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, quia placita de Catal. et Debitis quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio ſpectant ad cȝonam et dignitatem noſtram. T.R. apud *Weſtm.* 16 die *Maii*, An. r. n. 8. *Rex Vic.* Linc. Robertus de Nuport *verſ.* Julianum de Novo Caſtro *ſubtus* Lynam, *Perſonam Eccleſiæ S.* Pauli Limæ, quare ſecutus eſt tale placitum; *& verſ.* Walterum de Thornhawe, quare ſecutus eſt idem placitum. T. R. *apud* Weſt. 20 *die* Maii, *An. r. n.* 8. *An.* 8 *E.* 1. Bundela. Brevium in Turri London, An. 8 E 1.

How Popes by their proviſions, againſt the Lawes of God and the Realm conferred the Churches of Lay-patrons on *Romans* and aliens, interdicting them for ſundry years together, at the proſecution of the *Romans* intruded into them, from all divine ſervices and Gods Ordinances, to Gods diſhonour and prejudice of the peoples ſouls, and by what imperious commands their Nuncioes under pain of ſuſpenſion of Biſhops from their offices, injoyned our Biſhops to inſtitute theſe *Romans*, and put them into actual poſſeſſion of theſe Churches, and not to admit any others into them; and what courſe the King and his Counſil were adviſed to take, to prevent this execrable uſurpation, will appear by this Letter of *Ralph* Biſhop of *Carliol* to the Biſhop of *Bath* and *Wells* the Kings Chancellor Anno 8 E. 1. which I found in a Bundle of Letters, Writs and Privy Seals in the *White Tower*, worthy obſervation.

REverendo in Chriſto Patri, Domino & Amico ſuo chariſſimo Domino *R.* Dei gratia *Bathon. & Wellen.* Epiſcopo, Illuſtri Regis *Angliæ* Cancellar. *Radulphus* ejuſdem miſeratione *Karliolen.* Epiſcopus, ſalutis gratiam utriuſque. Inſtantias amicorum decet favorabiliter exaudiri, ſi abſque injuria et dampno parentis optato poterunt effectui mancipari. Avertat igitur veſtra reverenda paternitas, quid noſtra poſſibilitas optinet in negotiis contingentibus *Robertum de la Vane* Clericum, pro quo literatorie nos rogaſtis, ut ipſi per Dominum Regem ad Eccleſiam de *Kyrkebythore* noſtræ Diœceſis pȝæſentato, pȝecum veſtrarum intuitu, gratiam faceremus. Dicta ſiquidem Eccleſia per Dominum Papam Eccleſiaſtico ſuppoſita eſt interdicto; in qua, jam octo annis elapſis et plus, non celebȝabantur divina, ad inſtantiam cujuſdam *Romani*, cui per Summum Pontificem facta fuit pȝoviſio de eadem, pȝo quo etiam re vera, de obtinendo eandem, lata eſt ſententia in Curia *Romana*; cujus ſententiæ exȝecutoȝ eſt Magiſter *Gefredus de Vezano*, qui nobis ſub pœna ſuſpenſionis ac noſtri Officii exȝecutionis nuper inhibuit, ne quenquam pȝæter pȝohibitum ad dictam Eccleſiam, ad cujuſcunque pȝæſentationem admittere curaremus. Injunxit inſuper præcipiendo, ut nos ſupȝadictum *Romanum* (quem *Stephanum Surdum* nominat) in coȝpoȝalem poſſeſſionem Eccleſiæ memoratæ induceremus, ſeu induci auctoȝitate Apoſtolica faceremus; alioquin in ſcriptis ab ingreſſu Eccleſiæ, et cujuſlibet Capellæ, et etiam ab officio nos ſuſpendit: Hiis intellectis, quid in caſu conſimili faceretis, nobis (ſi placuerit) reſcribentes: et nos inbenietis paratos veſtris obtemperare mandatis. Credimus firmiter expedire, ſi diſcretum Regis Conſilium ad hujuſmodi manus apponeret, cum ipſa Eccleſia eſt de patronatu Militum Laicoȝum, cum de hujuſmodi Eccleſiis non conſuebit

Bundela Literarum & Petitionum An. 8 E 1. in Turri London.

*An.*8 E. 1. * *Nota.* fuebit ipſa Curia cuiquam aliqualiter prȝovidere; Si enim Rex ſcriberet Summo Pontifici, * quod prȝovisiones de Eccleſiis quarum Laici ſunt Patroni, non conſueverunt fieri, et quod hujuſmodi prȝovisiones ſuæ Corȝonæ prȝæjudiciales exiſtunt; credimus omnia revocari quæ circa Eccleſiam prȝædictam ſunt hactenus attempta: aliquin Interdictum durabit in ea nullatenus revocatum, et prȝeces amicorum (quod eſt dolendum) patientur repulſam. Ex gratia quoque veſtræ ſolitæ benignitatis, circa nos totiens exercitæ confidentes, devotè requirimus & rogamus, ne per mandatum Regium, aut veſtrum, cum emanare contingerint ad impoſſibilia non patiamini nos aſtringi. Valeat, &c. Dat. apud *Linſtok* decimo ſeptimo Kalend. *Septemb.*

King *Edward* having declared his readineſſe and reſolution to relieve the *Holy Land*, in a Letter ſent by Freer *Geoffry* Biſhop of *Ebron*, Vicar to the Patriarch of *Jeruſalem*, to the Patriarch, Templars, Hoſpitallers, and other Chriſtians there, he returned him this anſwer (which I found in the *White Tower*) how joyfully they received it, and of the preſent ſtate and affairs of the *Holy Land*, and *Tartars*.

In Turri London, Anno 8 E. 1.

EXcellentiſſimo & Sereniſſimo Domino *Edwardo*, Illuſtri Dei gratia, Regi *Angliæ*, ſuo Domino ſpeciali, Frater *Gaufridus* de Ordine Prædicatorum, miſeratione divina *Ebron.* Epiſcopus, Reverendi Patris Domini *Helyæ*, divina providentia *Patriarchæ Jeroſolymitani* Vicarius, cum *Terræ Sanctæ* recommendatione, ſeipſum & felicis deſiderii complementum. Apicibus veſtræ Regiæ Majeſtatis honore condigno & debita devotione receptis, cum ſumma ſollicitudine in plena congregatione fidelium, Prȝælatis, et Religioſis viris Magiſtris ſacrarum Domoȝum Militiæ Templi, et Hoſpitalis beati *Johannis Jeruſalem.* et aliis terræ hujus Prȝoceribus, et Communitatum Rectoȝibus publicatis, & vulgariter illis beato veſtro deſiderio & ſerenitatis Regiæ compaſſionis affectu, verbis inductivis & compatientibus tam ſalubri negotio patefactis, coȝda convocatoȝum omnium ignita veſtræ caritatis igniculo, et eructuaverunt communiter laudis ſolempnæ canticum Deo cœli, quod tanto Prȝincipi inſpiraverit devotionem negotii *Terræ Sanctæ*, et ultionem injuriarum *Jeſu Chriſti*, et ad liberationem *Terræ Sanctæ* de faucibus hoſtium Chriſti Celſitudinem veſtram miſericoȝditer excitabit. De rumoribus *Terræ Sanctæ* (quos felices deſideratis audire, eò quod totiens lætiores eſtis effecti, quotiens de Terra ipſa & ſtatu ejuſdem veſtris auribus inſonat rumor bonus) tenore præſentium innoteſcat Regiæ Majeſtati, quod cariſtia magna eſt in terra de blado, & modò valet modius 6 *l.* & timetur ne valeat 10 *l.* infra *Paſcha*; eò quod in *Armenia* & in *Cipro* eſt defectus & peſtilentia Locuſtarum, et propter guerram Regis *Caroli* de *Apulia* & *Sicilia* ſubſidium non ſperamus. Treuga, quæ eſt inter nos & *Saracenos*, non durat niſi uſque ad menſem *Martii*, & interim non tenent fidem quam promiſerunt: ſed multas injurias & moleſtias inferunt Chriſtianis. Inter *Acton* & *Tyrum* infra paucos dies 30 Chriſtianos in ſtrata publica occiderunt. De *Thartharis* rumores audivimus: nuper enim quendam nuncium miſerunt in *Acton*, & mandavit Princeps exercitus *Thartharorum*, quod ipſe eſt in *Thurtia* cum 50000 equitum, & totidem ad ſuum ſubſidium expectabat, & mandavit noſtris Magnatibus, quod veniant ad eum cum plenitudine poteſtatis, & quod ei cibaria et alia neceſſaria, in quantum valuerint, ſubminiſtrent, & placeat ei in cujus nutu cuncta ſubſiſtunt, in cujus ditione cuncta ſunt poſita, ut talia nova poſſitis audire, quod hoſtes Chriſtiani nominis confundantur, & ſancta fides exaltetur, & ſervi Dei inimicitias non timeant hoſtium Crucifixi, qui non ſecundum armorum potentiam, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriam. Non enim in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo victoria eſt. Ego Presbyter veſter humilis ſuper hujuſmodi apud Dominum ſuppliciter & humiliter intercedam, ut prò vita Regis & ſalute filiorum, me tandem et miſerabilis Terræ negotium Magnificentiæ veſtræ ſuppliciter recommendet, quem Deus conſervet incolumem regno ſuo per tempora longiora. Scriptum *Acton* quinto die *Octobris.*

In the ſame Bundle of Letters and Writs, I found this Letter of the Abbeſſe of *Font-Everard* to the Chancellor, for payment of the Arrears of the Almes belonging

longing to them, and other Debts from the Crown, for their ſupport, and encouragement in their prayers, devotions and Anniverſaries for the King and others in Foreign parts, and to procure the Kings daughter to be profeſſed therein. *An.* 8. E. 1.

Bundela Literarum & Brevium in Turri Lond. An. 8. E. 1.

REverendo in Chriſto patri ac Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo, illuſtri Regis *Angliæ* Cancellario, Domino & patri in Chriſto chariſſimo; Soror *Margareta* divina permiſſione *Fontis Ebraudy* humilis Abbatiſſa, pro ſalute ſpecialia precum ſuffragia devotarum. Cum nos ſpeciali affectione deſideremus ſcire pariter & audire (ſi placet) tam ſpiritualiter quam temporaliter, quod ad omne fœlicitatis & jocunditatis bonum actus & greſſus veſtri indiſſolubiliter annectantur, veſtram paternitatem affectuoſius deprecamur, quod ſuper hiis nos velitis efficere literatorie certiores, ut una gaudeamus vobiſcum in veſtris fœliciſſimis exultationibus & jocundis. Præterea in obedientia quam debemus Deo & homini pro nobis crucifixo & paſſo, vobis tanquam patri & Domino juramus & aſſertive promittimus bona fide, quod pro vita veſtra, ſalute & honore apud Deum devotas, crebras & continuas nocte dieque laudes porrigimus infinitas. Paternitatem veſtram venerandam in recompenſatione ſinceræ dilectionis & incomparabilis, quam apud Dominum Regem & ejus prædeceſſores ſemper & inceſſanter habuimus & habemus, pro ſpeciali munere deprecantes, quatinus ad noſtræ conſolationis pacem integraliter perimplendam, Deo & beatæ *Mariæ* Virgini in veſtro *Fontis Ebraudy* Monaſterio monachandam, de poſteritate Regali decorando religionem & ordinem, filiam Domini Regis procuretis offerri. Verum cum nos inter adverſa, quæ patimur ob defectum eleemoſinarum nobis in *Anglia*, in *Olerone* & apud *Burdegalis* à Principibus & Regibus *Angliæ* pro ſuæ ſalutis remedio conceſſarum, & apud *Mermande* varias rei familiaris indigentias habeamus; rogamus veſtram paternitatem, flexis genibus & compoſitis manibus, tanquam noſtrum refugium ſpeciale, quatinus de dictis eleemoſinis & earum arreragiis, & de decem libris ſterlingorum à defuncto Rege *Henrico* nobis conceſſis, **pro ſuo Anniverſario celebrando,** prout diſecti Procuratores noſtri, Procurator de *Grava* in *Anglia*, & Decanus in *Vaſconia*, ſeu alter eorum, vobis verbis (ſi placet) planius explicabunt, quorum dictis & eorum alterius fidem de gratia habeatis, nobis ſatisfieri procuretis. Tantum inde pro divina miſericordia facientes, quod pius bonorum omnium retributor hæc & alia bona nobis retribuat in æternum. Bene & diu valeat veſtra paternitas reverenda.

Some perſons Apoſtatizing from the unity of the Chriſtian Faith, to Chriſts diſhonour, upon the Archbiſhops complaint the King iſſued a Writ to the Mayor and Sheriffs of *London* to apprehend them; who returning, that they were not within the Liberties of the City, but in the *Jewry*, under the cuſtody and power of the Conſtable of the *Tower*, the Archbiſhop writ this Letter to the Chancellor for a new Writ to the Mayor and Sheriffs, with a *non obſtante dicta libertate*, becauſe the Conſtable of the Tower was reported to favour and protect them.

Brevia Regis & Literæ Cancellariæ An. 8 & 9 E. 1 in Turri Lond.

VEnerabili in Chriſto patri *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo, Frater *J.* permiſſione divina *Cantuar.* Eccleſiæ Miniſter humilis, totius, *&c.* ſalutem, *&c.* A memoria veſtra non credimus excidiſſe, qualiter dudum, **pro honore Domini** *Jeſu Chriſti*, **Domino Regi ſcripſimus contra quoſdam Apoſtatas, qui receſſerunt ab unitate Catholicæ fidei, capiendos:** verum litera Domini Regis, quam nobis ſuper hoc veſtra gratia tranſmiſiſtis, non eſt effectum debitum conſecuta; pro eo, quod illi fidei inimici non ſunt in Balliva Majoris & Vic. *London.* quibus directa fuit, **ſed in Judaiſmo, ſub cuſtodia et poteſtate * Conſtabularii Turris, ubi ingredi non poſſunt, ut dicitur, ſine ſpeciali mandato faciente mentionem de hujus libertate,** ſicut patet in dorſo literæ Domini Regis prædictæ, quam vobis remittimus per præſentium portitorem. Quocirca fraternitatem veſtram, de qua plene confidimus, attentis precibus exoramus, **quatinus pro honore et reverentia fidei Chriſtianæ, prædictam literam cum adjectionibus neceſſariis, (quod videlicet non obſtante dicta libertate per Majorem et Vic. prædictos ubicunque in Civitate vel Suburbio** *London.* **inventi fuerint iſti Apoſtatæ capiantur, innovari velitis efficaciter præſtare: quia non eſſet tutum Conſtabulario Turris dictam**

* See Clauſ. 45 H. 3. part 1. m. 11. & the Second part of my ſhort Demurrer to the Jews long diſcontinued remitter into England, p. 50.

An. 8 E. 1. **captionem committere, ſub cujus favore et protectione, ut intelleximus, prædicti Apoſtatæ defenduntur.** Et ſi placet, tollatur de litera verbum illud *dudum*) quoniam nunc* eorum uxores ſunt ſicut prius. Valeat, *&c.*

* It ſeems the Apoſtates were married Prieſts who reſumed their wives.

The Archbiſhop of *Canterbury* intending to viſit the Kings Free-Chappel of *Stafford* in his Metropolitical Viſitation, againſt their Priviledges and the Kings Crown and Dignity, as Archbiſhop *Boniface* formerly did; the Townſmen and Chaplains of *Stafford* repaired to the King for the defence of their Liberties againſt his power, and procured this Certificate of Archbp. *Boniface* his proceedings, with their Appeal from him to the Pope, and a Prohibition from the King, to inhibit him to viſit or oppoſe them, which I found in a Bundle of Letters, Certificates and Writs in the White Tower.

Bundela Literarum & Brevium An. 8 E. 1. in Turri London.

IN Nomine Domini Amen. Hoc eſt exemplum unius literæ, ſigillatæ ſigillo venerabilis patris *Wigornienſis* Epiſcopi, quod quidem ſigillum erat oblongum, habens ymaginem impreſſam Epiſcopalem ſtantem, benedicentem cum dextra, & cum ſiniſtra retinentem baculum paſtoralem, & à latere ipſius ymaginis erat undique imago quaſi capitis, & ſubtus ipſius capitis ymaginem erant hinc & inde tria Lilia à quolibet latere deſignata, cujus circumferentes literæ ſic dicebant; ſcilicet, *Walteri* Dei gratia *Wigornienſis* Epiſcopi. Tenor autem ipſius literæ talis eſt: Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis vel audituris, *Walterus* miſeratione divina *Wigornienſis* Eccleſiæ Miniſter humilis, æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos literas venerabilis patris *Bonifacii* Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, totius *Angliæ* Primatis, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, inſpexiſſe in hæc verba. Excellentiſſimo patri ac Domino *Alexandro* divina providentia Summo Pontifici; *Bonifacius* Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, pedum oſcula beatorum. Noverit veſtræ ſanctitatis excellentia, quod cum ad Diocæſim *Coventrenſem & Litchfeld.* **cauſa viſitationis faciendæ** declinaſſem, inter Monaſteria & alias Eccleſias collegiatas ejuſdem Diocæſis, Eccleſiam beatæ *Mariæ Stafford.* Anno Dom. 1265. Kal. *Octobris* **viſitavi, et in eadem viſitationis officium exercens inveni, quod Epiſcopus** *Coventr.* & *Litchf.* & Archidiaconus *Stafford.* qui pro tempore fuerunt, **omnimodam juriſdictionem Epiſcopalem et Archidiaconalem in populum et plebem et parochianos ſingulos dictæ Eccleſiæ et altarum Eccleſiarum ſeu Capellarum eidem Eccleſiæ ſubjectarum exercere libere conſueverunt ab antiquo: quodque Decanus, Canonici, et Miniſtri prædictæ Eccleſiæ, juriſdictionem Epiſcopalem et Archidiaconalem in populum et plebem et parochianos ſuos uſurparunt, non ſine gravi periculo animarum, et ſcandalo plurimorum, ac in Eccleſiæ** *Coventr.* & *Litchf.* **præjudicium non modicum et gravamen.** Ut igitur, quæ in eadem Eccleſia corrigenda inveni, per me reformarentur in melius, habitâ ſuper præmiſſis deliberatione plenâ, **inhibui diſtrictus Canonicis et Miniſtris quos ibidem inveni, ſub pœna excommunicationis, ne de cætero impedire præſumerent, quominus dicti Epiſcopus et Archidiaconus, ac eorum ſucceſſores juriſdictionem Epiſcopalem et Archidiaconalem in populum et plebem et parochianos præfatæ Eccleſiæ valeant exercere.** Sane ex parte *Bogonis de Clare* Decani, Canonicorum & Miniſtrorum ejuſdem Eccleſiæ coram me propoſitum extitit, **quod iidem privilegia exemptionis ab interdictione Epiſcopali et Archidiaconali, quoad perſonas ſuas habebant a ſede Apoſtolica ſibi dudum indulta; propter quod ſuper præmiſſis plenius deliberare volens, eiſdem terminum peremptorium a die Sancti** *Michaelis* **proximo futuro in unum menſem;** videlicet, ſexto Kal. *Novembris*, ad exhibendum *London.* coram me **dicta privilegia, ſi qua haberent,** ad inſtantiam venerabilis patris *Rogeri* Dei gratia *Coventr.* & *Litchf.* Epiſcopi, & Magiſtri *Richardi* tunc Archidiaconi *Stafford.* aſſignavi; decernendo, quod ſi privilegia non exhiberent, ut extunc procederetur contra eoſdem, prout de jure fuerit procedendum. Partibus igitur coram me ipſo comparentibus *London.* ſexto Kal. *Novembris*, cum dicti Decanus, Canonici, & Miniſtri privilegia, quæ ſe habere proponebant, non exhiberent, eiſdem ex habundanti iterato terminum peremptorium ad exhibendum privilegia (ſi qua haberent) videlicet, quarto Idus *Februarii* legitimè aſſignavi. Quarto vero Idus *Febr.* continuato cum duobus diebus ſequentibus, comparuerunt coram

coram me *Lameheth* venerabilis frater *Rogerus* Dei gratia *Coventr. & Litchfeld.* *An.* 8 E. 1.
Episcopus per Procuratorem legitimè constitutum, & Magister *Richardus* tunc
Archid. *Stafford.* personaliter, ex parte una; *Bogo de Clare* Decanus, Canonici,
& Ministri Ecclesiæ beatæ *Mariæ Stafford.* per Magistrum *Adam de Fileby* Procu-
ratorem eorundem legitimè constitutum, ex altera. Cumque ex parte venerabilis
patris *Coventrensis & Litchfeld.* Episcopi, & Archidiaconi *Stafford.* coram me, peti-
tum esset instanter, **ut dicti Decanus, Canonici, et Ministri privilegia exemptio-
nis, quæ se habere proponebant, exhiberent;** Procurator eorundem, privilegia
non exhibens, appellavit sub hac forma. Quia vos, reverende pater, *Cantuariensis*
Archiepiscope, Decanum & Capitulum Ecclesiæ beatæ *Mariæ Stafford.* **a vestra et
omni ordinaria jurisdictione penitus eremptos coram vobis fecistis ad judicium
evocari, suæ exemptionis privilegia exhibituros, ac moneri fecistis eosdem, ut
jurisdictionem quam ex antiqua et approbata consuetudine in plebem et populum
dicti Decanatus obtinent, Domino Episcopo** *Coventr. & Litchfeld.* **et Archidia-
cono** *Stafford.* **liberarent, et ipsos dicta jurisdictione libere uti permitterent, quan-
quam judicialiter non constiterit eandem jurisdictionem ad dictos Episcopum et
Archidiaconum aliquatinus pertinere:** Ego *Adam de Fileby* Subdecanus Ecclesiæ
prædictæ, ac Procurator dictorum Decani & Capituli sentiens Dominos meos ex
hoc indebite prægravari, **sedem Apostolicam in scriptis appello, et Apostolos peto:
appello etiam sedem prædictam pro me et Dominis meis prædictis, ne vos ali-
quam sententiam excommunicationis, aut suspensionis, aut interdicti in nos vel
Ministros aut Parochianos nostros, Mon. nostrum aut oratoria sedis Apostolicæ
subdita, aut aliquid aliud faciatis in præjudicium nostrum et sedis Apostolicæ,
cui nos immediate subesse profitemur, et Apostolos peto et supplico, ut ob reve-
rentiam sedis Apostolicæ appellationi meæ deferatis, et mihi nomine dictorum
Dominorum meorum et parti adversæ in Curia Summi Pontificis diem assigne-
tis. Venerabili ergo fratri** *Coventr. & Litchfeld.* **Episcopo, et Magistro** *Richardo*
Archidiacono *Stafford.* **prædictam appellationem et supplicationem acceptantibus,
ad postulationem eorundem et partis adversæ supplicationem ob reverentiam
sedis Apostolicæ eidem appellationi reverenter duxi deferendum, præfigendo par-
tibus terminum peremptorium, quo se vestræ sanctitatis conspectui represent
in crastino Sancti** *Michaelis* **proximo futuro, sufficienter instructæ cum omnibus
munimentis, juribus et rationibus præmissum negotium tangentibus, paratæ in
eodem negotio procedere, prout vestræ sanctitati visum fuerit expedire. In præ-
missorum autem testimonium has literas meas sanctitati vestræ transmitto.**
Conservet vos altissimus ad regimen Universalis Ecclesiæ Dei per tempora longi-
sissima. Dat. *Lambeth* 5 Non. *Marcii* Anno Domini 1260. In cujus rei testimo-
nium præsentibus literis sigillum nostrum fecimus apponi. Dat. apud *Fulham*
8 Kal. *Junii* Anno Domini 1261. Exemplatum, transcriptum, lectum, & asculta-
tum fuit hoc Instrumentum per me Notarium infrascriptum, *Viterbii* Anno Domini
1267. Indictione 10. 6 Idus *Junii*, Pontificatus Domini *Clementis* Papæ 4. anno 3.
præsentibus Domino *Crescentio de Cave*, Magistro *Johanne de Seche*, Domino *Nicho-
lao Monacho*, & Domino *Jacobo de Anagna*, Capellanis venerabilis patris Domini
Richard. S. *Ang.* Cardin.

Et ego *Bonaspes Guyditii* de *Perusio*, Apostolicæ sedis authoritate Notarius, ha-
bens authoritatem Instrumenta & literas exemplandi & publicandi, ipsam literam
originalem hujus Instrumenti sigillatam dicto sigillo vidi sanam & integram, non
abolitam, nec in aliqua sui parte viciatam; & sicut in ea inveni, ita hic ut supra le-
gitur, fideliter exemplavi & transcripsi, legi & ascultavi cum prædictis Dominis Ca-
pellanis, anno, mense, die prædictis, & hoc exemplum ac transcriptum in publicam
formam derigens signo proprio roboravi in testimonium veritatis.

The Kings Letters and Prohibitions to the Archbishop, annexed to this Appeal in the same Bundle, run in this forme.

E*Dwardus, &c.* Recepimus nuper literas vestras nobis directas, una cum quadam Ibidem.
exemplificatione cujusdam literæ bonæ memoriæ *Bonifacii* quondam Archi- An. 8 E 1.
episcopi *Cantuariensis* prædecessoris vestri, **super visitatione vestra facienda in Ca-
pella nostra** *Stafford.* **et quibusdam aliis regalibus et liberis Capellis nostris in**

An. 8 E. 1. Diocæsis *Coventr.* & *Litchfeld.* Quarum literarum pluries audito tenore, et non ſine diligentia plenius intellecto, non videbatur nobis, quod vos ad hujuſmodi viſitationem veſtram in dictis Capellis noſtris faciendam, a nobis prius inde reſponſo certo non accepto, procedere debeatis. Et quia nos libertates et jura Eccleſiæ veſtræ *Cantuarienſis*, cujus patroni ſumus, quantum alius quicunque illæſa manutenere volumus et tueri, et non minus credimus quam ſperamus, quod vos regias libertates et jura, ad quæ conſervanda et defendenda etiam ſacramenti vinculum vos aſtringit, conſervare vultis penitus illibata: Paternitatem veſtram officioſe requirimus et rogamus, quatinus ab hujuſmodi viſitationibus veſtris, quas facere proponitis in Capellis noſtris ſupradictis, uſque ad proximum Parliamentum noſtrum in quo perſonaliter intereritis (dante Deo) velitis æquanimiter abſtinere; ut tunc ex unanimi et mutuo conſenſu noſtro provideamus quid fieri debeat in præmiſſis.

Ibidem. EDwardus, *&c.* dilecto ſibi *Johanni de Kirkeby*, ſalutem. Vobis mandamus, quatinus viſis præſentibus unam literam ſigillo noſtro ſignatam, Vicecomiti *Stafford.* tranſmittatis, cujus tenor talis eſt. Quod hac inſtanti die *Veneris* in ſua propria perſona ad liberam Capellam noſtram de *Stafford.* adeat, et quod nullo modo permittat, quod Archiepiſcopus nec aliquis nomine ſuo in dictam Capellam habeat ingreſſum. Cæterum vobis mandamus, quatinus aliam literam conſimilem formam continentem, hominibus eſuſdem Villæ nomine noſtro tranſmitti fac. Proinde etiam earundem literarum, quem Magiſter *Tho. Bek* vobis liberare faciat firmiter injungat. quod ſit apud *Stafford.* hac inſtanti die *Veneris* hora prima, ſine mora ulteriori: Et quia ſigillum noſtrum proprium non habuimus confectis præſentibus, ſigillo Domini *Hugonis* fil. *Ottonis* eaſdem conſignavimus.

The Townſmens Petition to the King thus follows in the ſame Bundle.

Ibidem, in Turri Lond. An. 8 E. 1. EXcellentiſſimo Domino ſuo *E.* divina providentia Regi *Anglorum* illuſtri, devoti ſui Burgenſes *Stafford.* ſalutem & proſperos ad vota ſucceſſus. Recolentes ea quæ tempore claræ memoriæ Domini noſtri Regis *H.* patris veſtri, per Archiepiſcopum, Epiſcopum, et alios inferiores, in præjudicium liberæ Capellæ veſtræ beatæ *Mariæ Staffordiæ* minus debite attemptata fuerunt, ac timentes ea quæ hiis diebus per Dominum Archiepiſcopum *Cantuarienſem* comminantur inferri prædictæ Capellæ veſtræ, Clericis ibidem Deo ſervientibus, et nobis, quos jam coram ſe citare fecit; Cogimur timore præteriti Celſitudinis Regiæ remedium implorare. Placeat igitur ſerenitati veſtræ defenſionis adeſſe præſidio et nobis veſtris fidelibus et devotis ſcribere, utrum ſimul cum veſtris Clericis memorato Archiepiſcopo reſiſtere debemus, vel parere eidem; quod nunquam temporibus noſtris fieri vidimus, nec fieri poſſit abſque læſione Coronæ veſtræ et Regiæ dignitatis. Conſervet, *&c.*

William Wickwane Archbiſhop of *York* about the ſame time, writ this Letter to *John de Kirkeby* a Prebend thereof, for the maintenance of his Juriſdiction to viſit the Hoſpital of St. *Nicholas* within that City, againſt the oppoſitions of the Mayor, Citizens, and a lewd Siſter thereof whom he had excommunicated.

Bundela Literarum & Brevium in Turri London, An. 8 E. 1. W. Permiſſione divina *Eboracenſis* Archiepiſcopus, *Angliæ* Primas, dilecto in Chriſto filio Domino *Johanni de Kirkeby* Canonico *Ebor.* amico noſtro ſpeciali, ſalutem, gratiam, & benedictionem. Cum viſitatio, correctio, et reformatio Hoſpitalis beati *Nicholai Eboracenſis* et Fratrum loci ipſius, vitam regularem inibi agentium, ad nos pertineat ab antiquo, in cujus poſſeſſione, vel quaſi, prædeceſſores noſtri pacifice fuerant et quiete; nobis locum illum (qui correctione indigebat) perſonaliter viſitantibus, non eſt diu, ecce Major et alii Cives *Ebor.* juriſdictioni Archiepiſcopali, non ſine fraudis commercio, ſingulis quaſi diebus illudentes, quandam ſororem ejuſdem Hoſpitalis rixoſam, improbam, imo (ut ſic loquamur) fædam, ut dicitur, Calphurniam, (quam pro eo quod * in Preſbyterum manus injecit, vobis denunciamus publice excommunicatam) adeo excitantes ſtimularunt eandem, quod jam Dominum noſtrum Regem in ſumptibus eorundem

* It is more likely he laid violent hands, &c. on her.

eorundem adiit soror ipsa, ut sic per improbitatem seu tumultuosum clamorem suum, in nostræ jurisdictionis elusionem aliquid (quod absit) præjudiciale taliter impetraret: et contrà nos confictis subdole malitiis scandalum suscitaret. Verum quia nos & personam nostram, prout novimus, zelo specialis affectionis amplexati estis, ac jura Ecclesiæ *Eborum*, cujus ubera sugitis, fobere tenemini et protegere affectione filiali; vos requirimus, rogamus, et excitamus, quatinus ista ad animum revocantes, ejusdem mulieris improbitati taliter resistatis, quod Ecclesia *Eboracensis* gratitudinem in vobis optatam inveniat et speratam; ac nos vestram in hac parte diligentiam merito commendemus. Valeat. Dat. apud *Burton* 7 Kalend. *April*. Pont. nostri Anno primo. *An.* 8 E. 1.

Page 251. l. 24. after *Junii*, insert. The Bishoprick of *Darey* in *Ireland* becomming voyd, and the Canons differing about the election chose two Bishops, who thereupon appealing to the Pope, before whom they were at last induced to surrender and quit their elections; he thereupon by his usurped Authority and Provision conferred it on *Nicholas de Cusack*, without the Kings privity or any election; whereupon *Cusack* sent this Letter, with the Popes certificate of his provision thereunto to the King, (which I found in the *White Tower*) desiring him to restore the Temporalties thereof to his Proctor, and to take his Oath of Fealty in his stead, till his return from *Rome*, when he promised personally to make fealty to him.

EXcellentissimo Principi ac Domino Magnifico *E.* Dei gratia Regi *Angliæ*, &c. suus, si placet, frater *N. de Cusach* de Ordine Fratrum Minorum, Dei gratia Ecclesiæ *Darens.* electus, licet humilis & indignus, corporis & animæ sospitatem in eo qui Regibus dat salutem, cum omni reverentia & honore. Dudum vacante *Darense* Ecclesiâ Provinciæ *Dublinensis*, Canonici ejusdem Ecclesiæ ad electionem futuri Præsulis procedentes, duas elections de duabus personis in eâdem Ecclesia discorditer celebrarent. Quibus postmodum personis omni juri sibi prætextu talium electionum forsitan competenti liberè ac sponte renunciantibus, demum sacrosanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Summus Pontifex de suæ plenitudine potestatis, eidem Ecclesiæ, de persona mea licet immerito nuper provident, necnon præfecit in Pastorem et Episcopum animarum, prout ex ipsius Summi Pontificis literis, (quas vestræ Celsitudini audiendas transmitto per præsentium exhibitorem) evidenter vobis poterit elucere: Cum igitur vestræ constet excellentiæ, concesso Principali, concedi debet non immerito quod accedit, mihique nuper ex parte Domini Papæ firmiter sit injunctum; ut ad suæ Sanctitatis præsentiam indilate personaliter accedam, ne dictam Ecclesiam ex diutina vacatione multipliciter collapsa, cujus cura mihi jam imponitur et incumbit, amplioza dispendia patiatur; vestræ Magnificentiæ preces porrigo tam humiles quam attentas, quatinus præfatæ Ecclesiæ diu desolatæ Regiæ pietatis clementia compatientes, Magistro *Hugoni de Fraxinis* exhibitori præsentium, Procuratori et Commissario meo generali, ejusdem Ecclesiæ temporalia, vice mea (si placet) restitui jubeatis; recipientes ab eodem nomine meo consuetum fidelitatis vobis debitæ juramentum: quod ego (Domino concedente) cum de Curia *Romana* me redire contigerit, Majestati vestræ præstabo, sicut decet, humiliter et devote. Valeat, &c. Datum *Paris.* in festo Sancti *Mathiæ* Apostoli, Anno Domini 1279. Anno 8 E. 1. in Turri London.

I cannot finde that the King condescended to this his illegal provision and unreasonable request grounded thereon, both being so much against the Rights and Prerogatives of his Crown and Dignity.

Page 253. l. 22. after *Septembris*, insert.] In a Bundle of Writs, Privy Seals, and Letters in the *White Tower*, An. 9 E. 1. I finde the same Writ in effect, with some little variation and transposition of words, and this Addition, after *increpare* in the cloze thereof; et ultionem debitam vobis opportuno tempore referare. *T. & fiat Patens*; which Writ was seconded by two others in the same Bundle; the first of them dated 28, and the later 30 *Septembris*, both in this form and stile. *An.* 9 E. 1.

EDwardus, &c. venerabilibus in Christo Patribus, *J.* eadem gratia *Cantuarien.* Archiepiscopo, totius *Angliæ* Primati, & omnibus Episcopis & aliis Prælatis in instanti

An. 9 *E.* 1. inſtanti Concilio apud *Lambethe* celebrando conventuris, ſalutem. Mandamus vobis, quod ſicut Baronias veſtras, quas de nobis tenetis, diligitis; nullo modo conſilium de aliquibus quæ ad Coronam noſtram pertinent, vel quæ perſonam noſtram, vel ſtatum noſtrum, vel ſtatum Conſilii noſtri contingunt, tenere; ſeu aliquod contra Coronam et dignitatem noſtram in eodem ſtatuere præſumatis; ſcituri pro certo, quod ſi feceritis, nos ad Baronias veſtras graviter capiemus. Teſte meipſo apud *Lyndehurſt*, 28 die *Sept.* Anno regni noſtri nono.

Bundelæ Brevium in Turri London, An. 9 E 1.

Page 269. l. 16. after *none*, adde.] In another Bundle of Writs in the *White Tower Chappel* the ſame year, I met with another Writ *Vic.* Nottingham, *quod diſtring.* Willielmum de Soverworth *per omnes terras, &c. ad reſpond.* Gervaſio *fil.* Hugonis de Haworth', *quare eum placita* de Tranſgreſſione *contr. pacem noſtram factis in regno noſtro*, ad Coronam noſtram et non ad alium in eodem regno pertinent, *idem* Willielmus *ſecutus eſt plac.* in Curia Chriſtianitatis de hujuſmodi Tranſgreſſionibus, in Coronæ et dignitatis noſtræ læſionem, et contra Prohibitionem noſtram, &c. *T.* J. de Metingham *ap.* Derby, 12 *die* Maii, *An. r. n.* 9. And with theſe enſuing Writs, *Vic.* Ebor. *quod diſtringas* Rogerum de Thureton *per omnes terras &c. et quod habeas corpus ejus coram Juſtic. &c. ad reſpond.* Euſtachio de Pert, quare ſecutus eſt placitum in Curia Chriſtianitatis de Laico feodo ipſius Euſtachii *in* Middleton, contra prohibitionem noſtram, *T.* J. de Vallibus *ap.* Derby, 4 *die* Maii, *An. r. n.* 9. *Vic.* Northampt. *Pone, &c.* Oliverum *Epiſc.* Linc. *&c. oſtenſur.* quare cum placita de catall. et debitis quæ non ſunt de, &c. ad Nos et Coronam et dignitatem noſtram, et non ad alium pertineant, idem Epiſcopus, &c. tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis *de catallis & debitis Prioris Sancti* Johannis de Brakele, quæ non ſunt de, &c. contra Prohibitionem noſtram. *Pone etiam, &c.* Petronellam *quæ fuit uxor* Arnaldi le Gower, quare ſecuta eſt idem placitum, &c. *T. R. apud* Clarendon 28 *die* Maii, *An. r. n. nono.*

Page 274. l. 17. after *Anno nono*, inſert. In a Bundle of Writs under the Privy Seal, An. 9 *E.* 1. which I met with in the *White Tower*, I finde theſe two Writs iſſued to the Popes Delegates, prohibiting them to proceed, and to *Stephen de Surdo* not to proſecute a ſuit before the Popes Delegates concerning the right to an Advowſon of a Church, till the right thereof was firſt determined in and by the Kings temporal Court.

Bundela Brevium, Anno 9 E 1. in Turri London.

Edwardus, &c. Magiſtris *Giffredo* majori *Cameracenſ.* in *Anglia* commoranti, & *Johanni de Luk.* Sancti *Pauli London.* Eccleſiarum Canonicis, Judicibus a Domino Papa delegatis, ſalutem. Indicaverunt nobis *Iſabella* quondam uxor *Rogeri de Clifford* junioris, *Rogerus de Leyburne*, & *Iſolda* uxor ejus, quod cum *Johannes* filius *Griffini* teneat Eccleſiam Sancti *Michaelis de Kirkeby Thore*, cum Capellis et pertinentiis ſuis de advocatione ipſorum, *Stephanus* dictus *Surdus* Domini Papæ Capellanus, clamans dictam Eccleſiam cum Capellis et pertinentiis ſuis de advocatione Epiſcopi *Karliolenſis*, trahit eos inde in placitum coram vobis in Curia Chriſtianitatis. Quia vero manifeſtum eſt, quod prædicti *Iſabella*, *Rogerus* & *Iſolda* jacturam ſuæ advocationis incurrerent, ſi prædictus *Stephanus* in cauſa optineret; Vobis prohibemus, ne placitum illud teneatur in Curia Chriſtianitatis, donec diſcuſſum fuerit in Curia noſtra, ad quem illorum pertineat ejuſdem Eccleſiæ cum Capella et pertinentiis ſuis advocatio; quia placita de advocationibus Eccleſiarum ſpectant ad Coronam et dignitatem noſtram. Teſte, &c.

Fiat una litera Magiſtro *Giffrido* majori *Camer.* in *Angl.* commoranti, Judici a Domino Papa delegato.

Et conſimilis litera fiat Magiſtro *Johanni de Luk.* Canonico Sancti *Pauli London.* Judic. a Domino Papa delegato.

Ibidem, Anno 9 E 1.

Edwardus, &c. *Stephano* dicto *Surdo*, vel ejus Procuratori, ſalutem. Indicaverunt nobis *Iſabella*, &c. (*verbatim* as in the premiſed Writ.) Tu, clamans dictam Eccleſiam, cum Capellis & pertinentiis ſuis de advocatione Epiſcopi *Karliol.* trahis eos inde in placitum in Curia Chriſtianitatis. Quia vero manifeſtum eſt, quod prædicti *Iſabella*, *Rogerus* & *Iſolda*, jacturam ſuæ advocationis incurrerent,

rent, si tu in causa illa obtineres. Tibi prohibemus, ne placitum illud sequaris in Curia Christianitatis, donec discussum fuerit in Curia nostra, ad quem illorum pertineat ejusdem Ecclesiæ cum Capellis et pertinentiis suis Advocatio, quia, &c. *ut supra.* *An.* 9 *E.* 1.

Page 281. l. 19. after *Junii*, insert.] Moreover King *Edward* the 1. in the 10th year of his reign, upon the complaint of Religious Houses and Clergy men, issued several *Commissions* to his *Justices* to inquire of all purveyances and takings of horses, carriages, goods, &c. of any Religious persons, Clerks or others by his Ministers, and of all injuries done unto them by them or any others against the *Statute of Westminster* 1. 3 E. 1. c. 1. I finde a bundle of no lesse then 17 *Inquisitions* of this kinde in the *White Tower* returned into *Chancery* under the Inquisitors Seals in the County of *Norfolk* alone, one whereof I shall only transcribe. *An.* 10 *E.* 1.

In Bundel. Inquisitionum An. 10 E. 1. in Turri London.

INquisitio facta apud *Norwycum* die *Lunæ* in festo S. *Marci* Evangel. Anno regni Regis *Edwardi* decimo, coram *Willielmo de Ormesby* & sociis suis Justiciariis Domini Regis assignat. per *Stephanum de Fundenk*, *Simonem de Bosco*, *Johannem Howard*, *Ricardum Attefeld*, *Walterum de Welebourne*, *Ricardum Freman*, *Robertum Gege*, *Ricardum Forester*, *Edwardum de Lund*, *Simonem le Marescall*. *Johannem Pilecrowe*, & *Willielmum atte More*, Juratores; qui dicunt super Sacramentum suum, quod Dominus *Nicholaus de Hastinges* & *Willielmus Champanye* serviens ejusdem, & *Willielmus Baroun* ceperunt, asportaverunt, & abduxerunt de *Thoma* Vicario de *Gissing*. &c. contra voluntatem suam, duos equos pretii 20 *s.* ad opus ejusdem Domini *Nicholai*. Et de Ministris Domini Regis et aliis, qui Blada, Victualia, aut alia bona Prælatorum, Virorum Religiosorum, personarum Ecclesiasticarum, Clericorum aut Laicorum, qui equos, bobes, carectas, naves aut batellos alicujus ad cariagium faciendum ceperunt et asportaverunt seu abduxerunt, contra bolumtatem illorum quorum fuerunt, Nihil aliud possunt inquirere, vel etiam qui malum damnum fecerunt Religiosis, vel aliis eorundem non concesserunt hospicium aut prandium aliquibus vel alia causa, pro eo, quod aliquis querebatur in Curia Regis vel qui Domibus et religios. suos aut aliorum equos, canes miserunt, aut qui Mic. hospitarunt in aliquo loco plus quam cum quinque vel sex equis contra formam Statuti; et qui fugarunt in Parcis Religiosorum, seu piscati fuerunt in Vivariis suis, &c. Dicunt, quod nihil sciunt et nihil possunt inquirere. In cujus rei testimonium prædicti Juratores sigilla sua apposuerunt.

Most of the other Inquisitions conclude; *Qui dicunt super Sacramentum suum*, quod nullum sciunt vel invenerunt culpabilem de prædictis articulis: So as it seems that Law was then very well observed, and the Clergy and Religious persons had little cause of complaint.

Page 281. l. 19. after *them*, insert.] This *Boves de Clare* purchased a Bull from the Pope extraordinarily prejudicial to the Kings Prerogative, which he produced in Court against Sir *John de Lovetot* Justice of the Kings Great Bench; the Judges and Barons of the Exchequer upon perusal thereof, thought it the most pernicious and prejudicial Bull to the Crown that ever was procured: whereupon they referred the matter to the Kings own hand, and gave *Boves* a day to appear and answer his procuring of this Bull before them, that so they might in the mean time know the Kings and Chancellors pleasure concerning it, as this Letter I found in the *White Tower* written to the Chancellor by the Judges informs us.

Bundela Literarum & Brevium Anno 10 E. 1. in Turri London.

WYmburn. Justices deu Bank le Roy, saluz, e due reverence; Sachez Sire ke au moys de Seint *Michel* vint Sire *Boves de Clare* devant nus a *Salopebirs* pur bosoignes ke il ont a fere. Au quel jour vint Sire *Johan de Lovetot* Justice deu grant bank, et mustra par les Counturs le Roy devant mis, ke le avantdit Sire *Boves* eut une Bulle purchace contre ly en prejudice de la Corune nostre Seynur le Roy, la quele il nus mustra enbulle: e quant Sire *Boves* de ceo devant nus fu aresonne, il nus respondi, ke cele Bulle fu purchace par le soens, ke sunt en la Curt de *Rowme*, e del oure ke il bint il le porta a nostre Seynur le Roy, e li mustra e mist la busoigne

An. 10 *E.* 1. buſoigne tot en ly ſi il la deuſt ſeure ou nun. E le abantdit Bulle miſt enſy en bo-ſtre meyn pur cele choſe oꝛdeyner a la bolunte le Koy e le voſtre. E quant nus tele Bulle abium bene, nus le ſeymes muſtrer devant les Barons del Eſchekere e les Juſtices deu grant Bank noſtre Seynur le Koy. E fu abiz a tuz, ke cele Bulle fu la plus pꝛæjudiciele ke unkes fu purchacee en ceſte terre de noſtre tens. E pur ceo Sire tut alegaſt le avantdit Sire *Boves* ke la choſe fu miſe en les meins noſtre Seignur le Roy e en le voz, e ſi cum deſuz eſt dit, nus de olyum leſſer la ſupte noſtre Seygnur le Koy, en ly ann jour done debant nus as utabes del Seint *Martin* cum de jour en jour, par la bolunte noſtre Seygnur le Koy ſur ceſte choſe ſaver, e la voſtre, dunt ſi bos pleſt la bolunte noſtre Seygneur le Koy ſur ceſte choſe nus mandez.

The Jewiſh Converts being in great diſtreſſe, wanting cloathes and food in the houſe provided for them, by reaſon the penſions granted them by the King were not duly paid, *John de Dennys* Maſter of their houſe thereupon writ this Letter to the Chancellor, to procure the payment of their penſions; wherein he relates their fervent prayers for the King and kingdom, and the efficacy of prayers and alms, as well as of arms, in times of Warre, to procure victory over the Kings enemies.

Ex Bundela Literarum & Brevium in Turri London, Anno 10 E 1.

REverentiſſimo Domino ſuo, ſe totum ſemper humillimum & devotum. Dominacioni veſtræ ſupplico devocione qua poſſum, quatinus de Converſis veſtris *London.* qui jam fame pariter & frigore cruciantur, memoriam habere dignemini: præcipientes, ſi placet, quod breve Regium de porcione dictis Converſis ad ſuam ſuſtentacionem de Termino Sancti *Michaelis* proximo jam præterito à Domino noſtro Rege deputata, Theſ. & Camerariis de Scaccario ſine difficultatis incommodo dirigatur: licet enim multa Domino Regi et vobis hiis diebus incumbant in partibus iſtis, pꝛopter hoc tamen non ſunt omittenda ſi placet eꝛ hac parte quæ ſpiritu Dei aguntur, et divino conſilio ſunt conceſſa. Quia non ſolum biribus hominum et virtute armoꝛum, ſet elemoſinis et oꝛationum ſuffragiis bella bincuntur et hoſtium foꝛtitudo conteritur. Nec credo quod ſit locus in *Anglia* ubi ſaluberius fiant oꝛacionum et laudum ſacrificia pꝛo Domino Rege et ſuis, quam in illa minima domo ſua et beſtra. Et nobit Deus, quod niſi eiſdem Conberſis, ut dictum eſt, ſubbeniatur ad pꝛæſens, non reſtat niſi, quod abſit, in diſperſione ſua deficiant et cum confuſione mendicent, ſuper quibus credatis ſi placet *R.* Clerico meo, et *Johanni de Norwyco* Clerico et Conberſo, quem noſtis pꝛæſencium poꝛtitoꝛibus. Ego ad vos perſonaliter acceſſiſſem, ſi ſtatus corporis qui nondum ad tot viarum diſcrimina ſufficeret aliquatenus permiſiſſet, ſuper quo meam ſi placet habere velitis abſenciam excuſatam. Supplico inſuper Dominacioni veſtræ devocione qua poſſum quatinus literam Regiam deprecatoriam una cum veſtra, ſi placet, juxta tenorem quem vobis inde tranſmitto Domino *Norwycenſi* Epiſcopo dirigendam concedere dignemini michi veſtro. Valeat ſalus et proſperitas veſtra per tempora diuturna.

Dorſo. Domino *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo Cancellario Domini Regis, per ſuum *J.* de Sancto *Dyoniſio.*

The King iſſued this Writ to his Chancellor for the appointing and conſecrating of a new Churchyard, to bury the dead of *Rotheland*, becauſe the old was not ſufficient, and for ſending Souldiers to him againſt the *Welſhmen.*

Ex eadem Bundela, An. 10 E 1.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Venerabili in Chriſto Patri *R.* eadem gratia *Bathonienſi* & *Wellenſi* Epiſcopo Cancellario ſuo ſalutem. Quia venerabilis pater *J. Cantuarienſis* Archiepiſcopus nobis ſignificavit, quod Cimiterium Eccleſiæ de *Rothelan* non eſt competens aut ſufficiens pꝛo ſepultura moꝛtuoꝛum ibidem; Vobis mandamus, quod aliquem locum competentem juxta Hoſpitale extra *Rothelanum* aſſignari faciatis pꝛo ſepultura, et eam ad hoc dedicari faciatis, prout dictus Archiepiſcopus et vos videbitis fore faciendum, & certificetis nos quando dictus Archiepiſcopus veniet ad nos apud *Din-*

by:

by: et quia quidam qui ituri ſunt ad *Angleſeye* ſunt adhuc apud *Rothelanum*; Vobis mandamus, quod ſignificetis quot & qui, & de numero peditum et equitum, & de eorum nominibus pro viribus nos cerciorare non omittatis. Dat. ſub privato Sigillo noſtro apud *Dinby* 27 die *Octobris*, Anno regni noſtri decimo. *An.* 10 *E.* I.

The Conſtable of *Wyndeſor* Caſtle endeavouring to impoſe a new Oath of Fealty concerning Veniſon upon the Biſhop of *Wincheſters* Wodewards within the Foreſt of *Wyndeſore*, againſt the Liberties of his Church as he ſuggeſted, he thereupon writ this Letter to the Chancellor, to prohibit his proceedings therein.

Bundela Literarum & Brevium, de Privato Sigillo An 10 E. I. in Turri London.

D*Orſo*. Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellenſi* Epiſcopo. Venerabili in Chriſto Patri Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo, *J.* permiſſione ejuſdem *Wynton.* Epiſcopus ſalutem, in omnium ſalvatore. Poſtquam vobis ultimo ſcripſimus, rumor ad nos pervenit implacidus, quod Dominus *G. de Picheford* Conſtabularius de *Wyndeſor* nititur modis omnibus compellere Wodewardos noſtros de Manerio noſtro de *Weregrave* ad præſtandum fidelitatis Sacramentum de venacione Domini Regis fideliter cuſtodienda, in eluſionem noſtram & noſtræ Eccleſiæ *Wintonienſis*, quia tale Sacramentum a Wodewardis prædeceſſorum noſtrorum, nec etiam tempore vacationis hactenus non fuit præſtitum vel exactum: Placeat igitur venerandæ paternitati veſtræ dicto Domino *Galfrido* præcipere, ut a talibus nobis exactionibus penitus deſiſtat, et nos libertatibus noſtris quibus prædeceſſores noſtri hactenus pacifice uſi ſunt libere gaudere permittat, nullam nobis inferendo moleſtiam ſeu gravamen. Conſervet vos Altiſſimus ad defenſionem ſuæ Eccleſiæ per tempora diuturna. Dat. apud *Bytern*, Non. *Novembris* Anno gratiæ 1282.

The newly elect Biſhop of *Miden* in *Ireland*, (preſented to and approved by the King) and his Clergy appealing to the Court of *Rome* againſt the Archbiſhop of *Ardmach*, by whom he was to be confirmed and conſecrated, both becauſe he was excommunicated by the Popes delegates, and had ſeveral wayes injured him and his Church, ſo as he could expect no juſtice from him, and becauſe he being an *Iriſhman* hated the *Engliſh*, deſired the Chancellors Letters to ſome Cardinals and the Kings Proctors at *Rome*, to promote and aſſiſt him in his affairs in that Court, as this Letter atteſts.

Ibidem.

DOmino ſuo Reverendo ſuæ parvitatis obſequium Electus noſter *Midenſis* Magiſter *Thomas de* Sancto *Leodegario* lator præſencium venit ad Curiam cum literis Cleri *Midenſis* ad præſentandum ſe Domino Regi, et aſſenſum Regium electioni de ſe factæ, ut moris eſt, requirendum; et ad petendum ſimiliter literas ejuſdem Domini Regis Domino Papæ directas de eadem electione confirmandæ, pro eo quod Archiepiſcopus *Ardmacan.* a quo deberet confirmari, factus eſt inhabilis per ſententiam Excommunicationis dudum latam in ipſum per Judices delegatos, quam adhuc non intelligimus revocatam. Ab eodem eciam Archiepiſcopo ob injurias ab eodem nobis de novo illatas et grabamina plurima ad ſedem Apoſtolicam appellavimus, et ſunt Procuratores noſtri in Curia *Romana* ad impetrandum contra illum, unde tam Electo noſtro quam nobis debet in omnibus et ſingulis nos et Eccleſiam noſtram tangentibus merito ſuſpectus reputari; Scimus enim, quod abſque conſideracione juris vel racionis nos libenter grabaret, et Eccleſiæ noſtræ jura ſubverteret ſi valeret: Scitis eciam, quod *Hibernici Anglicis* ſunt infeſti, et pacem illorum per fas et nefas turbare non deſinunt et quietem, neſciunt eciam qui præſunt cum modeſtia regere ſe, ſemper nituntur tyrannico dominatu ſuppeditare ſubjectos. Idcirco tam ego quam omnes & ſinguli de Clero noſtro pedibus veſtris provoluti Dominacioni veſtræ ſupplicamus obnixè, quatinus ſi placet contra adverſarii noſtri maliciam in adjutorium Electi noſtri et noſtrum exurgentes literas tam Regias quam veſtras Domino *A. de Eveſham* titulo Sancti *Laurencii* in *Lucinia* Presbytero Cardinali, et aliis amicis veſtris et procuratoribus in Curia *Romana* dirigere dignemini, quod Electi et Cleri *Midenſis* negocia recommendata habentes illa promoveant, dirigant et defendant. Ignoſcatis nobis ſi placet quod Dominacioni veſtræ ita confidenter ſcribimus, quia videtur nobis quod ratione fœder.s

An. 10 E. 1. deris inter vos et Eccleſiam *Midenſem* aliquando contracti pro eorundem Eccleſiæ & Cleri negociis promovendis ad vos confugere debeamus.

Dorſ. Domino ſuo *Baton.* & *Wellen.* Epiſcopo per *J. de Kenleg.*

How this Archbiſhop oppreſſed the Clergy of *Miden* after the Biſhops journey to *Rome* by the Kings licenſe to proſecute his Appeal, and likewiſe endeavoured to have his Temporalties ſeiſed, and granted to the Chief Juſtices brother, againſt Law and right, this Petition of his Clergy to the King in the ſame Bundle will inform us.

Ex Bundela Brevium & Literarum An. 10 E 1. in Turri London.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, Domino *E.* Dei gratia illuſtri Regi *Angliæ*, Domino *Hiberniæ*, & Duci *Aquitaniæ* ſui humiles et devoti Clerus *Midenſis* ſalutem, & de inimicis triumphum, cum augmento graciæ & virtutis. Regiam Majeſtatem veſtram latere non credimus qualiter defuncto bonæ memoriæ *Hugone* quondam Epiſcopo noſtro *Midenſi*, petita fuerat per nos a dominacione veſtra ut moris eſt licencia alium eligendi, quâ optentâ elegimus virum literatum, honeſtum, in ſpiritualibus et temporalibus circumſpectum, Magiſtrum videlicet *Thomam de* Sancto *Leodegario* Archid. de *Lienl.* in Eccleſia *Midenſi*, qui ſe poſtmodum veſtris conſpectibus perſonaliter præſentavit, et cum gratia veſtra iter arripuit ad ſedem Apoſtolicam veniendi pro negociis ſuis quæ citra prædictam Curiam non poterant expediri: Pendente enim cauſa inter nos et Archiepiſcopum *Armacan.* coram Judicibus delegatis eatenus tempore electionis et confirmacionis petendæ proceſſum fuerat coram eis, quod dictus Archiepiſcopus per eoſdem ſentencia majoris excommunicationis extitit innodatus, a quo nichilominus tempore debito petibit Electus noſter, et ſupplicabit humiliter et devote quod ad examinandam electionem, et eandem confirmand. habilem ſe facere dignaretur: quo renuente, appellabit idem Electus ad ſedem Apoſtolicam, et nos ſimiliter pro Jure noſtro. Jam vero idem Archiepiſcopus in excommunicatione prædicta dampnabiliter perſeverans, ad procuracionem Juſticiarii veſtri qui locum veſtrum tenet in *Hibernia*, ut ſic potencia vinceret qui de Jure ſuo merito diffidebat, probibit inprovide Eccleſiæ *Midenſi* contra Deum et Juſticiam de facto cum de Jure non poſſet, in contemptum Domini Papæ et veſtrum de fratre dicti Juſticiarii, quem pro captanda benivolencia veſtra et poſſeſſione temporalium optinenda ad Curiam veſtram intelleximus transfretaſſe. Verum quia * veſtrum eſt tueri Eccleſias, et illas maxime quæ ſunt in cuſtodia veſtra, et alium præter vos non habent defenſorem, cum timeamus et merito, quod ex hujuſmodi conceſſione Temporalium poſſet Eccleſiæ deſolacio et nobis diſpendium et periculum generari; Dominacionem veſtram quam ſemper hactenus juri conſonam et juſticiæ fabentem cognobimus, debote et humiliter exoramus et obſecramus in Domino, quatinus ſi placet factum Electi noſtri et noſtrum juſto conſuetæ diſcrecionis veſtræ examine ponderantes, conceſſionem Temporalium donec negocium pendens in Curia *Romana* plenius terminetur in manu Regia dignemini retinere ſuſpenſam; Inhibentes ſi placet, Juſticiario veſtro, ne occaſione facti prædicti quod ſuum reputamus, nos vel aliquem noſtrum grabet indebite vel moleſtet. Valeat Regia Majeſtas veſtra per tempora longiſſima. Dat. apud *Trum* die *Circumciſionis Domini*, Anno ab incarnacione ejuſdem, 1282.

* *Nota.*

Page 288. l. 25. after *ut ſupra*, inſert.] This Biſhop of *Chicheſter* being ſlandered to the Chancellor and others for his remiſſeneſs in collecting the *Quindiſm* and diſaffection to the King, engaged in the wars againſt the *Welſh*, ſent this Letter to the Chancellor, expreſſing his proceedings and diligence therein, with his cordial affection to, and prayers for his Majeſties proſperity and ſucceſſe.

Ex eadem Bundela Literarum, &c. An. 10 E. 1.

VEnerabili in Chriſto Patri ac Domino reverendo, Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo Domini Regis Cancellario, ſuus devotus *S.* eadem gratia *Cyceſtrenſis* Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem & ſinceræ caritatis in Domino continuum incrementum. De ſtatu illuſtris Domini noſtri Domini *Edw.* Regis quem conſervet Altiſſimus, et de eventibus ſibi in *Wallia* contingentibus, et eciam de ſtatu veſtro, utinam proſpero aliquid certum ſi placet nobis ſignificare velitis, eo quod indifferentes & incerti multa locuntur incerta, per quæ frequenter

ſumus

sumus territi & turbati, set recepto per vos super hiis aliquo prospero atque grato reficeremur gaudio magno valdè, pro quo Domino quicquid potest devocionis obsequium et oracionis suffragium jugiter facimus, & Deo propicio faciemus. Cæterum quia centum marcas sterlingorum pro fine servicii nostri Domino Regi debiti hiis diebus *Barrunc. Walter.* Civi & Mercatori *Lucan.* nuper *London.* fecimus numerari, prout per literas ejusdem *B.* vobis poterit plenius apparere; Vos requirimus & rogamus, quatinus solita freti benignitate finalem acquietanciam super solucione prædicta per literas Regias si placet, nos habere faciatis, ita quod ulterius non veniat in demanda sicut literatoriè vestri gratia nobis alias promisistis. De Quintadecima vero Domino Regi debita, scitote quod trescentas & quinquaginta marc. prædicto Mercatori *London.* fecimus numerari, per ejusdem Quintædecimæ Collectores, & de arreragiis levandis per omnem modum per quem possumus laborabamus: Et quia quidam impetobidi censuram ecclesiasticam non berentur ad hujusmodi bonorum Ecclesiasticorum distractionem mandabimus jam procedi, ubi hujusmodi solucio est aretro: Et si quis malivolus aliud vobis dixerit in præmissis, ipsum ut mendacem nullatenus audiatis, quicquid enim ad Domini Regis commodum seu proficuum facere poterimus per Dei adjutorium faciemus. Cujus vitam & incolumitatem conservet Altissimus, & donet sibi tàm feliciter quàm potenter de hostibus reportare triumphum, ad sui nominis gloriam & honorem, et regni tranquillitatem & pacem. Valeat Dominacio vestra semper in Christo Jesu & Virgine glorioſa. Dat. apud *Andingeburne* 16 Kal. *Decembris*, Anno Domini 1282. *An.* 10 *E.* 1.

Whiles King *Edward* was busied in his Warrs against the *Welsh* and wanted monies, his Chancellor the Bishop of *Bath* and *Wells* had this Letter sent him by one of his officers concerning veins and pieces of silver discovered in his Lead Mines on *Meindep* near *Pridie*, which for its rarity I shall insert.

SCiatis Domine, quod artifices vestri inverunt optimam mineram plumbo super *Meindep* juxta *Pridie* ex parte orientali, & quasi absque labore aperta superficie terræ circa profunditatem quinque vel sex pedum: Et quia artifices solent ut frequencius esse fures, seperando in conflacione artificialiter argentum a plumbo, et argentum furtive furripere et collecta quantitate magna fugere tanquam fures, artificium suum deserendo, quod frequenter contigit ibidem temporibus retroactis, prout referunt viri antiqui, Ballivi vestri, dictam mineram faciunt usque ad Curiam vestrum de *Woky* deportari, in cujus medio erecta fornace dicti artifices conflant illa mineralia sub visu aliquorum ad hoc deputatorum per vestrum Senescallum. Et quia tàm Senescallus quàm Ballivus & dicti artifices æstimant, quod multum sit de argento in illo plumbo propter albedinem ejus et sonoritatem, rogant vos, si placet, per me, quatinus aliquem bonum & fidum artificem de quo possunt omnino confidere faciatis ad eos transmitti, quam cicius de tali poteritis providere, vidi enim primam peciam plumbi ibi conflatam magni ponderis et quantitatis, quæ quociens percutitur, fere resonat ut argentum; unde æstimo cum aliis quod si fideliter exerceatur illud artificium quod ad vestrum cedet et toti viciniæ commodum in immensum: Et optento fideli artifice credo expediens quod ibi fiat conflacio ubi minera effoditur propter laborem deportandi tam ponderosa ad loca remota, & se habet illa minera sicut sabulo sive arena minuta. In eadem Bundela An. 10 E. 1. in Turri Lond.

How Sodomitical and detestable the lives of some unmarried Clergymen were in that age, (particularly of one *Stephen Manly* Rector of *Lokinton*,) will appear by this Letter of the Archbishop of *Yorke* to the then Chancellor.

VEnerabili in Christo Patri & amico expertissimo Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Episcopo, *W.* permissione ejusdem *Eborum* Archiepiscopus *Angliæ* Primas salutem et gloriam assequi Summi Patris. Sedulæ instanciæ vestræ quam pro commensali Clerico vestro Magistro *Thoma de Seggesfeld* reverenter recepimus votivè annuere cupimus quatenus possumus & favere; set ecce pater cum eidem Magistro aliunde ut intelleximus fuerit satisfactum, supervacua est peticio nostro judicio quam nunc facit, præsertim, cum *Stephano de Malo Lacu* quem In eadem Bundela, Anno 10 E. 1.

An. 10 *E.* I. Rectorem de *Lokinton* in veſtris literis nominaſtis, fructus ejuſdem Eccleſiæ obligare non poſſit, ſeu aliquatenus alienare, pro eo quod enorme et innominabile vicium in excogitando terribile, ac in pronunciando abhominabile, contra quod inſurgunt leges eciam gentilium, quod natura abhorret deteſtabiliter et accuſat, in quod armantur Jura, ac propter quod in filios diffidenciæ cecidit ira Dei, eum omni eccleſiaſtico beneficio excluſum reddit proh dolor, et indignum; veſtra itaque paternitas non miretur ſi de fructibus quos ille pſeudo-Rector bendicat diſponamus debite Jure noſtro. In ſpiritu tamen compaſſionis piiſſimæ ejuſdem ſaluti ſtudioſi ſubvenire decrevimus, in Magiſtri *Thomæ* Clerici veſtri præſenciam ſupradicti, licet vagus & profugus de hiis poſtea non curaret. Porrò, cum idem *Stephanus* competens patrimonium quod habuit, præfato Magiſtro *Thomæ* in recompenſacionem debitorum quod potuit aſſignaverit, ut eſt notum, poſt ſatisfactionem hujuſmodi fruſtra ut præmiſimus veſter Clericus conqueritur memoratus. Cæterùm veſtræ paternitati placeat perdilectæ ſtatum veſtrum & Curiæ nobis per latorem præſencium reſcribere ad mutuæ recreacionis indicium & ſolamen. Scitis utique quod ad veſtra beneplacita promptiſſimum habebitis *Eboracenſis* Eccleſiæ Sacerdotem. Conſervet incolumitatem veſtram altiſſimus per tempora felicia & votiva. Dat. apud *Cawod* 3. Idus *Novembris*, Anno gratiæ 1282.

Page 285. l. 51. after *ſupra*, inſert.] In a bundle of Letters I found this Letter of the Archbiſhop to the Chancellor this year, concerning a Cedule found in the Prince of *Wales* his breeches, diſcovering the treachery of ſome of the *Engliſh* Nobility of the marches of *Wales* towards the King, complaining that ſome *Welſh* Prieſts were executed as Laymen were for their treachery, againſt the priviledges of the Church, which he deſired might be rectified, by his interceſſion for other *Welſh* Prieſts detained in priſon, relating likewiſe his Viſitation of his Dioceſſe, and praying Writs *de Excommunicato capiendo* againſt ſome Prieſts and others who oppoſed him in his Viſitation.

In eadem Bundela Literatum & Brevium in Turri London, An. 10 E. 1.

Frater *J.* permiſſione divina *Cantuarienſis* Eccleſiæ Miniſter humilis tocius *Angliæ* Primas, venerabili in Chriſto fratri Domino *R.* Dei gratia *Bathonienſi* & *Wellenſi* Epiſcopo ſalutem, & fraternæ dilectionis in Domino continuum incrementum. Quia quæ in Domini noſtri Regis dampnum et periculum vergere dinoſcuntur detegere debet fidelis quilibet et ea ſibi nullatenus occultare, noſque inter alios ipſius honorem et magnificenciam ab inimicorum inſidiis eſſe tutum intime affectamus, mittimus ad vos quandam cedulam præſentibus intercluſam, obſcuram quidem verbis & fictis nominibus conceptam, cujus tranſcriptum quod habet Dominus *E. de Mortuo Mari* inventum fuit in bracali *L.* quondam Principis *Walliæ* una cum ſigillo ſuo parvo quod ſub ſalvo teneri facimus cuſtodia, Domino Regi ſi placuerit tranſmittend. Ex qua quidem Cedula ſatis conjicere poteſtis, quod quidam Magnates vicini *Wallenſibus*, ſive *Marchienſes*, ſive alii non ſatis ſunt Domini Regis beneplacitis unifor mes, circa quod Dominum Regem efficiatis cautum ut expedit, ita tamen quod quantum in nobis et vobis eſt nullum periculum proveniat corporale, & de hoc ſollicitè caveatis. Ad hoc intelleximus, quod nonnulli Clerici apud *Rothelan.* in obprobrium Cleri et Eccleſiæ contemptum inter prædones et malefactores alios cotidie capitali ſentencia puniuntur, quod ne de cætero fiat veſtræ ſollicitudinis ſtudium apponatis. Et certè dolemus valdè de Clericis illis qui manent in *Snaudonia* deſolati, quos libenter nobiſcum adduxiſſemus ad propria dum in partibus illis extitimus, ſi hoc clemenciæ Regiæ placuiſſet. Nec poterit ſe Dominus Rex excuſare ſaltem de favore, ſi de eis quod avertat Deus malè contingat, unde ſi quid pro eis ſciveritis aut obtinere poteritis, quod ad eorum liberacionem et ſecuritatem poſſit noſtram expediri ſcribatis nobis, & nos parati erimus pro eis ab inſtantibus periculis eruendis, ad honorem Dei quantum poterimus eciam corporaliter laborare. Præterea, ſunt quidam Dei et Eccleſiæ inimici quos nuper in *Exon.* Dioc. diſtantes juriſdictioni noſtræ et proceſſibus noſtris inbenimus multipliciter adverſantes, mandata noſtra et Eccleſiæ dampnabiliter contempnendo, propter quod meruerunt a nobis majoris excommunicationis ſentencia innodari: Ne igitur de malicia ſua in contemptum Eccleſiaſticæ diſciplinæ valeant gloriari, aut alios ſuis perniciosis exemplis inficiant,

pro

pro capcione eorundem excommunicatorum, prout per noſtram patentem literam petimus reſcribatis, ſi placet. De benivolencia autem veſtra quam ad nos geritis continue negocia noſtra feliciter expediendo, fraternitati veſtræ quantas valemus gratiarum rependimus actiones, parati ſemper veſtris beneplacitis quantum ſecundum Deum poſſumus favorabiliter aſſentire. Valeat veſtra fraternitas in Chriſto ſemper & Virgine glorioſa, nobis ſi quid apud nos fieri volueritis cum fiducia reſcribentes. Si Dominus Rex velit habere tranſcriptum illud quod inventum fuit in bracali *Lewelini*, poterit ipſum habere à Domino *Eadmundo de Mortuo mari* qui cuſtodit illud, cum ſigillo privato ejuſdem cum quibuſdam aliis in eodem loco inventis, nec eſt periculum hæc Domino Regi inſinuare, quia ad ejus præmunicionem tantùm agimus, faciat tamen ulterius quid ſibi viderit expedire. *An.* 10 *E.* I

The Archbiſhop of *Canterbury* having thereudon obtained a Writ *De excommunicato capiendo* againſt *William Boyhough* of the Dioceſſe of *Exeter* by his premiſed Letter, who had appealed to the Pope againſt his unjuſt Sentence againſt him, cauſed him to be attached and kept in iron chains, to prevent the proſecution of his Appeal againſt him; whereupon a Clerk of the Chancellors and the Biſhop of *Exeter* writ theſe Letters to the Chancellor in his behalf for his enlargement to proſecute his appeal, which he ſeconded with another Letter to him on the behalf of others of his Clergy, whom he endeavoured to impriſon in like manner, by his Certificates againſt them, for oppoſing his Juriſdiction and proceedings in his Viſitation.

Suo Domino ſuus Clericus omnimodam reverenciam & honorem. Rogavit me multum inſtanter Dominus *P. Exonienſis* Epiſcopus, quod cum diſtitante nuper Domino *F.* Archiepiſcopo *Cantuarienſi Exonienſem* Dioceſim, idem Archiepiſcopus excommunicaverit *Willielmum Bleyhough* Clericum, et ipſum quidem Eccleſiæ interdixerit, ita quod demum idem *Willielmus* ab hujuſmodi gravamine ſedem apoſtolicam appellavit, et ſuper appellacione illa in Curia impetrabit, ſicut per bullam quam lator præſencium penes ſe habet, patere poterit intuenti, et Judices ſui ipſum *Willielmum* ab illa ſententia abſolverint, ſicut patet per literas dicti *Exonienſis* Epiſcopi hoc teſtificantes. Vicecomeſque *Devon.* eundem *Willielmum* qui ad ſupplicationem prædicti Archiepiſcopi captus et impriſonatus eſt in nimis dura priſona teneat in vinculis ferreis ad inſtantiam adverſæ partis, et graves redempciones ab eo capit pro allebiacione priſonæ; ita quod idem *Willielmus* appellacionem ſuam proſequi non poteſt: Dominacionem veſtram rogarem quod vos ſuper hoc per breve Domini Regis remedium facere dignemini, ut deliberari poſſit a priſona, ac appellacionem ſuam proſequi. Maximè, cum à ſentencia illa, ſicut prædicitur, ſit per ſuos Judices abſolutus, ſet benè ſcitis quod ad ſupplicacionem hujuſmodi Judicum delegatorum Curia non reſcribit. Et quia æquitas & pietas vos movere debet in hac parte, placeat Dominacioni veſtræ inde remedium concedere, & veſtram præcipere voluntatem. Benè & diu valeat Dominacio veſtra. In eadem Bundela, An. 10 E I.

REverendo in Chriſto Patri Domino & Benefactori præcipuo *R.* Dei gratia *Bathon. & Wellen.* Epiſcopo, ſuus *P.* miſeratione ejuſdem *Exonienſis* Sacerdos ſalutem, cum omni reverencia et honore. Quia adverſarii noſtri in odium noſtri Magiſtrum *W. de Bloyhou* nobis ſpecialem ad mandatum Domini *Cantuarienſis* capi procurarunt injuſte, ſicut lator præſencium vobis ſi placet plenius oſtendet, Dominacionem veſtram attentè rogamus, quatinus ipſum faciatis ſicut juſtum eſt liberari; Advertentes, ſi placet, quod non expedit Eccleſiæ *Anglicanæ* dictum Dominum *Cantuar.* habere ingreſſum, quem in veſtros ſubditos bendicat indiſtincte, nec ſolebant ſicut nec deberent, prout audivimus, captiones concedi ad mandatum ipſius Domini ſuper alienos parochianos, ſuper quod non credimus (brebe) ſuper captione prædicti Magiſtri a veſtra conſciencia aliquatenus emanaſſe. Bene valete. Dat. apud *Malleburgh* 7 Kal. *Januarii*, Anno Dom. 1282. Ibidem.

This Archbiſhop being very extravagant and oppreſſive in this his Viſitation; and the King being informed, that he intended likewiſe to viſit the Biſhoprick and Church of *Hereford* during the vacancy thereof, being then in his hands,

ſent

An. 10 *E.* 1. sent this Prohibition to him, not to act any thing in that Visitation by himself or his Ministers, to the prejudice of that See or Church.

Ex eadem Bundela Literarum & Breviarum de Privato sigillo in Turri London.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Venerabili in Christo Patri *J.* eadem gratia *Cantuariensi* Archiepiscopo, totius *Angl.* Primati, salutem. Quia datum est nobis intelligi, quod vos in Episcopatu *Hereford.* Visitacionem vestram in vrbi facere proponitis, secundum quod ad officium dicitur pertinere; Nos pro eo quod Episcopatus ille per mortem bonæ memoriæ *Th.* nuper Episcopi ejusdem loci vacans est et in manu nostra, ea quæ ad Episcopatum illum pertinent, ut in libertatibus, juribus, et aliis illæsa conservari volentes, paternitatem vestram tota qua possumus affectione requirimus et rogamus, quatinus cum spiritualia Episcopatus illius quodammodo taliter sint annexa, quod negocia utriusque mutuo taliter in Visitatione prædicta, si eam ibi ad præsens facere decreveritis provideatis amore nostri, quod per eandem Visitacionem vestram per vos aut ministros vestros nichil fiat per quod Ecclesiæ prædictæ seu personis ejusdem molestia fiat, seu præjudicium quoquo modo generetur. T. meipso apud *Dynbigh* 24 die *Octobr.* Anno regni nostri decimo.

He likewise sent this Privy Seal to the Chancellor to grant the Dean and Chapter of *Hereford* a license to elect a new Bishop, and to issue the preceding Writ to the Archbishop under the Great Seal to the same effect with his premised Letter to him.

Ibidem.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Venerabili in Christo Patri R. eadem gratia *Bathon.* & *Wellen.* Episcopo Cancellario suo salutem. Quia dilecti nobis in Christo Decanus & Capitulum *Hereford.* petierunt a nobis assensum eligendi sibi nobum pastorem; Vobis mandamus, quod si litera eorum quam nobis destinaverint ex causa prædicta, quam vobis transmittimus inspiciendam, debito modo sit composita, tunc eis hujusmodi assensum nostrum per literas nostras habere faciatis, prout aliàs confimilibus in casu consimili fieri consuevit. Et quia intelleximus, quod venerabilis pater *Cantuariensis* Archiepiscopus in visitacione quam proponit ad præsens facere in Ecclesia prædicta intendit aliqua attemptare in præjudicium et grabamen ejusdem: Vobis iterato mandamus, quatinus sibi preces nostras per literas nostras sub magno sigillo dirigatis decenciori et amicabiliori modo quo poteritis, ne procedat in dicta visitacione sua ad aliqua quæ dictæ Ecclesiæ poterunt nocere, vel temporibus futuris cedere in præjudicium. Dat. sub Privato Sigillo nostro apud *Dynbi* 24 die *Octobris*, Anno r. n. decimo.

Page 290. l. 12. after *per se*, insert.] In a Bundle of Letters this year to the Chancellor, I finde this information given him by one of the Archbishops agents concerning the high contempts of all Ecclesiastical censures inflicted on several Rectors and Religious persons, especially the Hospitallers and Abbots exempt, and other Ministers, for not paying their Quindisms, to the Kings great losse and prejudice, prescribing a way that the Sheriffs and Kings temporal Officers, not as such, but as Servants and Assistants to the Church, might be empowred to thresh out and sell the Corn in the barns of such Rebels which they threshed out or spent before the Bishops and Collectors had sequestred them for their Quindisms.

Ex eadem Bundela Epistolarum, &c. Cancellario, An. 10 E. 1. in Turri London.

COllecta Domini Regis malè defalcabitur per totum regnum, nisi remedium per discretam industriam inde fiat. Collectores enim non possunt nisi excommunicare vel suspendere non solventes, vel fructus repertos in horreis sequestrare: Prælati vero nichil vel parum habent ulterius quod faciant contra tales, set sunt multi Ecclesiarum Rectores tam Religiosi quam Seculares qui hujusmodi pœnas ecclesiasticas non verentur, quales sunt Hospitalarii et Templarii, Abbaciæ quamplures exemptæ, quæ per regnum habundant undique copiose; Sunt eciam alii Rectores Nobiles sanguine, quorum servientes seu ministri dedignantur de Collecta Domini Regis Collectoribus respondere; quidam eciam per præmeditatam astuciam faciunt blada sua præpropere triturari ne decretum sequestri ipsa

in

in horreis comprehendat: quidam infatuata prodigalitate insensati fructus Eccle- *An.* 10 *E.* I.
siarum suarum canino appetitu devorant antequam a solo totaliter separentur, contra quos per Dominum meum Archiepiscopum et Suffraganeos suos nichil penitus est provisum, nec etiam quod minus est prout æstimo cogitatum, licet præscripti rebelles, et nonnulli de regno eis consimiles retinere se Domini Regis pecuniam glorientur, eo quod stimulus vindictæ Ecclesiasticæ eos non pungit efficaciter pro delicto, et Dominus Rex qui magis solito indiget, sicut scitis caret sperato commodo pro defectu providenciæ in præmissis. Si vero Vicecomites hujus regni mandatum Domini Regis haberent speciale, ut assisterent Collectoribus quociens invenirentur Collectæ Domini Regis hujusmodi frustratores, ad triturandum blada in horreis rebellancium sequestrata, ut hoc facerent, non tanquam Vicecomites, set tanquam Ministri Ecclesiæ per Ecclesiam convocati, negocium Domini Regis procederet prospere cum effectu, et libertas Ecclesiæ per hanc viam nullatenus læderetur: unde si nondum aliud provisum fuerit de præmissis bonum esset celeriter præmissa aggredi ut videtur, et pro negocio scribere Episcopis hanc viam vel aliam quæ magis prosicua videbitur; ita quod Ecclesiæ libertas lædi per hujusmodi negocium non contingat, alioquin quod vos sciatis Dominus Rex defraudabitur tercia parte et eo amplius proculdubio sicut credo.

Page 292. l. 5. after *Octobris*, insert.] About the same time I finde this Letter of the Bishop of *London* to the Chancellor, complaining of the *Constable* of the *Tower*, for illegally seising a boats lading of Corn and provisions for his house on the *Thames*, and carrying them hostilely into the *Tower*, and refusing to restore them according to his verbal promise, for which he might have justly excommunicated him, but yet forbore to do it out of reverence to the King, because he was his Servant, and praying his Letter and the Kings Writ to be directed to him for their restitution.

Ex eadem Bundela Epistolarum, &c. Anno 10 E 1. in Turri London.

DOmino suo salutem. Afflictionem animi vestri amarissimam ego, novi ex eis quæ penes vos & Christianissimum Principem nostrum nuper minus prosperè acciderunt, ex quo nos qui in partibus Australibus conversantes vestræ Dominacioni famulamur; vos — si placet infortunium hujusmodi vobis vehementer nullatenus profundetis, set inde menti vestræ spirituale solacium imprimat, eo quod amantissimus creator quos suos novit aliquando ut ipsos probet fortiter flagellat & mordacissime cruciatur, ut postquam inceperit suum flagellatum relevare & tristiciam suam in gaudium commutare, extunc flagellatus hujusmodi pro collatâ sibi gratia eo jocundiùs glorietur, quo prius fuerat duriori molestia contristatus: undè, amantissime Domine, recogitetis quod contra ruinam exaltabitur cor, & quod corda inimicorum vestrorum nunc propter adeptam victoriam sunt non mediocriter exaltata, ex quo consequens est proculdubio quod citò concident in ruinam. Cæterùm conqueror Deo & Domino Regi & vobis sicut possum de Constabulario Turris *London*, qui cum fecissem circa quindenam Sancti *Michaelis* traduci de *Cancia* per *Tamisiam* ad sustentacionem meam & familiæ meæ in quodam batello vigenti quarteria avenæ, & decem frumenti, & aliud staurum michi necessarium in Domo mea *London*, videns batellum & sciens per responsa famulorum meorum quod res meæ fuerunt, fecit batellum sub Turri arestari, & totum frumentum & avenam usque ad novissimum granum capi per satellites suos, & portari in Turrim hostiliter per rapinam. Et cum *Antonius de Bec* citò postmodum transitum fecerat per *London*, feci ipsum rogari per Clericos solempnes, quod daret dicto Constabulario in mandatis, quod michi restitueret bladum meum; Qui sui gratiâ restitucionem michi fieri eidem vivâ voce præcepit curialiter & benignè, set post recessum dicti Domini à *London*. pluries monitus per sapientes homines & solempnes, ut restitueret michi meum & satisfaceret de commisso, aliud ex verbis suis quam verba probrosa & derisoria non reporto. Et licet potuissem ipsum juste excommunicasse pro rapina, eo quod bona ecclesiastica fuerint de Ecclesia mea de *Cancia* deportata, quia tamen Minister Domini Regis est, distuli, reverenciam faciens tanto Principi debitam ut decuit et devotam. Quocirca reverende Domine supplico vobis precibus genuflexis, quatinus per breve Domini Regis quod aliquantulum ipsum terreat michi dignemini remedium adhibere; & per

vestras

An. 10 *E.* 1. veſtras literas ſimiliter, ſi placet, ne in oppꝛobꝛium meum et Dominoꝛum meoꝛum ex quibus vos eſtis michi, ſi placet, pꝛopinquioꝛ in conſtructione et in ſenſu de ſuis malicia ſe gaudeat commodum repoꝛtare. Et quia ſcio vos eſſe arduis negocia involutos, totum iſtud ſcribo Domino *Reymundo* Capellano veſtro ſi juxta vos inveniatur, rogans ipſum ſocialiter quod iſtud negocium nomine meo proſequatur, & tradat latori præſencium garcioni meo ſignatum quicquid impetrabile fuerit in præmiſſis. Valeat Paternitas veſtra per tempora proſpera & prolixa.

The Freers *Carmelites* conceiving their Order not to be ſufficiently eſtabliſhed by Pope *Gregory* in the Council of *Lyons*, and that their Order was like to ſink or ſuffer great prejudice by their enemies interpretation and wreſting of the Conſtitution of Pope *Gregory* the 10. in that Council, ſent King *Edward* this flattering Epiſtle, to engage him to uſe his powerful intereſt in, and mediation to the Pope and Court of *Rome* for the confirmation of their Order by a ſecond Letter, which he had in part effected by a former on their behalf, they having recourſe to him as their only Patron and refuge.

In eadem Bundela Literarum, &c. An. 10 E 1. in Turri London.

Illuſtriſſime Domine, Rex pietatis et miſericoꝛdiæ, ſolus in univerſo climate opꝛeſſoꝛum refugium et pauperum, regnans authonomatice et imperans in quiete; cujus Thronum formidat univerſa natio, colla ſibi ſubdens humiliter, vel deſiderans complacere; audire dignemini & exaudire pariter preces humillimas, Fratris *Petri* fratrum ordinis beatæ *Maria de Monte Carmeli* Prioris Generalis, devoti ſervi veſtri licet immeriti & indigni, quas pro ſe & toto ordine veſtræ illuſtri Regiæ Majeſtati offert flexis genibus in hunc modum. *Significat illuſtri veſtræ Regiæ Majeſtati, Frater* Petrus *Prior Generalis prædictus, quod cum Dominus* Gregorius *Papa decimus in Concilio* Lugdunenſi, *de Ordine ipſo duxerit ordinandum, quod ipſum in ſtatu ſuo manere concedebat, donec de ipſo aliter ordinaret; intendens, tam de ipſo Ordine, quam de aliis Ordinibus etiam non Mendicantibus, ordinare; prout ſaluti animarum ipſorum & ſtatui expedire videret:* Nihilominus tamen nonnulli Conſtitutionem pꝛædictam interpꝛetari ſatagunt graviter et eꝛtoꝛte, ſenſum ipſius debitum et intentum, Dei timoꝛe poſtpoſito, perbertentes, in pꝛædictoꝛum Pꝛioꝛis ac totius Oꝛdinis læſionem, grabamen et pꝛæjudicium, ac etiam maximum nocumentum; corda fidelium per hoc à devotione fratrum & Ordinis retrahentes. Verum cum in tetris nullus ſit Pꝛinceps vel Dominus ad cujus refugium et auxilium audeant vel valeant recurrere confidenter, niſi ad veſtram illuſtriſſimam et piiſſimam Regiam Majeſtatem; Supplicat, quatinus obtentu Dei & glorioſæ Virginis, Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Domino, Patri noſtro Summo Pontifici preces veſtras dirigere dignemini cum effectu, *quòd Conſtitutionem prædictam ſic declarare & interpretari dignetur, quod nota vacillationis quæ adverſus Ordinem conſurgit, ex ipſa omnino ſublatâ, Ordo ipſe robur obtineat priſtinæ firmitatis*; Ita quod omnes fratres ipſius Ordinis de captivatione ſua per vos redemptionem habentes (ut *Judæi* per *Moyſen*, & per *Chriſtum* populus *Chriſtianus* longè meliorem & etiam pleniorem) pro veſtra, ac liberoꝛum veſtroꝛum, et totius regni veſtri optata pꝛoſperitate habenda perpetuo; necnon pꝛo animarum pꝛædeceſſoꝛum veſtroꝛum pꝛopitiatione culparum, vel conregnantium pꝛæmiis cumulandis apud Deum et Virginem gloꝛioſam pꝛædictam (ad cujus laudem et gloꝛiam Oꝛdo ipſe in tranſmarinis partibus extitit ſpecialiter inſtitutus) diebus ac noctibus beatis ſedulos et ſupplices Oꝛatoꝛes. Deferentes nihilominus illuſtri veſtræ Regiæ Majeſtati gratiarum devotas quas poſſumus actiones, de prædicto Domino ſancto Summo Pontifici, qui preces veſtras Regias pro nobis & Ordine ſibi factas benignè recepit & favorabiliter acceptavit, juxta veſtrarum continentiam literarum: Et eodem modo & amplius, de venerabili patre noſtro, Domino *Ugone* Dei gratia Præsbytero Cardinali, (cujus laus & gloria ſuam decorat & nobilitat nationem) qui non ſolum preces veſtras, pro nobis & aliis ſibi factas, devotè reſpicit, ſed nutus exequitur ſedulò & intentè. Quo referente didicimus, quod obtinuiſſemus quod intendebamus ſpecialiter atque principaliter, ſi de prædicto & pro prædicto negotio preces direxiſſetis Domino ſancto Summo Pontifici ſpeciales. Quare & hac vice (Domine Rex piiſſimè) prædicto Domino Summo Pontifici ſic efficaciter pro prædicto Ordinis negotio ſpecialiter placeat ſcribere, quod relevatio

noſtra

noſtra vobis apud Deum et homines aſcribatur, et animæ veſtræ nihilominus pro tam pio opere corona jam in cœleſtibus ſedibus fabricata, pretioſiſſimarum gemmarum ſuſcipiat incrementa; Cui ſancta & glorioſa Trinitas ſucceſſus tribuat proſperos & optatos, cum felici dierum longitudine, inimicorum reconciliatione gratiſſima atque pacifica, & inenarrabili lætitia amicorum. *An.* 10 *E.* 1.

The King upon receit of this their flattering Epiſtle, commanded Letters in his name to be writ and ſent to ſeveral Cardinals at *Rome*, to uſe their powerfull mediation with the Pope for the eſtabliſhment of their Order, though he writ not to the Pope himſelf at preſent, returning thanks to them for their conſtant prayers for him and his, and deſiring the continuance of them, with an account of the Letters he had writ to the Cardinals in their behalf.

SUis *W. de Odiham*, & *A. de Berton*, ſalutem. Scribatis amicabiliter per literas Regis Domino *E.* Epiſcopo *Tuſculano*, ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinali, Domino *H.* titulo Sancti *Laurencii* in *Lucina* Presbytero Cardinali, Domino *J.* Sanctæ *Mariæ* in *Coſmydin* Diacono Cardinali, Domino *M.* Sanctæ *Mariæ* in *Portica* Diacono Cardinali, quod cum Dominus Papa poſt Concilium *Lugdun.* ſtatum fratrum de *Monte Carmeli*, quem Dominus Papa tunc in pendenti reliquit hactenus non firmaverit, placeat dictis Cardinalibus erga Dominum Papam efficaciter interponere partes ſuas, quo magis ſtatus dictorum fratrum priſtinus confirmetur. Scribatis eciam Priori Generali fratrum Ordinis prædicti qui Domino Regi per literas præſentibus intercluſas ſuper hoc ſupplicavit, quod Dominus noſter Rex prædictus multum regraciatur ei de precibus ſuis, quas continuo fratres prædicti pro ipſo, liberis et regno ſuo ad Dominum faciunt, et rogat quod jugiter in interceſſionibus ſuis de ipſo memoriam habeant ſpecialem, et mandetis eidem quod Rex ita ſcripſit Cardinalibus, ſet Domino Summo Pontifici ſuper hoc ſcribere ab aliquas cauſas diſtulit iſta vice. Dat. apud *Rothelan.* 16 die *Octobr.* Ibidem.

The inſolent uſurping Archbiſhop of *Canterbury* invading the Juriſdiction of the Church of *Hereford* notwithſtanding the Kings * premiſed Letters; thereupon *Thomas Cantilupe* the new elected Biſhop thereof, appealing to *Rome* againſt the Archbiſhops grievances, procured this Letter of recommendations to the Popes Notary, to give him all legal aſſiſtance in his Appeal and Cauſe; for which he took a coſtly journy to *Rome*. * Here, p. 1245, 1246.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Clerico ſuo, Magiſtro *Angelo* Domini Papæ Notario, ſalutem. Cum venerabilis pater *Th. Herefordenſis* Epiſcopus, quem inter cæteros Prælatos regni noſtri generis nobilitas exornat, morum & vitæ venuſtas condecorat, & præeminenter attollit plurimum ſcientia literarum, pro quibuſdam juriſdictionibus Eccleſiæ ſuæ *Herefordenſis*, unde grabatur (ut dicitur) ab audientia venerabilis patris *J. Cantuarienſis* Archiepiſcopi ſedem Apoſtolicam appellaverit, et Appellationem illam in Curia *Romana* perſonaliter proſequi propoſuerit, et ſit merito tanto majoris favoris et gratiæ ſuffragiis attollendus, quanto in perſona ſua dona naturæ et gratiæ copulata eluceſcunt: Dilectionem veſtram eo cordis conatu quo poſſumus attentè poſtulamus, quatinus ipſum et negotia ſua hujuſmodi noſtri rogatus obtentu habentes ſpecialius commendata, ei in negotiis illis, (quatenus jus permittit) auxilium et conſilium velitis impendere, ut ex hiis noſtris precibus fructum reportaſſe ſe ſentiat, & felicius fore ſe gaudeat expeditum. Dat. apud *Shireburn*, 15 die *Febr.* Anno regni noſtri decimo. Ex eadem Bundela Literarum, &c. in Turri London Anno 10 E. 1.

The Archdeacon of *London* and his Official endeavouring by their injurious proceſſe and Citations to take away and deprive the Hermitage of *Criplegate*, (being the Kings Free Chappel, alwayes exempt from their Juriſdiction) of their Liberties, priviledges and poſſeſſions; thereupon the Chaplain thereof made this Addreſſe to the Chancellor in the Kings abſence for relief therein, leſt this ſpark ſhould break forth into a publick flame.

An. 10 *E.* 1.

In eadem Bundela Literarum & Brevium in Turri London, Anno 10 E 1.

REverendo Patri in Christo Domino & benefactori suo præcipuo, Domino *R.* Dei gratia *Bathonienſi* Episcopo, suus pauperculus *Robertus* Capellanus literæ Capellæ Domini nostri Regis juxta *Krypelgat.* & loci ejusdem Heremita devotas orationes in Christo, cum reverentia tanto Patri & Domino genuflexa. Quia in hiis quæ ad conservationem libertatis dictæ Capellæ Domini nostri in sua absentia ad vestram tuitionem & oportunum vestrum consilium est currendum; & præcipuè ubi celere remedium requiritur & optatur. Ad vestram dominationem confidenter confugio, & lacrimabili quadam insinuatione vestræ Charitatis oculis repræsento, quod cum Dominus Archidiaconus *London.* et ejus Offic. quorum jurisdictioni dicta libera Capella Domini nostri vel ipsius Rectores et Ministri. a tempore cujus memoria non existit, nullatenus subfuerunt, ad instantiam *Nicholai* Rectoris Sancti *Olavi de Mikewell London,* et etiam ex officio propio procedentes, jura et libertates ipsius Capellæ auferre nituntur, et quali quadam subita prosecutione nefanda, ea, quæ per Dominum nostrum Regem et antecessores ipsius antiquitas constituta fuerant, evellere satagunt possessionem libertatis hujusmodi injuriosis processibus per se et alios multipliciter prosequendo. Placeat igitur Paternitati vestræ aliquod remedium pro libertate prædicta et immunitate ejusdem solita prudentia prohibere; ne forte scintilla hujusmodi contra libertatem prædictæ Capellæ sic ignita, transire poterit in flammam destructivam. Et licet dicta Capella inter alias Domini Regis Capellas minima videatur; vos tamen si placet circa ipsius Capellæ libertatis observantiam prosecutioni prædictæ celere firmamentum pio intuitu prohibere velitis, ut ex hiis libertas dictæ Capellæ —— Dei et ipsius Patroni observetur indemnis. Pro quo meritum a Deo & ipsius patrono possitis & merito, &c. Conserver, &c.

The King of *Castell* by his Messengers and Letters requiring Ayde from King *Edward* against the *Saracens*, he returned this answer thereunto, that by reason of his Warrs with the perfidious *Welshmen* he could not possibly ayd him, complaining therein of the Popes delayes in answering his Embassy, to assign the Diens granted for that end to *Edmond* Earl of *Cornwall*, who resolved to go personally the *Holy Land*.

In eadem Bundela, An. 10 E 1.

REgi *Castell.* salutem. Super statu vestri prosperitate, quam Deus augeat & conservet, & quam venerabilis Pater *S. Gadicen.* Episcopus, & Magister *Galfridus de Everſhe*, vester Notarius, & noster Clericus, nuncii vestri ad nos venientes, nobis apertissime retulerunt, læti animo efficimur & jocundi; et requisitionem vestram de subsidio vobis faciendo, ad *Saracenos* fidei Catholicæ contemptores, et inimicos Crucis Christi debellandos, audivimus diligenter. Sed ecce per aliquot dies antequam nuncii vestri prædicti ad nos venerunt, videlicet tempore *Passionis Dominicæ* quo *Judas* Dominum prodidit, proditores nostri *Lewelinus* filius *Griffini*, & *David* frater ejus, qui erat familiarius noster & Consiliarius, cum suis *Wallensibus*, qui etiam & quorum tota prioritas semper retroactis temporibus proditiones & guerras multiformes fecerunt nostræ Prioritati & nobis, proditialiter contra nos insurrexerunt, terras nostras *Marchiæ* invadendo, fideles nostros interficiendo, villas & oppida cremando, munitiones & Castra obsidendo & diruendo, adeo quod nos ex improviso præoccupati in istis, ut novit Deus qui nihil ignorat, dolemus in animo vehementer super eo, quod occasione hujusmodi vobis ad præsens non possumus facere Subsidium, ut vellemus. Et licet Dominum Papam per dilectum Clericum nostrum Magistrum *Hugonem de Evesham* nuperrime rogaverimus, ut decimam Regni nostri in Subsidium *Terræ Sanctæ* concessam et collectam, *Edmundo* germano nostro charissimo et Comitibæ suæ secum a terra nostra proficiscentis, in subventionem expensarum suarum in eundo versus *Terram* ipsam, faceret assignari: Qui quidem Clericus noster in prosequendo illud negotium ad Cardinalatus apicem (divina cooperante providentia) vocabatur; nondum tamen nobis constat, utrum idem Dominus Papa rogatum nostrum prædictum exaudierit in toto vel in parte, per quod Nuncios nostros ad Curiam *Romanam* cum literis nostris de credentia (iterum) destinabimus, Domino concedente, qui in adventu nunciorum vestrorum ad eandem Curiam personaliter interer-

runt

runt in eadem, eundem ——— Patrem Dominum *O. Tuſculan.* Epiſcopum et prædictum Cardinalem ac alios amicos veſtros et noſtros in eadem Curia ſuper dicto negotio ſpecialiter ——— fidem Nuncii noſtri erga dictum Summum Pontificem, in quantum poterunt, cum exactiſſima diligentia inſtabunt. Super præmiſſis autem omnibus nuncii veſtri prædicti voluntatem noſtram & ſtatum noſtrum & chariſſimæ Conſortis noſtræ, liberorumque noſtrorum ac regni noſtri, vobis plenius referre poterunt viva voce. Dat. &c. *An.* 10 *E.* 1.

The Archdeacon of *Cheſter* moſt ingratefully endeavouring to vex and damnify his advancer * *Roger de Molend* Biſhop of *Coventry* and *Litchfield* all he could in ſeveral parts of *England*, not being able to effect his deſigns travelled to the Court of *Rome*, and troubled him there by all means he could; whereupon the Earl of *Cornwall* writ this Letter to the Chancellor to afford him all aſſiſtance poſſible to prevent his malice in that Court, where all things were carried by favour, Intereſt, and Money, not equity or juſtice.

* See Godwins Catalogue of Biſhops, p. 260.

CUM Magiſter *Jordanus* de *Wymburn.* Archidiaconus *Ceſtriæ*, qui venerabili Patri *R. Coventren.* & *Lichf.* Epiſcopo, conſanguineo noſtro chariſſimo per tempus non modicum deſervivit, & quem idem Epiſcopus à ſtatu ſatis debili ipſum ad dignitatis apicem, qua gaudet hiis temporibus feliciter promovit; damna diverſa et grabamina in variis locis regni noſtri aliquandiu, tanquam ingratitudinis filius, et qui contemptor promotoris procuraverit, in quantum potuit, eidem Epiſcopo fieri et inferri: ac idem Archidiaconus demum perpendens, ſe non poſſe hujuſmodi malivolentiæ ſuæ propoſitum in *Anglicanis* partibus adimplere, ad Curiam *Romanam* ſe tranſtulerit, his diebus; ibidem deteriorationem et diminutionem ſtatus promotoris ſui prædicti nitens (ut accepimus) totis viribus procurare. Nos quia dictus Epiſcopus in gradu Conſanguinitatis, ut præmittitur, nos attingit, ipſum et negotia ſua deduci cupientes fælicius et tractari, Paternitatem veſtram ſincero corde requirimus & rogamus, quatenus ipſum Epiſcopum et negotia ſua habentes noſtri interventu rogaminis favorabiliter commendata, ad reprimendam et refrænandam maliciam prædicti Archidiaconi ſic conceptam, interponere velitis efficaciter partes veſtras, et vos eidem in proſecutione hujuſmodi malitiæ in Curia prædicta, modis quibus cautius et melius expedire videritis, cum effectu, ſi placet, opponentes; ut idem Epiſcopus harum precum noſtrarum ſuffultus adjutorio, uberioris favoris gratiam per effectum operis ſe ſentiat inveniſſe. In eadem Bundela, An. 10 E 1.

The Official of the Biſhop of *Hereford* injuriouſly ſuſpending and excommunicating the Gardian of the Manor of *Leominſter*, ſent thither by the Abbot and Covent of *Reading* of the Kings patronage, upon pretext that he was not preſented to and approved by the Biſhop, which was never done nor uſed; the King thereupon ſent this Letter to the Biſhop, then out of *England*, to ſuſpend all his proceedings till his return into *England*, when the King himſelf would compoſe the difference between them.

EDwardus, &c. Venerabili Patri in Chriſto Domino *Th. Hereforden.* Epiſcopo, ſalutem. Cum dilectus nobis in Chriſto Abbas *Radnyg.* quendam de Monachis ſuis nuper ad cuſtodiam Manerii ſui de *Leominiſter.* veſtræ Diœceſis deputaverit, ſicut ipſe & prædeceſſores ſui Abbates *Reading.* pro voluntate ſua hactenus facere conſueverunt, Officialis veſter prædictum Monachum, pro eo, quod vobis vel ſibi vice veſtra præſentatus non extiterit, multipliciter inquietat, et per ſuſpenſionis ſeu excommunicationis ſententias moleſtare non ceſſat; aſſerens, Cuſtodem hujuſmodi authoritate veſtra & præſentationem vobis factam de ipſo ibidem deputari debere; quod tamen fieri non debet, ne hactenus fieri conſuevit, ſicut nec de aliis hujuſmodi Cuſtodibus Maneriorum ſuorum, quos Abbates conſtituerunt pro ſuæ beneplacito voluntatis. Et quia Abbatia prædicta de fundatione Progenitorum noſtrorum Regum *Anglia* & de prædicto Manerio et dono Regio ſpecialiter eſt dotata, propter quod de indempnitate Abbatis & Conventus ac Abbatiæ prædictæ, tam in ſe, quam in membris ſuis merito ſumus ſolliciti; attendentes, quod et uſurpatione et inquietatione prædicta magna diſſentio et contentionis materia In eadem Bundla, An. 10 E. 1.

An. 10 *E.* 1. in utriuſque partis diſpendium poterunt ſubozíri: Vſternitatem veſtram affectuoſe requirimus et rogamus, quatinus viam litibus et incommodis huiuſmodi pzaba ſollicitudine pzæcludentes, Officiali veſtro dare velitis in mandatis, ut ipſe ab omni moleſtatione et inquietatione, noſtri contemplatione, deſiſtant, et pzædictos Abbatem et Cuſtodem ipſius uſque ad reditum veſtrum in *Angliam* ſuper hac in pace dimittat. Nos enim extunc libenter volumus conſilium adhibere, qualiter hæc omnia pacificum et debitum, authoze Domino, ſoztiantur effectum. Teſte meipſo apud *Wiſtm.* 2 die *Julii*, Anno regni noſtri nono.

Which Letter of the Kings was ſeconded with this of *John de Kirkeby* to the Chancellor on the Abbots behalf, informing him, that the King had prefixed a preciſe day to the Biſhop and Abbot in the Parliament to be held at *London*, that ſo by the adviſe of all his Counſil he might ſettle the differences between them according to Juſtice, which he doubted the Biſhop by reaſon of his journey to *Rome* would take no notice of, but ſtill proceed to injure the Abbot and his Guardian.

In eadem Bundela, An. 10 E. 1.

SUO Domino *Johanni de Kirkeby* eandem quam ſibi ſalutem & dilectionem ſinceram. Meminimus Dominum Regem bis nuper ſcripſiſſe Domino *Hereforden.* Epiſcopo pro Domino Abbate *Rading.* in forma præſentibus intercluſa: pro quo vos rogamus, quantumcunque poſſumus ſpecialius, quatinus negotium dicti Abbatis ſit vobis cordi in omnibus, ſicut noſtrum. Et quia ſuper contentionibus & controverſiis inter ipſos Epiſcopum & Abbatem, Dominus noſter Rex de voluntate ipſorum Epiſcopi & Abbatis, eiſdem pzæfixit diem pzæciſe in Parliamento ſuo *London.* pzoximo poſt *Paſch.* ut ipſe tunc de pzobidentia totius Concilii ſui pzædictas controverſias ex toto decideret et ſedaret; reddendo unicuique eozum juſtitiæ complementum; Ac idem Epiſcopus, ſicut benè ſcitis, jam de licentia Domini Regis citra diem pzæfixum ad Curiam *Romanam* pzo ſuis negotiis diriget greſſus ſuos: et ex hoc præſumi poterit, quod idem Epiſcopus, non obſtante pzæfixione Domini Regis pzædicta, aliquid velit contra ipſum Abbatem ſuper huiuſmodi controverſiis in Curia pzædicta impetrare, Vellemus omni modo, quod omni diligentia & ſollicitudine totum dictum negotium Domino noſtro Regi exponeretis ſeriatim, quo modo, & ſub qua forma eidem Epiſcopo alias ſcripſit pzo negotio memozato; et quomodo utrique eozum diem pzæfixit in Parliamento ſuo *Paſche* ad ozdinandum inter eos ad honozem Dei et commodum utriuſque; Ita quod neuter eozum alterum interim implacitaret, et quomodo jam pendente pzæfixione pzædicta ad *Romanam* Curiam de ſua licentia eſt iturus; unde timet ſibi Abbas pzædictus ne impetret in dicto negotio in dicta Curia aliquid contra eum; Unde inſtetis ad hoc omni modo, quod Rex ei ſcribat, rogando et inhibendo ſibe pzohibendo, ne ipſe donec juſtitia ei defuerit cozam ipſo aliquid contra ipſum Abbatem attemptet in Curia memozata: ſed quod omnia uſque adbentum ſuum in *Angliam* in pace dimittat; maxime, cum id facere nequeat ullo modo, niſi ad detrimentum et ſubverſionem Elemoſinæ Domini Regis, et quodammodo contra Regiam dignitatem. Inſuper faciatis nobis habere tranſcriptum literæ Domini Regis, quam miſſurus eſt Rex Epiſcopo ſæpedicto, et eam nobis mittatis per pzæſentium pozzitozem. Iſtud negotium pro amore noſtro, quantum poteritis, maturetis; quoniam prædictus Epiſcopus de die in diem à partibus iſtis ſe elongat. Iccirco vos in earum literarum confectione, rigido & amicabili eloquio utamini, quantum poteritis, honeſtate in omnibus ſemper ſalva. Vale, &c.

How the Kings Juſtices *itinerant* were to attend in Parliament in that age, this Letter of theirs to the Chancellor for his directions therein (in the ſame Bundle) will inform us.

Ibidem.

REverendo in Chriſto Patri, &c. Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo, Domini Regis Cancellario, devoti ſui *S. de Roff.* et ſocii ſui Juſticiarii Itinerantes in Comitatu *Devon.* ſalutem, cum omni reverentia et honore. Quia veraciter intendimus præſens iter *Devon.* ante *Paſch.* expedire, vos rogamus quatinus quam citius poteritis, nobis ſignificare velitis, in quo Comitatu adjornare debemus poſt *Paſcham*, et ad quem terminum, et ſi nos omnes venire debeamus

debeamus ad Parliamentum, attendentes (si placet) quod si nos omnes ibi venire debemus, tunc Comitatus *Cornubiæ* commodè summoneri non poterit ante Octabas vel Quindenam Sanctæ *Trinitatis*, propter brevitatem temporis inter Octabas *Pasch.* et Parliamentum, et propter iter longinquum inter *Cornub.* & *London.* et propter magna in Parliamento, prout nostis. Et si prorogare volueritis illud iter post festum Sancti *Michaelis*, multùm faceretis pro toto Comitatu & pro nobis; Quia blada hoc anno defecerunt ibidem, & si veniamus ibidem in hac æstate, macras genas reportabimus. Significetis nobis beneplacitum vestrum (si placet) per præsentium portitorem. Valeat, &c. *An.* 10 *E.* 1.

The Sheriff of *Devon* not executing a *Capias Excommunicatum* against Sir *Warin*, for a Debt due from him to *Italian Merchants* upon the Archbishops *significavit*, they thereupon writ this Letter to *John de Kirkeby* for his assistance for the due execution thereof upon a second Writ, and punishing the Sheriff for not executing the first Writ.

In eadem Bundela Literarum &c. An. 10 E. 1. in Turri London.

MAgnæ discretionis et probitatis viro, Domino *Johanni de Kyrkeby*, *Baroncinus Gualtieri* & *Henricus de Podio*, aliique eorum socii Mercatores *Lucan.* salutem, &c. Noverit bene & vestra discretio, qualiter literas captionis pro excommunicato ad Vicecomitem *Devon.* directas, quo *Warinum* Militem excommunicatum ad instantiam *Reginaldi Arnaldi*, & *Reginaldi* socii sui concessistis, prout nobis constitit per literas reverendi Patris Domini Archiepiscopi *Cantuarienſis*; quas literas Magistro *Alano de Barton* socio vestro præsentatas per *Matthæum de Columbar.* idem Magister *Alanus* retinuit. Dictus etiam Vicecomes dum dictum excommunicatum per dictas literas captorias capere deberet, omissa forma literarum Domini Regis, dictum excommunicatum non cepit, ut mandabatur, sed Bona ipsius attachiabit, in delusionem Mandati Domini Regis, et damnum dicti *Reginaldi* non modicum et grabamen, ac etiam nostrum. Quare amicitiam vestram, de qua multum confidimus, deprecamur, quatinus literas de captione excommunicati prædicti, amore nostri & intuitu, latori præsentium concedere velitis pro dicto *Reginaldo*, ad dictum Vicecomitem dirigendas: et pro eo, quod taliter dictum Mandatum exequi neglexit, quod justum fuerit contra eum faciatis. Nobis autem Transcriptum Brevis quod concesseritis, et Transcriptum Literarum dicti Domini Archiepiscopi (si placet) transmittentes; Quoniam debitum, propter quod dictus Miles excommunicatus est, ad nos spectat. Si autem aliquid vultis nos vobis *London.* facturos, per latorem præsentium nobis rescribatis; quia libenter faciemus quod vestrum respiciat commodum & honorem.

Page 290. l. 34. after *Maii*, insert.] The like Protection and exemption from Purveyance was granted to the Prioresse of *Nunneton*, 8 die *Aprilis*, *Pat.* 10 *E.* 1. *m.* 15. With this to the Rector of *Arleye.*

Pat. 10 E 1. membr. 15. Pro Reginaldo Rectore Ecclesiæ de Arleye.

REX omnibus Ballivis, Clericis, & Ministris suis, ad quos, &c. salutem. Licet providentias nostras de bladis in diversis regni nostri Comitatibus fieri præceperimus, ad nos et ad Exercitum nostrum *Wall.* ducendas; Nolumus tamen quod de bladis dilecti nobis *Reginaldi* Rectoris Ecclesiæ de *Arleye* in Comitatu *Warr.* aliquid capiatur contra voluntatem suam. Et ideo vobis mandamus, quod de bladis prædicti *Reginaldi*, ipso invito, nihil capiatis. Et si quid inde contra voluntatem suam ceperitis, id ei sine dilatione restituatis. In cujus, &c. duratur. usque ad festum *Pasch.* proximo futurum. Teste Rege apud *Stanley* vicesimo tertio die *April.*

The King by his royal Prerogative and Letters Patents granted the Deanery of *Salop* to *Nicholas de Aras*, commanding the Sheriff to put him into actual possession thereof.

Pat. 10 E 1. m. 15. De Decanatu beatæ Mariæ Salop. dat.

REX omnibus, &c. salutem. Sciatis quod dedimus & concessimus dilecto Clerico nostro *Nicholao de Aras* Decanatum beatæ *Mariæ Salop.* cum pertinentiis, vacantem per resignationem dilecti nobis in Christo *Willielmi de Dovoria* nuper Decani ejusdem loci, et ad nostram donationem spectantem; Habendum & tenendum

An. 10 E. 1. tenendum eidem *Nicholao* ad totam vitam ſuam, eodem modo quo prædictus *Willielmus* Decanatum tenuit ſupradictum. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Shireburn.* 18 die *Februarii.*

Et mandatum eſt Vicecom. *Salop.* quod eidem *Nicholao* **ſtallum in Choro et locum in Capitulo** (prout moris eſt) **aſſignet, et ſibi de Decanatu prædicto cum pertinentiis plenam ſeiſinam habere faciat.** Teſte ut ſupra.

The Biſhop of *Hereford* going to the Court of *Rome* by the Kings licenſe, procured this Protection from him.

Pat. 10 E. 1. m. 18. De Protectione.

Thomas Hereford. Epiſcopus, **qui de licentia Regis proficiſcturus eſt ad Curiam Romanam**, habet literas Regis de protectione patentes, duraturas uſque ad feſtum Sancti *Michaelis* proximo futurum, & ab eodem feſto uſque in unum annum proximo ſequentem completum; cum hac clauſula, **Volumus etiam**, &c. Præſent. &c. In cujus, &c. Teſte ut ſupra.

The King this year granted this Protection to the Abbot and Covent of *Meſſinden*, by reaſon of a murrain among their Cattle, and other loſſes.

Pat. 10 E. 1. m. 21. Pro Abbate & Conventu de Meſſinden.

REX omnibus, &c. ſalutem. **Cum dilecti nobis in Chriſto Abbas & Conventus de** *Meſſinden.* per morinam ovium & equorum ſuorum, & aliis incommodis multimodis, quibus (ut pro certo intelleximus) ſupra modum prægravantur, adeo depauperantur, **quod terræ ſuæ pro magna parte jacent incultæ, et bladа ſua in eiſdem vehementer defecerunt**; & inſuper iidem Abbas & Conventus **Mercatoribus et aliis Creditoribus ſuis diverſis, in multimodis debitis teneantur; ad quorum ſolutionem et Domus ſuæ relevationem facultates ejuſdem Domus per magnum temporis ſpatium ſufficere non poſſent, abſque diſperſione Canonicorum Domus illius, vel feodorum ſuorum dilapidatione, ſeu forte Domus ejuſdem ſubverſione totali, quod nollemus.** Nos imbecillitati ſtatus ipſorum compatientes, ne hujuſmodi diſcriminis aut depreſſionis periculum ipſis videatur imminere, Domum illam cum terris, redditibus, & omnibus poſſeſſionibus ac rebus aliis ad eandem Domum pertinentibus cepimus in protectionem & defenſionem noſtram ſpecialem; & Domum illam cum omnibus pertinentiis ſuis, dilectis & fidelibus noſtris *Henrico Huge* & *Waltero de Agmodeſham* commiſimus cuſtodiendam. Ita quod omnes exitus, redditus & proventus terrarum, reddituum & poſſeſſionum dictæ Domus, (ſalva rationabili ſuſtentatione prædictorum Abbatis & Conventus & hominum ſuorum) ad exonerationem debitorum ſuorum, & relevationem aliorum defectuum ejuſdem Domus reſerventur; & eiſdem exonerationi & relevationi per viſum aliquorum de diſcretioribus Domus ejuſdem, per adjutorium & conſilium prædictorum *Henrici* & *Walteri* (prout melius fieri poterit) applicentur. Nec volumus quod aliquis Vicecomes, Ballivus, ſeu Miniſter noſter, aut alius quicunque in Domo prædicta, aut grangiis ad eam ſpectantibus, quamdiu in cuſtodia prædictorum *Henrici* & *Walteri* fuerint hoſpitetur, ſine licentia ipſorum *Henrici* & *Walteri* ſpeciali. In cujus, &c. per quadrennium duratur. Teſte Rege apud *Weſtm.* 27 die *Novembris.*

The Kings Bayliff of the Iſle of *Gerneſey* by Lay-force againſt his duty, keeping *Peter de Valeys* out of poſſeſſion of the Church of St. *Peters le Port*, to which he was promoted and put in poſſeſſion by the Popes Proviſion, ſo as he could not exerciſe his Paſtoral duty therein, nor repair thereto by Land or Sea with ſafety; the King upon his Petition iſſued this memorable Writ on his behalf.

Pat. 10 E. 1, m. 22. De Inſulis de Gerneſ. & Gereſ.

REX dilecto & fideli ſuo *Ottoni de Grandiſono*, & ejus locum tenentibus in Inſulis de *Gerneſ.* & *Gereſ.* & aliis, ſalutem. Monſtravit nobis *Petrus de Valeys* Presbyter, quod cum eidem de Eccleſia Sancti *Petri in Portu* de *Gerneſ.* vacante, & ſpectante ad præſentationem Prioris de *Heamull*, **auctoritate Apoſtolica provifum fuiſſet, ac per executores ſedis Apoſtolicæ ſibi datos poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ canonice ſit adeptus**, Magiſter *Guillerimus de Sancto Remigio* Clericus, **qui ad eandem Eccleſiam per eundem Patronum ſe præſentatum aſſerit, eundem Presby-**

Presbyterum et suos per potentiam vestram multipliciter impedit et perturbat, ac propter minas et molestias ejusdem Magistri *Guillermi* tenentis Ballifam in dictis Insulis, non est ausus ad dictam Ecclesiam accedere, nec ibidem residere; propter quod idem Presbyter indebitè vexatur quamplurimum & eadem Ecclesia obsequio debito defraudatur. Quare petit, quod nos impedimentum hujusmodi laicale amoveri, & securum sibi & suis in dict.s Insulis, tàm in terra quàm in mari conductum præberi, necnon & attemptata, & bona ipsius Ecclesiæ occupata, & indebi.è devastata per eandem potentiam, in præjudicium ipsius Presbyteri, in statum pristinum & debitum reduci faciamus. **Unde cum sit æquitati dissonum**, ut qui Ballias seu loca nostra tenent, **quos ad justitiam exercendam et tenendam loco nostri ponimus, ad injurias faciendas præsumant extendere manus suas:** Vobis præcipiendo mandamus, **quatenus eundem Presbyterum et suos per potestatem laicalem non permittatis indebite molestari**, & e.sdem securum in prædictis Insulis tàm in mari quàm in terra faciatis haberi conductum, & attemptata & occupata indebi.è in præjudicium ejusdem Presbyteri per eandem potentiam in statum pristinum & debitum (mediante justitia) reducatis; **ut in eadem Ecclesia possit (prout juris est) deservire, et animarum curam sibi commissam gerere, ut tenetur.** Quod autem præcipimus, nullatenus infringere præsumatis; **ne ob eodem Presbytero super hoc ad nos clamor reveniat iteratus.** Teste Rege apud *Westm.* 23 die *Novembris*.

Page 297. l. 28. after *Novembris*, insert] Upon the death of the Bishop of *Midden* in *Ireland*, the King at the petition of the Clergy of that Diocess, granted this license for the Election of a New Bishop.

REX dilecto sibi in Christo Archidiacono & universitati Cleri *Midden*. salutem. Accedentes nuper ad nos Magister *Henricus de Oxon.* & *Johannes de Keigham* socii vestri, cum literis prædictæ universitatis Cleri *Midden*. patentibus nobis ex parte vestra humiliter supplicarunt, ut cum Ecclesia *Midden*. per mortem *Hugonis Thachino* dudum Episcopi dicti loci, sit pastoris solatio destituta, **vobis alium eligendi in Episcopum licentiam concedere dignaremur.** Nos igitur precibus vestris favorabiliter inclinati in hac parte, **licentiam illam vobis et ipsis duximus concedendam:** Vobis mandantes, **quod talem vobis in Episcopum assumatis, qui Deo devotus, regimini Ecclesiæ vestræ necessarius, nobisque et terræ nostræ *Hiberniæ* utilis et fidelis existat.** In cujus, &c. Teste Rege apud *Dunamen.* 10 die *Martii*. Et duplicatur. Pat. 10 E. 1. m. 17. Hibr. De licentia eligend.

Page 293. l. 24. after *Augusti*, this should have been inserted] The principal causes inducing the King to receive this new Bishop of *Wincheſter* into his favour, and to restore his Temporalties of *Wincheſter* to him, (though at first he refused it, and was highly displeased with him) were the Popes Bull, these Letters of several Cardinals, and of the Archbishop of *Canterbury*, writ and sent to the King on his behalf, (the originals whereof I found filed in a Bundle of Letters and Writs in the *White Tower*) he needing then the Popes and Cardinals friendships, and so loath to exasperate them by putting him from his Temporalties and Bishoprick, as he might in justice have done.

EXcellenti & magnifico Principi amico charissimo Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illustri, *Jacobus* miseratione divina Sanctæ *Mariæ* in *Cosmedyn* Diaconus Cardinalis, salutem in eo qui Regibus dat salutem. Licet spes nostra pro firma teneat, **quod personas Ecclesiasticas et regni vestri Ecclesias favorabiliter fovebatis**, tamen pro venerabili in Christo patri Domino *Johanne* Episcopo *Winton.* amico nostro, & ejus Ecclesia, **Serenitatem Regiam duximus affectione plena rogand. quatinus ob divini nominis reverentiam nostrique præcaminis interventum, præfatum Episcopum ad Regalem præsentiam accedentem benigne recipere, et eum qui pro se ac sua Ecclesia præsidio vestræ favoris indigere dinoscitur in suis et ejusdem Ecclesiæ negotiis propensius recommendatum habere, ac opportunis præsidiis confovere velitis, ita quod a Deo meritum, et ab hominibus** Ex Bundela Literarum & Petitionum An. 10 E. 1. in Turri London.

An. 10 E. 1. **minibus prœinde vobis prœbentat nomen bonum.** Dat. apud *Urbem Veterem* 13 Kal. *Julii.*

In eadem Bundela.

EXcellenti & magnifico Principi Domino & amico chariſſimo *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, *Hugo* ejuſdem miſeratione titulo Sancti *Laurentii* in *Lucina* Presbyter Cardinalis, ſalutem in eo cujus regni non erit finis, & paratam ad beneplacita voluntatem. Licet firmiſſimè teneamur vos clariſſimorum & Catholicorum progenitorum veſtrorum ſacris veſtigiis inherentes, **ad Sacroſanctam *Romanam* et Univerſalem Eccleſiam Dei, ejuſque Creaturas et Miniſtros gerere præcipuum dilectionis et devotionis affectum,** pro illis tamen quos nobis affectio ſpecialis aſtringit, & quibus clara merita ſuffragantur, **Regiam manſuetudinem præſumimus exorare, ſperantes, ut bit pro quibus preces effundimus apud clementiam Serenitatis Regiæ debeant aliqua ſpeciali prærogativa gaudere temporibus opportunis.** Hinc eſt, quod pro venerabili patre Domino *Johanne* Dei gratia *Winton.* Epiſcopo, **qui per ſedem Apoſtolicam nuper propter ejus eminentem ſcientiam, vitam laudabilem, induſtriam circumſpectam, et alia multiplicis probitatis ſuæ merita meruit ad Pontificalis dignitatis apicem promoveri: Excellentiam Regiam affectuoſe requirimus et rogamus, quatinus ob Apoſtolicæ ſedis reverentiam et noſtra præcamina ipſum et Eccleſiam ſuam, ac jura ipſius recommendatos propenſius habitur. ſibi loco et tempore ope defenſionis, favoris et auxilii liberaliter aſſiſtatis. Ita quod memorati Epiſcopus et Eccleſia veſtri fulti præſidio tam ſpiritualibus quam temporalibus proficiant incrementis, et exinde vobis accreſcat meritum apud Deum:** Speramus enim & fiduciam habemus, **quod in commiſſo ſibi regimine erga Regalem Celſitudinem tam placide et tam devote ſe geret, quod veſtram ſibi gratiam nec immerito vendicabit. Bene et diu valeat veſtra Regalis Majeſtas. Si quid poſſumus quod vobis et veſtris ac regno cedat ad commodum et honorem, parati ſumus et erimus quoad vixerimus, id per nos et noſtros indefeſſa ſollicitudine, prout tenemur, pro viribus effectui mancipare.** Dat. apud *Urbem Veterem* Sabbato ante Nativitatem beati *Johannis Baptiſtæ.*

Ibidem.

EXcellenti ac magnifico Principi Domino *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, Domino *Yberniæ*, ac Duci *Aquitaniæ*, *Ordonius* miſeratione divina *Tuſculan.* Epiſcopus, ſalutem, **et promptam ad ejus beneplacita voluntatem.** Venerabilis pater Dominus *Johannes Winton.* Epiſcopus **a me inſtanter petiit, ut Celſitudini veſtræ noſtris ſupplicaremus literis, quod ipſum habere dignaremini commendatum.** Nos itaque ipſius precibus inclinati, Magnificentiæ veſtræ preces porrigimus ex affectu, **quatinus, ſi placet, ipſum habere dignemini, ac ſuam Eccleſiam propenſius commendatos.** Dat. apud *Urbem Veterem* 15 Kal. *Julii.*

Ibidem.

EXcellenti Principi ſingulari Domino ſuo, Domino *E.* Regi *Angliæ* illuſtri, devotus magnificentiæ ſuæ Clericus *Berardus* de *Neapoli* proſperis habundare ſucceſſibus, & ſe ad mandata paratum. Venerabilis pater Dominus *Johannes* dictus de *Pontiſera*, **de novo per ſedem Apoſtolicam *Winton.* creatus Epiſcopus, veſtri commodi et honoris zelator hactenus**, ea in futurum majori proſequi, ut aſſerit, **zelo proponit**, propter quod ipſum & Eccleſiam ſibi commiſſam Serenitati Regiæ **cum fiducia recommendo; humiliter ſupplicans, quatinus eum et dictam Eccleſiam, ob Apoſtolicæ ſedis reverentiam (cujus ſe recognoſcit eſſe facturam) ſuæque probitatis obtentu clementer fovere dignemini et habere ſuis exigentibus meritis commendatos.** Magnificentiam veſtram in proſperitate conſervet Altiſſimus, & de bono in melius ſemper extollat. Dat. apud *Urbem Veterem* 20 die *Julii.*

Ibidem.

EXcellentiſſimo & Magnifico Principi amico chariſſimo Domino *E.* Dei gratia Regi *Anglorum* illuſtri, *Matthæus* miſeratione divina Sanctæ *Mariæ* in *Portica* Diacon. Cardinal. ſalutem in eo per quem Reges regnant. **Cedit ad gloriam et honorificentiam Regiam ac magnificentiam Regni veſtri dum ejuſdem Regni Eccleſiis de illis perſonis interdum a ſede Apoſtolica providetur, quæ de Regno eodem oriundæ Regnum ipſum natalis ſoli dulcedine propenſius diligunt et eo**

* Mandatis, **potius* ——— ac beneplacitis Regis facilius ſe conformant.** Cum igitur

vacante

vacante nuper *Wintonienſi* Eccleſia, per ſpontaneam renunciationem venerabilis viri Archidiaconi Eccleſiæ *Winton.* ipſius Eccleſiæ electi, Sanctiſſimus pater et Dominus, Dominus *M.* divina prouidentia Summus Pontifex, de ipſius Eccleſiæ prouiſione ſollicite cogitans, ac talem perſonam eidem Eccleſiæ præficere cupiens quæ vobis eſſet gratior et prædicto regno utilior et acceptior a ſubditis haberetur, ad venerabilem virum, antiquum ſervum et amicum veſtrum Magiſtrum *Johannem de Pontiſera*, virum utique de potentibus *Anglicis* fidelibus veſtris ortum, multa literarum ſcientia præditum, et morum honeſtate decorum, virum quoque magni conſilii et probatæ virtutis, directis oculis ac concepta fiducia quod per eum tam Regno ipſi quam prædictæ Eccleſiæ proſperaret, ipſum de Fratrum ſuorum Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Dominorum Cardinalium conſilio præfecerit in ipſius Eccleſiæ Epiſcopum et Paſtorem: Excellentiam Regiam duximus attente rogandam, quatinus Prouiſionem hujuſmodi gratam habentes, ipſamque utpote vobis votivam, et in noſtrum et Regium favorem Apoſtolicæ ſedis circumſpectione provide factam, devotione qua decuit approbantes, Epiſcopum ipſum benigne et lætantur recipere, ac honorificentia debita proſequi pro dictæ ſedis reverentia et noſtrorum (*præcamtuum*) interventu velitis. Firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod ipſe Deo gratum, dictæ ſedi acceptabilem, (tàm ſpiritualibus quàm temporalibus) et eidem Eccleſiæ gratioſum ſe auctore Domino exhibebit, et devotum ac beneplacitum veſtræ Regali Majeſtati

An. 10 E. 1.

In dorſo. *Excellenti & magnifico Principi Domino* E. *Dei gratia Regi* Anglorum *illuſtri.*

EXcellenti Principi & amico chariſſimo Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, *Benedictus* miſeratione divina Sancti *Nicholai* in Carcere *Tullian.* Diacon. Cardinalis, ſalutem, cum honoris & gloriæ fœlicibus incrementis. Sedes Apoſtolica in quibuſlibet ſuis actibus cuncta præponderans, negotium Electionis factæ in *Winton.* Eccleſia cum multa maturitate diſcuſſit. Et tandem ex decentiæ debito contingente, quod abſoluta ipſa Eccleſia de hujuſmodi electione remanſit, * Dominus Papa et Domini Cardinales, ad perſonam venerabilis patris *Johannis Wintonienſis* Epiſcopi, virum altæ ſcientiæ, multi conſilii et maturitatis honeſtæ, ac Excellentiæ veſtræ devotum, oculos direxerunt. Sperantes per hoc Deo et vobis merito complacere: quod quidem tanto vobis eſſe debet acceptius, quanto ipſum ſinceriorem percipimus exaltationis Regalium veſtrorum zelatorem. Nos autem virtutes quibus eum dotavit Altiſſimus, et ſinceritatem puræ devotionis quam ad perſonam veſtram et Domini Regis habere præcipimus attendentes, nec minus conſiderantes quantum actus Principum decorantur viris ſic fulgentibus circumfulti: (Veſtram Regiam) Excellentiam affectuoſe rogamus, quatinus eundem Epiſcopum ad ſpecialitatem veſtræ gratiæ admittentes, ſic eum et dictam Eccleſiam habere velitis affectu propitio commendatos, quod idem Epiſcopus et Eccleſia in Regia ſerenitate concreſcant, et vobis exinde apud Deum et homines laudis adveniat incrementum.

In eadem Bundela, An. 10 E. 1.

* By their own uſurped Authority,

ASon treſchier Seigneur *Edward* par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirlaunde*, Ducs *Daquitaigne*. Frere *Jan* par la ſuffrance Dieu Preſtre de *Canterbir*, Primat de tute *Engleterre*, ſaluz e graunt reverence. Sire nus vous requerum pur Dieu & pur ſa duce Mere, ke vous voilliez **requiller en grace e en amur noſtre chier ami le Eveske de** *Wincheſtre*, qui a noſtre eſtient eſt prudume, ſages, e leaus, **e ad bone volente deſerbir a vous come a chier Seigneur, e de ceo ſumes nus certeynes.** E ſachetz ſire ke nus vous empriums pur ceo ke nus quidums ke co ſeit noſtre honeur e prium noſtre Seigneur *Jeſu Chriſt* keil nous doint fere de ceo e tutes autres choſes ceo ke plus li pleſt. Sire dieus vous eit en ſa gard. Ceſt lettre fu eſcrite a *Wengeham* la Vaille Seint *Pierre* en gule Auſt.

In dorſo. *A noſtre Seigneur le Roy.*

Ibidem.

Upon the receipt of all theſe importunate flattering Letters from theſe Cardinals and the Archbiſhop to the King, backed with large promiſes of their favour & aſſiſtance to him in his affairs, the King was content to be courted out of his Royal Prerogative

An. 10 E. 1. gative, to approve and preferre a Biſhop duly elected by his ſpecial licenſe to this rich Biſhoprick, and to reſtore the Temporalties to this *John de Pontiſera*, intruded into it by the Popes and Cardinals Proviſion, whoſe favours and Letters on his behalf were purchaſed at no ſmall rates.

Beſides, theſe Cardinals recommended divers of their own Kinred and Friends to the Kings favour and ſervice, by ſeveral Epiſtles, the Originals whereof are filed in the ſame Bundle with thoſe for this Biſhop, ſome of which I ſhall preſent to your view.

Ex Bundela Brevium & Literarum Anno 10 E 1. in Turri London.

EXcellenti ac Magnifico Principi Domino *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, Domino *Hiberniæ*, ac Duci *Aquitaniæ*, *Ordonius* miſeratione divina *Tuſculanus* Epiſcopus, ſalutem & promptam ad ejus beneplacita voluntatem. Magnificentiam veſtram attentè requirimus & rogamus, quatinus *Georgium* Domicellum venerabilis patris Domini fratris *Jeronimi* Epiſcopi *Peneſtrini* amici noſtri chariſſimi, quem ad vos pro quibuſdam tranſmittit familiaribus negotiis, habere dignemini commendatum. Dat. apud *Urbem Veterem* 19 die *Junii*.

Ibidem.

MAgnifico & excellenti Principi Domino *Edwardo* Regi *Angliæ* illuſtri, *Jacobus* miſeratione divina Sanctæ *Mariæ* in *via lata* Diacon. Cardinalis, ſalutem, **et a quo ſunt jura Regnorum fœlices ad vota ſucceſſus.** Cum *Georgius* lator præſentium Familiaris & Domicellus venerabilis patris Domini *Jeronimi Peneſtren.* Epiſcopi, ad conſpectum magnificentiæ Regalis accedat, Serenitatem Regiam deprecamur, quatinus ipſum intuitu dicti Domini ſui & precum contemplatione noſtrarum gratioſè recommendatum habere velit Regia Celſitudo.

In dorſo. *Regi* Angliæ *illuſtri.*

Ibidem.

EXcellentiſſimo Domino, Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, *Hugo* miſeratione divina titulo Sancti *Laurentii* in *Lucina* Presbyter Cardinalis, ſalutem, & poſt fœlicem & longævam vitam ad cœleſtem patriam fœlicius pervenire. Venerabilis fratris noſtri Domini *J. Peneſtrini* Epiſcopi rogaminibus inclinati, pro *Georgio de Caſtro Baynaldi* Regiam Celſitudinem veſtram interpellare inducimur & movemur. Hinc eſt, quod cum dictus *G.* **ad ſerviendum magnificentiæ veſtræ affectu cordis intimo anelat**; Regiam Excellentiam veſtram duximus exorandam, **quatinus dictum *G.* ad ſerviendum veſtræ præclaræ Majeſtati velitis admittere, et inter cæteros ſecundum merita collocare.** Dat. apud *Urbem Veterem* 12 Kal. *Julii*, Pontificatus Domini *Martini* Papæ quarti anno ſecundo.

Ibidem.

EXcellentiſſimo Domino, Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, Frater *Jeronimus* miſeratione divina *Peneſtrinus* Epiſcopus, ſalutem, & poſt fœlicem & longævam vitam præſentis ſæculi ad cœleſtem patriam fœlicius pervenire. Cum dilectus & charus nobis *Georgius de Caſtro Baynaldi* Familiaris noſter, audita fama veſtri nominis, & eam facto cognoverit dum per *Urbem Veterem* tranſitum hactenus faceretis, **ad ſerviendum Celſitudini veſtræ ventre deſideret.** Nos volentes ſuis exigentibus meritis apud Majeſtatem veſtram laudabile teſtimonium perhibere tenore præſentium, veſtræ magnificentiæ intimemus, quod ipſum invenimus legalem, curialem & induſtrium, unde ſi placuerit veſtræ Celſitudini ejus ſervitio uti, rogamus quatinus eundem noſtrorum interventu præcaminum propenſius recommendatum habere velitis. Dat. apud *Urbem Veterem* 12 Kal. *Julii*, Pontificatus Domini *Martini* Papæ 4. anno ſecundo.

Ibidem.

ILluſtri & excellentiſſimo Domino, Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ*, *Comes* miſeratione divina Sanctorum *Petri* & *Marcellini* Presbyter Cardinalis, ſalutem, & poſt fœlicem & longævam vitam præſentis ſæculi ad cœleſtem patriam fœlicius pervenire. Quanto fiducialius Celſitudini Regiæ præcamina noſtra porrigimus, quantoque Nobilem virum *Georgium de Caſtro Baynaldi* latorem præſentium morum ac virtutum elegantia inſignitum, Domicellum venerabilis in Chriſto patris Domini fratris *J. Peneſtren.* Epiſcopi affectione ſincera proſequimur; tanto affectuoſius & efficacius ea à magnificentia veſtra exaudiri rogamus, & illa maximè

quæ

quæ pro cauſis ſpecialibus diriguntur. Sanè cum dictus *Georgius* ad ſerviendum Majeſtati veſtræ venire deſideret, Excellentiam & Celſitudinem veſtram affectuoſè rogamus, quatinus attendentes quod inter Cæſariæ laudis titulos quæ nomen Regnantis clarificat ſpecialiter in devotione extenſa diffuſius munifica liberalitas numeratur, prædictum *Georgium* ſic noſtri amoris intuitu noſtrorumque interventu precaminum habere velitis propenſius commendatum, quod exinde vobis ad omnia quæ Celſitudini veſtræ ac regno reputaretis accepta fortius obligamur; dictuſque *Georgius* interventionem noſtrorum precaminum quam pro ipſo munificentiæ veſtræ cum magna fiducia deſtinamus ſibi cenſeat largiflua profuiſſe. Dat. apud *Urbem Veterem* 13 Kalendas *Julii*, Pontificatus Domini *Martini* Papæ Quarti Anno ſecundo. *An.* 10 *E.* 1.

EXcellentiſſimo & Magnifico Principi Domino *E.* Dei Gratiâ Regi *Anglorum* Illuſtri, *Hugo* miſeratione divina titulo Sancti *Laurentii* in *Lucina* Presbyter Cardinalis, ſalutem, & in adverſis proſperos ad vota ſucceſſus. Celſitudinem veſtram credimus ſemper ad illa fore promptiſſimam quæ ſunt Deo placita et profectum reſpiciunt ſubjectorum: de hujuſmodi quidem credulitate procedit, quod à vobis audemus cum plena ſecuritate depoſcere quicquid pietatem vel juſtitiam cernitur revolere. Sanè veniens hiis diebus ad Apoſtolicam ſedem *Willielmus de Ippele* Clericus noſter caſum quendam, qui ſibi dudum in ſervitio acciderat, Pœnitentiario Domini Papæ humili confeſſione monſtravit, et agnoſcens culpam ubi culpa non eſt ſecum, petiit miſericorditer ſuper facto hujuſmodi diſpenſari; quia non omnium Pœnitentiariorum concors habet aſſertio, quod ipſe *Willielmus* ex facto hujuſmodi irregularitatis maculam non contraxit. Excellentiam Regiam ex intimo cordis affectu requirimus et rogamus, quatinus eidem *Willielmo* pietate ſolitâ compatientes erga Venerabilem Patrem *Londonien.* Epiſcopum inſtare velitis, ut Eccleſiam de *Acton. Londonien.* Dioc. quam magnificentia veſtra Regia ſibi contulit eidem reſtituat, qua ipſum idem Epiſcopus ſumpta occaſione ex facto prædicto, ex quo nichil mali meruit, dicitur ſpoliaſſe. Conſervat Deus Majeſtatem veſtram Regiam per tempora diuturna, et rebellium veſtrorum colla conterat, detque vobis feliciter triumphare. Ibidem.

In the ſame Bundle of Epiſtles, I found this of *Ferrandus*, ſonne of the King of *Arragon* to King *Edward* on the behalf of a Merchant, informing him of the Popes comming to *Marſellis*, of the revolt of 5. Cities in *Sicily* from King *Charles*, and ſlaughter of all the *French*.

ILluſtriſſimo & Victorioſiſſimo Principi Domino *Edwardo* Dei gratiâ Regi *Angliæ*; *Ferrandus* filius bonæ memoriæ Regis *Arragonum*, humile manuum oſculamentum. Sereniſſime Domine, de veſtra magnifica liberalitate confidens talia veſtræ Celſitudini ſupplicare præſumo, quæ meis meritis præſumere non auderem: hinc eſt quod cum *Bertrandus de Creſuels* Burgenſis *Montispeſſulani* uſum mercandi in partibus regni veſtri exerceat, cui ſuis meritis et ipſius probitate multimoda ſim multipliciter obligatus, per me illi de quorum Dominatione confido, veſtræ Regiæ Majeſtati humiliter ſupplico quantum poſſum, quatinus dictum *Bertrandum* velitis habere contemplatione mei ſpeciali gratiæ commendatum. Scio enim ipſum eſſe talem quod in hiis quæ veſtræ Dominationi placuerint conabitur eſſe gratus. Adhæc Domine noveritis, quod intellexi pro certo à quibuſdam Mercatoribus qui de novo venerunt de Curia, quod Papa pro certo in brevi veniet *Marſiliam*, qui etiam pro certo dixerunt mihi, quod 5. Civitates *Siciliæ* inſurrexerunt contra Regem *Carolum*, et interfecerunt omnes *Gallicos* habitantes in eis, alia non narrantur *Pariſius* digna referri. Vigeat vita veſtra in gratia Summi Regis. Dat. *Pariſius* 7 Kalend. *Junii*.
In Dorſo. Illuſtriſſimo & Victorioſiſſimo Principi Domino Regi *Angliæ*. Ex Bundela Literarum & Petitionum An. 10 E. 1. in Turri Londonien.

In the ſame Bundle of Letters I found this Epiſtle of *Peter* King of *Aragon* to King *Edward* his kinſman, (ſome whereof being defaced, I have ſupplied in a parentheſis) concerning his Meſſages to, and aydes of Diſmes demanded from the Pope againſt his Enemies, and his invitation by the *Sicilians* to

An. 10 *E.*1. receive the kingdom of *Sicily*, with his proceedings therein; wherein he craved his adviſe and aſſiſtance.

In eadem Bundela, &c. An. 10 E 1. in Turri London.

(EXcellentiſſimo) & quamplurimum diligendo Domino *E.* Dei gratiâ Illuſtri Regi *Angliæ*, Domino *Yberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*; *P.* per eandem gratiam Rex *Arragonum*, ſalutem, & ſinceræ devocionis affectum. Dilectioni Regiæ præſentibus intimetur, quod nobis ante receſſum noſtri viatici armatæ noſtræ videlicet in quo ſumus cum proponeremus illam ad Dei ſerbitium facere (miſimus nuncium) noſtrum ad Summum Pontificem, ut nobis ſuper eodem (negotio) ſubſidium largiretur, quem idem nuncium dictus Summus Pontifex audita ſupplicatione noſtra, timens an ——— Regem *Siciliæ* accedere ſui impenſione aliqua relegabit. Poſtmodum vero cum ——— in *Barberiam* ad locum videlicet ——— de *Altoyl*, ad exaltationem fidei Chriſtianæ ——— conſilio *Richerhominum* nobiſcum exiſtentium, deſtinabimus iterum ad dictum Summum Pontificem noſtrum nuncium, ſuper eo, videlicet, quod nobis in prosequendo facto per nos (inchoato) ſubbeniret, nobis Decima per Eccleſiam in regno noſtra recepta, et concederet indulgentiam ——— nobis et illis qui nobiſcum eſſent, et etiam quod terram noſtram et ipſorum reciperet ſub protectione Eccleſiæ et commodo. Cui nuncio dictus Summus Pontifex fecit quandam dilatoriam impenſionem (diſtulitque) ſibi tradere literam. Cumque nos reſiſtemus inimicis fidei ut noſtrum erat propoſitum, ſi dicto Summo Pontifici complaceret, venerunt ad nos Nuncii quorundam locorum & Civitatum Regni *Siciliæ*, exponentes nobis & ſupplicantes, quod ad Regnum ipſum accedentes, quia omnes *Siculi* unanimis et concordes nos in eorum Dominum inbocabant; Nos ſiquidem advertentes, quod iſtud eſſet nobis et Dominationi noſtræ honorificum et utile, accedimus ad dictum Regnum *Siciliæ* cum familia noſtra & ſtolo, ad habendum & impetrandum jus quod illuſtris & bona Conſors noſtra Domina Regina *Aragon.* & filii noſtri habent in eodem regno, & erit decus noſtrum & noſtrorum Domino perhibente. Cæterum cum ad gaudia convocentur quociens ſtatu noſtro nobis proſpero ——— Rogamus vos quatinus certificetis nos de ſalute in ſtatu veſtro quem ſemper voluimus proſperum & jocundum: Nichilominus reſervantes — quicquid ——— veſtri Diſcretioni ——— facto præmiſſo præmeditato & circumſpecto. Dat. apud *Altoyll*, &c.

The Biſhop of *Hereford*, the Kings Agent in the Court of *Rome*, ſent him this Letter of intelligence from thence concerning the Popes Wars that year, what Biſhops elections he nulled, confirmed, or cauſed the parties elected to reſign their elections to make way for his Proviſions to their Biſhopricks; what Biſhops he promoted to Biſhopricks by his own Proviſions, among others the * *forementioned* Biſhop of *Wincheſter*, and what good reception he found from the *Pope*, notwithſtanding the ſlanders raiſed againſt him.

*Here, p. 1255, 1256, 1257.

In eadem Bundela Literarum, &c. in Turri London An. 10 E. 1.

EXcellentiſſimo Principi & Domino ſuo præcipuo, Domino *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ*, Domino *Hyberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*; Suus *Tho.* ejuſdem permiſſione Eccleſiæ *Hereforden.* Miniſter humilis ſe ſemper cum voluntate parata ad omnia beneplacita & mandata. Ut de aliquibus jam actis et aliis pro relatis in *Romana* Curia vobis conſtet; Veſtræ Celſitudini præſentibus intimamus, quod Dominus Papa duplicem habet Guerram; unam contra illos de *Peruſa* et ſuos fautores, qui nituntur quoddam Caſtrum quod jam Centum Annis et amplius tenuit pacifice et poſſedit ſibi principaliter ſubjugare, illud obſidio blada et vineas exſtirpando, ad quod Dominus Papa miſit exercitum valde magnum. Et alium exercitum miſit ad *Ferlyn* contra Comitem de *Monte folii*, ſecundum quod de hoc vobis ſcripſimus non eſt diu. Rex *Karolus* plenis manibus eſt in Ballivis, quia à Civitatibus *Tuſciæ* & aliarum partium querit adjutorium prout poteſt. Et quia terra illa quam debellare intendit, *ſcilicet* Siciliam, eſt de Dominio Papæ, idem Dominus miſit Dominum *Gerardum de Parma* Cardinalem Epiſcopum ad illam guerram pro viribus ſopiendam, loco Domini *Willielmi* Cardinal. *Gallici* ſubrogatus fuiſſet Amicus veſter Magiſter *Berardus de Neapole*, niſi unus Cardinalis ſimiliter Amicus veſter ei fortiter obſtitiſſet. Nono die *Junii* Dominus Papa no-

bem

bem electos in Episcopos expedivit, aliquos cassando, aliquos confirmando, aliquos ad resignationem per alios inducendo, et aliquibus providendo: inter quos providit Ecclesiæ *Leodien.* de fratre Comitis *Flandr.* et Electo *Leodien.* scilicet Domino *Willielmo de Navarina* provisit de Præpositura de *Bruges*; Ecclesiæ vero *Wintonien.* post resignationem Electi ab adversariis procuratam, de Magistro *Johanne de Pontissera* est provisum, set in confectione præsentium illi priori bono Electo, cui quasi tota Curia compatitur, nulla provisio facta fuit. Posthæc in Vigilia Sancti *Barnabe* Apostoli venimus ad Curiam, et eadem die recepit nos Dominus Papa ad pedum et oris oscula beatorum, non obstantibus procurationibus adversariorum nostrorum, qui nos excommunicatos fore Domino Papæ et fratribus primitus suggesserunt, et datis super hoc auditoribus pro nobis interlocutoriam protulit ipsi Papæ, unde eo quod primam interlocutoriam pro nobis habuimus per eundem nos et quamplurimi in Curia existentes, gabisi fuimus in immensum. Populum sui Regimini in prosperitate continua votiva omnipotens vos conservet. Dat. apud *Urbem Veterem* 2. Idus *Junii*, Anno Domini 1282. *An.* 10 *E.* 1.

In the same Bundle of Letters and Petitions, I found this Epistle of *Rich. de Gravesend* Bishop of *London* to K. *Edw.* the 1. in forraign parts, complaining against the Mayor and Citizens of *London*, for a Sacrilegious invasion of the rights and possessions of the Church of St. *Pauls*, in procuring some ground adjoyning to the wall of the antient Churchyard thereunto belonging from the King by false suggestions, to be granted them to build houses thereon, towards the repair and maintenance of *London* bridge; desiring the King to suspend his grant, and prohibit the buildings till his return, and a full hearing of the cause, or to grant him liberty to denounce Ecclesiastical censures against them as they deserved, if they persisted therein, which he had till then forborn, out of his reverence to the King, and his grant made to them.

Ex Bundela Literarum & Petitionum, An. 10 E 1. in Turri London.

EXcellentissimo Domino suo, Domino *E.* Dei gratiâ Illustri Regi *Angliæ*, Domino *Hyberniæ*, & Duci *Aquitaniæ*, *R.* ejusdem miseratione *London.* Ecclesiæ Minister salutem, & prosperos ad vota successus cum omni reverentia & honore. Ecclesia vestra Sancti *Pauli London.* ad cujus regimen licet immeriti divina dispositione vocamur, tàm vestris quàm claræ memoriæ Progenitorum vestrorum Regum *Angliæ* Deo & Ecclesiæ suæ Sanctæ Devotorum temporibus præteritis ejusdem Regni vassalis prærogativam libertatis optinuit, & in suis juribus Regiæ protectionis cum favore munimentum: Verum licet loca quædam adjacentia muris Cimiterii Ecclesiæ memoratæ tumulandis Interdicti tempore nobilium corporibus decedentium ibidem antiquorum industria reservata fuissent, sicut adhuc existentes extra dictos muros tumuli veraciter attestantur, per quod etiam loca hujusmodi sacra seu religiosa censentur, ac magna pars Areæ extra muros ejusdem ubi tumuli non apparent quàm olim ædificatam inhabitabant Clerici Ecclesiæ prænotatæ, ad jus & proprietatem ipsius pertineat; *Henr.* tamen *Wallensis* Major Civitatis *London.* Curiæ vestræ falsò suggerens, quod sine alieni juris præjudicio ad augmentum redditus Pontis *London* in dictorum murorum Circuitu Domunculas vel Seldos possint construi; & Majestate Regia taliter circumventa, Literas vestras vestrum exprimentes in hac parte consensum, ut dicitur, impetrans, propositum quod ad suggestionem iniqui spiritus jam concepit, nititur nequius consummare: et licet ex causis præmissis & aliis congruis & legitimis quæ pro loco & tempore poterunt declarari, juri, libertati et possessioni Ecclesiæ nostræ grave et intollerabile videntes præjudicium generari, tam per nos quam per alios eundem Majorem & Cives *London.* sibi adhærentes in præmissis moneri fecimus & frequenter induci, ut a proposito tam sacrilego desisterent; & iidem spretis monitionibus hujusmodi in præsumptione pristina perdurantes, tanquam manifesti perturbatores Libertatum, et invasores possessionum Ecclesiasticarum forent non immerito animadversione debita compescendi, ob vestri tamen et Literarum vestrarum quas super hoc exhibent reverentiam, ab omni rigore Ecclesiasticæ disciplinæ contra eos exercendæ hucusque cessavimus, fiducialiter sperantes erga vestram Clementiam in hoc consequi remedium. Propter quod Majestati vestræ attentius supplicamus, quatinus ne jus et libertas Eccle-

siæ

An. 10 E. 1. ſiæ veſtræ Sancti *Pauli*, per Majores et Cibium prædictorum potentiam oppri-
mantur: Vobis pro ſtatu reipuplicæ agentibus in remotis ipſis præcipere velitis, ut ſaltem a conſtructione domuncularum hujuſmodi omnino deſiſtant, donec ad partes *London.* quod Deus proſpere et celeriter annuat redeatis, ut tunc de Eccleſiæ veſtræ juſtitia, et adverſæ partis injuria coram vobis et veſtris diſcuſſio plenior habeatur. Et quia ſicut Excellentia veſtra ſatis novit manifeſtas Eccleſiæ Dei injurias et oppreſſiones diſſimulare quantum ad nos pertinet abſque ordinis noſtri non balemus periculo, quas ex officii debito tota reprimere diligentia et virtute tenemur, veſtræ Clementiæ ea quæ poſſumus ſupplicamus inſtantia,
Nota. quatinus Dei contemplatione ſuſtinere velitis, ut dictos Majorem et Cives præſumptione prædicta per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcere cum veſtra pace poſſimus, ſi illorum rebellio et proterbitas hoc requirant. Bene valeat veſtra Dominatio per tempora longiora. Dat. apud *Suthminſtre* 2 Kalendas *Auguſti*, Anno Dom. 1282.

In the ſame Bundle of Letters, I found a tranſcript of Pope *Martins* Bull to the Prior of *Tonbridge*, concerning Sir *John Lovetot*, formerly printed, *p.* 280.

The Major, Provoſt, and Commonalty of *Roſcommon* in *Ireland* writ this Epiſtle to King *Edward*, concerning the readineſſe of the Prior and Covent of that place to exchange lands with the King for his and his Soldiers better accommodation and ſecurity, for which they were unjuſtly vexed by their Biſhop, againſt whoſe exceſſes they prayed ſpeedy relief.

Ex Bundela Literarum & Petitionum An. 10 E. 1. in Turri London.

ILluſtri Viro ac Domino ſuo Reverentiſſimo Domino *Edwardo* Dei gratia Regi *Angliæ*, Domino *Hyberniæ*, & Comiti *Aquitaniæ*, &c. *Martinus Legan.* Major, *Richardus de Oxonia* Præpoſitus, totaque Communitas Burgenſium novæ Villæ ſuæ de *Roſcomman* ſalutem, et tam debitam quam devotam ſuo Principi & Patrono, cum omnimoda humilitate reverentiam. Veſtræ Regiæ excellentiæ dignum duximus ſignificandum; qualiter Prior & Conventus Canonicorum Sancti *Commani* de *Roſcomman.* à principio primæ fundationis Caſtri veſtri apud *Roſcommon.* necnon & novæ Villæ veſtræ & Burgenſium veſtrorum in eadem Villa fuerunt, & adhuc ſunt nobis propitii & favorabiles ob veſtram reverentiam & honorem. Cum enim terras ſatis propinquas ad orandum propè Caſtrum veſtrum necnon et prope novam Villam veſtrum ibidem habere non poſſemus, ſed aliquantulum remotas in Dominico veſtro in quibus commodè orare propter multimodas guerras & propter inſultus *Hybernicorum* pacem aliquando non perfectè obſervantium ſimiliter habere non poſſemus, prædicti Prior & Conventus de Dominico ſuo proprio prope Caſtrum veſtram ſitum novæ Villæ veſtræ de *Roſcomman.* in qua commodè & quietè pacificè & honeſtè habitare poſſumus, necnon & quatuor Carucatas terræ de eodem ſuo Dominico prope idem Caſtrum ob veſtræ dignitatis reverentiam nobis in excambium gratanter & ſpontaneè, & ſine aliqua contradictione conceſſerunt terras remotiores in quibus ſine periculo habitare non poſſemus pro eiſdem in excambium recipientes, de quibus adhuc modicum habent commodum. Et quod prædicti Prior & Conventus quindecim Marcas ſterlingorum quas ſingulis annis pro ſitu Caſtri veſtri & novæ Villæ veſtræ, & lacu de *Lochnaven.* quod eſt prope Caſtrum veſtrum ibidem per manum Ballivi veſtri de *Roſcomman* à vobis recipere debuerunt, prædictas quindecim marcas vobis imperpetuum remiſerunt, propter quam remiſſionem ab Epiſcopo ſuo Dioceſſano non modicum ſuſtinent jacturam et grabamen, et adhuc ſuſtinebunt, niſi per vos celeriter ſuper hoc eis remedium ſalubre tribuatur. Ipſe etiam Epiſcopus propter dictam cauſam onera importabilia eis imponere, et illicitas exactiones ab eiſdem extorquere non formidat. Hæc et alia commoda et eſſimenta quæ per dictum Priorem et ſuum Conventum antea ſuſcepimus, et adhuc ſuſcipere non deſinimus ad præſens vobis narrare non poſſumus. Quare veſtram Regiam Excellentiam de qua & in qua poſt Deum omnem habemus fiduciam, omni qua poſſumus devotione rogamus, quatinus tàm Divinæ pietatis intuitu, quàm precum noſtrarum interventu, quam prædictorum beneficiorum & commodorum a prædicto Priore et ſuo Conventu, Vobis et nobis ob reverentiam veſtri præſtitorum

rum

rum obtentu eiſdem Priori et Conventui in omnibus ſuis agendis, ſi placet, ſitis favorabiles & intenti, ita ut quæcunque à vobis cum juſtitia poſtulaverint cum fiducia valeant impetrare. Et hoc ſicut honorem veſtrum & profectum noſtrum ſalvare deſideratis effectui mancipare curetis. Valeat, vigeatque veſtra Regia excellentia per tempora longa.

Here p. 305. l. 29. after *ſecundo*, inſert] Notwithſtanding which Bull, King *Edward* the 1. declining and excuſing his perſonal voyage to the *Holy Land*, Pope *Martin* thereupon ſent this ſecond Bull to perſwade and excite him thereunto; the latter part whereof is quite putrified, and torn away from this exordium of it, (in the *White Tower*) which I can only preſent you with. *An.* 11 E. 1.

MARTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Regi *Angliæ* illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. **Magnum ad *Terræ Sanctæ* negotium Regiæ devotionis affectum partius verbis extollimus, tanquam evidentia facti notorium, et cœleſtibus indiciis approbatum.** Siquidem latè patet, vel potius latius eminet qualiter nonnullis olim molientibus te accinctum magnificè ad ipſius terræ ſuccurſum ab aſſumpti ad hoc itineris proſecutione retrahere, illa tuum propoſitum conſtantia firmavit altiſſimus, ut velut abruptis diſſuadentium & diſſuaſionum retinaculis abſque cunctatione procederes, & ad terram eandem ſic perutilis advenires, qual——— neceſſitatibus divinitus in tempore parareris, cum talis ejuſdem tunc ſtatus ſeu verius caſus exiſteret, quod illud (proh dolor!) modicum quod de ipſa Chriſtianitati remanſit, à fidei hoſtibus infeſtius ſolito impetitum, ——————— tàm ad defenſionis conſtantiam quàm ad deditionis diſpendium & ignominiam diſponebat. Sed reſumpto de tuo & tuorum adventu fortitudinis ſpiritu, viriliter eiſdem hoſtibus reſtitit & adhuc ſuper ——— ——————— tibi celitus illud evidens divinæ gratificationis inſigne dum te aſſaſini cujuſdam inſidiis animam tuam prodicioſè ——— ——————— confoſſum ut mortem communi judicio minaretur, redemptioni humani ——— Nunc ergo fili chariſſime attentè ——— Putaſne is in illius. *All the reſt is putrified.* In Turri Lond. An. 11 E. 1.

I found this Letter of King *Edward* in the *White Tower*, in anſwer to the Cardinal of St. *Laurence* his ſpecial friend, giving him an account how the Popes Merchants informed him of his deſign in * ſeiſing the Diſmes, and the paſſages in the Court of *Rome* concerning this affair, with ſome other particulars. * See p. 277, 278.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, venerabili in Chriſto patri amico ſuo fidiſſimo Domino *H.* eadem gratia titulo Sancti *Laurentii* in *Lucina* Presbytero, & Sacroſanctæ *Romanæ* & Univerſalis Eccleſiæ Cardinali, ſalutem, & mutuæ dilectionis continuum incrementum. Literas veſtras recepimus in principio continentes, quod minimè miraremur ſi elapſo temporis longo tractu de negotiis noſtris quæ vobis per Magiſtros *Robertum* Decanum *Ebor.* & *Johannem Clarell* nuncios noſtros fecimus liberari, nequiviſtis nobis aliquid intimare, dum impedimenta occurriſſent varia votis veſtris. Nec revera ſubeſſe cauſam conſpicimus admirandi; **cum ſciamus vos ſemper promptiſſimos ad ea nobis continuo referenda quæ contingunt noſtrum commodum et honorem directe, et quæ ſenſeritis nobis contraria vel adverſa.** Et ſuper negotio quod dictis nunciis commiſimus **in Curia procurandum, ſicut et in aliis omnibus quæ nos tangunt diligentiam veſtram habemus merito commendatam, et de ope et opera quas ipſis in dicto negotio præbuiſtis dilectioni veſtræ ad grates aſſurgimus;** eo magis, quod de propoſitionibus quas dicti nuncii præviderant, ipſos ſuperfluis reſecatis, in recto tramite direxiſtis; & ſi alter ipſorum veſtræ reſecationis oblitus thema præconceptum in omnibus ſequeretur * ——— circumſpectionem veſtram undique fecimus excuſatam, cum ſit difficile imprudentem, vel & ipſum qui ſolerciæ & ſagacitati propriæ * ——— ab hiis quæ in mente concepit revocare; facta etiam & propoſitiones hujuſmodi acceptas ferimus juxta proponendi modos & merita perſonarum. **Cæterum ſi quid nobis adverſum auribus Domini Summi Pon-** Ex Bundela Brevium & Literarum An. 11 E. 1. in Turri London.

* tamen.

* confidit.

-tificis

An. 11 E. 1. tificis innotuerit hiis diebus ex relationibus Mercatorum, cavebimus cautius consilia communicare cum ipsis, et eisdem secreta nostra in posterum aperire. Nec revera unquam ex certa scientia fecimus inhiberi, ne de regno nostro pecunia Decimæ traheretur, nisi quod id fieri timebamus absque conscientia nostra, et præcepto Summi Pontificis speciali, per quod regnum nostrum ex facto hujusmodi fuisset aliqualiter obligatum. De Magistro siquidem *Andræa de Candulph*, quem in Advocatum nostrum in Curia recepistis, gratum habemus admodum quod fecistis: Volentes ipsum sicut alios Advocatos nostros in Curia juxta vestrum consilium retinere, & eidem literas nostras sicut aliis consuevimus, transmittemus quamcitius nobis rescripseritis, quantum consultis de feodo sibi dari. De exilitate vero Ecclesiæ de *Bulnwell* quam *Willielmo de Craven* Capellano vestro non est diu conferri fecimus penitentes, eidem de competenciori beneficio libenter curabimus providere cum viderimus opportunum. Ad hæc de rumoribus *Siciliæ* quos nobis vestris voluistis literis nunciare, & præsertim de omnibus aliis quæ scripsistis, vobis grates referimus & gratias speciales. Et de spe expeditionis nostri negotii ex vestri tenore mandati sumus quamplurimum recreati, nostræque non extitit intentionis hucusque partem petere Decimæ supradictæ dum totum possemus consequi interventibus amicorum. Rogantes attentè quatinus quæ bono inchoastis principio studeatis ad finem perducere præoptatum. Teste meipso apud *Rothelan.* 23 die *Novembris*, anno regni nostri undecimo.

What Prerogative the King then claimed from every new created Bishop, by reason of his Creation, to bestow a Pension upon some one of his Chaplains till he promoted him to a competent benefice, this Mandate to the Chancellor will inform us.

In eadem Bundela in Turri London. An. 11 E. 1.

Suis *H. de Kend. W. de Odyham*, & *A. de Berton*, salutem. Scribatis per breve Domini Regis Domino *Karl.* Episcopo, pro *Roberto de Icard* socio vestro, quod idem Episcopus de fructibus & aliis ad Ecclesiam de *Kirkeland* in Episcopatu suo spectantibus, quam idem Episcopus prædicto *Roberto* contulit, ratione gratiæ Domini Regis eidem *Roberto* concessæ de nova creatione ejusdem Episcopi, prædictam Ecclesiam quæ est de patronatu suo tueatur, donec lis mota inter ipsum Episcopum & Magistrum *Nicholaum de Berewys*, qui se dicit esse Rectorem ejusdem Ecclesiæ inde terminetur, vel quod prædictus Episcopus prædicto *Roberto* pensionem suam quam ad preces Regis prædicto *Roberto* concessit, de cætero solvat, & de prox. Ecclesia vacatura de collatione prædicti Episcopi quam ipse *Robertus* acceptaverit respiciat; & quod idem Episcopus tunc de prædicta Ecclesia faciat voluntatem suam. Quia Dominus Rex vult, quod prædictus *Robertus* gaudeat in pace collationem quam ad gratiam Regis habet aut habebit. Scribatis etiam Vic. *Northumbr.* per breve Domini Regis meliori modo quo poteritis, quod omnia bona quæ fuerunt *Willielmi de Midelton* defuncti, in Balliva sua capiat in manum Regis, & ea salvo sine distractione vel dilapidatione custodiat, donec Dominus Rex aliud inde præceperit. Scribatis etiam Thesaur. & Baronibus de Scaccario, quod Executores Testamenti Domini *Willielmi de Midelton*, de quorum nominibus dictus *Robertus* eis scire faciet, coram eis venire faciat ad respond. *Roberto de Scard* Executori Testamenti *Richardi de Midelton*, de bonis quæ fuerunt ipsius *Richardi*, quæ dictus *Willielmus* habuit die mortis suæ, prout videritis faciendum.

How ungratefull and injurious the Bishop of *Winton* (intruded by the Popes Provision) was to the Kings Clerks promoted to Livings during the vacancy, endeavouring to eject them out of their Benefices, this Letter to the Chancellor will inform us.

In eadem Bundela.

Domino suo reverendo, Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Episcopo, ac Cancellar. Domini Regis; suus *A. de Winton.* salutem, reverentiam & honorem. De futuris contingentibus prospiciens molestiam aut fatigationem posse imminere, dominationi vestræ supplicavi, quod literas Domini Regis pro *Hugone* fil. meo dirigend. ad Ecclesiam de *Chilterenumbe* in *Winton.* Dioc. per vos promoto, Episcopo ejusdem loci habere faceretis, ad indempnitatem & tuitionem prædicti

prædicti fil. mei conſervandum; & vos michi mandaſtis, quod facultatem magni ſigilli Domini Regis tunc ad manus non habuiſtis, nec filium meum per Epiſcopum (prædictum) tunc gravari perpendiſtis, unde non fuit neceſſe ſibi tunc ſcribere, verumptamen prædicto Epiſcopo poſtea curam (animarum) habente per Officialem ſuum de pluribus articulis in ſua Dioc. fecit inquiſitiones, **et præcipue de Clericis in eadem per Dominum Regem promotis, quibus nullam gratiam facere proponit, objiciens prædicto filio meo, quod infra annum ſuæ admiſſionis ad beneficium prædictum ſecundum ſtatuta non fuit in Presbyterum ordinatus.** Et reſponſum fuit pro eo, quod ad primos ordines ſubſequentes poſt admiſſionem ad Eccleſiam prædictam, per defectum Epiſcopi Diocæſani, & pro defectu Archiepiſcopi, curam ſpiritualitatis ſede vacante habentis, procuravit literas dimiſſorias à cuſtode prædictæ ſpiritualitatis Epiſcopo *Sarum*, & tunc per eaſdem literas ordinatus fuit in Subdiaconum, & poſtea ad proximos ordines ſubſequentes per Archiepiſcopum in Diaconum. Conſequenter ante inſtitutionem Epiſcopi qui nunc eſt, nulli celebrati fuerint ordines, & Officialis dicti Epiſcopi dicebat, **quod rationes prædictæ prædicto filio meo nichil valere poſſunt, ſet bona Eccleſiaſtica in prædicto loco inventa ſequeſtravit, et in ſequeſtro tenet.** Ita quod filius meus in eodem loco non habet ubi caput ſuum poſſit reclinare. Et ſi filius meus ad ordines ſacros pro tam exili beneficio non eſſet aſtrictus minus ei condolerem. Hinc eſt, quod veſtram exoro dominationem devotè ſupplicans, quatinus per literas Domini Regis qui vobis mediantibus ipſum præſentavit, & maximè per literas veſtras ſignificetis, quid duxeritis in præmiſſis oportunum, **quia dictus Epiſcopus magis inquietat promotos per Dominum Regem ſede vacante, quam per alios quoſcunque patronos.** Mitto vobis literam prædicti filii mei quam michi miſit pro negotio prædicto, reverentiam veſtram rogans, quod ipſam audire velitis. Valeat dominatio veſtra ſemper in Domino. *An.* 11 E. 1.

Page 306. l. 6. after 1283. inſert] He likewiſe iſſued this Prohibition: *Rex, &c. Vic.* Dorſet. *quod capias* Hugonem de Heskerden, Richardum de Wynford *Capellanum*, Johannem de Cermiſtre *Capellanum*, *& habeas corpora, &c. ad reſpond. Nobis; quare cum placita de catallis & debitis*, **quæ non ſunt de Teſtamento, &c. ad Nos et Coronam et dignitatem noſtram, et non ad aliam in regno noſtro pertineant,** *iidem* H. R. *&* J. *una cum Magiſtro* Waltero de Gloceſter *Offic. Epiſc.* Sarum, *&c.* **tenuerunt placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis Abbatis de** Burden, **quæ non ſunt, &c. in læſionem Coronæ et dignitatis noſtræ, et contra Prohibitionem noſtram.** *Teſte* H. de Dunton *apud* Salop. 8 *die* Febr. *Anno regni noſtri undecimo.* Bundela Brevium An. 11 E. 1. in Turri London.

Page 307. l. 7. after *Brumburgh*, inſert] In the ſame Bundle of Letters and Petitions to the Chancellor, I found this of the Mayor and Burgeſſes of *Oxford*, praying remedy againſt the Proctors and Scholars of the Univerſity, for puniſhing and excommunicating them for offences againſt the Aſſizes of bread, bear, and other victuals, belonging only to the King and his Miniſters.

SUo *W. de Odiham*, ſalutem. Mittimus vobis literas, quas nobis miſerunt Major & Burgenſes *Oxon.* mandantes, quod eis in hac parte debitum remedium fieri faciatis. Mandamus etiam, quod *Johannem de Tudemerſe* Vic. *Oxon.* fieri faciatis Abſolutiones juxta brevia Domini Regis & alia, quæ vobis ſuus nuntius oſtender. Valeat. Dat. apud *Rochel.* 8 Kal. *Febr.* Ex Bundela Literarum & Petitionum Cancellario An. 11 E. 1. in Turri London.

REverendo Domino ſuo, ac amico (ſi placet) Domino *R.* Dei gratia *Bathon. & Wellen.* Epiſcopo, ac Cancellar. Domini Regis, ſui devoti Major cæterique Burgenſes *Oxon.* ſalutem, cum reverentia & honore. **Nuta Procuratores et Magiſtri Univerſitatis** *Oxon.* **in præjudicium Domini Regis ſe intromittunt de Aſſiſis panis, cervisiæ, et aliorum victualium, quæ ad Dominum Regem et ad Miniſtros ſuos pertinent**; Dominationi veſtræ ſupplicamus, de qua indubitanter confidimus, **quatinus (ſi placet) ſuper his gravaminibus et injuriis, Domino Regi et nobis per prædictos Procuratores et Miniſtros illatis, remedium apponere velitis.** Scientes, quod in propriis perſonis noſtris ad Dominum Regem

An. 11 E. 1. vel ad vos accessissemus, nisi esset magna occupatio quam habemus circa pecuniam Domini Regis colligendam. **Prædicti etiam Procuratores et Magistri sententiam Excommunicationis intulerunt in *Robertum de Welles* Ballivum nostrum, eo quod panem per prædictos Procuratores et Ministros attachiatum, tanquam bonum et satis ponderantem.** Super quibus Domini Regis petimus auxilium. Valeat dominatio vestra per tempora longiora.

What successe this Petition had I finde not, the Proctors and Scholars proceedings herein being warranted by former Charters granted them by our Kings.

King *Edward* though he might by his own Prerogative Royal have annexed his Collegiate Church and Free-Chapel of *Boseham*, (exempt from Ordinary Jurisdiction) within the Diocesse of the Bishoprick of *Cicester*, to the Bishoprick of *Exeter*, to which he united it; yet to avoid all future contests between the Bishops, their Officers and Chaplains concerning it, petitioned the Pope, by his concurrent Authority to unite it to the Bishoprick of *Exeter*.

Ex Bundela Epist. & Brevium An. 11 E 1. in Turri London.

SIgnificat Sanctitati vestræ devotus filius vester *Edwardus* Rex *Angliæ*, quod dudum eo vestræ beatitudini intimante, quod licet Parochialis Ecclesia de *Boseham*, quæ Collegiata existit *Cicestren.* Diocæsis, **sit Capella Regia**, utpote per progenitores suos fundata in Archidiaconatu *Cicestrensi*, & dotata, ac Episcopus *Exoniensis*, qui est pro tempore Regius Capellanus, præsit eidem Ecclesiæ in collationibus Canonicatuum & Præbendarum, & in ——— corporali possessione ipsorum, ac quibusdam aliis juribus spectantibus ad eandem; **et omnes liberæ Capellæ Regiæ in regno *Angliæ* constitentes, ab omni potestate et jurisdictione quorundam Ordinariorum locorum sint liberæ et exemptæ de consuetudine approbata, et in possessione hujusmodi libertatis et exemptionis existant, prædicti Episcopus et Archidiaconus *Cicestrenses*, in præjudicium libertatis et exemptionis hujusmodi, et juris Regii diminutionem, dictum Episcopum *Exoniensem* et præbendarium ejusdem Ecclesiæ de *Boseham* Regium (ut prædicitur) Capellanum, super dictis juribus, quo minus ipsis uti libere possit, multipliciter molestant et perturbant. Unde supplicat dictus Dominus Rex, quatinus authoritate Apostolica dignemini dictam Ecclesiam vel Capellam de *Boseham*, cum Canonicis et personis Ecclesiasticis prædictis Canonicatibus et Præbendis et aliis Ecclesiis et Capellis, et Ministris, Clero, et populo eorundem, ab omni jurisdictione ordinaria, et præcipue Archiepiscopi *Cantuarien sis*, Episcopi et Archidiaconi *Cicestrensium*, ab omne dubium amovendum, erimere et totaliter liberare; et jurisdictioni *Exoniensis* Episcopi (qui confert Canonicatus et Præbendas, et præterea (ut præmittitur) suus Capellanus specialiter nuncupatur) et successorum suorum, quantum ad utramque legem ——— communis videlicet et Diocæsanæ (nititur) subjicere.** Ita quod cultus divinus, & excessuum correctio non negligatur in ipsis, quodq; possit Clericos ipsius Ecclesiæ liberè ordinare; ac in Clero & populo ipsius Ecclesiæ, & in ipsâ Ecclesiâ ea quæ sunt ordinis & Episcopalis officii jure suo exercere: eo quod Episcopus *Cicestrensis* qui pro tempore fuerit, **in talibus exercendis ibidem se fortalliis difficilem exhibebit.** Et quod dictus *Exoniensis* Episcopus & successores sui, **saltem similem jurisdictionem habeant in Ecclesia seu Capella prædicta, Ecclesiis anneris, et Capellis, Præbendis, Capellanis, Canonicis, Vicariis, Ministris, Clero, et populo eorundem, qualem habent alii Decani et Præpositi aliarum Capellarum suarum liberarum in regno et dominio suo constitutarum, de gratia speciali et de plenitudine potestatis, ad ipsius Regii honoris augmentum. Non obstantibus quibuscunque pactis, compositionibus, controversiis aut litibus inter præfatos Episcopos et Archidiaconum motis vel movendis occasione prædicta, cum omnibus ——— non obstantibus et clausulis**; ac etiam cum executoribus & conservatoribus opportunis.

He likewise petitioned that he might elect a discreet, approved person to be his Confessor, to whom he might reveal his secrets and be absolved, and receive ghostly advice even in such things wherein the See Apostolick was to be consulted with, which he might have freely done without his license.

Supplicat

SUpplicat Sanctitati veſtræ devotus filius veſter *Edwardus* Rex *Anglia*, quod Sanctitas veſtra indulgentiam ——— quarto Idus *Aprilis* Pontificatus veſtri anno primo, ut ipſe pro (ſalute animæ) ſuæ aliquem diſcretum probatum ſibi in Confeſſorem valeret eligere ——— cui ſecreta ſua pandere poſſet, & ab ipſo abſolvi, ——— ſibi prima ſalutari; **etiamſi talia forent, per quæ ſedes Apoſtolica foret ——— conſulenda.** Quare ſupplicat dictus *Edwardus*, quatinus in forma ſimili ——— **tempore futuro eligendi ſibi Confeſſorem aliquem concedere dignemini ——— facultatem.**

An. 11 & 12 *Edw.* I.

In eadem Bundela, An. 11 E. 1.

Page 317. l. 3. after *Julii*, inſert] King *Edward* ſent this Writ to the Archbiſhop of *Dublin*, in favour of the Biſhop elect of *Fern*, to appoint ſome of his Suffragans to conſecrate him in *Ireland*, to ſave his expenſes in repairing to him in *England*, his Biſhoprick being much waſted and impaired by the *Iriſh* Rebels.

EDwardus, &c. venerabili patri *J.* eadem gratia Archiepiſcopo *Dublin.* ſalutem. Quia dilecto nobis in Chriſto Domino *Richardo de Northampton* electo *Fernenſi* didicimus referente, quod vos contemplatione precum noſtrarum, quas pro eo alias vobis direximus, ipſum in ſua confirmatione favore amplioris gratiæ proſecuti fuiſtis; vobis exinde grates & gratias referimus ſpeciales. Et cum idem Electus, qui jam ad partes *Hiberniæ* eſt profectus, **abſque magnis laboribus et expenſis pro munere conſecrationis a vobis optinendo, reverti in *Angliam* non valeret, nec ipſe per totum annum jam inſtantem (ſicut didicimus) tantum de ſuo Epiſcopatu recipiet emolumentum, unde tam graves expenſæ poſſent provenire; præſertim cum ſtatus ejuſdem Epiſcopatus (ſicut forte vobis innotuit) per hoſtiles incurſus pacis noſtræ perturbatorum non mediocriter enervetur.** Nos indempnitati ipſius Electi, ſuis exigentibus meritis, proſpicere cupientes; Paternitatem veſtram rogamus & requirimus cum affectu, quatinus noſtris precibus & amore, **dicti Electi laboribus et expenſis in hac parte parcentes**, per literas veſtras aliquibus Suffraganeis veſtris demandare velitis, **ut ipſi vice et authoritate veſtra, eidem Electo in Eccleſia ſua (ſi placet) *Fernenſ.* munus conſecrationis impendant.** Pro quo vobis teneri volumus ad ſpecialium merita gratiarum. Teſte meipſo, &c.

Ex Bundela Literarum & Brevium Cancellar. An. 11 E. 1. in Turri London.

Page 316. l. 35. after *ſupra*, inſert] The Monks of the Monaſtery of *Fiſcamp* in *Normandy*, immediately ſubject to the See of *Rome*, electing a New Abbot, whoſe election the Popes Legate confirmed, and receiving his Oath of Fealty to the Church of *Rome*, the Legate thereupon ſent this Inſtrument to King *Edward*, deſiring him to reſtore the Royalties of the Abby to him, which were ſeiſed into his hands during the vacancy.

An. 12 E. 1.

EXcellentiſſimo Principi ac in Chriſto chariſſimo Domino *E.* Dei gratia Regi *Angliæ* illuſtri, *Johannes* ejuſdem miſeratione titulo Sanctæ *Ceciliæ* Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſalutem in eo per quem Reges regnant & Principes dominantur. Ad fovendum in charitatis viſceribus Eccleſiarum ac Monaſteriorum Prælatos Serenitatem veſtram eo fiducialius noſtris precibus invitamus, quo in bonorum operum executione Celſitudinis Regalis affectum exiſtimamus magis promptum ac facilem invenire, maximè cum apud Deum cujus hujuſmodi ſunt miniſtri retributionis præmium, & apud homines laudis præconium vobis exinde acquirantur. Sane Monaſterio *Fiſcanen.* **ad *Romanam* Eccleſiam nullo medio pertinente**, ordinis Sancti ——— *Rothomagen.* Dioc. per obitum quondam *Richardi* Abbatis dicti Monaſterii, Paſtoris regimine deſtituto, Religioſi (& Monachi) ipſius Monaſterii vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt & potuerunt commodè intereſſe, **ad electionem celebrandam de futuro Abbate**, die ad hoc ſtatuta convenientes in unum, ac deliberantes in ipſius electionis negotio **per viam procedere compromiſſi.** Quinque ex eis (videlicet) *Gabrieli* Majori ejuſdem Monaſterii, ac *Thomæ de Ros* Prioratus Sancti *Martini* in boſco ad dictum Monaſterium immediatè ſpectant. Priori, & Religioſo viro *Gulielmo de Picot* Abbati tunc Ballivo, *Gulielmo Lebas* Suppriori, & *Petro Picot* Granetario Mona-

In Turri London. An. 12 E. 1.

An. 12 E. 1. chis ipſius Monaſterii, providendi eidem Monaſterio de Abbate eo modo poteſtatem liberam conceſſerunt, ut quatuor ex dictis quinque quintum ex ſeipſis poſſent eligere, vel alium de dicto Conventu dummodo in talem ſcilicet alium ab eis omnes dicti quinque conſenſu unanimi concordarent, quodque prædicta poteſtas ſolummodo duraret uſque ad conſumptionem cujuſdam candelæ cæreæ quæ accenſa extitit in Capitulo Monaſterii ſupradicti. Præmittentes quod pro ipſius Monaſterii Abbate haberent & tenerent de quo prædicti quinque vel quatuor ex eis, ut dictum eſt, ducerent eidem Monaſterio providendum. Præfati autem quinque ſecedentes in partem, ſuper proviſione hujuſmodi facienda diligentem tractatum ad invicem habuerunt, & demum quatuor ex eiſdem in prædictum *Gulielmum de Picot* unanimiter & concorditer conſenſerunt. Ac prædictus *Gabriel* ante præfatæ candelæ conſumptionem ex poteſtate ipſis quinque, ut præmittitur, à præfatis Conventu conceſſa, de mandato reliquarum trium Collegarum ſuorum vice ſua & earundem Collegarum ac omnium de prædictis Conventu præfatum *Gulielmum de Picot* elegit in Abbatem Monaſterii memorati, dictuſque *G. de Picot* tandem ad inſtantiam dictorum Convent. hujuſmodi electioni conſenſit. Poſtmodum autem prædicti Conventus faciente nobis decretum electionis prædictæ per ſuos Procuratores & Nuncios ad nos propter hoc deſtinatos ſpecialiter præſentari nobis, **ut electionem confirmaremus eandem humiliter ſupplicarunt.** Nos igitur tam proceſſum ipſius electionis, quam perſonam electi examinavimus diligenter, & quia eandem electionem invenimus de perſona idonea canonicè celebratam, **illam authoritate qua fungimur duximus confirmandam:** Ipſum *G. de Picot* prætecimus eidem Monaſterio in Abbatem, ac ſubſequènter ab eo **prædictæ Romanæ Eccleſiæ nomine recepimus fidelitatis ſolitæ juramentum, ſecundum formam conſuetam ab eadem Romana Eccleſia in talibus obſervari: firma concepta fiducia,** quod cum dictus *G. de Picot* Abbas ſit vir ſufficientis ſcientiæ, providus & honeſtus, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectus, ac in executione adminiſtrationum ipſius Monaſterii ſuæ ſolicitudinis pro tempore commiſſarum dicatur laudabiliter ſe geſſiſſe, prædictum Monaſterium per ipſius Abbatis circumſpectionis induſtriam, Deo propitio, præſervabitur à noxiis & adverſis, Regularibus quoque inſtitutis proficiet, ac aliis ſpiritualiter & temporaliter grata ſuſcipiet incrementa. Cum itaque benigniſſime Princeps **ſit virtutis opus Eccleſias et perſonas Eccleſiaſticas benigno favore proſequi, ac eos verbis et operibus pro Regis æterni gloria venerari:** Excellentiam veſtram Regiam rogamus & hortamur attentè, **quatinus eidem Abbati regalia quæ ratione eorundem bonorum præfati Monaſterii in regno veſtro conſiſtentium tempore vacationis ipſius Monaſterii, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis, et noſtra reverentia, prout hactenus conſuevit fieri concedentes alias,** ipſum & præfatum Monaſterium regimini ejus commiſſum habere dignemini propenſius commendatos. Ita quod dictus Abbas veſtræ Celſitudinis fultus auxilio in eodem regimine poſſit Deo propitio proſperari, ac vobis exinde à Deo perennis vitæ præmium, **et ab eadem ſede condigna proveniat actio gratiarum.** Dat. *Mayſell* Idus *Novemb.* Pontificatus Domini *Martini* Papæ 4.

Page 321. l. 1. before *The King*, inſert] About the ſame time Pope *Martin* the 4th. having confirmed the election of a New Abbot of *Eveſham*, ſent this Bull to King *Edward* to certifie him thereof, and deſire the reſtitution of his Temporalties, though he by his Bull committed the Temporalties as well as Spiritualties of the Monaſtery to him, in derogation of the Kings Prerogative, who had frequently excepted againſt ſuch clauſes, and cauſed both Biſhops and Abbots ſpecially to renounce them, before their Temporalties were reſtored.

An. 12 E. 1. in Turri London.

MARTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi *Angliæ*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum Monaſterio de *Eveſham* ad *Romanam* Eccleſiam nullo medio pertinente, ordinis Sancti *Benedicti*, *Wigorn.* Dioc. ——— dilecti filii Prior & Conventus ejuſdem Monaſterii certa die ad eligendum præfixa, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt & potuerunt commodè intereſſe ——— per viam procedere compromiſſi, in dilectum filium *Johannem* Abbatem, tunc Cellararium ipſius Monaſterii, ac ſex alios ex ejuſdem Monaſterii ——— in

voto

voto compromittere curaverunt, conceſſa eis providendi hac vice de ſe vel aliis ejuſdem Monaſterii Monachis, per electionem canonicam vel poſtulationem concordem ipſi Monaſterio de Abbate ſeu ——— poteſtate, promittentes quod illum in ſuum & prædicti Monaſterii Abbatem reciperent & haberent quem iidem concorditer vel major pars eorum ducerent in Abbatem dicti Monaſterii ——— eligendum. Et tandem ſecedentibus illis in partem diverſis inter ſe tractatibus habitis, notiſque ſuis diligenti examinatione diſcuſſis, juxta formam hujuſmodi compromiſſi prædicti ſex in eundem *Johannem* unanimiter & concorditer conſenſerunt; & dilectus filius *Willielmus de Tywa* ipſius Monaſterii Monachus (qui de) prædictorum Compromiſſariorum numero exiſtebat, vice ſua & de collegarum ſuorum ac ſingulorum de dicto Conventu ſpeciali mandato & voluntate expreſſa, de *Johanne* prædicto providit eidem Monaſterio in Abbatem, & ipſum nichilominus elegit in Abbatem Monaſterii ſupradicti. Idemque *Johannes* ad inſtantiam Prioris & Conventus eorundem electioni hujuſmodi de ſe factæ conſenſit. Demum vero præfati Prior & Conventus præſentantes nobis per Procuratores ſuos ad hoc ſpecialiter conſtitutos, decretum ſuper hujuſmodi electione confectum, cum inſtantia petierunt, ut electionem (prædictam) admittere ſeu confirmare de benignitate ſedis Apoſtolicæ curaremus. Nos autem quia per diligentem examinationem electionis, & electæ perſonæ invenimus electionem eandem de prædicto *Johanne*, perſona utique idonea canonicè celebratam, eam de fratrum noſtrorum conſilio duximus confirmandam, ipſumque *Johannem* præfecimus ipſi Monaſterio in Abbatem, **curam et adminiſtrationem illius in ſpiritualibus et temporalibus ſibi nichilominus committendo, ſubſequenter ei de noſtris manibus munere benedictionis impenſo**; firma concepta fiducia quod dirigente Domino actus ſuos, præfatum Monaſterium per ſuæ circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, & ſalubria dante Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca Celſitudinem Regiam veſtram rogamus, & hortamur affectu, quatenus eundem Abbatem & Monaſterium ſibi commiſſum **habens pro noſtra et Apoſtolicæ Sedis reverentia propenſius commendatos**, ſic te illi (benigni favoris auxilio) exhibeas, ac ipſum & præfatum Monaſterium tuæ benevolentiæ gratia proſequaris, ut ipſe regalibus fultus præſidiis prædicti Monaſterii regimen facilius & efficacius valeat exercere. Noſque ——— Magnificentiam Regiam dignis in Domino laudibus attollamus. Dat. apud *Urbem Veterem* 15 Kal. ——— Pontificatus noſtri Anno ———

An. 12 *E.* 1.

Page 332. l. 43. after *particular Cuſtom*, and before ſly. inſert. This is likewiſe contradicted by *Mich.* 34 E. 1. *Fitzh. Detinue* 60. *Paſch.* 17. and by the forms of ſundry Writs *De rationabili parte bonorum* in the Files of *Writs* and *Plea Rolls* in the *Tower*, during the reigns of King *Edward* the 1, and 2. I ſhall preſent you only with this one in the *Bundles of Writs*, Anno 15 E. 2. inſtead of many more.

An. 13 *E.* 1.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Vic. *Lincoln.* ſalutem. Si *Thomas* filius *Roberti Baliſon* & *Johannes* frater ejuſdem *Thomæ*, *Chriſtiana*, *Agnetes*, *Matilda*, & *Cecilia* ſorores ejuſdem *Johannes* fecerint te ſecurum de clamore ſuo proſequendo, tunc ſum. per bonos ſummonitores *Willielmum de Chule*, & *Iſabellam* quæ fuit uxor *Roberti Batiſon*, Executores *Roberti*, quod ſint coram Juſticiariis noſtris apud *Ebor.* à die Sanctæ *Trinitatis* in quindecim dies oſtenſuri, **quare cum ſecundum Conſuetudinem** REGNO NOSTRO **hactenus optentam** (therefore the conſtant antient Cuſtom of the whole Realm before and till that day, and ſo by conſequence ever ſince, not of ſome particular Countries only) **pueri poſt mortem patrum ſuorum habere debeant rationabiles partes ſuas de bonis et catallis quæ fuerunt patrum ſuorum prædictorum; iidem** *Willielmus* et *Iſabella* **præfati** *Thomæ*, *Johanni*, *Chriſtianæ*, *Agnetis*, *Matildæ* et *Ciciliæ* **rationabiles partes ſuas ad valorem ſexdecim librarum et decem ſolidorum de bonis et catallis quæ fuerunt** *Roberti Mateſon* **patris prædictorum** *Thomæ*, *Johannis*, *Chriſtianæ*, *Agnetis*, *Matildæ*, et *Ceciliæ* **detinent minus juſte, et eas eis reddere contradicunt, in ipſorum** *Thomæ*, *Johannis*, *Chriſtianæ*, *Agnetis*, *Matildæ* et *Ceciliæ* **diſpendium non modicum et grabamen**, ET CONTRA CONSUETUDINEM PRÆDICTAM.

An. 12 *E.* 1. DICTAM. Et habeas ibi Summonitores, & hoc breve. T. meipſo apud *Eborum* 17 die *Maii*, Anno regni noſtri 15.

Agreeable hereunto is the printed Reſolution, *Paſch.* 17 E. 2. *Fitzh.* Abridgement *Detinue* 58. Cum ſecundum Conſuetudinum REGNI *le femme doit aver le tierce parte des* Chateaux ſon Baron apres ſon mort, *et ſes enfauntz deſavantez de* autre tierce part: And *Trin.* 1 E. 2. *Fitzh. Detinue* 56. which allegeth it to be *PER USAGE DE PAYS, & le* Grand Charter doit, &c. *Hil.* 17 E. 3. 9. *Fitz. Reſpond.* 15. 30 E. 3. 25. *Fitz. Detinue* 52. *Paſ.* 31 E. 3. *Fitz. Reſpond.* 6. *Par la CUSTOME de ROYALME.* And Sir *Robert Brooke* in his Abridgement, Tit. *De Ration. bile parte bonorum*, 1, 5, 6. concludes from *Glanvil*, *Fitzherberts Natura Brevium*, and all theſe Books, Que ceſt action de *Rationabili parte bonorum*, giſt per le Common Ley *PER TOUT LE ROYALME* pur feme et enfauntz vers l'executors le pere. *Et eſt admit, que ceo eſt LE CUSTOME DE ROYALME, & LE GENERAL CUSTOME DE ROYALME.*

If this Writ then lie againſt Executors by the premiſed ancient Lawes and by the Cuſtom of the Realme: then *à fortiori* againſt *Adminiſtrators*, who are obliged to diſtribute the ſurpluſage of the goods according to the Common Law; Therefore the Ordinary can have no legal authority to diſtribute them at his pleaſure to any pious or other uſes.

Page 341. l. 8. after 13 E. 1. adde.] Yea * Sir *Henry Spelman* a very learned *Antiquary*, eſpecially in Eccleſiaſtical affairs, after the Charter of King *Edward* the 2. *apud* Eboracum 24 *die menſis* Novembris, *Anno regni noſtri Decimo*; reciting and confirming his Anſwers to *Articuli Cleri* upon their Petitions to him, out of Sir *Robert Cottons* Manuſcript, ſubjoynes *Circumſpectè agatis*, as a Letter grounded thereon, and ſubſequent to it, *viz.*

*Conciliorum Tom 2. p. 483, to 487. Ex Codice MS. in Bibl. Cottoniana, ſub effigie Othonis, A. 15. f. 136. & ex Regiſtro Reynolds, p. 76 b.

Litera, ſuper eandem Cartam Domini Regis (*Ed.* 2.) Juſticiariis et aliis Regis Miniſtris directa pro Prohibitione.

REX Juſticiariis, ſalutem. CIRCUMSPECTE AGATIS de Negocio tangente Epiſcopum *Norwycenſem*, et eſus Clerum, ſi placitum tenuerunt de hiis quæ merè ſpiritualia, *viz. &c. verbatim* as in the premiſed Writ of *Circumſpecte agatis*, (Here, p. 336.) Therefore by this ancient Manuſcript and Sir *Robert Cottons* Reſolution, it was only a *Letter* framed upon this Charter and *Articuli Cleri* to be ſent to the Kings Juſtices and Officers in or after the 10th. year of King *Edward* the 2. not extant nor enrolled in any Roll I can yet finde in the *Tower*; therefore not an actual Prohibition under the Kings great Seal; much leſſe *a publike Statute made in Parliament*, *An.* 13 E. 1. as Sir *Edward Cooke* and others moſt groſly miſtake. And that which confirms me farther in this opinion, is an antient Preſentment in Parchment, (without any year or date, made by a Jury of the County of *Norfolke* to the Kings Juſtices, about the 13 year of King *Edward* the 2. as I conjecture by the hand, and other Circumſtances) which I found in the *White Tower* Chappel, againſt the *Deans*, *Officials*, and *Clergy* of the Biſhop of *Norwich*, for ſeveral *encroachments upon the Kings Prerogative*, *Courts*, and *peoples Liberties*, in holding Plea of Treſpaſſes, Debts and other Temporal Cauſes, and impoſing Oaths, pecuniary mulcts, penalties, exactions on the people, and excommunicating them againſt Law.

Dicunt, quod cum *Semanus Kreyc* de *Wryainge magna* legavit ante Corpus ſuum quendam equum pretii 3 *s. Willielmus* Rector Eccleſiæ noluit prædictum equum recipere, quia prædictus defunctus habuit meliorem equum illum calumpniabit ut jus Eccleſiæ ſuæ, tandem propter timorem ſummonicionis ad Capitulum ſibi tradiderunt quondam equum pret. ſex ſolid.

Item dicunt, quod prædictus *Willielmus* Rector Eccleſiæ de *Wryainge magna* dum fuit Decanus, recepit de *Willielmo Goddard* & de *Beatrice Knyvet* pro fornicatione, 12 *d.*

Item dicunt, quod *Willielmus Kreyc* de *Wryainge* legavit ante Corpus ſuum veſturam

ſturam trium rodarum. Et Dominus *Gilbertus Peche* incontinenti poſt mortem ſuam aſportavit prædictum fratrem qui fuit ruſticus ſuus. Et prædictus Rector Eccleſiæ de *Wryainge* citare fecit coram ſeipſo *Alic. Kreyc* Executorem ſuum quouſque ſatisfecit ei de quinque ſolidis. *An.* 12 *E.* I.

Item dicunt, quod *Johannes de Fraveſham* Capellanus, implacitavit *Gilbertum Hidekote* de *Haverelle* ad Conſiſtor. *Norwyc.* quia dictus *Gilbertus* debet gaudere Malum prædicti *Johannis*, unde fecit finem cum prædicto *Johanne* antequam habere potuit pacem, dimid. Marc. et nihilominus dampnum unde habuit ad valenciam, 10 *s.*

Item dicunt, quod Magiſter *Henricus de Hargrave* tunc Offic. cepit de *Johanne* filio *Petri de Haverell*, quia probavit teſtamentum uxoris ſuæ coram Decano de *Clare*, 10 *s.*

Item dicunt, quod *Robertus de Geytone* Capellanus implacitavit prædictum *Johannem* filium *Petri* coram Magiſtro *Johanne de Fereby* de placito roberiæ, et aliis tranſgreſſionibus, unde habuit dampnum ad valenciam 10 *s.*

Item dicunt, quod *Johannes de Fraveſham* Capellanus implacitavit, *Henr. Goding* de *Hoverell*, & *Godam* uxorem ejus de placito debiti et tranſgr. coram Magiſtro *T. le Gros*, Offic. ad Conſiſtor. *Norwyc.* unde dampnum habuit dimid Marc.

Item dicunt, quod *Radulphus de Chedgrave* citare fecit *Thomam Lenveys de Chedbery* de placito Conventionis ad Conſiſtor. *Norwicen.* et pro pace hujuſmodi cepit ab eo 5 *s.*

Item dicunt, quod *Johannes de le Bret* de *Wryainge* implacitavit *Willielmum Cochun* de eadem coram *Roberto* Vicar. de *Hovedone* tunc Decano, pro dampno facto in blado ſuo, unde dampnum habuit 60 *d.*

Item, idem *Robertus* Decanus recepit de *Willielmo Cochun* pro fornicatione, 12 *d.*

Item dicunt, quod *Robertus le Wakre* citare fecit coram *Roberto* Vicario de *Hovedone* tunc Decano, *Willielmum Cochun* & *Henr. Pipeſtrave* pro dampno facto in quodam boſco, et pacificaverunt cum Decano de 5 *s.*

Item dicunt, quod *Robertus de Ponte de Kedicane* legabit unam baccam Vicar. ante corpus ſuum precii, 5 *s.* Et *Willielmus Sarmes* Magiſter *Thomas de Beck* noluit dictam baccam recipere, quia prædictus defunctus habuit meliorem; ſed _____ authoritate ſua propria, et quæſivit quandam baccam precii 7 *s.*

Item dicunt, quod Magiſter *Henricus de Hargrave* tunc Offic. cepit de *Barth. Gambour* pro fornicatione, 4 *s.* Et de *Galfrido* Clerico ſuo 12 *d.* Et *Robertus de Hovedon* tunc Decanus cepit de eodem *Barth.* pro illa Muliere, 2 *s.*

Item dicunt, quod *Johannes* Capellanus de *Faverſham* citare fecit *Radulphum Druri de Keditone* coram Magiſtro *Richardo Guidet* Offic. et impoſuit ei falſo ipſum verberaviſſe quendam Capellan. et ita ſatisfecit ei de 5 *s.* Et dictus Magiſter *Richardus* habuit 5 *s.*

Et dicunt, quod dictus *Robertus* Vicar. de *Hovedone* tunc Decanus, cepit de *Barth. Gambour* pro non veniend. ad ſummonitionem ſuam, 12 *d.*

Item, idem *Robertus* cepit de *Thoma Pipeſtrave* quod commedebat cum *Hamone Chevere*, quem dicebat ſe excommunicaſſe, 6 *d.*

Item, idem *Robertus* recepit de prædicto *Thoma* quia cariavit per diem feſtivalem *Sempl.* 6 *d.*

Item dicunt, quod *Richardus Gurdet* cepit de *Barth. Gambour* pro ſimplici fornicatione, 2 *s.*

Item dicunt, quod *Richardus Gurdet* Officialis voluit feciſſe *Johannem Rundell* de *Hovedone* * juraviſſe ad inquiſitionem ſuam, et idem *Johannes* noluit jurare ſine præcepto Domini Regis, et ideo Dominus *Richardus Gurdet* amerciavit ipſum ad dimidium Marc. et ipſum fecit excommunicare de die in diem, et ipſum citare fecit coram ſeipſo de Capitulo in Capitulum. Et prædictus *Johannes* (detulit ei) brebe Domini Regis de prohibitione in Eccleſia de *Wythram*. Et dictus *Richardus* reſpond. ad prohibitionem prædictam in deſpectu Domini Regis dicebat erupt. et adhuc fecit excommunicari propter dimid. Marc. ad dannum ipſius *Johannis* 20 *s.* * *Nota.*

Dicunt, quod *Robertus* Rector Eccleſiæ de *Manesfield* citare fecit *Thomam Veyborith* ad Conſiſtor. *Norwici*, et coram *Roberto de Hovedon* Decano, de tranſ-

greſſionibus

An. 13 *E.* 1. greſſionibus non tangentibus Matrimon. nec Teſtamentum, unde dampnum habuit ad valentiam 40 *s.*

Item dicunt, quod prædictus *Robertus* Rector Eccleſiæ de *Manesfield* cepit de *Matilda Marpelleſtumber* unam Maccam injuſte, & quia dicta *Matilda* ſe conquerebatur ad Vicinos ſuos prædictus *Robertus* citare fecit ipſam coram *Roberto* Vicar. de *Hovedone* tunc Decano; ita quod amiſit verſus prædictos *Robertum* & *Robertum*, 7 *s.*

Dicunt, quod Magiſter *Henricus de Hargrave* tunc Offic. & *Galfridus de Brechenham* ceperunt injuſtè per ſumm. de *Roberto le Wite* de *Writham* 4 *s.* per procuramentum *Petri* Vicar. de *Dittone*, quia habuit prædictum *Robertum* in odium.

Dicunt, quod *Amic.* Uxor *Henrici Carpenter* de *Bernardſtone* fecit adulterium, et ſummonita fuit coram *Richardo Gurdet* tunc Offic. et non venit, ideo capit ab eo ſex ſolidos.

Such were then the manifold extorſions, vexations, grievances, excommunications, oppreſſions and encroachments of theſe Deans, Officials, and Clergymen of the Biſhop of *Norwich*, who had little reaſon to proſecute this Letter of *Circumſpectè agatis* to the Kings Juſtices and Officers, which themſelves contrived, prepared, but the King never ratified under his Seal, for ought appears by any Record thereof I have ſeen after my beſt ſearch to find it.

Page 344. l. 8. after *Decembris*, theſe Writs ſhould have been printed. In the Bundle of Writs Anno 13 E 1. in the *White Tower*, theſe Prohibitions came to my hands. Edwardus, *&c. Venerabili in Chriſto Patri* R. Herefordenſi *Epiſcopo, &c.* ——— *&c. quod venire fac. &c.* Walterum Plumer *Clericum veſtrum, ad reſpond.* Roberto Crumpe *de* Hereford, quare ſecutus eſt plac. in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis quæ non ſunt de Teſtamento, &c. contr. Prohibitionem. *Teſte* T. de *Weylond* ap. *Weſtm.* 24 *die* Junii, *An. r. n.* 13.

Ex Bundela Brevium & Literarum in Turri London, Anno 13 E 1.

EDwardus, *&c.* dilecto ſibi in Chriſto Abbati de *Hyda Wynton.* ſalutem. Sciatis quod dedimus vobis poteſtatem recipiendi Attornatos Magiſtri *Henrici de Prince*, quos coram vobis loco ſuo attornare voluerit ad lucrandum vel perdendum in loquela, quæ attachiata eſt coram Juſticiariis noſtris apud *Weſtm.* per breve noſtrum, inter ipſum *Henricum* et *Johannem de Gras*; de eo, quod idem *Henricus* ſecutus eſt placitum in Curia Chriſtianitatis, de catallis et debitis, quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio, contra Prohibitionem noſtram. Et ideo vobis mandamus, quod cum Attornatos illos receperitis, nobis de nominibus eorundem Attornatorum, ſub ſigillo veſtro, diſtinctè & apertè conſtare faciatis. Remittentes nobis hoc Breve. Teſte meipſo apud *Briſtoll*, 28 die *Decembris*, Anno regni noſtri 13.

Rex, &c. Breve de Attornato faciendo in conſimili placito, Petri Sturdis, *coram Juſtic. de Banco, verſ.* Aliciam Atte-Bathurſt. *T. meipſo apud* Wilton. 6 *die* Octobris. *An. r. n.* 13.

Page 344. l. 49. after *tercio decimo*, inſert.] Amongſt the neglected Records in the *White Tower*, I found theſe Letters Patents for a mariage agreed and ſworn between Prince *Edward* the Kings ſonne, and *Philip* daughter to the Earl of *Flanders*, and that he would never aſſent to any impeachment or Abſolution thereof either by the King of *France*, or by any Pope or Popes for the advancement of their own uſurped power, encreaſing their Treaſures, and ingratiating themſelves with Kings, Princes, and other great perſons, then ordinarily abſolving Kings and great perſons both from their Oaths, Marriage Contracts and agreements, by which they gained moſt of their *Antichriſtian Soveraignty* and *Dominion.*

Bundela Brevium, An. 13 E 1. in Turri London.

NOus *Edward* par la Grace de Dieu Rois *Dengleterre*, Ducs *Daquitaine*, & Sires *Dirlannde*, Faiſons ſavoir a tous ke jadis nous feſimes a noble homme *G.* Coute de *Flandres*, & *Marchis de Naviere* covenentes de fere marriage enter *Edward* noſtre chier fil. à *Philippe* fille au dit Conte per covenentes ke ſunt contenues eus es Lettres ki ſour chou faites. Et pur chou ke haus Princes & Poiſcans

Poiſcans le Rois de *Fraunche* et ains et met impechement, et ke nous amous deſirous et volens lalloicanche et laimer de eions et des nos au dit Conte, & as ſieus. Nous avous promis et promettons au dit Conte loialment & en bone foi par le ſacrement feit en noſtre ame et en noſtre noun, et per noſtre commandement et en noſtre pzeſence ſour les ſains Ebangiles touchies cozpozelment, per procureurs, ke nous pur che faire pur nous en noſtre noun, meiſmes chet aſſavoir honourable peres en Dieu *Wauter* par le Grace de Dieu Eveske de *Dureſme*, *W.* par le meſme Grace Eveske de *Ceſtr.* e Monſieur *Hue le Deſpenſer*, le Sacrement ſi come le fait pur nous et en noſtre noun greant and approvant, ke ſe li dis marriages valoit avant, enſi ke covenenchiet eſt enter vo dit fil & *Philippe* devant nomee par l'empeachment deu Roi de *Franche* devantdit, ou per autre occaſion quele ke elle aveniſt, ou per le mort de le dit *Philippe.* Nous procurrons, purkacherons & ferons ke mariages ſe fera enter noſtre dit fil *Yſabell* fille au dit Conte de *Flaundres* a telles obligacions & telles covenentes ki fait ſtater den marriage de noſtre fil & *Philippe* deſuſdis, & de che purkacherons nous en bone foi avoit le Conte devantdit, ou ſerons purkachier diſpenſation ſi meſtiers en eſt, et tele ke in conneza ne nepaecherons per nous ne per autruſ, ne empaech. ne ſerons nene conſentirons abſolution encontre ches choſez, ne autre empaechement d'Appoſtoille ne d'autruſ, et ſi empetrei fuſt ou donei nous neu uſeroms mie ne neſoufairons ke ou en uſe. Et a tout che faire & aem perlir, Nous obligons tout le noſtre e noſtre heir Roi *Dengleterre*, et tout le ſien entiremenc et renonchons quant a che pur nous et par nos dit heir a toutes les choſes entirement, par le queles nous ou nous heires deſuſdis porriems venir entre cette covenenches ſoit en tout ou encune partie. Et pur ſeureitie et teſmognage de ces choſes avous nous ches preſent Lettres fait ſaeler de noſtre ſael, ki faites furent, & donees l'an de Grace Mil deus Cens quatre vine & fayre, le an, &c. *An.* 13 *E.* 1.

Page 352. l. 43. after *miſſis*, inſert.] A few years before the Biſhops and Archdeacons of *Ireland* endeavoured by the power of the Biſhop of *Bath* and *Wells*, then L. Chancellor of *England*, to engroſſe all ſuits againſt Executors in the Kings Courts in *Ireland* into their own Eccleſiaſtical Courts, as being matter of Teſtament, not belonging to the Kings Courts, and a breach of their Eccleſiaſtical priviledges, as appears by complaint and petition of the Biſhop and Archdeacon of *Fern* to this Chancellor Anno 13 E. 1. (where it ſhould have been inſerted) againſt a Suit brought againſt the Archdeacon as an Executor, in the Kings Exchequer in *Dublin.*

VEnerabili Patri in Chriſto, & amico (ſi placet) chariſſimo, Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellenſi* Epiſcopo, *R.* miſeratione divina Eccleſiæ *Fernenſi* Miniſter humilis, ſalutem, & ſinceræ dilectionis conſtantiam cum orationum ſuffragiis. Cum bos libertatis Eccleſiaſticæ columnam agnoſcamus cæteris firmiozem, veſtram moneat Paternitatem, quod in partibus *Hiberniæ*, contra libertatem Eccleſiaſticam, inſolenter et nobiter eſt ſuſcitatum, quod piæ paternitati beſtræ pzæſenti pagina referimus dolentes; videlicet, Quod, cum *Nicholaus*, Archidiaconus noſter *Fernen.* Executoz Teſtamenti *Adæ de Sancto Johanne*, dè bonis ejuſdem defuncti, tanquam Executoz, jamdudum diſponeret et miniſtraret, ut dicitur; quidam Miles *Willielmus Waſpayl*, nomine Domini *Waterfordenſis* Epiſcopi, Juſticiarii *Hiberniæ* ſpecialis, de mandato ipſius Domini Juſticiarii, et ejus patrocinio ſpecialiter confidens, et audaciam habens, quaterbiginti et ſex libzas argenti ab eodem Archidiacono noſtro exigit cozam Baronibus de Scaccario Domini Regis *Dublin.* ipſum ibidem conbeniendo per Bzeve de Scaccario, (cujus tranſcriptum vobis mittimus præſentibus intercluſum) Qui, quamquam idem Archidiaconus per Attornatum ſuum coram eis allegaſſet, quod ſuper hujuſmodi re Teſtamentar. ibidem non debuiſſet reſpondere, ac per nos inſtanter petitum eſſet, quod cauſa illa ad noſtrum remitteretur examen, in eadem cauſa pzoceſſerunt; compellendo ipſum Attoznatum eidem *Willielmo* ibidem reſpondere de pecunia pzædicta; quam idem *Willielmus* dicit ſe ſolviſſe *Reginaldo de Dene* per diſtrictionem Scaccarii pzædicti; qui *Reginaldus de Dene* eſt in cuſtodia dicti Juſticiarii, & filiam ſororis ejuſdem Juſticiarii duxit in uxorem. Et cum hujuſmodi cauſa mere Brevia Regis, An. 13 E. 1.

An. 13 E. 1. sit Testamentaria, et ad examen Ecclesiasticum de jure debeat pertinere, sicut vestra nobit discretio, et nos semper parati fuerimus, et simus, de dicto Archidiacono nostro, dicto Militi et aliis de se querelantibus plenam justitiam exhibere, ad libertatis Ecclesiasticæ defensionem et conservationem, pro qua vos semper impendistis, summo (si placet) studio remedium in præmissis providere dignemini. Prædicta vero causa inter ipsum Militem & dictum Archidiaconum, prout didicimus, in foro Ecclesiastico, coram Domino *Lechlin.* Episcopo, in cujus Dioceli idem Miles dicit ipsum Archidiaconum de bonis dicti defuncti administrasse, extitit alias usque ad sententiæ diffinitivæ calculum ventilata, donec dicto Episcopo defuncto, per ipsius *Willielmi* negligentiam conquiebit. Unde intuitu Dei et Ecclesiæ, taliter in præmissis operari et providere vestra discretio dignetur, ut Ecclesiastica libertas illæsa custodiatur. Valeat pia Paternitas vestra semper in Domino. Dat. feria secunda in Septiman. *Pentecost.* Anno gratiæ, 1285.

Supplicat vobis (Domine Cancellarie) *Nicholaus* Archidiaconus *Fernens.* (qui vetus est, & gravi infirmitate detentus) remedium sibi fieri de quibusdam injuriis, libertati Ecclesiasticæ et sibi factis; quod, cum quondam extitit Executor Testamenti *Adæ de Sancto Johanne* defuncti, & bona ejusdem defuncti vice Executoris fideliter disposuit & ministravit, & de Bonis & Catallis dictum Testamentum tangentibus finalem Compotum reddidit coram suo Diocesano; super hoc venit Dominus *Willielmus Waspayl* Miles, ob favorem Justiciarii *Hiberniæ*, et implacitat ipsum coram Baronibus de Scaccario *Dublin.* contra Legem et Justitiam, de quaterviginti & sex libris Argenti, per quoddam Breve de viridi Cera, (quod dicitur *Venire fac.*) eo quod extitit Executor prædicti defuncti, deficut hujusmodi placita Testamentum tangentia, coram eisdem de jure non debent placitari; nec idem *Willielmus* Baro de Scaccario, nec Minister Domini Regis est. Et nichilominus ipsum cohartant ad respondendum coram ipsis de Debito prædicto. Quare petit, caritatis intuitu, remedium sibi fieri.

The Chancellor writing to the Abbot and Covent of St. *Thomas* the *Martyr* by *Dublin* for a Corody for *Almeric de Deneford*, received this Negative Answer from them for the reasons therein mentioned.

Bundela Literarum & Petitionum An. 13 E. 1. in Turri London.

VEnerabili in Christo Patri R. permissione divina *Bathon.* & *Wellensi* Episcopo, Cancellario Domini Regis in *Anglia*, sui ubique humiles & devoti Abbas & Conventus Domus S. *Thomæ Martyris* juxta *Dublin.* salutem, cum omni reverentia, obsequio & honore. Literas vestras recepimus, quarum tenor talis est. *Viris Religiosis, & amicis suis in Domino karissimis, Abbati & Conventui Sancti* Thomæ Dublin. R. *permissione divina* Bathonensis & Wellensis *Episcopus, salutem, & mutuam in Domino charitatem. Licet precibus Regiis preces accumulare non perpendimus nos decere, nihilominus tamen pro* Almerico de Deneford (*de quo litera dicti Domini Regis deprecatoriæ transmittuntur*) *amicitiam vestram requirimus & rogamus, quatinus rogatum illum eo libentius, quòd pro ipso intercedimus, expleatis; pro quo vobis ad grates specialiter teneamur: Benè & diu valeat*, &c. *Dat. apud* Abercon. *primo die* Septembris. Noverit sancta Paternitas vestra, quod velle & beneplacitum vestrum in omnibus & per omnia pro viribus intendimus adimplere, sed tamen supplicamus, quod non offendat Clementiam vestram, si preces vestras adhuc effectui non mancipavimus; pro eo, quod ad preces Regias & vestras suscepimus quendam *Cetum*, una cum Duce suo jam sex annis elapsis, quorum intuitu sumus astricti ad inveniendum eisdem necessaria in victu & vestitu omnibus diebus vitæ suæ: Et credimus pro certo, quod si Dominus Rex & vos illud sciretis eò tempore quo dictæ preces a Curia Regia emanarunt, domum nostram de aliis recipiendis non oneraretis; & maximè, cum ille qui nobis preces porrexerit pro dicto *Almerico*, teneatur eidem, equitate suadente, in necessariis providere, quia habet terras & tenementa ejusdem, ex quibus poterat honestè sustentari. Quare piæ Paternitati vestræ precibus humilibus duximus supplicand. quatinus caritatis intuitu & sanctæ Religionis optentu, hiis consideratis, de receptione & admissione ejusdem, domum nostram ad præsens nullatenus gravare dignemini: considerantes, si placet, quod domus nostra à Progenitoribus Domini Regis sit fundata,

data, pluribus ex cauſis diverſimodè onerata & gravata, & in pluribus locis (ejuſdem poſſeſſionibus) **per incurſum malignorum enormiter deſtructa**; præterea non lateat Sanctam Paternitatem veſtram, quod nos ad preces Regias ſolvimus annuatim tres Marcas Argenti Domino *Richardo de Norhampton* Clerico ejuſdem, viginti annis elapſis & amplius, et adhuc ſolvimus eidem, **licet fuerit ad Epiſcopatum** *Fernenſ.* **promotus**, quod nobis videtur aliquantulum tedioſum; à qua pecuniæ ſolutione de cætero ſibi facienda, ſi ordo juris poſtulaverit, & veſtræ clementiæ placuerit, **deſideramus relevari.** Valeat Sancta Paternitas benè & diu in Domino. *An.* 13 E. 1.

The Abbot of the *Premonſtratenſes* writ this Letter to the King concerning his to them for the reformation of the Church of *Tarleha*.

SEreniſſimo ac Magnifico Domino *Edwardo* Dei gratia *Anglorum* Regi Illuſtri, *G.* Dei patientia *Præmonſtrat.* Abbas, et Abbatum ejuſdem Ordinis Capitulum Generale, illam quam Rex omnium Regum Dominus Regibus dat ſalutem. Serenitati veſtræ gratias quantaſcunque poſſumus referimus, ſuper eo, quod tanquam piæ religionis Zelator, ſtatum Eccleſiæ de *Tarleha* miſerabilem & exilem à malitia inhabitantium in ea multis inſolentiis deformatam, & in ſalſuginem ſterilitatis converſam, petiiſtis tam ſollicite reformari; Significantes vobis, quod nos, de communi Conſilio & aſſenſu, ad regimen & reformationem operis, venerabilem virum fratrem *Simonem* quondam Abbatem Sancti *Quiritii* in *Apulea*, de *Angliæ* partibus oriundum, veſtramque habentem gratiam (ut dicitur) deſtinamus: Vobis humilitate, quâ poſſumus, ſupplicantes, quatenus eidem fratri ad relevationem & reformationem ipſius Eccleſiæ manum porrigere dignemini adjutricem, aliaſque ordinis noſtri Eccleſias, in noſtro conſiſtentes diſtrictu & ſpecialiter *Belloſanum* amplecti dignemini aliqua ſpecialitate favoris, Ordinis orationum reſpectu. Datum *Præmonſtraten.* in Capitulo Signali, Anno Domini 1284. Ex Bundela Brevium & Literarum, An. 13 E 1. in Turri London.

The Freers Preachers at *Cadami* intending to meet in a general Chapter there, to adviſe of the repairing their Monaſtery, and redreſſe of their grievances, writ and ſent this gratulatory Epiſtle to King *Edward* the 1. as their Soveraign Lord, ſingular Patron and benefactor, imploring his aid, bounty, aſſiſtance herein, aſſuring him of their conſtant prayers to God for him and his.

EXcellentiſſimo Principi ac Domino Illuſtriſſimo Regi *Angl.* & Duci *Aquitan.* frater *Nicholaus* Fratrum Prædicatorum ordinis in loco *Cadamo* ſervus, totuſque ejuſdem loci Conventus humilis, ſalutem, & ex meritis terreni regiminis æterni regni gloriam promereri. **Muta naturæ et rationis conditor providit ab æterno per gradus ſibi congruos ſua ſapientia ordinavit, et juxta conditionem naturæ cujuſlibet omnibus ſic providit, quod tam in cœleſtibus quam terrenis gradus inferior a ſuperiore regimen continuum recipit et influxum, quare de plebe ſua ordinans Vos ad veſtri meriti et præmii cumulum ſub ſua conſtituit poteſtate, et ſuper maximam partem ſuæ familiæ, quam ad veſtri ſalutem et honorem adaugeat, Regem et Principem ſublimavit, donis naturalibus et gratuitis ſic dotavit, quod inſtincta rationis propriæ omnibus vobis ſubditis ſecundum quod cuique convenit providetis:** quod attendentes nos in loco veſtro poſiti multis gravati oneribus & diverſiis circumdati anguſtiis & oppreſſi, utpote qui ad recipiendum provinciale Capitulum, **quod debet in Conventu noſtro et veſtro in inſtanti feſto beati Dominici celebrari;** nec ad recipiendum habeamus Dormitorium, quia pro majori parte jam corruit & funditus eſt everſum, & de vitæ neceſſariis prædicto Capitulo providere non poſſimus adhuc conſilium invenire, **pro eo quod Barones terræ et Nobiles a quibus ſperebamus prædictum Capitulum procurari, ſublevari et honorari, ſunt et erunt, ut credimus,** in illuſtris Regis *Franciæ* negotiis occupati. Ex his & pluribus aliis quæ enarrare per ſingula eſſet longum, animo anxii & perplexi **veſtræ Regiæ Majeſtati in qua nobis ſingulare refugium eſt credimus et ſperamus, tanquam ad virum prudentiæ, patrem et Principem clementiæ neceſſitates noſtras iſtis præſentibus duximus exponendas, ſuper earum ſublevatione** humiliter In eadem Bundela, An. 13 E. 1. in Turri London.

An. 13 E. 1. **humiliter preces effundere supplicando, quatinus tam pro reparatione dictæ Domus, quam pro honore dicti Capituli subportando iterato nobis pietatis intuitu vestra nobis dignetur nobilitas similiter cum clementia subvenire.** Nobilis etiam Domina *Johanna* neptis vestra, & quondam Comitissa nostra, suæ largitatis manum aperiens annuatim nobis ad sublevationem victus & vestitus, suam eleemosinam faciebat, sicut dilecti in Christo nobis fratres scilicet *Bertrandus*, *Cornerii*, & *Rysius*, quos ad vos misimus vobis exprimere poterunt viva voce, pro qua etiam per vos facienda proni corde & corpore supplicamus. Ita ut ille qui manum & cor hominis intuetur, ex hiis & aliis bonis quæ per vos Dominus fieri dederit, vobis in præsenti vitam cum salute augeat merita multiplicet, regnum amplificet, corroboret & confirmet, & æternæ mercedis præmium & gloriam vobis tribuat in futuro. Valeat in vobis Dominus *Jesus Christus*, qui conservet vos ad sui nominis gloriam & honorem, si nobis vestra nobilitas reverenda aliquid præcipere dignaretur, incontinenti parati essemus exequi & humiliter cum gaudio obedire. Dat. *Condomi* Dominica prima post Octabas *Paschæ*, Anno 1285.

Moreover the Abbot and general Chapter of the *Cistercian* Abbots, writ this gratulatory Letter to King *Edward*, for all the favours received from him and his ancestors, especially for the impropriation of the Church of *Scardeburg*, conferred on them by their Charters for maintaining their general Chapter; complaining, that since the Freers Minors and Preachers entred into *Scardeburg* against their Charters, they did not receive above the third part of the profits they did before, desiring the King by his secular power to remove them thence, (so much did these Freers envy and undermine each other) and to renew their Charters; to effect which they certified him what Prayers and Masses their Chapter and Order did continually make to God for him, his Queen, Children, Realm.

In eadem Bundela, An. 13 E. 1.

EXcellentissimo Domino *Edwardo* divina magnificentia illustri Regi *Anglorum*, Frater *Johannes* dictus Abbas *Cistercii*, totusque Conventus Abbatum Capituli generalis, potentiam invincibilem, & quicquid potest apud Deum humilis & assidua deprecatio peccatorum. Sicut Regalis clementiæ Celsitudinem generosam in nullo diminuit sed commendat, cum se ad ima pauperum per piorum beneficiorum inclinat affluentiam liberalem, sic & ipsi pauperes præsumptuosi vel temerarii jure censeri non possunt, si sublimioribus scribendo principibus quos inter suos benefactores præcipuos recognoscunt, ad debitas & devotas gratiarum actiones assurgunt, ut juxta sapientiam *Salamonis* ad loca unde exeunt beneficiorum flumina dignis regratiationibus revertantur. Cum igitur ex proventibus Ecclesiæ de *Scardeburg*, quam de advocatione vestra, & ex dono progenitorum vestrorum **in propios usus canonice possidemus**, nostrum generale Capitulum quolibet anno consueverit sustentari per triduum nunc sustentetur in parte. Et ferè omnino sustentaretur, si proventus dictæ Ecclesiæ liberè & integrè possemus percipere, sicut in retroactis temporibus solebamus. Ingrati possemus merito judicari si nostrum generale Capitulum sine vestri memoria (quod nunquam factum extitit) pertransiret, unde nos ingratitudinis vicium præcaventes, super hiis & aliis gratiis & beneficiis à magnificentia vestra nostro ordini collatis, ad gratiarum actiones Excellentiæ vestræ dignum duximus assurgendum. **Exorantes suppliciter Regem Regum, in cujus manu sunt omnium Regum corda, ut personam vestram, et amicos vestros, et regnum vestrum in honore et bona pace stabiliat et confirmet, et actus vestros dirigat in suæ beneplacito voluntatis.** Et quia super perceptione proventuum præfatæ Ecclesiæ per ingressus Prædicatorum et Minorum in Villa de *Scardeburg*, contra tenorem Chartarum prædecessorum vestrorum, et Apostolicas inhibitiones quamplurimum perturbamur; in tantum quod ubi solebamus percipere triduanam procurationem nostri Capituli generalis, vix processu temporis sicut experimento cottidiano discimus per unum diem dictum generale Capitulum poterit sustentari, ad vos tanquam ad patronum habemus recurrere: Excellentiam vestram humiliter exorantes, ut factum prædecessorum vestrorum sicut vestr. interest prosequentes, quod contra Chartas et Prohibitiones Regias factum est faciatis per potestatem Regiam adnullari, et donationem præfatæ Ecclesiæ a vestris progenitoribus nobis factæ dignemini per Chartas Regias confirmare.

firmare. Insuper cum per statutum vestrum, ne Religiosi propria feoda seu aliena ingrediantur, adeo sit deteriorata nostra conditio, quod terras quæ sunt de dote & feodo Ecclesiæ supradictæ, alieni cum ipsas vendi contingit quam pluries nobis invitis occupant; nos verò contra justitiam intrare proprium feodum prohibemur, strenuitatem vestram humiliter deprecamur, quatinus mandare dignemini Ballivis vestris de *Scardeburg*, quod non obstante præfato statuto **permittant nos intrare terras quæ sunt de feodo Ecclesiæ supradictæ.** De Comite vero de *Warenna* qui per octo annos & amplius spoliavit nos decem marchis qui nobis debentur annuatim in nundinis *Stanford*, pluries strenuitati vestræ scripsimus, & vos ei super hoc vestras direxistis literas, & nos nostras, ipse verò semper Monachis nostris assignat terminos, sed nil solvit, **unde si placet remedium congruum per potestatem Regiam super hoc apponatis. Nos vero licet universitas ordinis in orationibus suis cotidie vestri memoriam faciat, tamen pro persona vestra, uxore vestra, ac liberis vestris, et pro tranquillitate regni vestri in nostro generali Capitulo orationes injunximus speciales, videlicet tres Missas, unam de Spiritu Sancto, aliam de beata Virgine, et aliam de Sancta Cruce celebrandas a singulis Sacerdotibus ordinis univers.** Vigeat vestra dominatio per tempora longiora. Dat. apud *Cistercium* die festo Exaltationis Sanctæ Crucis tempore Capituli generalis. *An.* 13 & 14 *Edw.* 1.

EXcellentissimo Domino & in Christo sibi specialiter honorando Domino *E.* Dei gratia *Anglorum* Regi, Frater *Thomas* dictus Abbas *Cistercii*, salutem & quicquid potest apud Deum, *&c. ut supra, usque ibi* revertantur; *& tunc sic*, Hinc est, quod cum nos latorem præsentium fratrem *R.* Monachum Domus nostræ ad vestram præsentiam pro negotio Ecclesiæ nostræ de *Scardeburg* destinemus, vestram Majestatem quam à vestris progenitoribus, qui nostri præcipui benefactores fuerunt, in nullo bono scimus esse degenerem devotissimè salutamus: Ad vestrum commodum & honorem quicquid sumus & possumus humiliter præsentantes. Rogantes affectuosius vestram Regiam Majestatem, quatinus prædicto Monacho nostro sublimitatem vestram benignitate solita velitis in dicto negotio favorabilem exhibere. Bene & feliciter valeat vestra Regia Celsitudo. Ibidem.

Page 367. l. 33. after *Maii*, adde.] In the Bundle of Writs in the *White Tower*, *An.* 14 E. 1. these Prohibitions for Suits in Courts Christian come to my view. *An.* 14 E. 1.

Edwardus, *&c.* Petro de Rotheresfeld; ***Dedimus vobis potestatem recipiendi Attornat.*** Agnetis Bakun, *&c. in loquela quæ est coram Justic. nostris de Banco per Breve nostrum, inter prædict.* Agnetam *& Magistr.* Johannem de Crancumbe *&* Mauricium Sampson, *de eo, quod idem* Johannes **tenuit placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis quæ non sunt**, &c. *Et de eo, quod idem* Mauricius **secutus est** ident **plac. in eadem Curia contr. Prohibit. nostram.** *T. meipso apud* Westm. 10 *die* Febr. *An. r. n.* 14. *Consimile Breve pro* Rogero de Blane, and two more, *vers.* Rogerum Thurstanton, *&* Rogerum *& Magistr.* Willielmum de Eschaby *&* Rogerum *Vic. Ecclesiæ de* Sherewyne, **quare tenuerunt plac. in Curia Christianitatis de catallis**, &c. and 4. others, **quare secuti sunt**, &c. *T.* Edmundo *Com.* Cornub. &c. *apud* Westm. 12 *die* Octobr. *An. r. n.* 13. *Ibidem.* Edwardus, &c. *Vic.* Stafford, &c. *Pone, &c.* Willielmo de Sancto Edrulpho, ***quod sit coram Justic. nostris, &c. ostensurus*** **quare cum placita de catallis et debitis quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio, ad Nos et ad Coronam et dignitatem nostram, et non ad alium pertineant in regno nostro**, &c. **ipse secutus est plac. in Curia Christianitatis de catallis et debitis Abbatis de *Salop.* quæ non sunt de**, &c. **in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et contra prohibitionem nostram.** *T.* Edm. *Com.* Cornubiæ, *&c. apud* Westm. 28 *die* Julii, *An. r. n.* 14. *Consimile Breve Justic. Itinerantibus in Com.* Norff. *by* Adam de Mustroyl, *et* Hamo *et* Joceus *fil. ejus, et* Balbinus de Mereford, *vers. Magistr.* Johannem de Walmote *et* Willielmum *Vicar. Ecclesiæ de* Hunstanton, *coram Justic. nostris de* Banco, *quod idem* Johannes *et* Willielmus *traxerunt ipsos* **in placitum in Curia Christianitatis de catallis**, &c. **quæ non sunt**, &c. ***quæ cepit dilationem, &c. Vobis mandamus, quod ad loquelam illam audiend. & terminand. cum celeritate qua secundum legem & consuetudinem regni nostri poteritis, procedatis.***

Bundela Brevium in Turri London, An. 14 E. 1.

Teste

An. 14 E. 1. *Teste* Edmundo *Com.* Cornub. *Consanguineo nostro apud* Westmonaster. *Anno regni nostri* 14.

In the same Bundle, I finde a Writ *de Cautione admittenda* directed *Vic.* Devon. and an *Aliàs Vic.* Kanc. *ex parte* Willielmi Bloyour *et* Walteri de Lyn, excommunicated by *John* Archbishop of *Canterbury*, who refused to absolve them, *licet frequenter obtulerunt idoneam cautionem de parendo mandatis Ecclesiæ in forma juris*; commanding him to repair to the Archbishop and induce him to absolve them, and to return his answer, *distinctè et apertè nobis sine dilacione*, ut quod nostrum est in hac parte ulterius exequi faciamus. *Teste* E. *Com.* Cornub. &c. 7 *die* Octobris, *Anno regni nostri* 14.

Page 353. l. 14. after *Septembris*, insert.] In a Bundle of Writs this year from the King to the Earl of *Cornwall* his Lieutenant, I found this Writ enabling the Earl to receive the Fealty of the Bishop of *Ely*, and restore his Temporalties, out of his special favour to him.

Bundela Brevium & Literarum de Annis 14, &c. E 1. in Turri London.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornub.* tenenti locum suum in *Anglia*, salutem. Cum electioni nuper factæ in Ecclesia Cathedrali *Elyen.* de dilecto Clerico nostro *Johanne de Kyrkeby* in Episcopum ejusdem loci Regium assensum adhibuerimus et favorem; Volentes eidem pro diutino & laudabili servicio quod nobis impendit & impendet in futurum uberiorem gratiam impartiri; Vobis mandamus, quod cum electionem illam a Venerabili patre *Cantuarien.* Archiepiscopo confirmari contigerit, fidelitatem ejusdem Electi nostro nomine recipiatis, et temporalia Episcopatus ejusdem, prout moris est, post fidelitatem captam sibi restituatis. Teste meipso apud *Morett* in *Brye*, nono die *Aug.* Anno regni nostri quarto decimo.

Dorso. Expeditum est.

The like Writ I finde for the restitution of the Temporalties to the Abbot elect of *Ramsey* after his election confirmed, with a special provision that he should receive Letters Patents both from the Covent and Abbot elect, That this his extraordinary special grace should not turn to the prejudice of him or his Successors in time to come.

Ibidem.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ* locum suum tenenti in *Angl.* salutem. Cum nos electioni nuper factæ in Ecclesia de *Rameseye* de fratre *Johanne de Sautre* Monacho dictæ domus in Abbatem loci ejusdem Regium adhibentes assensum & favorem, significaverimus venerabili in Christo Patri *O. Lincolnien.* Episcopo, ut quod suum est in hac parte exequatur; Nos uberiorem gratiam prædicto Electo, quatenus sine Regiæ dignitatis præjudicio fieri poterit, facere volentes, Vobis mandamus, quod si dictam electionem de eo confirmari contigerit, tunc receptis literis patentibus prædicti Episcopi de electione illa confirmata vice nostra, et accepto ab eodem Electo Sacramento fidelitatis nobis debitæ, nostro nomine, prout moris est in regno nostro, eidem Clerico temporalia Domus suæ (salvis nobis exitibus seu fine temporalium eorundem) restituatis. Proviso tamen, quod literas patentes Capituli Ecclesiæ de *Rameseye* habeatis, quod prætextu istius graciæ nichil juris vendicare possit in posterum ad consimilem gratiam vacante Ecclesia sua optinendam, per quod * nobis vel hæred. nostris futuris temporibus præjudicium valeat generari, et quod dictus Electus similiter per literas suas patentes profiteatur, se gratiam hujusmodi ex nostra liberalitate recepisse. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus Patentes. Teste meipso apud *Paris.* 6 die *Julii*, Anno regni nostri quartodecimo.

Dorso. Expeditum est. Dictæ literæ patentes resident in Cancellaria.

* Most of the Popes, Prelates, Clergies Usurpations on the Crown arising from our Kings special Indulgences, & new favours, which were drawn by them into president when once granted or connived at,

* Danix, l. 7. c. 24. p. 167.

This year as * *Albertus Krantzius* informs us, *Ericus* King of *Denmarke*, *cum nihil foris hostile experiretur suorum impetum evitare non potuit: Nam domestici ejus (incertum quibus ex causis) conspirantes in eum hostiliter confoderunt, & cum jam deesset quod foris cum laude peragerent, versi in caput suum, Regem, pro quo mori omnes oportebat, ipsi ad mortem provexerunt:* King *Edward* being informed of this detesta-

ble

ble fact, which concerned him and all Christian Princes to revenge, issued this Writ to the Earl of *Cornwall* to permit all Souldiers and other his subjects to assist the Earl of *Saresburg* Embassador from the King of *Norway*, to bring these murderers to Justice. *An.* 14 *E.* 1.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, Regni *Angl.* Custodi salutem. Aliàs nostris temporibus inauditi in Regem quondam *Daciæ* egregii Principis, affinis et amici nostri kariſſimi *E.* Regis *Norwegiæ* avum, per germanos ipsius Regis *Daciæ* sceleris perpetrati flagitium nobis per ipsius Regis *Norwegiæ* literas et Nuncium intimatum, cordi nostro horrorem incussit; Nam juxta illud, Bundela Literarum, &c. in Turri London An. 14 E 1.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Et illud,
Nam tua res agitur paries dum proximus ardet.

Detestabilitas hujusmodi facinoris est omnibus Principibus et Nobilibus in exemplum, et omnes debent assurgere ad vindictam. Et ideo vobis mandamus, quod omnibus illis de regno nostro Militibus et aliis qui cum nobili viro *Olivero de Monte Spine* Comite *Saresburgh* ipsius Regis *Norwegiæ* Nuncio, in ejusdem Regis subsidium ire voluerint, præbeatis vice nostra licenciam et liberum commeatum. Teste meipso apud *Paris.* 22 *die* Junii, Anno regni nostri quartodecimo.

Dorso. Expeditum est. Licenciam habuerunt juxta istud mandatum ad eorum periculum.

The King likewise sent this Letter under his Privy Seal to his Lieutenant of *England* in favour of the Abbot of *Westminster*, which Church he fostered and protected with extraordinary fervor, for the reasons therein expressed.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornub.* Consanguineo nostro kariſſimo salutem. Licet loca religiosa singula regni nostri fovere, diligere ac protegere teneamur, ex prærogativa tamen præeminenciæ specialis Abbaciam *Westm.* in qua beati *Edwardi Confessoris* venerandæ reliquiæ reconduntur, et genitoris nostri ac liberorum nostrorum corpora sunt humata, et quæ omnium Capellarum nostrarum est domina et magistra, prioris dilectionis affectibus amplexamur. Ea propter fratrem *Walterum de Wenlok* Abbatem loci prædicti & ipsam Abbaciam similiter vobis recommendamus, ex corde, volentes quod Abbati vel Abbaciæ prædictis nullam permittatis inferri molestiam vel gravamen. Et si aliquos reperire poteritis eis in aliquo nocere volentes, ipsos et ipsorum conatus viriliter compescatis, quociens per ipsum Abbatem, vel aliquos seu aliquem de Abbacia prætacta fueritis requisiti. Teste meipso apud *Paris.* 28 die *Julii*, anno regni nostri quartodecimo. Ibidem.

The Clergy of the Province of *Yorke* and Bishoprick of *Durham* upon the Kings request to them, to assist him with an ayde of monies to carry on his last warr against the *Welsh*, which they then promised, but soon after failed to perform; when as those of the Province of *Canterbury* who were more backward then they to promise, had really given him an ayde; the King thereupon sent this Letter to the new Archbishop to induce his Clergy to make good their promise.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Venerabili in Christo Patri, *J.* Dei gratia *Eborum* Archiepiscopo, *Angliæ* Primati salutem. Adhuc credimus memoriter vos tenere, quod nos nuper in ultima expeditione nostra *Walliæ* tocius regni nostri negocia prosequentes, venerabilem Patrem *Cantuariensem* Archiepiscopum & Suffraganeos & Clerum tocius Provinciæ suæ per nostros nuncios speciales, necnon bonæ memoriæ *Eborum* Archiepiscopum prædecessorem vestrum, & Episcopos *Dunolmensem* & *Karliolensem*, & vestrum & ipsorum Clerum per venerabilem patrem *Anton.* nunc Episcopum, tunc Archidiaconum *Dunolmensem* duximus requirendos, ut cum ad tantarum onera expensarum quanta requirebat negocium antedictum nostræ non sufficerent facultates, Ibidem.

tates,

An. 14 *E.* 1. tates, ipſi quorum ſicut cæterorum regni noſtri negocium agebamus, nobis ad ſuppoꝛtandum eadem onera liberaliter ſubveꝛnirent. Et licet veſtræ Cibitatis et Dioc. et Pꝛovinciæ Clerus pꝛomiſiſſent habundanter quod petibimus ſe facturos, ipſi tamen hoc facere poſtmodum non curarunt; undè contigit, quod Clerus *Cantuar.* Pꝛovinciæ, qui in pꝛomiſſione inventus fuerat valde durus, in reddendo pꝛomiſſum extitit liberalis, et Clerus veſter qui votis noſtris verbaliter annuit pꝛima vice, quod pꝛomiſerat poſtmodum implere noluit ullo modo. Quocirca vos rogamus, quatinus habito colloquio cum Clero veſtro, eundem ad ſolvendum nobis quod gratis pꝛomiſit, cum nos id compleverimus pꝛo quo pꝛomiſſio facta fuit, modis quibus expedire videritis inducatis: ſicut enim donum a pꝛincipio gratuitum foꝛe dinoſcitur, ſic inducit ingratitudinem facta pꝛomiſſio non ſervata. Teſte meipſo apud *Semoys* 8 die *Auguſti*, anno regni noſtri quarto decimo.

Dorſo. Epiſcopo *Dunolm.* & Archidiacono *Richem.* ſcribitur, quod cum Rex de pꝛomiſſione ſibi facta per Clerum Cibitatis et Pꝛovinciæ *Eborum* ipſis pꝛocurantibus nullum hucuſque commodum repoꝛtavit, quod ipſi faciant quod illud quod pꝛomiſſum extitit impleatur.

The Monaſtery of the *Vale* of St. *Mary* in *Snowdon* in *Wales* being burnt with fire, the Biſhop of *Bangor* made this Certificate of its antiquity, Charters of endowments by *Welſh* Princes confirmed by Popes Bulls, and former hoſpitality; and granted 40 dayes indulgence of the penance enjoyned to all who ſhould contribute towards the rebuilding thereof.

Ex Bundela Brevium & Literarum, An. 14 E 1. in Turri London.

UNiverſis Chriſti fidelibus has literas viſuris vel audituris, *Amanus* permiſſione divina *Bangoren.* Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem æternam in Domino. Noveritis nos vidiſſe Cartas varias diverſorum Principum Priori & Conventui de *Valle* beatæ *Mariæ de Snaudonia*; videlicet Chartam *Lewelini* magni ſuper totam terram *Kyndewewic. de Rennaut*; & Chartam *Lewelini* filii *Griffini* ſuper omnes terras filiorum *Ithael de Penard*; & Chartam *Lewelini* filii *Grifini* ſuper totam terram hominum de *Trehan* apud *Kenynbeind* & *Lecheitaur*; & Chartam Domini *Owveni* ſuper totam villam quæ vocatur *Tref Ybeyrd* apud *Kynind Meney*; & Charram Domini *Lewelini* filii *Grifini* ſuper totam terram illam & locum de *Beckellert*; & Chartam Domini *David* ſuper totam terram *Tegwaret* ſub *Guerr de Pennant*; & Chartam Domini *David* ſuper totam terram quam habuerit *Jorberd Vab yrefeyntt* & *Freraul* apud *Epennant*. Et ſuper dictis terris vidimus Literas Papales confirmatoꝛias Bullatas non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte viciatas. Ad hæc ſciant univerſi, quod dicta domus beatæ *Mariæ*, ſenioꝛ domus religioſa eſt de tota *Wallia*, excepta Inſula Sanctorum *Bardigeya*, & melioris hoſpitalitatis & communioris indigentibus & tranſeuntibus *Anglicis* & *Walenſibus* de *Anglia* & *Weſtwallia* tranſeuntibus ad *Norwalliam*, & de *Ybernia* & *Norwallia* euntibus ad *Angliam*. Sed in damnum non modicum & defectum communem omnium, dicta Domus incendio caſuali penitus deſtructa, licet hoſpitalitatis tempore maximam pateretur ruinam, per tamen Regem pium Catholicum liberalem, Dei gratia Dominum *Edwardum* ad plenum fuiſſet reſtaurata. Et quia pium eſt oppreſſis & afflictis ſubvenire; Nos de Dei Miſericoꝛdia, et de interceſſione ejuſdem Genetricis, et omnium ſanctoꝛum ſuffragiis confidentes, omnibus benefactoꝛibus dictæ domus undicunque ſubvenientibus, qui de bonis a Deo collatis pias eleemoſynas vel faboꝛes contulerunt, 40 dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericoꝛditer relaxamus, dum ſint vere conviti et confeſſi. In cujus, &c. Dat. apud *Maeſyllan* in Octabis *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, Anno Domini 1286.

Page 360. l. 10. after *Maii*, inſert.] The King having occaſion to borrow 6000*l.* ſterling more, of the monies raiſed in *England* for the uſe of the *Holy Land* from the Popes *Nuncio*, who put it into ſome *Italian* Merchants hands, who gave bond to pay it to the Nuncio within one moneth after demand, thereupon the King gave them this Counterſecurity for their indempnity.

Ibidem.

EDwardus Dei gratia, &c. Omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum vir diſcretus Magiſter *Geffridus de Vezano* Canonicus *Cameracen.* Cameræ Domini

Domini Papæ Clericus, & ejuſdem in *Anglia* Nuncius, ac Decimæ in ſubſidium *Terræ Sanctæ* conceſſæ Collector in regno *Angliæ* a ſede Apoſtolica deputatus, ſex Millia librarum Sterlingorum de pecunia ejuſdem Decimæ in regno noſtro collectæ, penes *Garuncinum Gualteri, Richardum Guydicion.* & ſocios ſuos Cives & Mercatores *Lucanen.* de ſocietate *Ricardorum* depoſuerit; ſolvenda eidem vel ejus mandato, et abſque difficultate aliqua liberanda per Mercatores eoſdem, infra menſem a tempore quo ſuper hoc fuerint requiſiti: Nos pro Mercatoribus ipſis manucapimus quod eandem pecuniam dicto Magiſtro *Giffrido* vel ſuo certo mandato, ſicut inter ipſos convenit, bona fide perſolvent: Noſque promittimus, quod in defectum eorum ad ſolutionem totius pecuniæ ejuſdem teneri volumus; et ad hoc nos et bona noſtra tenore præſentium obliganus. In cujus, &c. Teſte meipſo apud *Somerton* 16 die *Septembris*, anno regni noſtri 14. *An.* 14 *E* 1

Page 361. l. 55. after *Aprilis*, adde.] In a Bundle of Writs, Recogniſances and Letters in the *White Tower*, anno 14 E 1. I found the like Obligation of the Abbot and Covent of *Waltham*, made to the Popes Nuncio and Collector of the Diſme given to the *Holy Land*, for 300 marks of good new ſterling money depoſited in their hands for the uſe of the Church of *Rome*, which they obliged and ſecured to pay in the ſame words and form, as the Abbot and Covent of St. *Edmunds* were obliged; with the Kings warranty to them to ſee it ſatisfied, if not payd to him at the day: *Teſte Rege apud* Weſtm. 25 *die* Aprilis. the King by the Popes order and their aſſents receiving the monyes from them for his own uſe, they being only his Sureties for the repayment thereof to the Church of *Rome*. In eadem Bundela, An. 10 E. 1. in Turri Lond.

The Biſhop of *Herefords* Official by the Cuſtom of the Country taking off the Seals from all private perſons Wills proved before him, as unknown to many, and ſetting his Officials Seal to them; the Citizens, Governours, and Gardian of *London* refuſing to allow a Will ſo proved before them for an houſe in *London*, becauſe the Teſtators ſeal was not to it, the Biſhop writ thus to the Chancellor to relieve the Legatee in this caſe by the Kings Writ to them.

REverendo in Chriſto Patri, Domino *R.* Dei gratia *Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo, *Richardus* eadem permiſſione *Herefordenſis* Eccleſiæ Miniſter, ſalutem & fraternam in Domino charitatem. Pater, quia conſuetudo approbata in noſtra Dioceſi hoc habet, quod Teſtamentis ſingulorum privatorum coram Officiali noſtro probatis, quia ſigilla eorum pluribus exiſtunt incognita, idem Officialis noſter demptis ſigillis eorundem, ſigillum Officialis *Herefordenſis* talibus Teſtamentis apponit in teſtimonium veritatis. Et quia hujuſmodi conſuetudo in Teſtamento *Johannis de Hiſpannia* in noſtra Dioceſi decedentis, qui in Civitate *London.* domos quaſdam habuit, quas Magiſtro *Henrico de Reygate* in Teſtamento ſuo reliquit, obſervata extiterat, Cives, Poteſtates, et Cuſtos *London.* dictum Teſtamentum ſeu Legatum, ut intelleximus, impediunt et perturbant, quia Sigillum Teſtatoris appenſum dicto Teſtamento nullatenus invenerunt, cum tamen Sigillum Officialitatis noſtræ fuerat iiis appenſum. Quocirca Paternitatem veſtram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus dicto Legatario per breve Domini noſtri Regis, Cuſtodi & Poteſtatibus *London.* tranſmittendo, velletis favorabiliter ſubvenire, ut ſua conſuetudine non obſtante, dum tamen veritas voluntatis Teſtatoris eiſdem appareat, in præmiſſis non impediant ultimam defuncti voluntatem. Conſervet, &c. Dat. apud *Kenſyngton* die Sancti *Marci* Evangeliſtæ, Anno Domini 1286. Ex Bundela Literarum & Petitionum Cancellario Angl. An. 14 E. 1 in Turri London.

Upon complaint of the Biſhop of *Norwich*, that *Richard de Boyland* by colour of the Kings Commiſſion had done ſome unjuſt things againſt his Clerks, the King referred the examination thereof to his Lieutenant, commanding him perſonally to repair to the parts of *Norfolke*, and hear and examine all parties concerned, and to order *Boyland* to act nothing but with adviſe of his fellow Juſtices.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum ſuum Ibidem.

An. 14 & 15 E. 1.

in eodem regno, salutem. Cum injunxissemus dilecto & fideli nostro *Richardo de Boylaund* aliqua tangentia Clericos de Episcopatu *Norwicensi*, & postea nobis super hoc ex parte venerabilis patris * *W. Norwicensis* Episcopi sit ostensa, **quod idem *Richardus* aliqua fecit indebite seu injuste: Nobis mandamus, quod assumpto vobiscum aliquo de Justic. nostris, ad partes *Norff.* personaliter accedatis, et vocato præfato *Richardo* coram vobis, in præsentia ejusdem examinetis gravamina quæ præfatus Episcopus vobis monstrabit, et quæ ipsum *Richardum* asserit perpetrasse, et rationes utriusque partis audientes, si inveneritis quod idem *Richardus* quicquam indebite vel injuste fecerit in hac parte, et quod non deberet fecisse, idem emendari et recte dirigi faciatis.** Præcipientes eidem, **quod a talibus faciendis desistat, et in rebus aliis per consilium et assensum sociorum suorum sine dilatione procedat, sicut eidem injunximus in hac parte.** Nolumus enim, quod negotium illud dilationem capiat aliqualem. Dat. sub privato sigillo nostro *Paris.* 15 die *Jun.* Anno regni nostri 14.

* See before p. 336, 337, to 342, 1270, 1271.

Dorso. Expeditum est. Comes per istud mandatum assumpsit secum Thes. & majorem partem Justic. & personaliter adivit *Norwicum*, **et justitiam fieri fecit.**

An. 15 E. 1.

In the Bundles of Writs in the *White Tower An.* 15 E. 1. I discovered these Writs and Prohibitions to stay Suits in Courts Christian not belonging to them.

Bundela Brev. An. 14 & 15 E. 1. in Turri London.

A Writ to make an Attorny, in a Suit depending before the Kings Justices *de Banco inter Nos &* Johannem de Godebe, *de eo quod idem* Johannes *in loquela coram Justic. per breve nostrum, &c.* **secutus est plac. in Curia Christianitatis de catallis et debitis** *Magistri* Willielmi de Pacton *Capellani*; *& in loquela, &c. per aliud breve nostrum inter ipsum* Johannem *Decanum Ecclesiæ Sancti* Andræ Wellen. *&* Johannem de Uvedale *Chivaler, de debito* 10 *librarum quod idem Decanus à prædicto* Johanne *exigit. Teste meipso apud* Pontefreit *super* Tamisiam 20 *die* Novembr. *An. r. n.* 15. Edwardus, *&c. Vic.* Northampt. *Pone, &c.* Willielmum *Personam Eccles. de* Shertost, *quod sit, &c. ostensur.* **quare cum placita de catall. &c. quæ non sunt, &c. ad nos et coronam et dignitatem nostram, et non ad alium pertineant in regno nostro, &c. secutus est placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis** Nicholai *Personæ Ecclesiæ de* Herdwyke, **quæ non sunt, &c. in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et contra Prohibitionem nostram.** *Teste* Edm. *Com.* Cornub. *apud* Westm. 12 *die* Febr. *An. r. n.* 15. Edwardus, *&c. Vic.* Dorset. *Præcipimus tibi, quod distringas Magistr.* Willielmum Shirlock *Personam Eccles. de* Winterborn Stibilone, *per omnes terras, &c.* **quare secutus est plac. &c. de catallis, &c. quæ non sunt,** *&c. Teste* Th. de Weyland *apud* Westm. 20 *die* Junii, *An. r. n.* 15. Edwardus, *&c. Vic.* Surr. *Quod venire fac.* 12. *tam Milites quam alios, &c. qui nec* Johannem Philip *de* Croydone, *nec* Johannem *Archiepiscopum* Cantuar. *Magistr.* Adam de Hates, *&* Thomam *Vicar. Eccles. de* Croydone, *aliqua affinitate attingunt; ad recognoscend. super sacramenta sua si predict. Archiepiscopus &* Adam **unquam tenuerunt plac. in Curia Christian. de quadam bacca ipsius** Johannis, **contra Prohibitionem,** *&c. sicut predict.* Johannes *dicit, vel non, sicut predict. Archiepiscopus,* Adam *&* Thomas *dicunt. Quia, &c. Et habeas ibi nomina Juratorum & hoc breve. Teste* W. de, *&c. apud* Westm. 26 *die* Junii, *An. r. n.* 15. Edwardus, *&c. Vic.* Surr. Arnaldus de Heyward *vers.* Johannem *Archiepisc.* Cantuar. **quare secutus est plac. in Curia Christianitatis de catallis,** *&c.* **quæ non sunt,** *&c. Teste* Edm. *Com.* Cornub. *apud* Westm. 8 *die* Sept. *An. r. n.* 15. Edwardus, *&c. Vic.* Dorset. Rogerus de Stapelford *vers.* Richardum le Pastour, **quare secutus est** (consimile) **placitum,** *&c. Teste* (ut supra) 20 *die* Januar. *Vic.* Stafford. Richardus de Leges *vers. Magistr.* Stephanum de Codenore, *& Magistr.* Petrum de Clyve, **quare secuti sunt placitum in Curia Christianitatis de laico feodo ipsius** Richardi, **contra Prohibitionem nostram.** *Teste* Edm. *Com.* Cornub. *apud* Westm. 3 *die* Julli, *An. r. n.* 15.

In the Plea Rolls of the same year I found these Attachments, for suing and holding Pleas in Courts Christian against the Kings Prohibitions.

Placita Termino Paschæ An. 15 E. 1.

GErvasius de Aldermannebir. *attach. fuit ad respondendum* Hamoni de Valoynes, **quare traxit eum in placitum in Curia Christianitatis de debitis, quæ non sunt de Testamento,** *&c.* **contra Prohibitionem,** *&c. Et unde idem* Hamo *queritur,*

ritur, quod prædictus Gervasius implacitavit eum coram Decano de Suwerc & con- An. 15 E. 1.
judicibus, de domibus quas Hamo pater ipsius Hamonis asportasse debuit de Cristeshall, & de quibusdam Focalibus, & de 100 l. Et unde deterioratus & dampnum habet ad valentiam 20 marcarum. Et ideo producit sectam, &c.

Et Gervasius venit & defendit contra ipsum & sectam, quod nunquam post Prohibitionem nec ante traxit eum in placitum de debitis, quæ non sunt de Testamento vel Matrimonio, set verum vult dicere. Quidam Rogerus de Sumery dedit terram de Cristeshall & 100 l. in denariis in maritagio Hamoni patri ipsius Hamonis cum Agnete filia sua. Et postea processu temporis celebrato inter eosdem Hamonem & Agnetam divorcio, reddidit idem Hamo eidem Agnete terram illam ut maritagium suum. Et quia non habuit denarios ad manum unde solveret prædictos denarios, obligavit se et hæredes suos ad solvendum eidem Agneti 20 l. singulis annis, donec prædictæ 100 l. plenius solverentur, per Chartam quam profert et quæ hoc testatur. Et postea venit iste Gervasius & desponsavit dictam Agnetem, & vixerunt simul per longum tempus, & postea in extremis fecit ipsa prædictum Gervasium virum suum Executorem testamenti sui, simul cum aliis, & ad executionem illam faciendam, & ad debita perquirenda, & specialiter ad debitum istud perquirendum, & ut inde disponeret sicut de aliis secundum quod viderent expedire. Et unde dicit, quod petit denarios illos ex causa testamentaria, & non alio modo. Et inquisiti per quantum tempus ipsa Agnes vixisset postquam divorcium factum fuit, dicunt quod bene per 30 annos. Et Gervasius dicit quod per 20 annos.

Et Hamo venit & petit judicium de sicut ipsa Agnes vixit per magnum tempus post divorcium per 30 annos & nichil unquam petiit de debito illo quamdiu virit, nec ab eo, nec a patre suo, nec a Thoma fratre suo, qui per 5. annos fuit in seisina totius hæreditatis patris sui. Et petit judicium, si ipsi potuit legare, et in testamento relinquere debitum, quod non fuit cognitum in vita sua, et quod ipsa nunquam petiit in vita sua.

Et quoniam prædictus Gervasius nichil ostendit, quod prædicta Agnes aliquid peteret de prædicto Hamone, nec Thoma filio suo, nec de isto Hamone dum vixit, & vixit per tantum tempus. Et si ipsa in vita sua petiisset debitum illud, non potuit legare clameum suum ad placitandum in Curia Christianitatis cum ipsa si viveret non possit petere debitum illud alibi quam in Curia Domini Regis. Consideratum est, quod Hamo eat inde quietus; Et prohibitum Gervasio, quod de cætero non sequatur in Curia Christianitatis.

RObertus Prior de Werkessop attach. fuit ad respondendum Adæ de Cretelang, quare secutus est placitum in Curia Christianitatis de laico feodo ipsius Adæ in Hurst, &c. Et unde idem Adam queritur, quod cum ipse distringeret feodum suum, quod Prior tenet pro forinseco servicio per captionem ipsius Prioris; Idem Prior statim excommunicat eum, et eum vexat et gravat in Curia Christianitatis; unde deterioratus est, &c. Plac. Term. Paich. An. 15 E. 1. in Turri London.

Et Prior venit & dicit, quod non debet ei respondere, quia * excommunicatus est, et ei sicut excommunicato ——— Et inde profert literas Domini Coventrensis Episcopi patentes: Et in quibus continetur, quod Willielmus quondam Archid. Derb. excommunicavit prædictum Adam meritis suis exigentibus. Et quoniam constat ei de excommunicatione, et non de absolutione, misit literas Justic. patentes. Et Adam nichil ostendit de ejus absolutione. Et ideo Prior inde sine die, & Adam faciat se absolvi. * Littleton sect. 201. Cooks 2 Institutes, f. 133, 134.

The most remarkable Writs of Prohibition and Attachment this year, are those which concern *Bogo de Clare*, presented by the King to the Treasurership of the Cathedral of *York*, who yet was vexed, excommunicated, his Churches and the fruits thereof sequestred, interdicted by the Archbishop of *York*, against the Kings Prohibitions and Writs, for which he was convened before the Kings Counsil, as these Writs inform us.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum suum in *Anglia*, salutem. Cum nuper sede *Eboracensis* Ecclesiæ vacante, & in manu nostra existente, contulimus dilecto Clerico nostro *Bogoni de Clare* Thesaurariam illius Ecclesiæ tunc vacantem; ac (ut intelleximus) Archiepiscopus *Eboracensis* qui nunc est, super eadem ip- Brevia Regis in Turri London. An. 15 E. 1.

An. 15 E. 1. **ſum gravet multipliciter et moleſtet, fructus ad ipſum pertinentes violenter aſportari faciendo;** & nos eidem Archiepiſcopo ſcripſerimus, **ut a talibus gravaminibus ceſſet et deſiſtat, et ablata ſeu ſpoliata per ipſum et ſuos reſtitui faciat indilate:** Vobis mandamus, **quod ſi iſta facere recuſaverit, vos et cæteri de Conſilio noſtro in** *Anglia* **commorantes, vocatis dicto Archiepiſcopo** (& *Bogone*) **oppoſitionum conſilium ſuper hoc apponatis.** Teſte meipſo apud *Acton.* 27 die *Novembris*, Anno regni noſtri 15.

Ibidem. EDwardus Dei gratia Rex *Angl. &c.* Venerabili in Chriſto patri *J.* eadem gratia Archiepiſcopo *Ebor. Angliæ* Primati, ſalutem. Cum nuper advocatione Eccleſiæ vacante, & in cuſtodia noſtra exiſtente, dederimus & conceſſerimus dilecto Clerico noſtro *Bogoni de Clare* Theſaurariam ejuſdem Eccleſiæ tunc vacantem, & ad donationem noſtram ratione vacationis prædictæ ſpectantem, & idem *Bogo* in plenam & pacificam poſſeſſionem Theſaurariæ prædict. de mandato noſtro indoctus fuit. Et vos jam, ſicut ex quorundam relatu intelleximus, poſtquam ad partes tranſmarinas arripimus iter noſtrum, eundem *Bogonem* **ſuper poſſeſſione ſua Theſaurariæ prædictæ indebite perturbantes, et Eccleſias eidem Theſaurariæ annexas Interdicto ſupponentes, Excommunicationis ſententiam in eundem** *Bogonem* **et ſuos Miniſtros Theſaurariæ prædictæ voluntarie fulminantes, et fructus ſuos ejuſdem Theſaurariæ aſportari, et ipſum in præmiſſis multipliciter inquietari feceritis, in noſtri juris læſionem, et dictæ conceſſionis noſtræ enervationem, et noſtri contemptum manifeſtum.** Propter quod vobis amicabiliter ſcripſimus, **ut a talibus gravaminibus ceſſaretis ſeu deſiſteretis, et ablata ſeu ſpoliata per vos et veſtros reſtitui, et Excommunicationes et Interdicta per vos in hac parte lata revocari faceretis indilate; cui ſcripturæ noſtræ ſeu mandato noſtro in nullo obtemperare ſeu parere hactenus curaſſi, imo multo infeſtationem veſtram erga præfatum Clericum noſtrum ardentius continuatis, de quo vehementius admiramus,** (ſuch was his tranſcendent malice, obſtinacy and contempt.) **Nos nolentes præmiſſa, ſi taliter in noſtri juris præjudicium fuerint attemptata, relinquere impunita, vobis mandamus, quod in propria perſona veſtra coram dilecto Conſanguineo et fideli noſtro** *Edmundo* Comite *Cornubiæ* locum noſtrum in *Anglia* tenente, **et cæteris de Conſilio noſtro ſitis apud** *Weſtm.* in Octab. Purificationis beatæ *Mariæ*, **ad reſpondend. nobis de præmiſſis, et ad faciend. et recipiend. ulterius ex noſtra parte, quod Curia noſtra noſtro nomine inde duxerit ordinandum.** Et habeas ibi hoc breve. Teſte præfato Comite *Cornub.* Conſanguineo noſtro apud *Weſtm.* 28 die *Jan.* Anno regni noſtri 15.

Ibidem. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ, &c.* eidem Archiepiſcopo *Ebor.* ſalutem. Cum ſuper eo quod vos dilectum Clericum noſtrum *Bogonem de Clare* ſuper poſſeſſione ſua Theſaurariæ Eccleſiæ veſtræ, quam ſibi dudum vacante Eccleſia prædicta contulimus, **in noſtri et ipſius præjudicium non modicum inquietaſtis Eccleſias eidem Theſaurariæ annexas, ſupponi facientes interdicto, et excommunicationis ſententias in præfatum** *Bogonem* **et Miniſtros ſuos Theſaurariæ prædictæ fulminari procurantes, et fructus ſuos ejuſdem Theſaurariæ aſportari facientes;** vobis nuper mandaverimus, quod in Octabis Purificationis beatæ *Mariæ* proximo præteritis, eſſetis apud *Weſtm.* coram dilecto Conſanguineo & fideli noſtro *Edmundo* Comite *Cornubiæ*, **ad reſpondendum nobis ſuper gravaminibus et infeſtationibus prædictis, et ad faciendum et recipiendum inde juſtitiæ complementum:** ac vos tàm per nuncium quàm per literas veſtras nobis ſignificaveritis, quod propter loci diſtantiam & temporis brevitatem, ad diem ibidem venire non potuiſtis: Supplicantes nobis cum omni inſtantia, quod perſonam veſtram ex cauſis prædictis ad diem illum haberemus excuſatam: Nos perſonæ veſtræ, **licet eam in hoc facto gravare poſſemus,** deferre volentes, dederimus vobis diem ſuper *hiis*, videlicet, à die Paſchæ in unum menſem, ut tunc ſitis apud *Weſtm.* coram præfato Conſanguineo noſtro, **ad reſpondendum nobis ſuper gravaminibus et infeſtationibus prædictis; vobis mandamus firmiter injungentes, quod ſequeſtra, interdicta, excommunicationis ſententias, et alias cohibitiones Eccleſiaſticas, quæ occaſione contentionis et diſcordiæ inter vos et præfatum** *Bogonem* **quocunque modo habitarum, in noſtri juris præjudicium, et prædictæ collationis noſtræ onerationem**

tionem prolata sunt sive facta, omnino relaxari procuretis; fructus et bona sua capta seu recepta, sibi sine dilatione restituentes; et corpora, quæ extra locum sacrum occasione prædicta sunt humata, in loco sacro sepeliri faciatis. Et hoc super forisfacturam Baroniæ vestræ, et omnium quæ de nobis tenetis in regno nostro, nullatenus omittatis. Nos insuper dilecto & fideli nostro *Johanni de Lythegreyves* Seneschallo vestro injunximus, vobis referenda viva voce. Et habeatis ibi vobiscum hoc breve. Teste præfato Comite *Cornubiæ* Consanguineo nostro apud *Westm.* 13 die *Febr.* Anno regni nostri 15. *An.* 15 E. I.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, *&c.* Vicecomiti *Ebor.* salutem. Cum nuper sede *Eboracensis* Ecclesiæ vacante, & in custodia nostra existente, dederimus & concesserimus dilecto Clerico nostro *Bogoni de Clare* Thesaurariam ejusdem Ecclesiæ tunc vacantem, & ad donationem nostram ratione vacationis Archiepiscopatus prædicti spectantem; & idem *Bogo* in plenam & pacificam possessionem Thesaurariæ prædictæ inductus fuerit, ut est moris; ac venerabilis pater *J.* Archiepiscopus *Ebor.* jam (sicut ex quorundam relatu intelleximus, postquam ad partes transmarinas arripuimus iter nostrum) eundem *Bogonem* super possessione sua Thesaurariæ prædictæ indebite perturbans, Ecclesias eidem Thesaurariæ annexas Interdicto supponens, Excommunicationis sententias in eundem *Bogonem* et suos Ministros Thesaurariæ prædictæ voluntarie fulminaverit, et ipsum in præmissis multipliciter inquietare fecerit, in nostri juris læsionem, et dictæ concessionis nostræ enervationem, et nostri contemptum manifestum: Propter quod eidem Archiepiscopo amicabiliter scripsimus, ut a talibus gravaminibus cessaret seu desisteret, et Excommunicationes et Interdicta per ipsum in hac parte lata, revocari faceret indilate; cujusmodi scripturæ nostræ seu mandato nostro in hac parte in nullo obtemperare seu parere hactenus curavit; imo inchoatam infestationem suam erga prædictum Clericum nostrum ardentius continuavit, de quo vehementius admiramur: Nos nolentes præmissa, si taliter in nostri præjudicium fuerint attemptata, relinquere impunita, tibi præcipimus, sicut alias tibi præcepimus, quod præfatum Archiepiscopum attachiari facias, ita quod cum habeas coram dilecto Consanguineo et fideli nostro *Edmundo* Comite *Cornubiæ*, locum nostrum tenente in *Anglia*, et cæteris de Consilio nostro, apud *Westm.* à die Paschæ in unum mensem, ad respondendum nobis de præmissis, et ad faciendum et recipiendum ulterius in hac parte, quod Curia nostra nomine nostro duxerit ordinandum. Et unde tu mandasti præfatis Comiti et Concilio nostro, quod Breve nostrum quod tibi venit de attachiando prædictum Archiepiscopum, quod esset coram præfatis Comite et Consilio nostro in Octabis Purificationis beatæ *Mariæ* proximo præteritis, adeo tarde tibi venit, quod illud exequi non potuisti. Et habeas ibi hoc breve. Teste *R. de Hengham* apud *Westm.* 13 die *Februarii*, Anno regni nostri 15. Ibidem.

The like Writ *verbatim* issued to the Sheriff of *Buckingham*, with the same date and *Teste*, against *Oliver* Bishop of *Lincoln*, who had Interdicted all the Churches belonging to the Treasurership in his Diocesse, fulminated an Excommunication against *Bogo*, and vexed him in the same manner as the Archbishop had done. And this Writ to the Kings Lieutenant.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, *&c.* dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum suum in *Anglia*, salutem. Quia datum est nobis intelligi, quod super gravaminibus et molestiis quæ dilectus Clericus noster *Bogo de Clare* venerabilem patrem *J.* Archiepiscopum *Ebor.* de Thesauraria *Ebor.* quam eidem *Bogoni* contulimus sibi asserit, in nostræ collationis præjudicium intulisse, dedistis diem eidem Archiepiscopo coram vobis apud *Westm.* à die Paschæ proximo præterito in unum mensem, ad respondendum nobis de gravaminibus et molestiis suprædictis, mandando præfato Archiepiscopo, ut sequestra, interdicta, excommunicationum sententias, et alias coherciones Ecclesiasticas contra prædictum *Bogonem* occasione hujusmodi facta seu lata omnino relaxet, et hoc sub pœna forisfacturæ Baroniæ suæ, et omnium quæ de nobis tenet in regno nostro nequaquam omittat; nos licet jura nostra per vos et alios conservari Ibidem.

*An.*15 *E.* 1. ſerbari belimus illæſa, nolentes tamen aliis ſuper jure ſibi debito injuriam aliquam irrogari, Wobis mandamus, quatinus conbocato ad diem Conſilio noſtro, et habita ſuper negocio illo deliberacione meliozi, in eodem negocio taliter pzocedatis, quod jus noſtrum ſit ſalbum in omnibus, et neutra parcium contra juſticiam ſenciat ſe grabatam, per quod ad querelam ullius bobis quicquam imputare poſſimus ad culpam. Teſte meipſo apud *Burdeg.* 18 die *April*, Anno regni noſtri quintodecimo.

The Archbiſhop after he had put in Sureties to appear before the Council endorſed on the Writ, to prevent the ſtorm and penalties threatned to him by theſe Writs, for theſe his high contempts and extravagances, was enforced at laſt to obey the Kings commands, and make his peace with *Bogo de Clare*, before the cauſe came to be heard before the Kings Counſil, as theſe indorſements on three of theſe Writs inform us, Concozdati ſunt pzædicti Archiepiſcopus et *Bogo. Archiepiſcopus vocatus fuit in Curiam*, et concozdatus eſt cum *Bogone de Clare.* Habuerunt diem cozam Concilio, et poſtea concozdati ſunt.

Philip de Staunton being elected Biſhop of *Landaff*, and his election certified to the King by the Archdeacon and others under their own Seals, but not under the Common Seal of the Chapter, kept from them by the practiſe of *Bogo de Clare* Chancellor of that Church, who oppoſed the election; he repairing therewith to the King in *France*, the King though he approved his perſon, yet he refuſed to confirm his election, becauſe not certified under the Chapters Seal; whereupon the Chancellor ſent this Letter to the Earl of *Cornwall* concerning this buſineſſe, and the Kings Writ to redreſſe this fraudulent practiſe, and ſave the expence of a ſecond journey to him, to grant a Writ to the Archbiſhop to confirm him, then to receive his Oath of Fealty, and reſtore his temporalties with all expedition.

In eadem Bundela, An. 15 E. 1. in Turri London.

NObili viro Domino & amico ſuo, kariſſimo Domino *Edmundo* Comiti *Cornubia*, tenenti locum Domini noſtri Regis in *Anglia*; *R.* permiſſione divina *Bathon.* & *Wellen.* Eccleſiarum Miniſter ſalutem, et paratam ad beneplacita voluntatem. Ex tenore literarum veſtrarum quas vobis remittimus perpendimus evidenter, qualiter vir providus & diſcretus Magiſter *Philippus de Staunton* Præcentor *Wellenſis*, Clericus noſter & ſocius perdilectus, Electus extiterit in Epiſcopum *Landavenſem*, Domino *Bogone de Clare* nullatinus permittente literas Domino Regi mittendas ſuper electione hujuſmodi communi ſigillo Capituli conſignari, ſet Electozes Magiſtri *Philippi* pzædicti pzæmiſſas literas Domino noſtro Regi, ut pzæmiſimus tranſmittendas ſuis ſigillis pzopziis conſignarunt, quibus eidem Domino noſtro pozrectis perſonam Electam pzotinus acceptavit; ſet licet eidem literas veſtras prætactas nobis tranſmiſſas facti ſeriem continentes miſerimus, eo quod procul ab invicem diſtabamus, quia tamen ſibi directæ non fuerant nominatim, et quia ſigillum commune Capituli appoſitum non extitit literis ſibi miſſis, nec ei conſtitit de impedimento per Dominum *Bogonem* oppoſito, niſi per literas non ſibi ſet nobis tranſmiſſas, conſenſum ſuum Electioni pzædictæ diſtulit adhibere, eum vobis committens qui habetis noticiam et experienciam hujus facti. Cum igitur aſſenſus ille totaliter in manibus veſtris exiſtat, ſicut in literis Regiis poteritis intueri, ſinceritatem veſtram quantumcumque valemus ferbencius exozamus, quatinus memozatum Magiſtrum *Philippum* quoad Regii conſenſus articulum et literas Regis ſuper illo Domino *Cant.* Archiepiſcopo dirigendas, necnon confirmacionis munere aſſecuto, quoad reſtitutionem tempozalium, juxta mandatum Regium vobis inde directum, celeriter abſque dilacionis incommodo expedire velitis, eo libencius et liberius quod de pzæmiſſis omnibus vobis conſtat ac notozia et manifeſta exiſtunt quaſi in auribus ſingulozum: Si autem dictus Magiſter *Philippus* perſonaliter ad pzæſenciam veſtram non venerit, quæſumus ut ipſius nuncium ad vos ſuo nomine venientem expediatis, celeriter & benignè literas neceſſarias ſibi fieri facientes, ex quo enim Dominus noſter approbavit ſuam perſonam, non eſt neceſſaria ipſius perſonalis præſencia coram vobis. Bene & diu valete. Dat. *Burdegale* 2 Idus *Septembr.*

Edwardus

An. 15 *E.* 1.

Ibidem.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum ſuum in eodem regno. Cum Magiſter *Philippus de Staunton* Præcentor *Wellenſis* ad nos venerit, & nobis præſentaverit quaſdam literas ex parte Archidiaconi & Capituli Eccleſiæ *Landavenſis*, ſuper electione de ipſo facta in Epiſcopum ejuſdem loci ſigillis Archidiaconi memorati, Præcentoris & quorundam aliorum Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ ſigillatas, ſicut per inſpectionem literarum illarum quas vobis mittimus, plenè poteritis intueri. Nos literis illis inſpectis, pro eo quod commune ſigillum Capituli non fuit appenſum, eiſdem licet bene perſonam acceptemus electam, et ipſum regimini præfatæ Eccleſiæ idoneam reputemus, pro ipſo eciam faceremus libenter quicquid ſine præjudicio noſtri et libertatum noſtrarum optentarum hucuſque facere bono modo poſſemus, electioni de ipſo factæ noluimus aſſentire, nec eidem pro conſuetudine qua uſi ſumus concedere literas de conſenſu; Set quia idem Magiſter *Philippus* nobis dedit intelligi, quod ipſe et alii Canonici Electores ſui non potuerunt ſigillum illud habere commune impediente *Bogone de Clare* Cancellario prædictæ Eccleſiæ, qui idem ſigillum in cuſtodia ſua habuit, et electioni prædictæ ſe appoſuit minus juſte, et noluimus quod præfata Eccleſia per fraudem aut maliciam diu deſtituatur paſtore et regimine quod deceret; Vobis mandamus, quod viſis præſentibus, vocatis & aſſumptis vobiſcum venerabili patre *J. Elienſi* Epiſcopo Theſ. noſtro, cui ſuper hoc ſcribimus, & aliis de Conſilio noſtro quos contigerit eſſe præſentes, literas ſupradictas quæ ex parte dictorum Archidiaconi & Capituli nobis miſſæ fuerunt, quaſque vobis mittimus, & intellecta de proceſſu electionis prædictæ et tocius facti plenius veritate, gratiam quam præfato Electo quoad aſſenſum electionis ejuſdem, poſſemus vel deberemus de conſilio veſtro facere in hoc caſu, vice noſtro faciatis eidem; Ita quod per machinacionem aut maliciam alicujus ipſius Electio non turbetur aut contra juſticiam differatur. Cum autem Archiepiſcopus electionem confirmaverit ſupradictam, volumus & mandamus, quod Electum ipſum taliter confirmatum, ad ſacramentum fidelitatis nobis debitæ admittatis, et temporalia Epiſcopatus prædicti reſtitui faciatis eidem, ad quod non oporteat ipſum pro negocio electionis ejuſdem ad nos iterato reverti: In tantum eciam feſtinetis negocium, quod Electus ipſe de curſu temporis vel de alio quocumque dampnum aliquod non incurrat, ſeu periculum in hac parte. Teſte meipſo *Aquis* ſeptimo die *Septemb.* anno regni noſtri quintodecimo.

Ibidem.

There being a difference between the Biſhop and Dean of Chapter of *Yorke*, whereby the peace was likely to be diſturbed by the Major and Citizens lay-force and interpoſition therein; the King thereupon iſſued this prohibition to them no wayes to intermeddle in this controverſie between them.

Brevium & Literarum de An. 14, 15, &c. E 1. in Turri London.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*; dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ* tenenti locum ſuum in eodem Regno ſalutem. Quia accepimus, quod diſſencio eſt ſuborta inter venerabilem Patrem *J. Eborum* Archiepiſcopum ex parte una, & Decanum & Capitulum ejuſdem loci ex altera; et nollemus quod per diſſencionem hujuſmodi par aliqualiter turbaretur; attendentes quod prædicti Decanus & Capitulum ex conjecturis aliquibus veriſimiliter ſibi timent, ne per vim laicam, utpote per Majorem & Cives *Eborum*, aut alios ad procurationem partis adverſæ oppreſſiones & gravamina aliqua paciantur; Vobis mandamus, quatinus Majori & Civibus ſupradictis firmiter inhiberi faciatis, ne de contencionibus inter prædictos Archiepiſcopum et Decanum et Capitulum ſuſcitatis in aliquo ſe intromittant, ſeu partem alterutram ſuper contencionibus hujuſmodi fobeant, per quod par noſtra aliquatinus infringatur, ſeu tranquillitas Eccleſiæ ſupradictæ in perſonis aut rebus aliqualiter conturbetur. Dat. ſub Privato Sigillo noſtro *Aquis* 12 die *Septemb.* anno regni noſtri quinto decimo.

Dorſo. Edmond Comte de *Cornewaill*, a Sire *William* de *Hamelton* ſaluz. Nous vous prioms qe vous furniſez le maundement noſtre Seygneur le Roy ſolonc la tenure de ceſtre lettre. E pur ceo que nous fuiſmes au park de *Wyndeſouer* avenous,

An. 15 E. 1. nous, cosines si lavoms enselee du seel nostre chiere Cosine Madame *Alyanor* fielle au Roy et garden cestre lettre.

The Archdeacon of *Colchester* and his Official fraudulently entring into the Church of *Christensall* belonging to the Kings free Chappel of St. *Martins le Grand*, exempt from all Ordinary Jurisdiction, and there holding a Visitation, and exacting a procuration for it, interdicting the Church and seising the goods thereof for not paying it, contrary to the Kings protection to the Dean then with him in *France*; thereupon the King issued this Writ to examine the matter, and to imprison the said Offenders, if the Information were found true, till further Order, to deterr others from the like contempts, during his absence.

Bundela Brevium in Turri London, An. 15 E. 1.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ* locum suum tenenti in eodem regno salutem. Ex parte dilecti et fidelis nostri Magistri *Willielmi de Luda* Decani Sancti *Martini magni London.* nobis est ostensum graviter conquerendo, quod licet Ecclesia Sancti *Martini* prædicta quam habet ex collacione nostra sit libera Capella nostra, et tam in corpore quam in membris, utpote personis, Prædendis, Ecclesiis et Capellis annexis ab omni jurisdictione ordinaria exempta, et ipsum Decanum cum nuper nobiscum iter arriperet extra regnum nostrum, homines, terras, res, redditus et omnes possessiones suas in protectionem et defensionem nostram specialiter suscepissemus; omnibus & singulis inhibendo, ne ei injuriam, molestiam, dampnum vel grabamen inferrent: Nichilominus Magister *Egidius Fillol* Archidiaconus *Colcestr.* et Magister *Simon de la Neylond* Officialis ejusdem, cum quibusdam aliis fautoribus et complicibus suis nuper Decano nostro nobiscum in remotis agente, ad Ecclesiam de *Crisstensshall* quæ est prædenda liberæ Capellæ nostræ prædictæ, et ab omni jurisdictione ordinaria eadem racione exempta, et jurisdictioni ipsius Decani duntaxat subjecta, personaliter accedentes tanquam ad missam audiendam in ea, ex postfacto dixerunt se fecisse visitacionem ibidem, et deinde post paucos dies transmisso per eos ad eandem Prædendam Decano de *Nenport*, pro habenda procuracione vi visitacionis prædictæ, Ecclesiam ejusdem Prædendæ, cum ipsorum de hujusmodi procuratione solvenda non pareretur mandatis, per eundem Decanum supposuerunt Ecclesiastico interdicto, et adhuc non contenti præmissis, manus ad deteriora mittentes, calicem et missale ejusdem Ecclesiæ per dictum Decanum de *Neuport* et summonitorem ejusdem violenter de eadem Ecclesia asportari fecerunt; et nichilominus idem Archidiaconus ad Domos dictæ Prædendæ postea clam veniens, bona ibidem inventa auctoritate propria et de facto quamquam de jure non posset temere sequestravit, in nostri et dicti Decani nostri libertatum et jurium læsionem et præjudicium non modicum, ac in nostri contemptum, contra protectionem et pacem nostram. Et quia ex præmissis turbamur nimirum et plurimum commovemur, nec contemptum hujusmodi relinquere volumus impunitum, vobis firmiter injungendo mandamus, quod si vobis constare possit ita esse, tunc prædictos Archidiaconum, Officialem, Decanum de *Neuport*, et summonitorem, et alios complices et suos quos reos et culpabiles inveneritis de hoc facto, et præcipue Archidiaconum ipsum si factum illud advocaverit, sine dilacione capi faciatis, et in prisona nostra salvo custodiri, ita quod non deliberenter ab ea donec id vobis mandaverimus sub privato sigillo nostro. Tantum super hoc facientes, quod alii timorem habeant contra nos aut nostros nobis absentibus consimiliter aut aliter delinquendi. Dat. sub eodem sigillo nostro apud *Palud.* 18 die *Maii*, anno regni nostri quintodecimo.

Dorso. Manucaptus est usque adventum Regis, ut Rex tunc inde ordinet quod fuerit faciendum.

The King issued this Writ to his Lieutenant, to execute a Judgement given for the Archbishop of *Canterbury* concerning the Advowson of the Priory of St. *Martins* in *Dovor*, and if any found themselves grieved therewith, he would hear and relieve them upon his return into *England*.

Edwardus

An. 15 E. 1.

In eadem Bundela.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum ſuum in *Anglia*, ſalutem. Auditis Magiſtro *Martino de Hampton* Clerico venerabilis patris *J. Cantuarienſis* Archiepiſcopi, ac Monachis Sancti *Martini Dovor* ad nos miſſis, & proceſſibus & judiciis coram Juſtic. noſtris ſuper advocatione Prioratus Sancti *Martini Dovor*. & quibuſdam aliis dictam advocacionem tangentibus, primo pro nobis, & ſubſequenter pro prædicto *Cantuar*. Archiepiſcopo habitis atque datis pleniùs intellectis; Vobis mandamus, quod judicium pro prædicto Archiepiſcopo ſuper dicta advocatione per Juſtic. noſtros datum demandare executioni debitæ, et ſerbientem in eodem Prioratu cum judicium ſuper advocatione prædicta datum, pro nobis extitit poſitum, amoveri ſine dilacionis obſtaculo faciatis. Si vero aliqua parcium prædictarum in dictis judiciis ſenſerit ſe gravatam, illud cum ad partes *Angliæ* venerimus oſtendere poterit coram nobis, et nos quod juſtum fuerit ſuper hoc fieri faciemus. Teſte meipſo apud *Blankeford* 11 die *Junii*, Anno regni noſtri quintodecimo.

Upon the Prior and Covents Petition of *Chriſt-church* in *Canterbury*, the King iſſued this ſecond Writ concerning the Advowſon and Priory of the ſaid St. *Martins Dovor*.

Ibid.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum ſuum in *Angl.* ſalutem. Accedens ad præſenciam noſtram *Walterus de Chilindene* Monachus Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* ex parte Prioris & Conventus loci ejuſdem cum literas Prioris ſui, nobis expoſuit, quod licet à tempore bonæ memoriæ *Theobaldi* quondam *Cantuarienſis* Archiepiſcopi Eccleſia eorum *Cantuar.* in poſſeſſione pacifica extitiſſet, quod nullus præficeretur in Priorem Eccleſiæ Sancti *Martini Dovorr.* niſi de Eccleſia *Cantuar.* prædicta, nec aliquis Monachorum *Dovor.* alibi profiteretur niſi in eadem *Cantuar.* Eccleſia: quodque nullus Monachorum *Dovor.* præſentaretur ad ordines niſi per Priorem & Conventum Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* ſupradictæ; venerabilis tamen pater *J. Cantuarienſis* Archiepiſcopus, prætextu cujuſdam proceſſus inter nos et ipſum ſuper advocacione Prioratus prædicti *Dovor.* nuper in noſtra Curia ventilati, dictos Priorem et Conventum Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* præfata poſſeſſione, vel quaſi omnium prædictorum ſpoliare molitur, conniventibus et conſencientibus Monachis Prioratus *Dovor.* ſupradictis: Quare nobis idem frater *Walterus* nomine Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* prædictæ humiliter ſupplicavit, ut in hac parte ipſi Eccleſiæ providere de oportuno remedio curaremus: Sanè cum mandaverimus vobis nuper ut toto conſilio noſtro ad invicem congregato examinaretis diligenter proceſſum inter nos et ſupradictum Archiepiſcopum ventilatum ſuper advocacione ipſius Prioratus *Dovor.* ac ulterius faceretis quod juſticia ſuaderet, prout in literis noſtris prædictis plenius continetur: Ac Prior & Conventus Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* ſua intereſſe aſſerant in hac parte, & ſe debere admitti in examinatione proceſſus hujuſmodi ad proponendum pro Eccleſiæ ſuæ jure quod viderint proponendum; Vobis mandamus, quatinus facta denunciatione dicto Priori *Cantuar.* ſeu aliàs eo vocato legitimè quod prædicti proceſſus examinacioni interſit ſi ſibi viderit expedire, ipſum prout fuerit Juri conſonum audiatis, ac ulterius faciatis quod de jure fuerit faciendum quantum ad nos pertinet vel ad Curiæ noſtræ forum. Teſte meipſo apud *Burdegalam* 23 die *Januarii*, anno regni noſtri quintodecimo.

Dorſo. Iſtud tangit factum *Radulphi de Hengham* quod per iſtud breve recitatum fuit coram toto Conſilio, & factum prædicti *Radulphi* approbatum, prout idem *Radulphus* paratus eſt docere coram Rege.

The Archbiſhop of *Canterbury* complaining againſt the Earl of *Cornwall* the Kings Lieutenant, of injuries done to his Clerks at *Maydeſtan* by ſome of the Kings Officers, for which he could have no juſtice, to the prejudice and diſhonour of the Church; the King thereupon iſſued this Letter under his Privy Seal to hear and

determine the buſineſſe, ſo as to do the Archbiſhop and Church right, and that his Crown and Dignity might receive no prejudice thereby.

In eadem Bundela Brevium & Literarum, Anno 15 E 1.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seygnor *Dyrlaunde*, & Duk *D'aquit.* a ſon chier Coſyn et Feal *Edmound* Counte de *Cornewaille* ſon leu tenant ſaluz. Come Larceveſque de *Canterbir* ſe ſoit pleint a nous en defaute de vous, que ni pioez entendre por la guerre de *Gales* auſi come il diſt, de un graunt treſpas que feu fait nagueres a ſes Clerz a *Maydeneſtan* par nos Miniſtres, auſi come vous poez voir par ſa moſtrance, que nous vous envoioms, & jaſoit ce que il nous priſe molt, ſi noz genz eiont fait nule choſe contre Seinte Egliſe, que fere ne deuſſent, nous ne eioms en poair de mettre amendement de la nous eſtoioms endreit de tele monſtrance ne de cele pleinte par molt de reſons, nons vous mandoms que entendue la monſtrance Lerceveſque, & apellez noz genz de qui il ſe pleint, facez cele choſe adreſcer ſaunz nul delai, ſi toſt come vous i porres entendre. E metez i tiel amendent, que ſoit al honour de Dieu et de ſeinte Egliſe, et al honour de nous: E ſi vous trouez que choſe ſoit fele en prejudice de nous ou de la Cozonne feites le autreſi adzeſcer et amender ſolom ce que vous verrez que ſoit a fere, iſſint que il ne nous ne covegne puis par defaut de vous mettre la meyn quant nous vendzoms en pays. Donne noſtre ſeel prive a *Migronn* le 22 jour *Sept.* l'an de noſtre regne quinzime.

Edmund Earl of *Cornwall* being informed that the Pope by his proviſion had conferred the Prebendary of *Farindon* in the Church of *Sarum*, falling void by the death of Cardinal *Ancherus*, upon another in the Court of *Rome*, and iſſued a Mandate to the Dean and Chapter of *Sarum* to inſtitute him therein; he thereupon ſent this precept to the *Chancellor*, to iſſue a Prohibition to them, not to inſtall him, to preſerve the Kings right againſt tyrannical uſurpation, to whom the ſaid Prebendary belonged by reaſon of the vacancy of the Biſhoprick; and likewiſe to command the Gardian of the Temporalties and Spiritualties not to permit any to intrude himſelf into it.

Ibidem.

EDmundus Comes *Cornubiæ*, dilecto ſibi amico Domino *W. de Hamelton* ſalutem, & dilectionem ſinceram. Recepimus hiis diebus rumores certos apud *Berkamſted*, quod Dominus *Ancherus* Cardinalis nuper in fata deceſſit; unde collatio Prædendæ de *Farendon* quam in Eccleſia *Sarum* tenuit, ad Dominum noſtrum Regem, ratione ejuſdem Eccleſiæ *Sarum* vacantis, & in manu ſua exiſtentis, pertinet hac vice, quia (licet) Papa de beneficiis in Curia *Romana* vacantibus per Dominum Papam conferend. ipſum Dominum Regem, ſicut nec alios Laicos artare non poteſt; Dicitur tamen, quod Papa Prædendam ipſam in Curia *Romana* jam contulit: et quod Decano et Capitulo *Sarum* mandabitur infra Brebe, quod ipſum inſtallari faciant, et in poſſeſſionem Prædendæ induci: Unde ad conſervandum jus Regis, qui abſens in remotis partibus, et de hiis forſan ignarus, jure ſuo ita tempeſtive uti non poterit in conferendo; Vobis mandamus, quod Decano et Capitulo *Sarum* mandetis per brebe Domini Regis et diſtricte inhibeatis, ne in ipſius Domini Regis et juris ſui prajudicium quenquam admittant, inſtallent, ſeu in poſſeſſionem Prædendæ ipſius inducant, ſeu induci faciant quoquo modo. Similiter & Cuſtodi Epiſcopatus *Sar.* ex parte Domini Regis, quod Cuſtodiam apponi faciat in Prædenda ipſa, ne aliquis intrudatur, vel ſe intrudat, et eam occupet; quia difficilius erit ipſum ejicere, et etiam in Eccleſia *Sarum*, ne forte ibidem ſubito per aliquem inſtalletur, et occupet locum Canoniæ. Formam quidem Inhibitionis faciendæ, Decano et Capitulo faciendæ, prout videbatur corrigendam, et diſtrictius faciendam, vobis mittimus præſentibus incluſam. Præmiſſa fiant ſtatim viſis præſentibus abſque more diſpendio. Datum apud *Berkhamſtede* 28 die *Decembr.* Anno regni Domini noſtri Regis Quintodecimo.

Ibidem.

REX Decano & Capitulo *Sarr.* ſalutem. Cum Collatio Prædendarum vacantium in Eccleſiis Cathedralibus regni noſtri, dum Eccleſiæ ipſæ Paſtoribus ſuis viduatæ ſub cuſtodia noſtra conſiſtunt, ad dignitatem noſtram Regiam, et non ad alium pertinere noſcantur; ac nos et Progenitores et Anteceſſo-

res

res noſtri in poſſeſſione hujus juris fuerimus a tempore quo non extat memoria. Et quia Præbenda de *Farendon* in Eccleſia veſtra *Sarum*, quæ vacans eſt et ſub cuſtodia noſtra conſiſtit ad præſens, per mortem Domini *Ancheri* Cardinalis vacare dicitur; **Vobis et cuilibet veſtrum inhibemus, ne in præjudicium juris noſtri, Præbendam ipſam cuiquam conferatis, nec ad mandatum cujuſcunque quenquam admittatis ad eandem vel inſtalletis, aut in poſſeſſionem ejuſdem inducatis, ſeu quicquam aliud attemptetis, quod in præjudicium juris noſtri quomodolibet redundare poſſit in hac parte, donec de obitu Cardinalis prædicti plenius certiorati, prout ad nos pertinet ordinaverimus de eadem alicui perſonæ idoneæ aſſignanda.** Teſte, &c. *An.* 15 E. 1.

Suis ſpecialiſſimis Dominis *W. de Hamelton*, & *W. de Odyham*, ſalutem & dilectionem ſinceram. Miramur & admiramur quod aliqui de regno *Angliæ*, pro hujuſmodi quæ ſunt de jure communi, & quibus utuntur in eodem regno, **ſecundum legem et conſuetudinem regni ejuſdem, ad nos pro defectu remedii refugium ſive acceſſum in partibus tranſmarinis habere debeat**, & maximè pro *Richardo de Bedeford*, **qui pro communi remedio cujuſdam Prohibitionis habendæ** ad nos pridie acceſſum habuit. Quapropter vos rogamus, quod ſuper hoc & aliis conſimilibus pro hujuſmodi vitandis laboribus remedium de Cancellaria provideri & faciatis, ſicut de conſuetudine dictæ Cancellariæ fieri conſuevit temporibus retroactis. Bene valeat, Dat. apud *Melon* ſuper *Genetam* 3 Non. *Auguſti*. Ibidem.

The Biſhop of *Lincoln* excommunicating the Prior and Covent of *Neuport Paynel*, a Member of, and ſubject to the Greater Monaſtery of *Turon*, exempt from all Epiſcopal Juriſdiction, and ſubject immediately to the *Pope* alone, for oppoſing his Juriſdiction, and endeavouring to impriſon them after their Appeal to *Rome*, to hinder them to proſecute their Appeal; the King upon complaint thereof ſent this Writ of Privy Seal to the Earl of *Cornwall* his Lieutenant, to call both parties before him, and if this their exemption from the Biſhops Juriſdiction ſhould appear, then to ſtay and ſuperſede the Writ of *Capias Excommunicatum*, and the execution thereof againſt them.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum ſuum in eodem regno, ſalutem. Conqueſti ſunt nobis in Chriſto dilecti Abbas & Conventus Majoris Monaſterii *Turon.* **quod cum ipſi per privilegia ſibi ab Apoſtolica ſede conceſſa, tam in capite quam in membris ab omni Juriſdictione ordinaria ſunt exempti, et prædictæ ſedi duntaxat ſubjecti,** venerabilis tamen pater *O. Lincoln.* Epiſcopus aſſerens, **ſe habere Juriſdictionem in Priorem et Monachos beatæ *Mariæ*** de *Neuport Paynel*, qui quidem Prioratus ſubeſt Abbatiæ prædictæ, & eſt membrum ejuſdem, **in ipſos Priorem et Monachos ſententiam Excommunicationis cum ei propter exemptionem hujuſmodi non curaverint obedire, de facto licet de jure non poſſet, indebite fulminavit, et nititur invocato ſecundum conſuetudinem regni noſtri brachii noſtri ſecularis auxilio, prædictos Priorem et Monachos per captionem corporum, quamquam ab eo ad ſedem Apoſtolicam appellaverint, ad petendum nichilominus ab ipſo abſolutionis beneficium coartare, ſicque idem Monachi ſolo Priore relicto metu captionis hujuſmodi ad Abbatiam prædictam reverſi Prioratum deſeruerunt prædictum, loco divino taliter obſequio deſolato.** Et quia præfatos Priorem & Monachos in juribus & poſſeſſionibus ſuis, ſicut & cæteros regni noſtri, **præſertim ob reverentiam ſedis Apoſtolicæ fovere tenemur, et quatenus defendere ab injuriis et oppreſſionibus aliorum**; Vobis mandamus, quod vocato coram vobis præfato Epiſcopo, & auditis querelis & rationibus quas pro parte prædictorum Abbatis & Conventus, ac Prioris & Monachorum illorum proponi contigerit coram vobis, **ſi per exhibitionem et inſpectionem privilegiorum quæ ipſi aſſerunt ſe habere, non obſtantibus rationibus quas idem Epiſcopus pro ſe proponit, vobis poſſit liquere quod Epiſcopus ipſe injuſte proceſſerit contra ipſos, tunc eundem Epiſcopum a moleſtiis et inquietationibus hujuſmodi deſiſtere facIatis, et quid inde inveneritis, quidquid ſuper hoc feceritis nobis celeriter reſcribatis, non permittentes quod ad procurationem** Ex Bundela Brevium & Literarum de privato ſigillo An. 15 E. 1. in Turri London.

præfati Episcopi breve nostrum de captione contra præfatos Priorem et Monachos a Cancellaria nostra ibidem exeat ex causa prædicta, et breve nostrum si jam exierit ——— contrarie revocantes, donec per vos certificati fuerimus de præmissis, et aliud a nobis super hoc receperitis in mandatis. Teste meipso apud *Marinak* juxta *Burdegal.* 22 die *Junii*, Anno regni nostri 15.

An. 16 E. 1. In the Bundles of Writs in the *White Tower* An. 16 E. 1. I found these Writs of Prohibition for holding Pleas in Courts Christian.

Brevia Regis, An 16 E. 1. in Turri London. EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Vic.* Hereford. *salutem*, *Si* Henricus *filius* Philippi *fil.* Radulphi de Lemenystr. *fecerit te securum, &c. tunc pone per vadium & salvos plegios* Hugonem le Cotyller *de* Lemenystr. *quod sit coram Justic. nostris apud* Westm. *in Octabis Sancta* Trinitatis, *ostensur.* **quare secutus est placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis, quæ non sunt de Testamento vel Patrimonio, contra Prohibitionem nostram.** *Et habeas, &c. Teste* Edmundo *Comite* Cornubiæ *Consanguineo nostro apud* Westm. 14 *die* Aprilis, *Anno regni nostri* 16.

Dors. *Pleg. de pros.* Philippus de Blythelowe, Rogerus de Lonteley.
Pleg. Hugo le Cotyller, Hugo le Carpenter, Walterus Akard.

Ibidem. EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Vic.* Hereford. *salutem. Si* Johannes Pychard *de* Stredewy *fecerit te securum, &c. tunc pone, &c. Magistrum* Richardum Leneband *Offic. Episcopi* Hereford. *quod sit coram Justic. nostris apud* Westm. *à die Sancti* Michaelis *in unum mensem, ostensur.* **quare tenuit placitum in Curia Christianitatis de advocatione Capellæ de** Brumbey, **contra Prohibitionem nostram.** *Pone etiam per vadium & salvos plegios* Resinn ab Howel, *quod tunc sit ibi ostensurus*, **quare secutus est idem placitum in eadem Curia, contra Prohibitionem nostram.** *Et habeas ibi, &c. Teste* Edmundo *Comite* Cornubiæ *Consanguineo nostro apud* Westm. 27 *die* Augusti, *Anno regni nostri* 16.

Dors. *Plegii* Roger de Dorsinton, Johannes de Ken.
Magister Richardus *Offic. Clericus est, non habens laicum feodum ubi possit distringi*

Ibidem. EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Vic.* Hereford. *salutem. Si* Robertus le Parthemyner *fecerit te securum, &c. tunc pone, &c.* Nicholaum de Reygate, *quod sit coram Justic. nostris apud* Westm. *à die Sancti* Hillarii *in* 15. *dies, ostensur.* **quare secutus est placitum in Curia Christianitatis de catallis et debitis, quæ non sunt de Testamento vel Patrimonio, contra Prohibitionem nostram.** *Et habeas ibi, &c. Teste* Edmundo *Comite* Cornubiæ *Consanguineo nostro apud* Westm. 27 *die* Octobris, *Anno regni nostri* 16.

Dors. *Pleg. de pros.* Rigin. Plumet, Henr. le Perthimener.
Nicholaus de Reygate *Clericus est, non habens laicum feodum ubi possit distringi.*

Ibidem. EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Si* Richardus de Leges *fecerit te securum, &c. tunc pone per vadium & salvos plegios Magistrum* Stephanum de Codano, *quod sit coram Justic. nostris, &c. ostensur.* **quare tenuit placitum in Curia Christianitatis de laico feodo ipsius** Richardi **in** Rodbaldeston, **contra Prohibitionem nostram**, *&c. Teste* Edmundo *Comite* Cornubiæ *Consanguineo nostro apud* Westm. 15 *die* Novembr. *Anno regni nostri* 16.

There being a Suit between the Bishop of *Ely* and a Prior and Covent of the Kings foundation, about certain possessions, the King referred it to his Lieutenant and others of his Counsil to hear and determine it, by this Writ of Privy Seal.

Ex Bundela Brevium & Literarum, An. 16 E 1. in Turri London. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Consanguineo & fideli suo *Edmundo* Comite *Cornubiæ*, tenenti locum suum in *Angl.* salutem. Quia intelleximus quod dilecti nobis in Christo Prior & Conventus de Valle beatæ *Mariæ* de *Bedkelert*, super quibusdam possessionibus suis quæ per aliquos indebitè molestantur, & quod super eodem negotio alias coram venerabili

patre

patre Epiſcopo *Elyen.* per modum placiti locutum extitit & tractatum. Nos pro eo quod Prioratus prædictus eſt de fundatione progenitorum noſtrorum Regum *Angl.* indempnitati Religioſorum eorundem eo favorabilius volentes proſpicere ut tenemur, petitionem ipſorum vobis tranſmittimus præſentibus intercluſam, Mandantes, **quod vocato præfato Epiſcopo et aliis diſcretis de Conſilio noſtro in *Angl.* exiſtentibus**, quos tunc ibidem præſentes eſſe contigerit, **et examinato in omnibus diligenter et perfecte negotio ſupradicto, taliter provideatis et ordinetis**, quod dictus Prior qui in partibus remotis ad nos venit, non ſine magnis laboribus & expenſis, indempnis, quatenus juſtè fieri poterit conſervetur. Et ſi fortaſſis idem negotium partes aliquas tangere cenſeatur, tunc vocatis partibus illis dictum negotium curetis modo juſto & debito terminare: Ne pro defectu exhibitionis juſtitiæ ad nos regreſſum habere Priorem oporteat ſupradictum. Teſte meipſo apud *Burgum Reginæ* in *Vaſconia* 7 die *Maii*, Anno regni noſtri ſextodecimo. *An.* 16 *E.* 1.

Dorſo. Idem Prior habuit brevia juxta caſum ſuum, & poſtea non eſt proſecutus.

Robert de Leyceſter Chaplain to *Hugh* Cardinal of St. *Laurence* in *Rome*, proſecuting a Suit in the Court of *Rome* againſt *Walter* of *Ponte Robert*, for the Church of *Motiffunt*, the King out of his affection to the Cardinal iſſued this Writ to his Lieutenant, not to moleſt, or ſuffer him to be moleſted for this illegal proſecution, ſo as he deſiſted from its proſecution, and ſhould not do or attempt any thing for the future to the prejudice of his Royal dignity.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, locum ſuum in *Anglia* tenenti, ſalutem. **Volentes ob affectionem quam erga bonæ memoriæ** Dominum *Hugonem* titulo Sancti *Laurentii* in *Lucina* Sacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ nuper Cardinalem habuimus, dilecto nobis *Roberto de Leyc.* Capellano qui prædicti Cardinalis dum vixit obſequiis intendebat, **gratiam facere ſpecialem**; Vobis mandamus, quod eundem *Hugonem* occaſione cujuſdam placiti quod ipſe nuper ſecutus fuit, **contra Magiſtrum** *Walterum de Ponte Roberti* **in Curia Romana ſuper Eccleſia de** *Motiffunte*, **non moleſtetis in aliquo ſeu gravetis, nec permittatis ab aliis moleſtari; dum tamen nichil de cætero faciat ſeu attemptet quod cedere cenſeri poſſit in præjudicium noſtræ Regiæ dignitatis.** Teſte meipſo apud ——— in *Vaſcon.* 11 die *Decemb.* Anno regni noſtri 16. In Bundela Brevium & Literarum, An. 16 E. 1. in Turri London.

John de Romaine Archbiſhop of *York* having undutifully miſdemeaned himſelf to the King after his advancement by him, againſt his own premiſed obligation, and contempt of his Prohibition, the King iſſued this Writ to ſeiſe his Temporalties, to deterre others from like attempts for the future.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, &c. a ſon chier Couſyn & Feal *Eſmond* Counte de *Cornewaylle*, ſon Lieutenaunt en *Engleterre*, ſaluz. Come nous euſſoms entendu, que Larceveſque de *Everwyk* **ſe euſt porte autrement divers nous, et devers noz Clercs, que fere ne deeuſt, par quei nous vous mandomes nagueres par** Meſtre *Eude de Weſtmeſtier*, **que vos le feiſſe deſtreindre par ſa temporaute, taunt que il ſe euſt a feite a nous endreit de tien manere de treſpaſſe, et il vos eſt puis ——— que il meſmes ſe eſt avaunt oblige a nous par ſes lettres patentes, por un treſpaſſe que il nous fiſt en deſpiſaunt noſtre Prohibition, et de ce que il avoit eſte deſſobeiſſa noſtre Court, nous vous envoioms le transcript de meſmes celes lettres, por ce que vous peuſſer ——— cele obligation ſuire plus aſprement vers li, et vous mandoms, que vous facez tot enſi endreit del avantdit Ercevеſque ——— nous vous avoms avaunt maunde par le dit** Meſtre *Eude*. **E tant enfacez, que les autres Prelatz ne peuſſent prendir example de mes fere, ne a nous, ne a noz Clercs, et que nous ne treaſſoms en vous nulle negligence ne nulle defaute endreit de ——— E ce que vous en aures fetz ou betez a fere, maundes nous haſtinement par vos lettres, et par le portour de ſes lettres ſuſditz.** Don de ſouz noſtre ſeale prive au *Burgh le Reyne* le quint jour de *Feverer*, l'an de noſtre regne ſezime. In eadem Bundela, An. 16 E. 1.

Hereupon

An. 16 E. 1. Hereupon the Archbiſhop of *York* repairing to the King beyond the Sea to hear his cauſe, he remitted him to his Lieutenant and Counſil, before whom he had a day aſſigned to do him plenary juſtice, ſo as to ſecure his own honour and juſtice, according to juſtice and the Law of the Land, and in the mean time to reſtore his Temporalties and Goods ſeiſed till the hearing.

In eadem Bundela An. 16 E. 1. in Turri London.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, *&c.* dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum ſuum in eodem regno, ſalutem. Quia licet Archiepiſcopus *Ebor.* ad nos venerit, **et ſuper tranſgreſſionibus ſibi impoſitis ſe optulerit voluntati noſtræ et gratiæ totaliter ſubmittendum, ipſum tamen ad vos duximus remittendum, pro eo quod ſicut intelleximus, ſuper eiſdem tranſgreſſionibus diem habuit coram vobis et Conſilio noſtro ibidem a die *Paſchæ* in unum menſem**; Vobis mandamus, quod ſuper negotio illo verſus præfatum Archiepiſcopum taliter procedatis, **quod plena juſtitia inde fiat, prout ad honorem et ſalvamentum Regiæ dignitatis noſtræ, ſecundum leges et conſuetudines regni ejuſdem viderttis faciendum.** Dat. ſub privato ſigillo noſtro apud *Burgum Reginæ* 24 die *April.* Anno regni noſtri 16.

Ibidem.

EDward par la grace de Dieu Roy *Dengleterre*, Seigneur *Dirlaunde*, & Ducs *Daquitaine*, a ſon chier Couſyn & Feal *Eſmond* Counte de *Cornewaylle*, tenant ſon lieu en meſme le Royaume, ſaluz. Come nous vous euſſoms maunde par Meſtre *Eude de Weſtmeſtier*, & autrefoiz par noz lettres **que vous feiſſe deſtreindre Larcevesque de *Everwyk* par ſa temporaute, por acouns treſpaſſe que il nous avoit fait, et vous ſur ce le ajournisſez devaunt vous et noſtre Conſail, a reſpoundre a nous ſicome reſon ſerreit, et il puis ſoit venuz a nous, et por avoir noſtre grace et noſtre bienvoillance nous eſt promis et ſe ſoit oblige par ſa lettre, la quele nous avoms, que il nous amendera, et celes choſes tot a noſtre volente en quant que a nous en apent, nous vous mandoms, que ſi vous avez rien fait prender en noſtre mayn de la temporaute du dit Arcevesque par mandement que nous vous eneioms fait, ou de ſes biens, ou de ſes Chateaus que vous len li facez rendre et delivrer tot enterement quant que en eſt pris en noſtre meyne, et del enjournement que il a devaunt vous et devaunt noſtre Conſail par la reſon avauntdite nen faicez plus mes faites ceſſer ceu plet, et ne ſuffrez mie que il ſoit plus greve des ore mes par ceſte encheſon.** Donees de noſtre ſeale prive a *Burdeaus* le 24 jour de *May*, l'an de noſtre regne ſezime.

Reginald de Grey detaining the Tithe of Lead Mines in *Wales* from the Biſhop of *Bangor*, to whom they were proved to be due by cuſtome and depoſitions, againſt ſeveral Letters of the King to pay them; the Biſhop thereupon in the Kings abſence addreſſed himſelf to the Earl of *Cornwall* the Kings Lieutenant, for juſtice againſt him herein, in this form.

Bundela Brevium de Privato ſigillo, An. 16 E. 1. in Turri London.

EXcellenti viro ac Nobili Domino *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, locum Domini Regis in *Anglia* tenenti, *Amanus* permiſſione divina *Bangorenſi* Eccleſiæ Miniſter humilis, Domini Regis Capellanus in *Wallia*, ſalutem, &c. **Licet Dominus Rex ſæpe et ſæpius ſcripſit Domino *R. de Grey*, quod faceret nobis habere decimas Plumbifodiarum de *Thegeygl***, quod facere minimè curavit, licet coram eo inquiſitio apud *Rocolan.* fuiſſet per duodecim homines majores juratos de *Thegeygl*, & pro jure noſtro depoſuiſſent ad plenum. Et idem Dominus *R. de Grey* **ſubtraxit nobis juſtitiæ complementum. Quare recurſum habuimus ad Dominum Regem propter defectum juſtitiæ**, qui vobis ſcripſit pro nobis & jure noſtro: Quare vos rogamus & requirimus, ſicut zelator veritatis eſtis & juſtitiæ defenſor, **quatinus manum veſtram auxiliatricem et adjutricem pro nobis porrigere dignemini; ita quod Eccleſia *Bangoren.* non cedat a jure ſuo, quominus poſſit gaudere decimis Plumbifodiarum de *Thegeygl*, ſicut conſuevit temporibus retroactis *Lewellini* magni & *David* filii ejus, & *Lewellini* filii *Griffini*, & Domini *Henrici* Regis, & aliorum Regum & Principum *Walliæ*;** non obſtante quod Abbas de *Valle Regali* recepit aliquam partem tempore guerræ, quam adhuc tenet. Valeat, &c.

Pope

Pope *Urban* the 4th. by his uſurped Papal power and proviſion conferring a Penſion of 30 marks by the year on a Cardinals Nephew out of the Church of *Sylendon* in *Lincolnſhire*, which the Rector refuſed to pay for 10 years ſpace, though his goods and Church were obliged to pay it, the Cardinals Nephew ſuing for it in the Court of *Rome*; the King granted an Inhibition thereupon to the Rector to pay it, and to the Nephews Proctor to proceed in his ſuit to recover it, as prejudicial to his Crown: whereupon he procured theſe enſuing Letters to the King from the Biſhop, Univerſity, and Scholars of *Bononia* for his favour and aſſiſtance in the revoking of his Inhibition, and for the recovery of the arrears of this penſion from the Parſon of the Church. *An.* 16 *E* 1.

SEreniſſimo & Illuſtriſſimo Regi & Domino ſuo Domino *Eodoardo* Dei gratia Regi *Angliæ*; *Ottavianus* miſeracione divina *Bononienſis* Epiſcopus ſalutem, & felicitatis optatæ ac gloriæ complementum. Excellentiæ veſtræ Regalis liberalitas & antiqua benevolencia quæ inter bonæ memoriæ Dominum *O.* Sanctæ *Mariæ in via lata* Diaconum Cardinalem patruum noſtrum, & veſtram magnificenciam ſincerè viguit, plena fiducia nos inducunt, ut ad ſtrenuitatis veſtræ promtuarium pro noſtris & noſtrorum negociis ſecurâ conſciencia recurramus, ſperantes apud vos oportunam graciam promeri. Nepos felicis recordacionis Dominus *O.* Sanctæ *Mariæ in via lata* Diaconi Cardinalis patrui noſtri, recipere debeat à Magiſtro *Radulpho* Rectore Eccleſiæ de *Sylindon Lincoln.* Dioc. penſionem annuam triginta marcharum ſterlingorum per literas Apoſtolicas ſanctiſſimi patris Domini *Urbani* Papæ quarti, et pro dicta penſione annua dicto noſtro conſanguineo de jure debita ſint eidem bona et redditus ipſius Eccleſiæ obligata, et jam ceſſaverit idem Rector per decem annos a ſolucione penſionis prædictæ, et ad inſtanciam dicti Rectoris, per mandatum veſtrum Regium facta ſit inhibicio executori literarum Apoſtolicarum ipſi conceſſo, ſuper aſſecucione pacifica penſionis præfatæ ut in hujuſmodi negocio procedere non præſumat, necnon et procuratoribus prædicti noſtri Conſanguinei ex præcepto veſtro Regio inhibitum ſit, ne ipſum negocium dictæ penſionis proſequi audeant contra Rectorem Eccleſiæ memoratæ, in grave præjudicium ejuſdem noſtri conſanguinei et non modicum detrimentum; ita quod ubi favore Regalis excellenciæ juſticia debuit reflorere, deperire ad ſuggeſtionem falſitatis irremediabiliter videatur. Magnificenciæ veſtræ Regali ſupplicamus affectu quo poſſum ampliori, quatinus intuitu dilectionis et devocionis quam Dominus *O.* Cardinalis præfatus patruus noſter ad vos et ad domum *Angliæ* ſemper ſinceritate habuit, et contemplacione noſtri et illorum de domo noſtra *Ubaldinorum* veſtrorum devotorum procuratores dicti noſtri Conſanguinei, nepotis Domini *O.* Cardinalis patrui noſtri ſuper dicta penſione obtinenda pacifice, quandò ad vos et Curiam veſtram Regiam recurſum habuerint dignemini habere favorabiliter commendatos, inhibicione facta de veſtro mandato executori literarum apoſtolicarum ſuper dicta penſione ne procederet in negocio, et procuratoribus dicti noſtri Conſanguinei ne proſequerentur ipſum negocium, de benignitate Regia revocantes; ita quod ex favore veſtræ Regalis clemenciæ conſanguineus noſter memoratus, et procuratores ejus penſionem annuam Triginta marcarum ſibi de jure debitam aſſequi pacifice mereantur, et nos cum omni domo noſtra ſimus proinde vobis propenſius devoti et aſtricti ad obſequioſa merita graciarum. Dat. *Bononiæ* 15 die *Aprilis*. Ex bundela Brevium & Literarum, An. 16 E. 1. in Turri London.

GLorioſiſſimo Domino *Edwardo* illuſtriſſimo *Angl.* Regi, *Odo de Caſali* Ordinarius in Eccleſia majori *Mediolanenſi*, & Lego Ceothonicus Comes, Rectores univerſitatis Scolarium tam in Civili quam Canonico Jure in *Bononiæ* Civitate ſtudencium, ipſaque Univerſitas tota, Collegium et Scolares cum perpetua recommendacione ſeipſos. Habet certum profeſſio Chriſtiana quæ ſanctæ ſanctionis imperio profitetur, quod eſt *Bononiæ* Civitas alumpna Scolarium & Mater rudibus volentibus erudiri, per *Theodoſium Ceſarem* ſpecialis ſtudii muneribus adoptata. Nam humanæ leges hic militant, & compeſcentes arbitrii libertatem, concedunt honeſtum, contrarium ſacius prohibentes. Huc ergo Scolares et Clerici contemptis terrarum mariſque periculis undecumque profecti, ut gaudeant poſt laborum vigilias diviciis diſciplinæ tanquam infantes ſinu Civitatis ipſius materno recipiuntur Ibidem.

affectu

An. 16 *E.* 1. affectu & bajulati à *Bononienſibus* Civibus tamquam fratres ab ipſa infanciæ, uſque ad ſtudii *Gades* in virilis tandem ſcienciæ robur evadunt. Meritis itaque Cives reputamus fratres noſtros patres & Dominos, in eorum paſſionibus compacientes illos, et in doloribus condolentes, in quibus dilectionis qualitas——— Sane nobilem virum Dominum *Bonifacium de Langlano Bononiæ* Canonicum, nepotem dictæ recordacionis Domini *Octaviani* Sanctæ *Mariæ in via lata* Diaconi Cardinalis, in detencione penſionis annuæ Triginta marcharum ſterlingorum eidem debitæ in Eccleſia de *Syntlingdon Lincolnienſis* Dioc. per diſcretum virum Dominum *Radulphum de Hyngan* familiarem veſtrum potentem et karum ipſius nobilis narracione percepimus ——— juſticiam moleſtari. In cujus moleſtacione ſuorum meritorum exigentia loquentes ſub Chriſti teſtimonio plurimum conturbamur, cum illum præ cæteris *Bononiæ* Civibus ad Univerſitatis noſtræ omniumque noſtrum ſingulariter honores & commoda ſuper impendimus expeditum, ſitque ejus liberalitas tam induſtris et induſtria liberalis, quod ejus opera ſuos notos ad placitura quæque alliciunt & conformant. Quamobrem, amantiſſime Princeps, præfatus familiaris veſter hæc ſub veſtri licet ignorantis fortitudine brachii perficere creditur à pluribus Majeſtati veſtræ, de qua plenè confidimus, quantum valemus devotiſſimè ſupplicamus, quatinus Juſticiam quam indeſinenter coluiſſe dicimini de moze ſubito diligentes, velitis eundem Dominum *Radulphum* inducere, ſique in eo turpis quævis obſtinacio fuerit, velut honozi veſtro congruat efficaciter cogere ad ſatisfactionem memozatæ penſionis pacifice dicto nobili exhibendam, tam pzo pzæterito quam futuro, ita quod eidem de illo nullam cozam Deo vel hominibus remaneat Jus querelæ, pzæſertim cum iſta non pzæſtent ſui læſionem honoris, quinimo et veſtri, ut cum reverencia veſtra loquamur et infamiam dici poſſint. Porro penes vos intercedere debent pro dicto *Bononienſi* Cive multarum impendia graciarum quas Scolares & Clerici omneſque veſtri regnicolæ tranſeuntes, videntibus nobis in Civitate *Bononiæ* cotidie recipiunt affluenter, & antiquæ devocionis & reverenciæ ſpecialis memoria quam Cives *Bononiæ* totumque commune ad vos & prædeceſſores veſtros ferventem habent, & ſemper habuiſſe feruntur, in quos revera quicquid ſuo Civi fuerit exhibitum transfundetur. Ex noſtra verò parte à quibus nulla præviavere ſervicia, nichil pro noſtrarum exaudicione precum allegare valemus, niſi quod à majeſtate veſtra, quam famoſæ liberalitatis exaltat præconium, de prædictis donum gratiſſimum et ſpecialem graciam imploramus, non offerentes nos vobis quæ veſtri ſumus & eſſe volumus fideles devoti & perpetui debitores. Dat. *Bonon.* 12 Kal. *Maii*, primæ Indictionis.

The King hereupon ſent theſe Letters with the Cardinal Nephews Petition to to the Earl of *Cornwall*, to deſire him to adviſe with his Treaſurer how to ſatisfie the Biſhops, Cardinals, and Univerſities requeſt, who thereupon made an agreement between the parties, as this Record informs us.

Ibidem. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo *Edmundo* Comiti *Cornubiæ*, tenenti locum ſuum in eodem Regno ſalutem. Peticionem quam Venerabilis pater & amicus noſter kariſſimus Dominus *Matthæus* Dei gratia Sanctæ *Mariæ* in *Portica* Diaconus Cardinalis pro *Neapoleone* conſobrino ſuo Canonico *Lincoln.* nobis tranſmiſit, vobis mittimus præſentibus intercluſam. Et quia merita Cardinalis prædicti, qui nobis extitit ſemper gratus apud nos in hiis quæ poſſumus gratiam & favorem expoſcunt; Vobis mandamus, quod habita ſuper hoc deliberacione cum Venerabili patre *J. Elyenſi* Epiſcopo Theſaurario noſtro, cui tranſcriptum peticionis deſtinamus ejuſdem, dicto *Neapoleoni* de peticione pzædicta curetis celeriozis juris remedio quo poteritis ſubbenire; ita quod ipſe inſtanciam Cardinalis pzædicti ſibi ſenciat ut appetimus pzofuiſſe: Et hoc nullatenus omittatis. Dat ſub privato Sigillo noſtro apud *Burgum Reginæ* primo die *Maii*, Anno regni noſtri ſexto-decimo.

Dorſo. Concordati ſunt.

In

Page 347. l. 1. before *What*, inſert.] In the Bundles of Writs and Plea Rolls in the *White Tower* Anno 17 E 1. there are theſe Prohibitions to ſtay the holding and proſecuting ſuits in Courts Chriſtian. *An.* 17 *E.* 1.

EDwardus, *&c. Vic.* Staff. Johannes de Colewich *verſ.* Robertum *Archidiac.* Ceſtr. **quare tenuit placitum in Curia Chriſtianitatis de Advocatione Eccleſiæ de** Colwych, **contra prohibitionem.** *T.* Edm. *Com.* Cornub. *apud* Weſtm. 28 *die* Maii, *An. r. n.* 17. *Conſimile Breve* between the ſame perſons for the ſame cauſe. *Teſte ut ſupra*, 12 *die* Junii. Bundela Brevium in Turri London, An. 17 E. 1.

JOhannes de Marchian *et* Willielmus deErgate *per Attorn. ſuum optulit ſe, &c. verſ.* — de Clavyle *perſonam Eccleſiæ de* Almychelegh *de placito*, **quare ſecutus eſt placitum in Curia Chriſtianitatis de catallis et debitis quæ non ſunt de Teſtamento vel Matrimonio contra prohibitionem noſtram,** &c. *Et ipſe non venit, et præceptum fuit Vic. quod attachiaret eum quod ſit, &c. ad hunc diem. Et Vic. nichil inde fecit, ſet mandavit, quod prædictus* Walterus *Clericus eſt & non habet Laicum feodum per quod poteſt attachiari. Et teſtatum eſt quod habet ſuffic. in* Alnelegh *per quod poteſt attach. Ideo ſicut prius præceptum eſt, quod ſit in Octabis Sancti* Martini, &c. Placita Octabis Sanctæ Trin. An. 17 E. 1. in Turri Lond. Eſſex.

EDwardus *Dei gratia, Rex, &c. Vic.* Hereford. *ſalutem. Præcipimus tibi, ſicut aliàs tibi præcepimus, quod ponas per vadium & ſalvos pleg.* Reſum ap Howel, *quod ſit coram Juſticiariis noſtris apud* Weſtm. *in Craſtino* Purificationis *beatæ* Mariæ, *ad reſpondend.* Johanni Bychard *de placito*, **quare ſecutus eſt placitum in Curia Chriſtianitatis de Advocatione Eccleſiæ de** *Brunlegh* **contra prohibitionem noſtram, ut dicitur.** *Et tu ipſe tunc ſis ibi, auditurus judicium tuum de hoc, quod Præceptum noſtrum prius inde tibi directum non es executus, ſicut tibi præceptum fuit. Et habeas ibi nomina pleg. & hoc breve. Teſte* E. de Weyland *apud* Weſtm. 24 *die* Novembris, *anno regni noſtri decimo ſeptimo.* Ibidem.

There ariſing certain differences between the Biſhop of *Lincoln* and the Univerſity, Chancellor and Scholars of *Oxford* concerning Juriſdictions; the King to preſerve the Peace of the Univerſity, ſummoned the Biſhop to appear in the next Parliament: wherein he would decide all differences between them by advice of his Council, commanding him to deſiſt from all proceedings therein in the mean time, by this Writ.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, Venerabili in Chriſto Patri *O.* eadem gratia Epiſcopo *Lincoln.* ſalutem. Cum aliàs ad inſtanciam noſtram quæſtiones quas erga Cancellarium & Magiſtros Univerſitatis *Oxon.* **ſuper diverſis Juriſdictionibus ſuſcitatis, poſuiſſetis in reſpectum** uſque ad quindenam Sancti *Michaelis*, niſi interim in *Angliam* veniſſemus, committendo uſque ad eundem terminum **Cancellario Univerſitatis prædictæ officium quod gerebat:** Nos qui paci & tranquillitati Univerſitatis prædictæ proſpicere volumus, ut tenemur; Vos rogamus, quatinus omnes quæſtiones et contenciones quas erga Cancellarium et Magiſtros eoſdem mobilis ſuper juriſdictionibus quibuſcumque adhuc reſpectuare velitis, donec in proximo Parliamento noſtro, auditis rationibus et petitionibus veſtris et defenſionibus Univerſitatis prædictæ, quæ variis privilegiis anteceſſorum noſtrorum et poſſeſſione diutina contra vos aſſerit ſe munitam, quæſtiones et contenciones hujuſmodi noſtro mediante Conſilio ſedari valeant et fine debito terminari, et vos eidem Parliamento perſonaliter interſitis, vel ſufficientem Attornatum pro vobis mittatis, ad faciendum et recipiendum quod idem negocium exigit vel requirit, nichil in dampnum aut præjudicium Univerſitatis prædictæ aliquatenus interim attemptantes. Teſte meipſo apud *Burgum* ultimo die *Septembris*, Anno regni noſtri decimo ſeptimo. Bundela Brevium in Turri London, An. 17 E. 1. in

The Pope at King *Edwards* requeſt, with the aſſent of his Cardinals, conſtituting his kinſman *Henry* Biſhop of *Burdeaux*, as he had ſignified to the King by his Letter; the King thereupon returned this gratulatory Anſwer to him, promiſing

An. 17 *E.* 1. missing the assistance of all his Officers in *Burdeaux* and *Gascoigne* to promote his affairs upon all occasions.

In eadem Bundela, An. 17 E. 1. in Turri London.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*; Venerabili viro caroque suo Consanguineo, Domino *Henrico Burdegalensi*, Ecclesiæ Dei providencia Electo, salutem. Lætati sumus in hiis quæ vestra nuper dilectio nobis scripsit, quod Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Summus Pontifex, assencientibus suis Cardinalibus, dictæ *Burdegalensi* Ecclesiæ constituit vos pastorem, pro quo facto tempore sibi grates referre tenemur & volumus multiformes. Gaudemus siquidem in visceribus nostri cordis, quod tam laudabili tamque votivo experimento comperimus ipsam *Romanam* Ecclesiam fore zelatricem nostri generis et honoris. Sanè pro eo quod honorificenciam vestram nobis in præmissis ascribitis vosq; tam liberaliter recommendatis, & vestra ad nostræ voluntatis beneplacita, gratias vobis in præsenti rependimus, et rependemus uberius pro viribus in futurum, Mandamus ad rogatum vestrum dilecto consanguineo et fideli nostro *Laurencio de Broun*, Tenenti locum nostrum in Ducatu prædicto, & Senescallo nostro Ducatus ejusdem, ac Constabulario Castri nostri *Burdegal.* quos Officiales terræ nostræ *Vasconiæ* constituimus pociores, quod ipsi vobis se exhibeant in agendis vestris omnibus propicios favorabiles & benignos, vosque & vestra specialiter habeant recommendata, in quantum sibi congruere videbitur nostris utrinque statui & honori. Utinam amicissime prosperetur taliter status vester, quod exinde Altissimo & Ecclesiæ suæ sanctæ proveniat laus & honor ommium. Dominus vos conservet. Dat. apud *Coleceſtr.* Idus *Septembris*, an. regni nostri decimo septimo.

In a Bundle of Certificates and Significavits I found in the *White Tower* Anno 17 & 18 E. 1. among sundry others, I shall present you with these, praying the aid of the Kings power against Excommunicated persons, evidencing the insufficiency of the Bishops Ecclesiastical censures, and the Soveraign power, duty of the King to ayd and assist their imbecility by his Supream authority over the Clergy as well as Laity.

Bundela Literarum & Certificationum Ann. 17 & 18 E 1. in Turri London.

EXcellentissimo Domino suo *E.* Dei gratia Regi *Angl. &c.* ——— *Cycestrensis* Episcopus, salutem. Excellentiæ vestræ, cujus est Sponsam Christi in suis juribus et libertate tueri, et in gladio punire justitiæ quos in ipsius Ecclesiæ injuriam, opprobrium et contemptum inbenerit machinantes; præsentibus innotescat, quod frater *Radulphus de Baldach*, Canonicus de *Begeham*, prædictæ *Cycestren.* Diocæsis, est per nos excommunicationis sententia authoritate ordinaria innodatus. In qua fordescens per quadraginta dies & amplius, adhuc perseverare indurato animo non formidat, Claves Ecclesiæ damnabiliter contemnendo, in animæ suæ periculum & scandalum plurimorum. Cum igitur ultra non habeat Ecclesia quod faciat in hac parte, Vestræ Celsitudini Regiæ supplicamus, quatinus juxta regni vestri Consuetudinem contra dictum excommunicatum extendere dignemini brachium seculare; ut quem timor Dei a malo non revocat, corporalis pœna cohibeat a peccato. Dat. 4 Cal. *Decembr.* Anno 1289.

Ibidem.

EXcellentissimo Domino suo, *&c. A. Dunolmensis* Episcopus salutem, *&c.* Reverendæ Dominationi vestræ notificamus per præsentes, quod *Willielmus de Harnham* Clericus, Parochianus noster, propter suam manifestam contumaciam & offensam, per nos, authoritate ordinaria, sententia majoris excommunicationis involvitur; ipsam sententiam per quadraginta dies sustinuit, et adhuc animo sustinet indurato, Claves Ecclesiæ damnabiliter contemnendo. Quare Serenitati vestræ supplicamus humiliter, quatinus ad præterbitatem dicti excommunicati reprimendam, literas vestras (si placet) concedere dignemini (prout Consuetudo obtinet regni vestri) ut, quod minus valet Dei Ecclesia in hac parte, Regiæ devotionis potentia suppleatur. Conservet, &c. Dat. *London.* 16 Kal. *Junii*, Anno ut supra.

Page 427. l. 11. after *complaints*, insert] The Prior of *Lucone* being unjustly spoiled and deprived of the Priory by the Abbot of *Cluny*, and afterwards upon his Appeal

Appeal reſtored to it by certain Statutes made in the Court of *Rome*, the ſucceeding Abbot writ this Letter to King *Edward*, to put him into poſſeſſion of the Priory, and defend him therein by his ſecular arme. *An.* 17 & 18 E. 1.

